BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
165
B
35
NAPOLI

34



Inter libros
Josephi Mariæ Parascandolo
Antecessoris Regii
A. L. N.

[illegible]

COMPENDIVM

AVREVM TOTIVS LECTVRAE D. ABBATIS PANORMITANI SVPER DECRETALIBVS,

Cum nonnullis gloſſarum floſculis ordine elementario æditum ab R.P.F. Hieronymo de Ferariis Fantonio Vigleuan. ord. prædicatorum regularis obſeruantiæ, Sacræ paginæ profeſſore, iuriſque pontificii peritiſs.

Nuper autem dedita opera Reuerendi patris Magiſtri Thomæ de Scotis Vigleuan. eiuſdem ordinis, ac S. Romanæ & uniuerſalis inquiſitionis contra hæreticam prauitatem auctoritate apoſtolica commiſſarij generalis, in lucem communi utilitati productum.

Ne turbata uolent rapidis oracula uentis,



Nunc folio uates commodiore ſonat.

Cum Priuilegio ſummi Pont. Pij IIII. & Illuſtriſs. Senatus Veneti ad annos XX.

PIVS PAPA IIII.

MOTV proprio, &c. Cum ſicut accepimus, dilectus filius Michael Tramezinus bibliopola Venetus nobis nuper exponi fecerit ad communem omnium ſtudioſorum utilitatem ſua propria impenſa diuerſa opera Latina & Italica, ipſa Italica tam ex Latino, Gallico, & Hiſpanico idiomate tranſlata, quàm Italica facere, minimeq; tranſlata, hactenus non impreſſa, imprimi facere intendat: dubitetq; ne huiuſmodi opera poſtmodum ab alijs ſine eius licentia imprimantur, quod in maximum ſuum præiudicium tenderet: nos propterea eius indemnitati conſulere uolentes, Motu ſimili & certa ſcientia eidem Michaeli, ne prædicta opera hactenus non impreſſa, & per ipſum ab inquiſitoribus loci illius examinata & approbata, uel ſi in urbe à magiſtro ſacri Palatij, imprimenda, per decem annos poſt eorundem operum, uel cuiuslibet ipſorum impreſſionem, à quocunque ſine ipſius licentia imprimi, aut ab ipſis uel alijs uendi, ſeu in eorum apothecis, uel aliàs uænalia, præterquàm à dicto Michaele impreſſa uel imprimenda teneri poſſint, concedimus & indulgemus, inhibentes omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, tam in Italia, quàm extra Italiam exiſtentibus præſertim bibliopolis, & librorum impreſſoribus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ. In terris uerò Sanctæ Romanæ Eccleſiæ mediate, uel immediate ſubiectis etiam quingentorum ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & inſuper amiſſionis librorum pœnis: toties ipſo facto, & abſque alia declaratione incurrendum, quoties contrauentum fuerit, ne intra decennium ab impreſſione dictorum operum, uel cuiuslibet ipſorum reſpectiue computandum, dicta opera, tam Latinà, quàm Italica hactenus non impreſſa, & per ipſum Michaelem imprimenda, ſine eiuſdem Michaelis expreſſa licentia, dicto decennio durante, imprimere, ſeu ab ipſis, uel alijs præterquàm à dicto Michaele impreſſa imprimenda uendere, ſeu uænalia habere, uel proponere, uel ea, ut ſupra, habere audeant. Mandantes uniuerſis uenerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis, eorumque Vicarijs, in ſpiritualibus generalibus, & in ſtatu temporali Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, etiam Legatis & Vicelegatis ſedis Apoſtolicæ, ac ipſius ſtatus gubernatoribus, ut quoties pro ipſius Michaelis parte fuerint requiſiti, uel eorum aliquis fuerit requiſitus, eidem Michaeli efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes; præmiſſa ad omnem dicti Michaelis requiſitionem contra inobedientes, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas: etiam ſæpius aggra-

uando, & per alia iuris remedia auctoritate Apoſtolica exequantur, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Et inſuper, quia difficile admodum eſſet præſentem Motum proprium ad quemlibet locum deferri: uolumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, ipſius tranſumptis, uel exemplis, etiam in ipſis operibus impreſſis, plenam & eandem prorſus fidem ubique, tam in iudicio, quàm extra haberi, quæ præſenti originali haberetur. Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum præſentium, & quòd ſola ſignatura ſufficiat. Et ne de præmiſſis aliquis ignorantiam prætendere poſſit, quòd præſens Motus proprius in acie Campi Floris, & in ualuis Cancellariæ Apoſtolicæ huius almæ urbis affigatur, & ibidem per affixionem publicetur, & quòd ſic affixus & in ipſis operibus per tempora impreſſus ad omnium, quos tanget, notitiam deductum eſſe, ac ſi eiſdem perſonaliter intimatum foret, expreſſe uolumus & mandamus, irritum & inane cenſendum quicquid ſecus contigerit, præmiſſis omnibus conſtitutionibus & ordinibus Apoſtolicis, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque.

Placet Motu proprio I.

M D L X I I I. die 23. Martij in Rogatis.

CHE ſia conceſſo al fedel noſtro Michiel Tramezzino, che altri che lui, o chi hauerà cauſa da lui non poſſano ſenza ſua permiſſione per lo ſpatio di anni uinti proſſimi, in queſta città, ne in alcuna altra città, o luogo del Dominio noſtro, ſtampar, ne far ſtampar, ne altroue ſtampata in quella uendere l'opera titolata il Compendio di tutta la lettura dell'Abbate Panormitano ſopra i decretali dato in luce dal Reuerendo padre Maſtro Gieronimo Fantoni di Vigeueno dell'ordine de Predicatori, ſotto pena a i contrafacenti di perder tutte l'opere da loro ſtampate, & ducati diece per cadauna di quelle, un terzo delli quali però habbia ad eſſer del magiſtrato, che farà l'eſſecutione, un terzo dell'arſenal noſtro & l'altro di lui ſuplicante, eſſendo pero eſſo obligato di oſſeruar quanto per le legge noſtre è diſpoſto in materia di Stampe.

Aloyſius Garzonius Duc. Notarius.

MICHAELI GHISLERIO S. R. E. CARD. AMPLISS.

ſummoq; contra hæreticam prauitatem in tota republica Chriſtiana, inquiſitori meritiſsimo,

F. THOMAS DE SCOTIS VIGLEVIVS prædicatoriæ familiæ, ac ſacræ paginæ minimus profeſſor. S. P. D.

SACRARVM literarum cognitionem ut omnium pulcherrimam ita omnium difficillimam eſſe (præſtantiſſime Cardinalis) & omnes iam pridem indicant, & exemplo id facile colligitur. Cum enim quamplurimi ſint, qui ſe ad huius doctrinæ ſtudium applicauerint, paucis tamen in ea contigit excellere. Immo quidam dum altiora perſcrutantur mentiq; humanæ incognita, tantum abeſt, ut in eo quicquam profecerint, ut inde magnum ſibi, & aliis detrimentum retulerint. Quod ſi cui in hac præſtare, & probitatem cum doctrina licuit coniungere, eum plane uirum diuinum iudico, quiq; diuinis omnino laudibus affici debeat. Horum in numero memini ante aliquot annos fuiſſe Hieronymum Fantonium nobili Ferra-

riorum familia Vigleuani natum. Is enim erat, qui & ſacram theologiam apprime nouerat. Et uero ad eam, quod caput eſt, nullam fucatam fallaciam, ſed morum ſanctitatem adiunxerat, nec eo contentus, ut publice tantum interpretaretur, in eo quoq; elaborabat, ut ipſe ſuis uigiliis prodeſſe aliis aliquid poſſet, quod omnia eius ingenii monumenta præclare declarant. Sed ego (uir clariſſime) cum de eius eximia doctrina tecum loquor, eo ſum progreſſus, ut non ſenſerim ei me hæc narrare, qui eadem optime norit. Quare multa præterea de eodem homine, quæ in eius laudem apte conueniant, non inuitus omitto. Nunc cum ſummo meo labore tanti uiri ad me delatum ſit hoc opuſculum, cumq; illud ædere cum animo meo conſtituiſſem, quærere mq; cui dicarem: ſtatim tu mihi occurriſti, qui ob tua in me merita digniſſimus eſſes. Verum quoniam ne minimam quidem partem meritorum tuorum compenſare poſſum, te rogo, ut munuſculum hoc, qualecunque eſt, non reſpuas, præſertim cum ab homine proficiſcatur, tuarum laudum ſtudioſiſſimo. Quod, cum te ſemper humaniſſimum nouerim, id tibi pergratum fore minime diffido. Vale hæreticæ prauitatis Inquiſitor acerrime, prædicatoriæ familiæ decus, & firmiſſimum eccleſiæ catholicæ columen.

NOs frater Vincentius Iuſtinianus ſacræ Theologiæ profeſſor, ac totius ordinis prædicatorũ humilis generalis magiſter & ſeruus: cupientes quòd opus æditum per quondam R. magiſtrum Hieronymum Fantonum de Vigleuan. in noſtra prouincia utriuſque Lombardiæ ſuo tempore doctorem inſignem, quod opus Compendium Abbatis inſcribitur: in communem tum canoniſtarum, tum Theologorum utilitatem in pubilicum prodeat: harum ſerie noſtri auctoritate officij, tibi Reuerendo magiſtro noſtro fratri Thomæ de Scotis Vigleuan: generalem comiſſariũ officij Sanctæ Ro. inquiſitionis in urbe agenti: cui perpetua animi beneuolentia morem gerere optamus, liberam concedimus facultatem, ut ubicunq;, & quandocunq; tibi uiſum fuerit ualeas dictum Compendium præfati auctoris comprofeſsoris, ac conciuis tui, typis mandare, & publicæ uenditioni exponere. In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti Amen: Non obſtantibus quibuſcunque. In quorum fidem his ſubſcripſimus officij ſigillo communitis. Datum Genuæ xiiij. Februarij. M D L X I.

Frater Vincentius Generalis magiſter ordinis prædicatorum aſſumptionis noſtræ anno. iij.

Frater Seraphinus Caualli, magiſter, & ſcriba.

Regiſtrata folio. 38. primi regiſtri.

F. THOMAE VIGLEVAN. ordinis prædicatorum ad pium lectorem Decaſtichon.

Vtile lector opus Fantoni ſuſcipe docti,
Qui celeri ſtudio plurima ſcire cupis.
Contulit hos multa dudum ſub nocte labores,
Sparſaq; non paruo colligit ingenio.
Quæ tibi per plures promit Panormius Abbas,
Solo Hieronymus codice cura dabit.
Perlege quisquis amas ſummam prope diſcere Iuris
Pontificum: modicum tempore ductus eris.
Ergo opus egregij multo pretioſius auro
Candide ne pigeat lector habere uiri.

F. GABRIELIS BERGOMATIS ORDINIS PRAEDICATORVM Epigramma.

Qui breuiore poteſt metam contingere curſu,
Si longas remeat, non ſapit ille uias.
Fruſtraq; ceruleum ſe ſe demerget in æquor,
Qui uitreo poterit fonte leuare ſitim.
Doctrinæ quicunq; igitur contingere metam,
Diuiniq; cupit ſumere fontis aquas,
Perlegat hunc, docto qui magna uolumina libro
Pandit, & exiguo flumina ſacra lacu.

COMPENDIVM AVREVM TOTIVS LECTVRAE D. Abbatis Panormitani

Super decretalibus, ordine elementario, æditum à R.P.F. Hieronymo Fantono ord. Prædic. uitæ regularis, & ſacræ Theologiæ eximio doctore.

ABBAS & Abbatiſſa dicuntur ſi ſint confirmati ante benedictionem, non autem dicitur Epiſcopus ante conſecrationem, quia per conſecrationem confertur ordo, non autem per benedictionem, nec conſequitur nomen Pontificis, quia non exercet Pontificalia, Confert tamen benedictio Abbati aliquod ius, quia contra plenum ius non admittitur exceptio, quę tamẽ admittitur ante benedictionẽ. Abbas de accuſation. c. Meminimus.

Abbas confirmatus ante benedictionem dicitur & eſt Abbas, & poteſt uti baculo, mitra, & anulo, quia horum uſus conceditur ad decorem eccleſiæ ſuæ, non ad ſignificationem conſecrationis, ſecus eſt de epiſcopo. Abb. de ſen. & re iud. c. Inter Monaſterium.

Abbas abſoluit monachum ſi uerberat alium monachum extra clauſtrum, & ab excomunicatione contracta in ſeculo. Abb. de ſen. excomunicationis c. Cum illorum.

Abbas debet benedici die dominico, quia maior ſolennitas requiritur quã in ordinibus minoribus, q nõ dãtur quotidie. Abb. de cõſe. eccl. & alt. c. cũ ſit. & cõſecrationẽ debet obtinere ab epiſcopo loci. Ab. de uerb. ſig. c. Abbate.

Abbas confirmatus per Papam non poteſt benedici per inferiorem licentia Papæ, niſi aliud habeat conſuetudo. Abb. de accuſ. c. Meminimus.

Abbas poteſt habere aliqua bona diuiſa à bonis Monaſterij & ſpeciali iure, ex ſtatuto facto ex cauſa rationabili, uel ex conſuetudine, & poteſt cũ conuentu ſtatuere ut cuilibet monacho dentur decem pro ueſtibus, & ꝙ retineant ex labore ſuo certum quid, nec hoc eſt contra uotum paupertatis. Hæc etiam poteſt Abbatiſſa cum monialibus. Abb. de reſcrip. c. Edoceri.

Abbas poteſt dare licentiam alienandi bona eccleſiæ ſibi ſubiectæ pleno iure, quia omnia quæ ſuæ iuriſdictionis ſunt poteſt exercere. Abb. de rebus eccleſiæ non alienandis. c. Non licet.

Abbates Ciſtercij non bened: ci poſſunt benedicere, & omnia facere quæ poſt benedictionem poſſunt quando Epiſcopi requiſiti tertio non benedixerunt eis. De ſup.neg.præla. c. Statuimus. Capiunt poſſeſſionem per inſtallationem in choro, & debent Epiſcopo ſubiectionem reuerentiæ, & obedientiæ ſecundum formam poſitam in littera. nihil tamen debent dare pro inſtallatione de iure communi debent inſtallari per Archidiaconum. Abb. de ſim. c. Ne Dei Eccleſia.

Abbatis confirmatio de iure communi ſpectat ad Epiſcopum. Abb. de elect. c. Cum monaſterium, & de ſimo. c. Sicut tuis.

Abbas habet dignitatem. Abb. de iudi. c. Decernimus. Non tamen habet dignitatem excellentem, ſed potius iudicatur inter dignitates inferiores. Abb. de ſimo. c. Per tuas.

Abbas poteſt deponi ex negligentia. Abb. de ſtat. Mona. c. Ea quæ.

Abbas ſi deponitur, uel renunciat non eſt monachus monaſterij, ſed eſt ſub Epiſcopo, etiam ſi monaſterium ſit exemptum. Et hoc ſecundum communem opinionem. Mihi uidetur quòd maneat monachus illius monaſterij, in quo ultimo fuit Abbas, & habeat locum poſt Abbatem qui pro tempore erit. Abb. ubi ſupra. c. Cum ad monaſterium.

Abbas non diſpenſat cum monacho niſi in caſibus in iure expreſſis. Abb. de ſent. exc. c. Cum illorum.

Abbatis ætas eſt annorum uigintiquinque, Abbatiſſæ uero triginta. Abb. de elect. c. Cum in cunctis.

Abbas exemptus licet non ordinet ſuos clericos, dat tamen licentiam ut ordinentur à quouis Epiſcopo. Glo. de transla. c. Cum ex illo.

Abbas ſi eſt ſubiectus ratione membrorum quando poteſt conueniri, & quãdo non. Abb. de priuil. c. Ex ore.

Abbas non poteſt ad habitum recipere monachum de iure cõmuni ſine conſilio conuentus. Abb. de regul. c. Ad Apoſtolicam.

Abbas poteſt inquirere, & punire monachum de homicidio & inquirere iudicialiter, ac punire. Abb. de homicidio. c. Suſcepimus.

Abbas non poteſt inſtituere qui curam exerceat animarum ubi populus non eſt exemptus, ſed hoc pertinet ad Epiſcopum. Abb. de capel. monach. c. In eccleſiis.

Abbas habet primum locum inter prælatos poſt Epiſcopum. Abb. de priuilegiis. c. Ex ore.

Abbas non poteſt auferre Prioratum ab eo qui accepit illum à Papa ad cuſtodiam toto tempore uitæ ſuæ, quia in hoc eſt obedienciarius Papæ. ſubiicitur tamen talis prior abbati in omnibus aliis. Abb. de electio. c. Cum inter.

Abbas non poteſt autem perpetuare monachum in prioratu manuali, uel in alio loco quo minus non poſſit eum remouere ad libitum. Abb. qui cler. uel uouen. c. Inſinuante.

Abbas poteſt agere cauſas ſui monaſterij abſque mandato. Abb. de ſucceſſ. ab inteſt. c. Cum dilectus. poteſt eſſe procurator alterius monaſterij. Abb. de cenſ. ubi ſupra. poteſt eſſe procurator Eccleſiæ cathedralis. Abb. de po ſtu. c. Ad hæc in beato Petro.

Abbas tenetur ire ad Synodum ſi non eſt exemptus, & etiam ſi eſt exemptus habens eccleſias non exemptas. Abb. de priuil. c. Ex ore. Habens populum ſubiectum Epiſcopo tenetur ire ad Synodum, & ad omnia quæ ſunt

de le ge

de lege dioceſana ſicut eccleſiæ ſeculares, ſi non habet populum, etiam tenetur ire, quia ſynodus eſt mixti iuris, & reſpectu uocationis eſt de lege dioceſana, & ideo Abbates non poſſunt compelli niſi ex rationabili cauſa reſpectu eorum quæ ſtatuuntur & de lege iuriſdictionis, & exempti non tenentur ire ad ſynodum niſi per ſe exerceant curam capellarum, quam ſi exercent per capellanos illos mittent, cum dicitur quòd religioſi non tenentur ire ad ſynodum intelligitur de exemptis, aut quando congregatur ſynodus ex facili cauſa, aut de inferioribus: non autem de prælatis eorũ, quia diſtinguendum eſt ut ſupra. Abb. de maio.& obedientia. c. Quod ſuper. Vide lex dioceſana.

Abbas & conuentus non poſſunt facere ſtatutum per quod ligetur ſucceſſor niſi auctoritate ſuperioris, nec ligatur Abbas ſub ſtatuto licet illud fecerit cum conuentu, immo ſi Abbas iurauit ſeruare ſtatutum tenet reuocatio, licet in periurium incidat. Non poteſt Abbas ſibi imponere legem, ſi concedit prioratum ad uitam poteſt priorem reuocare, nec poteſt Abbas obligari monacho, ſicut nec dominus ſeruo. Abb. de ſtatu. monach. c. Cum ad monaſterium.

Abbas de iure communi alteri Abbati non ſubiicitur, ſed Epiſcopo. Abb. de reg. c. Ne religioſi.

Abbatiſſa non conſecratur ſed benedicitur ſimplici benedictione, ſecus eſt de benedictione Abbatis, quæ partim eſt ordinaria, & partim ſimplex, quia Abbas recipit poteſtatem conferendi ordines minores. Abb. de teſt. c. Quia ingredientibus.

Abbatiſſa benedicitur ſicut Abbas in monaſterio in quo ſit Abbatiſſa, & ſolet benedici, & niſi faciat ſe benedici infra annum eſt priuata beneficio in hoc acquiſito. Vbi non eſt conſuetudo, poteſt omitti benedictio quæ non habet eundem effectum ſicut in Abbate, qui poteſt minores ordines conferre, quod non poteſt Abbatiſſa, quia eſt uirile officium. Abb. de accuſ. c. Meminimus.

Abbatiſſa poteſt habere aliqua bona diuiſa à bonis monaſterij ex ſpeciali iure ex ſtatuto facto ex cauſa rationabili, uel ex conſuetudine poteſt etiam ſtatuere quòd cuilibet moniali dentur decẽ pro ueſtibus, & quòd retineãt ex labore ſuo certum quid, & hoc non eſt proprietas, nec contra uotum paupertatis. Abb. de reſcrip. c. Edoceri.

Abbatiſſam oportet eſſe annorum triginta, & uirginem, alias licet ſit ſancta & caſtè uixerit non poteſt eſſe Abbatiſſa, oportet etiam eſſe legitimam, quia dignitatem habet, & timeri poteſt de incontinentia quia filia ſequitur matrem. Abb. de elect. c. Cum in cunctis.

Abbatiſſam non oportet habere habitum monachalem, quia non habitus ſed profeſſio facit religioſum. Abb. de teſt. c. Quorundam.

Abbatiſſa ratione dignitatis poteſt iuriſdictionem exercere, & ſic uirili officio fungi. Clericos poteſt habere ſub ſe, ſi habet ſub ſe capellas pleno iure ſubiectas, iuriſdictionem exercere poteſt in moniales, licet non poſſit excommunicare, ſuſpendere & interdicere, poteſt tamen implorare auxilium ſuperioris, & tunc Epiſcopus tenetur ſibi auxiliari, poteſt etiam inuocare brachium ſeculare, & conferre beneficia; quæ autem dependẽt a poteſtate clauium non cadunt in mulierem. Abb. de maio. & obed. c. Dilecta. Non poteſt moniales benedicere, confeſſiones audire, nec publice prædicare de pœnit. & remiſſ. c. Noſtra, licet poſſit habere iuriſdi-

ctionem fori contentioſi, non tamen pœnitentialis, quæ procedit ex parte ordinis, cuius mulier non eſt capax. Et licèt non poſſit prædicare publice, poteſt tamen in ſecreto monere etiam explicando ſacram ſcripturam. Ab. ubi ſupra. Noſtra. Poteſt etiam habere iuriſdictionem ſuper clericos de iure ſpeciali. Abb. de exceſ. præla. c. Dilecta.

Abſens fraudulenter dicitur clericus, qui eſt abſens ex iniuſta cauſa, etiam cum agitur de graui præiudicio. Abb. de cle. c. Ex tuæ deuotionis.

Contra abſentem neceſſario proceditur ad ſententiam, quando abſentia eſt ex ſua culpa, uel ex proprio delicto contracta. Debet mittere procuratorem, & poteſt procedere iudex etiam ad ea quæ ſunt grauis præiudicij. Et hoc nota contra eos qui timore accuſationis fugiunt. uir in dubio in fraudem uxoris ſe abſentaſſe præſumitur, ex quo tenebatur cohabitare, niſi aliud appareat, ſecus ubi ex probabili cauſa abeſſet, uel quando neſcitur ubi ſit. Abb. Qui ma. accu. poſſunt. c. Relatum.

Abſolutio ad cautelam, id eſt, ad maioré ſecuritatem fit, ut res potius ſit in tuto, quàm in periculo, ne prętextu nullitatis ſe immiſceat diuinis, & notetur apud uulgares. Sic abſoluitur quis ab excommunicatione præſtita cautione de parendo mandatis ecclesię, & ut licite poſſit ſe immiſcere diuinis, & alij poſſint ei communicare. Quandocunq; , & ex quacunq; cauſa allegatur nullitas excommunicationis locum habet abſolutio ad cautelam. Iudex quilibet poteſt ſic abſoluere à ſententiis ſuis non tamen poteſt relaxare ſententias aliorum niſi in caſibus iuris. An delegatus hoc poſſit ui de glo. de reſcrip. cap. Sanctę crucis, Nunquam. abſolutio intelligitur fieri ad cautelam niſi exprimatur. Abb. de excep. c. Apoſtolicę.

Abſolutus per inquiſitionem non debet amplius inquiri de eodem crimine niſi ſit abſolutus per colluſionem. Abb. de col. c. In tantum.

Abſolutionem poteſt committere quicunque ex officio poteſt abſoluere. glo. de offic. legati. c. Excommu.

Acceptilatio eſt quędam imaginaria ſolutio uel liberatio per interrogationem mutuam contingens. Abb. de foro compe. c. Significaſti.

Actio eſt ius quoddā agendi ex obligatione ortū. Abb. de iud. c. Dilecte fili.

Actio confeſſionalis eſt qua quis dicit in iudicio ſeruitute rem ſibi competere, actio negatoria qua quis dicit ſeruitutem aduerſario non competere. Abb. de iudi. c. Examinata.

Actio, & defenſio primo loco competit ei cuius eſt ius, uel res deducta in iudicium, uel de cuius præiudicio principaliter agitur. Ad eum qui poteſt aliquod intereſſe, uel præiudicium ſaltem facti prætendere pertinet ſecundo loco. Abb. de ſent. & re iud. c. Quamuis.

Actio in rem intentatur: quando actor non dicit perſonam obligatam, ſed agit aliquam rem eſſe ſuam, uel obligatam ſibi, Actio in perſonam dicitur quando non agit ad certam rem, ſed dicit perſonam ex cōtractu, uel maleficio obligatam ſibi, quę obligatio multis modis & cauſis contingit, mixta competit quando agitur ad rem & in perſonam ut quando plures diuidunt hereditatem. Abb. de ut lite non conteſt. c. Quoniam frequentes. §. In aliis.

Actio quę dicitur iuris ſtricti, & quę bonæ fidei. Gloſ. & Abb. de excep. c. Cum uenerabili.

Actio dicitur particularis quia datur ad rem particularem, uel ſingularem, puta peto ueſtem, Harum quędam ſunt reales quæ competunt ad rem & non

non dicunt perſonam obligatam, aliæ perſonales, quia non ad rem ſed in perſona diriguntur, ut ſi ago ex empto uel mutuo, dico perſonam obligatam non rem, uel pecuniam, uniuerſalis dicitur quæ comprehendit totum ius ut cum petitur hereditas, uilla, uel caſtrum, eccleſia cum pertinentiis ſuis, & dicitur actio uniuerſalis quando datur ad aliquid quod de ſignificatione ſua multa continet in ſe uniuerſaliter, ſiue ſit uniuerſalitas iuris ut hereditas, & poſſeſſio bonorũ, ſiue ſit uniuerſalitas facti, ſicut peculiũ, uel quia competit ad id quod continet ſub ſe plura capitula, non tamen uniuerſum ius; ut eſt actio negociorum geſtorum, tutelæ. Actio poteſt dici generalis quia comprehendit plura & ſi non ex propria ſignificatione, ſaltem ex additione, reſtrictione, uel demonſtratione, exigitur tamen declaratio, ut reus poſſit deliberare an uelit cedere, uel contendere, & ut iudex poſſit facere ſententiam & huic prouidere per proceſſum. Abb. de lib. obl. c. Significantibus.

Actiones plures ſi uni conueniunt, quando una tentata tollitur alia, & quando non tollitur. Abb. de colluſ. c. Intantum.

Actor cogitur agere etiam inuitus poſt porrectionem libelli, non autem ſi tantum præceſſit ſiſcitatio, & ſi fuerit contumax habet reus contra eum remedia, recipiuntur teſtes, & proceditur ad ſententiam, non autem ſi reus ſit contumax & aſsignat rationes. Abb. de dol. & contu. c. Cauſa.

Actor poteſt adire forum cuiuſcunque ſuperioris, nec poteſt cogi ad forum alicuius etiam legati. Abb. de officio de leg. c. Cum non ignoret.

Actor ſequitur forum rei, intelligitur quando de aliqua re principaliter contenditur, ſecus ſi agit ſuper exceptione proprio dicta, quæ tantum ſtimulat, uel inſtimulando ſtimulo actionis, ſecus, in actione improprie dicta, quæ competit etiam non ſtimulato ratione publici intereſſe. Abb. de foro competen. c. Si quis contra. Vide laicus. Papa. Fallit quando res eſt eccleſiæ, uel clerici, quia tunc laicus conueniri poteſt coram iudice eccleſiaſtico, ubi ſupra. Glo. & Abb. c. ſi clerici. Malefactores eccleſiarum, qui ſacrilegi cenſendi ſunt, poſſunt in utroq; foro conueniri, ubi ſupra. c. Cum ſit generale. Crimine hereſis, uſurę, ſacrilegij, ſimonię, periurij, adulterij, & pro quocunque peccato laicus poteſt conueniri coram iudice eccleſiaſtico. Glo. ubi ſupra. Hoc priuilegio eccleſiæ, hoſpitalia, & bona clericorum gaudent. Malefactores hic inuaſores, & raptores rerum eccleſiæ dicuntur. Item oppreſſores & defraudantes habita in contractu eccleſiæ, quando contractus ſua fraude dicitur nullus. Item quando petitur reſtitutio in integrum, in omnibus prædictis eccleſia uendicat ſibi iuriſdictionem contra laicos. Item ſi clericus turbatur contra poſſeſſorem. Si cõtra prædictos agitur pœna corporali ſecularis eſt iudex. ſi ad ſpirituale puta excommunicationẽ, Iudex eſt eccleſiaſticus, ſi ad ciuilẽ reſtitutionẽ rei ſubtractæ, aut ad pecuniariam pœnam eſt in optione perſonæ eccleſiaſticæ coram quo iudice uelit agere. Abb. de foro cõp. c. Cum ſit generale.

Actor poteſt intentionem ſuam fundare ſuper expreſsis in exceptione, non autem ſuper incluſis in ea, ideo poteſt quis ſe fundare ſuper eo quod impugnat, quando alio reſpectu impugnat quam reſpectu illius ſuper quo ſe fundat, quando ſcilicet non impugnat factum, ſed ſolennitatem facti. Abb. de reſcrip. c. Ex parte decani. In iudicio poteſt ſe fundare ſuper tempus, eo quod eius quod petitur non eſt memoria de principio. Abb. de officio iudi. ordi. c. Dilectus.

Actor ubi plenè poteſt fundare intentionē ſuam debet obtinere, niſi reus illam clare confundat, nec ſufficit quòd reddat eam dubiam. Mulier probando ſponſalia, & copulam fundat clare ſuam intentionem, exceptio uiri non euacuat illam probationem, licet aliquantulum reddat offuſcam. In Criminalibus autem ut euitetur delictū, uidetur reus eſſe abſoluendus. Abb.de condi.apponen. c. Per tuas

Actor ſuccumbens in iudicio, quando poteſt, uel non poteſt in eadem cauſa agere. Abb.de lib.obla. c. Significantibus.

Actus geſtus ex errore, uel opinione communi ualet, intelligitur de independentibus à iuriſdictione, non autem de independentibus ab ordine, ſeu in ſacramentalibus, in quibus attenditur ueritas non opinio. Abb. de presbytero non bap. c. Apoſtolica.

Acta in iudicio ciuiliter non faciunt fidem in iudicio in quo agitur criminaliter, quia forte multa obieciſſet contra primo acta, ſi fuiſſet criminaliter actum, quod non fecit propter leue præiudicium, ſecundo quia ad alium effectum agitur nūc quàm tunc. Si non obtinet exceptio rei iudicatæ, ita nec illa acta debent facere fidem. Sola confeſſio non ſufficit ad condemnationem ſed poteſt compelli reus ut in confeſsione perſeueret, uel det intellectum confeſsioni ſuæ, quia orta eſt contra eum non leuis ſuſpitio ex illa confeſſione. Abb.de accuſ. c. Qualiter & quando. ſecundum.

Actus extra iudicialis non tranſit in rem iudicatam, unde infra decidium appellare poteſt ab illo. Abb. de præſump. c.Dudum.

Actus geſtus contra prohibitionem iuris ubi cauſa eſt perpetua eſt ipſo iure nullus, non autem ſi cauſa ſit temporalis. Cauſa porpetua prohibitionis dicitur quæ non eſt inſtructa ad certum tempus, ut cum aliquid prohibetur fieri propter matrimonium, quod inde ſequi poteſt, uel prohibetur matrimonium propter conſanguinitatem. Cauſa reſtricta ad tempus dicitur temporalis, ut cum prohibetur contrahere matrimonium propter reuerentiam diuinorum. Abb. de ſpon. duorum c. Tua fraternitas.

Actus geſtns contra legem quando eſt nullus; & quando non. Abb. de teſti. c. In nomine Domini.

Actus geſtus à non poſſeſſore, ut ualeat non ſufficit error communis abſque poſſeſsione. Sic debet limitari, cum dicitur error communis non facit ius. Geſta per eum qui habet auctoritatem publicam ualent, non autem geſta per eum ut eſt priuata perſona. Abb. de iure patron. c. Conſultationibus.

Actus ſpiritualis ubicunque requiritur liber conſenſus ſicut in profeſsione nō ualet ſi interueniat metus, licet coacta uoluntas ſit uoluntas, non eſt uoluntas ſpontanea. Ab.de regulari. c. Nullus. Imperium patris non impedit matrimonium, nec modica coactio, niſi pater eſſet terribilis, Verbera, & minę tollunt conſenſum ſpiritualem, in iis iudex arbitrabitur. Abb.ubi ſupra. c. Cum uirorum.

Actus ſpiritualis geſtus contra iuramentum ualet, licet de periurio ſit pœna iniungenda. Abb. de ſpon.duorum. c. De illis.

Ad actus ſubſtantiam ubi aliqua requiruntur, niſi illa interueniant, non tenet actus, licet ex neceſsitate ſolemnitas ſeruari non poſsit, neceſſitas non facit ſolemnitatem ſubſtantialem deficere. Abb. de baptiſ. c. Debitum.

Accuſatio inſtituta propter turpem cauſam non debet admitti; ideo iudex ex officio ſuo poteſt tales repellere, etiam parte non opponente. Quòd quæſtus cauſa quis inſtituat accuſationem, probabitur per mediatores,

uel per teſtes quos corrumpere uoluit, ob iſtum cauſam. Abb. qui matri. accuſ. poſſunt. c. Significante.

Criminatio prælati debet tractari coram illis quorum intereſt. De accuſ. c. Illa propoſitorum. Monachi, conuerſi, laici debent admitti ad accuſationem Abbatis, patroni eccleſiæ, & parochiani poſſunt agere ciuiliter de crimine contra prælatum, ut priuetur eccleſia, quia eorum intereſt habere bonum prælatum. Alij laici non admittuntur etiam ciuiliter. Accuſatio prælati ſemper tractanda eſt inter eos quorum intereſt: Accuſatores ſemper debent eſſe præſentes, nec ualet quod agitur in eorum abſentia, non data contumacia prælati. Superiores accuſatorum non ſunt de neceſſitate uocandi, ſi ſponte intereſſe uolunt pro eorum intereſſe admittendi ſunt etiam per procuratorem. In fauorem reipublice poteſt admitti tertius ad accuſati abſentis defenſionem. Abb. ubi ſupra.

Ad accuſationem ciuilem proſequendam non admittitur procurator, licet allegare poſſit cauſam abſentiæ, uel exceptiones alias, non tangentes crimen propoſitum. De accuſa. c. Veniens.

Licet procurator non admittatur ad diſputandum in cauſa criminali ſuper crimine, admittitur tamen ad præponendum exceptiones contra accuſatorem de indignitate eius. Quando poteſt uel non poteſt interuenire, & quando poteſt uel non poteſt intromittere, & iudicium eſt nullum. Abb. ubi ſupra. c. Veniens.

Accuſare poteſt clericus inferioris ordinis clericum ſuperioris ordinis, qui licèt non poſſit ex toto puniri ſimili ſupplicio, poteſt tamen mutari pœna ut hic. Ab. de calum. c. Cum fortius. Laicus inimicus poteſt clericum accuſare. De accuſa. Cum. P. Accuſare poteſt in crimine ſimoniæ quilibet catholicus. De ſimo. c. Si dominus. Non catholicus, paganus, iudæus, aut hæreticus non admittitur. Glo. & Abb. ubi ſupra. accuſare poteſt ſeruus, meretrix & criminoſus. De Simonia. c. Tanta.

Accuſari nó poteſt de certo crimine qui ab eodem fuit abſolutus. De accuſa. c. De iis. Abſolutus ab obſeruatione iudicij poteſt iterum accuſari, etiam ab eodem. Abſolutus per uiam tranſigitionis poteſt accuſari à tertio. Abſolutus per uiam exceptionis, ſi erat tale crimen, quod per uiam exceptionis, licèt puniri pœna naturali, non poteſt iterum accuſari, ſi non ſit tale crimen poteſt iterum accuſari, & exceptio de ſui natura non tendit, ad uindictam. Si abſolutus eſt per uiam denunciationis, poteſt iterum accuſari niſi ſoluiſſet pœnam debitam, quia denunciatio non fit ad uindictam. Abſolutus per pœnitentiam, per baptiſmum poteſt iterum accuſari, Abſolutus ciuiliter non poteſt accuſari criminaliter. Si abſolutio facta eſt per diſpenſationem, non accuſatur amplius, Abſolutus qui fugit ad eccleſiam non poteſt iterum accuſari, Abſolutus per uiam inquiſitionis, quando actum eſt criminaliter, non poteſt iterum accuſari criminaliter. niſi primus accuſator fuerit præuaricator, & præſumitur colluſio, ſi conuerſatur cum accuſatore, ſecundo quando ſecundus accuſator proſequitur iniuriam propriam, & probat ſe ignoraſſe inſtitutam accuſationem, quæ ignorantia probabitur per iuramentum, quia minor erat, uel abſens. Accuſatus quod percuſſit, an accuſari poſſit qui percuſſit cum ſanguinis effuſione. Abb. ubi ſupra. c. De his, & c. Accuſaſti.

Accuſari poteſt in iudicio qui peregit pœnitentiam impoſitam à ſacerdote. Abb. ubi ſupra. c. De iis. & Accuſaſti.

Accuſari

Accuſari non poteſt quis per litteras. Denunciari, & citari poteſt reus ut ueniat reſponſurus libello, poteſt etiam citari per nuncios ubi eſt conſuetudo. Abb.de accuſa. c. Licet in beato.

Accuſator dicitur quaſi cauſator, quia ad cauſam uocat eum quem appellat. De uerb. ſigni. c. Forus.

Accuſator admittitur facilius quàm teſtis, quia non tantum præiudicat, Crimina per teſtes probantur non per accuſatores, De iure ciuili non eſt cautum quòd inimicus non poſſit accuſare, qui tamen non poteſt eſſe teſtis. Abb. De ſimo. c. Licet. Hely.

Accuſatori non comparenti in termino imponitur ſilentium perpetuum, ſi terminus imponitur accuſato non comparente accuſatore, non requiritur accuſator ut accuſatus à præſenti inſtantia abſoluatur. Abb. de accuſa. c. Licèt in beato.

Vbi agitur de crimine ciuiliter ad commodum publicum requiritur admonitio, ſi per uiam denunciationis agit ad commodum priuatum non requiritur. In cauſis pecuniariis neceſſaria eſt admonitio ſi dies non eſt adiecta, quia ante monitionem non eſt in mòra, ſecus ſi dies eſt appoſita. Ab. De ſimo. c. Licèt. Hely.

Si accuſator deficit in probatione, & non poteſt puniri ſimili pœna debita accuſato commutabitur in aliam pœnam, ut ſi qui eſt inferioris ordinis accuſat eum qui eſt ſuperioris ordinis, uel laicus clericum, eo ipſo quòd non probat crimen præſumitur calumniator, & punitur niſi in certis caſibus. Abb.de calū. c. Cum fortius. Quando ex accuſatione ſequitur mors, uel membri debilitatio qua pœna ſit puniendus criminoſus. Ab. de accuſ. c. Accuſaſti.

Accuſans poteſt deſiſtere ab accuſatione ſine pœna ante inſcriptionem, & ſi ad terminum non uenerit imponitur ei ſilentium. De accuſa. Licèt in beato. Poteſt impune deſiſtere ante datum libellum etiam ſi facta eſſet citatio, non autem ſi dati ſunt fideiuſſores de proſequenda lite, uel ſit lis conteſtata. Dicens ſe aliquem accuſaturum coram iudice ante inſcriptionem poteſt impune deſiſtere, & ſic deſiſtenti imponitur ſilentium perpetuum, nec poteſt amplius de illo crimine accuſare reum. Abb.ubi ſupra. c Licet in beato.

Accuſatori in crimine hęreſis uolenti deſiſtere non parcitur, quia hoc eſt ſpeciale, in crimine hereſis, quod nolenti redire parcatur: hoc autem eſt crimen calumnie. Abb.de hęre.c. Excommunicamus ſecundum.

Accuſator ſi ſit illegitimus reus non eſt trahendus ad iudicium. De accuſa. c.Inquiſitionis.In legitimis accuſator eſt criminoſus qui nō eſt bonę uitę, ſed malę famę. Glo.ubi ſupra. De iure ciuili criminoſus admittitur niſi ſit cōdemnatus de crimine, & infamis. De iure canonico ſufficit quod poſſit cōuinci de graui crimine,uel quod perſeueret in quouis mortali,repellitur ſi proſequitur uindictam publicam, quia ſi propriam quilibet criminoſus admittitur. Infamia iuris repellit accuſatorem in utroq; foro. Infamia facti repellit de iure ciuili, non autem de iure canonico. De lege ciuili inimicitia non repellit, de iure canonico repellit, ſi eſt grauis. Minor regulariter non accuſat niſi proſequendo propriam, uel parentum iniuriam, Si eſt infans accuſat tutor,& obligat ſe ad pœnā taleonis, ſi maior infante impubes tamen accuſat auctoritate tutoris, poſt quartūdecimum annum cum auctoritate tutoris poteſt accuſare, licet alij teneāt quòd requiratur uigeſimus

ſimus annus, mulier etiam repellitur, pauper admittitur ſi eſt honeſte uitæ in iis quę ſunt leuis prǫiudicij. Illegitimus accuſator non admittitur contra infamatum, ſed officio iudicis reo imponitur purgatio, & repellitur accuſator. Si reus non eſt infamatus abſoluitur ab obſeruatione iudicij ſi non excipitur de illegitimo accuſatore ualet iudicium, ſi quando accuſauit non erat indignus & incohata accuſatione indignitas ſuperuenit poteſt accuſationem inchoatam proſequi, ſed non poteſt de nouo inchoare. Abb. ubi ſupra. c. Si illegitimus.

Qui iurauit ſtare mandato alterius & uirtute iuramenti eſt ſibi iniunctum ut non accuſaret non admittitur ad accuſandum. De accuſa. c. Veniens.

Accuſans matrimonium propter quęſtum repellitur. Qui matri. accuſ. poteſt. c. Significante. Mulier accuſare poteſt matrimonium de impedimento. Abb. ubi ſupra. Accuſator matrimonij repellitur qui denunciationis tempore tacuit, niſi denunciationem probabiliter ignorauerit & iuret de nouo hoc cognouiſſe, & quòd non obiiciat malicioſe illa, & ſic licet non compareat in termino debet poſt admitti ad denunciandum. c. Cum tua. Abb. ubi ſupra.

Accuſator inimicus, & cohabitantes repelluntur ab accuſatione. De accuſa. c. Repellantur. Hi preſumuntur eſſe inimici ex frequenti conuerſatione, Inimicum oportet eſſe capitalem, ut repellatur ab accuſatione, Qui cauſa fuit inimicitiæ non repellitur niſi hoc fecerit malicioſe, ideo relinquitur arbitrio iudicis. Abb. ubi ſupra. In domo familiariter nutritus accuſans dominum non auditur. Abb. ubi ſupra. c. Nulli.

Accuſator inſcribit quia tendit ad pęnam. De accuſa. c. Super iis. Si accuſator fuerit conuictus deponitur ab officio, & beneficio, Si crimen ſit enorme ponitur in perpetuo carcere. Caſus aliqui ponuntur in gloſa in quibus non fit inſcriptio, quibus additur cum maritus accuſat uxorem de adulterio, ſecundo quando accuſat de moneta falſa, tertio quando accuſat ratione officij, ut tutor, uel procurator, quia non punitur niſi euidēs ſit calumnia, quarto cum proſequitur mortem eius cui ſucceſſit. Accuſator dicitur inſcribere quando obligat ſe ad pœnam talionis, & hoc eſt neceſſarium, ſi tamen admittatur, & qui accuſat deficiat in probatione punitur pœna talionis. Abb. ubi ſupra.

Accuſatus ſublata accuſatione poteſt iterum accuſari ab alio, niſi alia cauſa rationabilis exiſtat. Abb. de accuſa. c. Cum P.

Accuſatus criminaliter non poteſt interim promoueri. De accuſa. c. Omnipotens. Accuſatione, uel inquiſitione pendente non debet promoueri ad officium, nec ad beneficium, & hoc procedit etiam in dignitatibus ſecularibus, grauatur accuſati opinio ut interim non dicatur perſona integra omnino, non tamen priuatur iure acquiſito, nec exercitio illius, licet ad agendum de nouo inhabilitetur. Abb. ubi ſupra. c. Omnipotens. Accuſatus criminaliter non poteſt ordinari. Abb. de teſti. c. Non debet. Vide teſtis non admittitur.

Accuſatus licet in odium ſui non poſſit excipere contra accuſatorem de ſua indignitate, iudex tamen ex officio ſuo hoc poteſt. Illegitimus accuſator debet repelli nec dum propter commodum accuſari, ſed etiam propter dignitatem iudicis. Abb. de accuſa. c. Nulli Epiſcoporum. Accuſatus contra quos poteſt excipere, & qui poſſint excipere. Abb. de excep. c. A nobis. Vide excommunicatus maiori poteſt excipere.

Accuſatus requiritur quòd ſit infamis ſi ſit clericus, non autem ubi clericus accuſatur à clerico, uel laicus à laico. Abb. de ſimo.

Adoptio legalis eſt propinquitas à lege inducta, qua efficitur quis filius uel nepos, uel deinceps frater, uel affinis qui non eſt naturam imitans. Abb. de cogna. legi. in rubr. Adoptare poteſt ſacerdos, & ſenex, & qui naturaliter poſſunt eſſe patres: non autem caſtrati, uel ſpadones: oportet autem adoptantem habere annos decem & octo pluſquam adoptatus. Abb. ubi ſupra. c. Si qua. Et de regu. quia in inſulis non poteſt adoptare niſi ſit maior ut ſupra, ſed nec baptizare nec leuare de fonte. Abb. de baptiſ. c. Debitum.

Adulterium committitur coniugatus cognoſcendo ſolutam, licet aliud uideatur de iure ciuili. Abb. de eo qui cogno. conſa. uxo. c. Tranſiniſſa. Itẽ cum uxore alterius nondum cognita, & cum ſponſa de futuro, ſaltem ut accuſare poſſit de adulterio. Abb. ubi ſupra. c. Diſcretionem. Nubens ſi præſumit ſe ſolutum cum non ſit non committit adulterium, quia ad adulterium requiritur dolus. Abb. de frig. & male. c. Fraternitatis. Repudiata contrahens cum alio inter infideles non committit adulterium, licet ſecundum non ſit matrimonium, excuſatur quia lex ſua hoc permittebat, & non committitur adulterium ſine dolo. Abb. de diuortiis. c. Gaudeamus.

Adulterium conuincitur ex ſola comprehenſione coniugis, ideo nõ eſt opus ut probetur adulterium per teſtes, ſed tantum deprehenſio facta in illo facinore, ſecus ſi ad deprehẽſionem admiſſi fuerint extranei. Abb. de adul. c. Tua fraternitas. An puniantur ex ſola deprehenſione. Glo. & Abb. de eo qui dux quam pol. c. Ex litera.

Adulteria coniugum mutua compenſatione tolluntur, licet differant in qualitate ut ſi adulterium unius ſit occultum, & alterum notorium. Abb. de diuor. c. Significaſti.

Adulterium eſt mixti fori, & uterque iudex poteſt procedere eccleſiaſticus, ut adulteram à ſe emittat cum iuramento de ea non ulterius admittenda, & ſe intromittit ut deſiſtat à peccato. Abb. de eo qui dux. quam pol. c. Cum haberet. Quo ad ſeparationem thori eſt fori eccleſiaſtici, quo ad pœnam eſt mixti fori. Abb. de ordi. c. Pernicioſa.

Adulterium manifeſtum probatur ſi mulier ſit publice adultera, & à uiro recedens adhęſit concubinario publice in menſa, & in lecto; ſecundo ſi paſſim admittit uiros gratia adulterij; tertio ſi habet filium cum alieno ex quo tanto tempore ſtetit ſeparata, quòd de uiro ſuo non potuit concipere, quia ſi in domo ſui uiri cohabitaret præſumeretur filius eius. Abb. de diuor. c. Intelleximus.

Adulterium non poteſt obiicere uir uxori ſi ipſe fuit immediata cauſa, ſecus ſi mediata, puta quia illam deſeruit. Abb. de eo qui cogno. conſan. uxo. Diſcretionem. & de diuortiis. c. Significaſti.

Aduocare eſt deſiderium ſui uel amici in iure apud eum qui pręeſt iuriſdictioni exponere, uel alterius deſiderio cõtradicere. Abb. in rub. de poſtu.

Aduocatum oportet eſſe iuriſperitum, & ſtuduiſſe per quinquennium & iuramento doctorum eſſe probatum. Abb. ubi ſupra.

Aduocatus tenetur magis adiuuare propinquum quàm eum à quo habet beneficium ſi propinquitas refertur ad iuſtitiam, uaſallus non tenetur adiuuare dominum contra propinquum, & tenetur magis adiuuare patrem quàm

quàm patriam ſi prætendit cauſam iuſtam, ſecus ſi pater eſſet rebellis, uel bannitus. Abb. de poſtu. c. Cum ſacerdotes.

Aduocatus non poteſt cogi alibi quàm in ſuo foro ſuſcipere officium. Abb. de deleg. c. Paſtoralis.

Aduocatus docens clientulum reſpondere falſum, tenetur recenſere damnum aduerſario quod ob hoc pertulit. Abb. de iudi. c. Paſtoralis. Idem ſi docet clientulum mentiri. Abb. de homi. c. Tua nos.

Aduocatus qui dedit conſilium in cauſa, repellitur à iudicando. Abb. de iudi. c. Cum inter.

Aduocati & notarij hęreticis, uel eorum defenſoribus fauentes, aut ſub eis litigantibus patrocinantes, & pro eis inſtrumenta ſcribentes infames ſunt & ab officio ſuſpenſi. De hære. c. Si aduerſus. Si notarij poſt talem ſuſpenſionem conficiunt inſtrumenta, non ualent. Dicunt quidam ſententiam latam eorum patrociniis eſſe nullam, uel irritandam, ſed cum hoc nullo iure probetur eſt neceſſaria declaratio, poſſunt tamen prædicti à principio remoueri à patrocinio, & lucrum erogare pauperibus, iſta procedunt quando hæretici propter eorum fauorem, uel potentiam puniri non poſſunt, qui de facto poſſunt puniri, ſi perſeuerauerint puniuntur igne. Si redire uoluerint ad fidem cum non ſint amplius hęretici, licite præſtatur eis patrocinium. Abb. de hęre. c. Si aduerſus.

Aduocati officium eſt odioſum, & aduocatus uel procurator exercens officium contra eum à quo habet beneficium gratuitum, propter ingratitudinem poteſt donatio reuocari, nec decet contra amicum aſſumere talia officia. Vaſſallus ſi contra dominum.

Aduocatus in quo poſſit eſſe teſtis. uide infra uerb. Teſtis poteſt eſſe. & uerb. Tranſactionis mediator. prædicta aſſumat, poteſt priuari, ſecus de lectoribus, & aliis qui recipiunt ſui laboris mercedem. Abb. de poſtul. c. Cum ſacerdotes.

Qui prohibetur aduocare poteſt in ſua camera conſulere etiam procuratori partis. Abb. in rub. de poſtulando.

Aduocatus non poteſt recuſari eo quòd ſit familiaris iudici. De offic. iudi. c. Ex literis.

Affinitas contrahitur ex licito coitu potens impedire, & dirimere matrimonium poſt contractum cum affinibus. Abb. de regu. c. Veniens. Contrahitur autem uſque ad quartum gradum. Abb. de præſump. c. Tertio loco. Contrahitur etiam ex copula fornicaria uſque ad quartum gradum impediens, & dirimens matrimonium. Abb. de ſponſa. c. Sponſam. §. præter. Per copulam fornicariam intelligitur una caro, & oritur affinitas. Abb. de eo qui cogn. conſan. uxo. c. De illo. & diſcretionem. Contrahitur ex ſeminatione uiri etiam ſi mulier non ſeminet, ſi tamen potens ſit ad hoc, licet alij teneant quòd requiratur commixtio utriuſque. Abb. de eo qui cogno. conſang. uxo. c. Fraternitati. Vide impedimentum. Matrimonium ſponſalia.

Agrorum termini & qui horum quæſtiones quomodo ſunt terminandæ, Agri meſſor quando tenetur ad reſtitutionem. Abb. de præſumption. c. Quia iudicante.

Agere alium uidetur quis pati ut ſibi pręiudicet, quando ſcit cauſam, agi & tacet, dicitur uero non pati quando uenit ad iudicium, & ſuſcipit in ſe iudicium totum, uel pro iure ſuo, idem ſi proteſtatur, & cauſa ex ſui natura

tura eſt reſtringibilis ad certam perſonam, non ſufficit, ſed oportet aſſiſtat liti. Vbi ſententia extenditur ad alios ſufficit proteſtatio quòd non intendit fieri ſibi præiudicium. Abb. de ſentent. & re iudic. c. Quamuis. circa finem.

Agi ciuiliter contra beneficiatum dicitur quando agitur ut ſolum ab adminiſtratione deponatur, uel agitur de crimine ad commodum priuatum. Criminaliter agitur quando tenditur ad uindictam ut crimen puniatur pœna condigna tali delicto. Abb. de ſimo. c. Per tuas. Agit criminaliter qui non dat pœnam naturalem delicti, ſcilicet depoſitionem ab ordine ad quam eſt inſtituta uera actio. Abb. de teſti. c. Ex parte. Si cum alio criminaliter agitur poteſt iudex compellere iniuriam inferentem ad ſatisfaciendum læſo, licet non ſimul poſſit agi criminaliter, & ciuiliter, tamen iudex primo punit criminaliter, & poſt compellit reum ad ſatiſfaciendum læſo, & ſic agit ciuiliter. Abb. de iudi. c. Poſtulaſti.

Agricolæ nomen eſt generale habens ſub ſe ſpecies, Aſcriptij dicuntur qui per ſcripturam ſolo terræ uel glebæ ſunt aſtricti, ſic quòd per ſcripturam promittunt de cetero nunquam à ſolo recedere, & ad probandum requiritur ſcriptura qua ipſi confitentur ſe eſſe aſcriptos. Cenſitæ dicuntur qui ex cenſibus perſoluendis ſunt aſcripti, & ij debent modo prædicto promittere ſe à ſolo non receſſuros & ſoluere pro terra cenſum certum. Aſcriptius obligatur ad rem meritam, puta ad tertiam uel quartam partem fructuum, prout dominus elegerit & ij perpetui dicuntur. Studioſus proditor ſuo colonatui acquiſiuit perpetuo. Lex diſponebat ſi quis proderet ſimulatorem tempore famis ſic proditus eſſet ei colonus tempore perpetuo. Coloni conditionales dicuntur qui conſtituuntur hoc ſolo per triginta annos in ſolo fuerunt ſine controuerſia præcedente promiſſione ſtandi perpetuo in fundo. Inquilinus etiam ſi in fundo teneatur habitare tam in ſuburbio, ſed colonus conditionalis cum ſua familia habitat in fundo. Large inquilinus dicitur qui domum noſtram inhabitat ad certum tempus ſoluendo certum precium, origine uir eſt qui ex colono conditionali naſcitur, & ex muliere, ſecus ſi mulier eſſet omnino libera, quia ſequitur partus in hac conditione uentrem. Coloni ſimpliciter ſunt qui certa annua mercede in pecunia numerata accipiunt prędia colenda, ſi ſine pecunia eſt locatio. Horum quidam ſunt parcieri quidam ad numum conducti. Abb. de immuni. eccl. c. Iudicatum. Agricole nomen uenit ortulanus. Abb. de deci. c. Ex parte. Si dominus dat ruſtico fundum excolendum pro certa & quota fructuum, debet quotam illam habere non deductis ſumptibus ruſtici pro agricultura agri & deductione ſeminis, ruſticus tenetur ſemina de proprio niſi ſpeciale pactum in contrarium acceſſerit. Abb. de deci. c. Tua nobis.

Allegationes generales fiunt coram Papa, puta iure cauetur non addendo titulum quia præſumitur habere iura omnia ita inter doctores, inter ſcolares niſi ſit diſpoſitio deuians à iure communi, ſimiliter in conſiliis deciſoriis, ſecus in conſilio à parte poſtulato. Abb. de cohabitatione clericorum. c. Veſtra.

Alienari non poteſt res litigioſa nec pignorari, poteſt tamen locari ad multum tempus. Abb. ut lit. pen. c. Eccleſia.

Alienatio uel cōpoſitio facta de re immobili eccleſiæ ſine cauſæ cognitione non tenet, & ſufficit conſenſus: ſeu auctoritas ſuperioris: non autem requiritur

quiritur decretum in alienationibus rerum eccleſiæ. Abb. de tranſacti. c. Statuimus.

Aliquid eſt partitiuum diminuens rationem partis eius cui addit, cum dicitur pars intelligitur dimidium rei, ſi dicitur aliqua pars ſufficit quælibet particula eius in quantitate. Abb. de dele. c. Paſtoralis.

Altare in quo celebrauit degradatus uel ſciſmaticus non debet re conſecrari. Abb. de ſacra. non iteran. c. A nobis.

Altare conſecratur, quando neſcitur ſi fuit cõſecratum, & ſufficit leuis probatio, quia de nullius agitur præiudicio ſecundo quando menſa altaris eſt mota. tertio quando enormiter eſt fracta. Abb. de conſecra. eccle. & alta. c. Propoſuiſti. Plures ſimul conſecrari poſſunt in eadem eccleſia, non autem in diuerſis, quia requiritur præſentia. Abb. ubi ſupra. c. Cum ſis.

Altare exacratur quando lapis qui eſt loco ſigilli eſt confractus, uel diminutus, uel menſa, uel tabula ſuperior mota. Dicitur ſigillũ lapis quo clauditur, ſiue ſit ſupra, ſiue ſit deorſum, ſiue in dextera parte, dum tamen eo claudatur foramen. Reliquiæ non ſunt de ſubſtantia conſecrationis, nec debet pro illis euchariſtia poni, quia non ſaluatur niſi pro infirmis. Altare portatile non exacratur niſi ſigillum ammoueatur, ſi ſtabile exacratur, primo uiolatur ſi conſecrationis locus, puta ſi cecidit aliquis lapis de tangentibus conſecrationem uel motum eſt ſigillum, uel tota menſa. In altari firmo non cõſecratur tantum tabula ſed totum altare, ideo ſi patitur enormen læſionem amittit formam, & eſt exacratum. Si lapis additur de nouo non fit ſacer quia non confunditur mixtione. Abb. de conſecr. alta. c. Ad hæc. In dubiis non eſt exacratum, ſi patitur modicam fracturam, ſecus ſi enormem ubicunque contigerit, Si lapis remouetur à ligno in quo eſt ſepulchrum exacrabitur, ſi ſepulchrum eſt in lapide qui eſt adeo paruus ꝙ non ſufficeret ad altare uiaticum ſublato ligno exacrabitur, quia altare patitur magnam facturam, & ſic perdit formam ſuam, & hoc credo uerius, licet Ioã. And. teneat oppoſitum. Abb. de conſecra. Eccle. alta. Ligneis c. ubi ſupra.

Altare ſi exacratur non exacratur eccleſia nec econtra. Abb. de conſecra. alt. c. Ad hæc. Amen ſignificat ſine defectu ueritatem, Fiat Abb. de iuriuran. c. Et ſi Chriſtus.

Amicitia & conſanguinitatis fauore exerceri non debet quod iniuſtum & inhoneſtum eſt, alias quod in ſe honeſtum & iuſtum eſt efficitur inhoneſtum & iniuſtum. Sententia quæ poteſt eſſe iuſta ex cauſa, ex ordine, ex animo fit iniuſta, ut quando iudex condemnat potius cauſa odij, quàm delicti. Abb. de ſimo. c. Nemo.

Amicitia probatur ex frequenti conuerſatione cum amicis. Inimicitia ſi cõuerſatur frequenter cum inimico, cum iſta ex affectione animi oriantur probari poſſunt ex coniecturis. Si quis alium nõ ſalutat quẽ ſolitus erat ſalutare inimicus præſumitur. Inimicitia inducit ad male loquendũ de inimico, amor ad contrahendã amicitiã uel inimicitiã non reſpicit iuſtitiæ, uel iniuſtitiæ cauſam, ſed ſufficit tale quid præciſe quod habet prouocare animum ad amicitiam, uel inimicitiam. Abb. de accuſa. c. Repellantur.

Inimicitia capitalis eſt quando ſibi comminatus eſt mortem, uel accuſauit eum criminaliter, uel eſt contentio de maiori parte bonorum. Abb. de accuſa. c. Repellantur. Ex teſtificatione, uel conatu teſtificationis oritur inimicitia capitalis alias non repelleretur ab accuſatione. ſecundo ori-

tur ab accuſatione criminali grauis inimicitia inter accuſatorem, & accuſatum, & fratrem eius. Inimicitia contracta cum uno de attinentibus tranſit ad propinquos in gradu. De iure canonico inimici non admittitur etiam contra infamatos, niſi in criminibus exceptis. Teſtis iuratus qui dedit teſtimonium in cauſa criminali non repellitur ſecus ſi ſponte, quia præſumitur inimicus. Abb. de accuſat. c. Cũ. P. Et ut ſupra decernimus. Repellitur inimicus etiam ab exceptione uitanda. Abb. ut ſupra. c. Meminimus. Repellitur etiam à denunciando & proſequendo denunciationem, ſimiliter conuerſant cum inimicis, & eorum conſanguineis. Abb. de accuſa. c. Cum oporteat. Grauis inimicitia eſt quæ eſt de ſtatu hominis, uel bonis eius capitalis cum quis meretur mortem, uel odit & mortem deſiderat, uel quia eum accuſauit criminaliter & quando eſt quæſtio de omnibus uel maiori parte bonorum: Quandoque etiam oritur ex priuatione rei particularis, capitales inimici à teſtimonio repelluntur, alia arbitrio iudicis relinquuntur. Si de nouo reconciliatus ſit non admittitur. Si etiam reconciliatur ante ſententiam non admittitur prius dictum quando erat inimicus. Abb. de accuſa. c. Cum oporteat.

Anciani, Vide Teſtis ſynodalis.

Angarię dicuntur perſonalia obſequia propriis ſumptibus præſtita per angarię ubi perſona ſeruit ſumptibus alienis. Glo. de immuni. eccle. c. Non minus contrariũ eſt. Angariæ conſiſtunt in operibus, per angariæ in quibus utrunque utitur, ualet opera perſonarum & rei impendentia & hoc uerius. Abb. ut ſupra.

Animaduerſione canonica. Vide cenſuræ eccleſiaſticæ.

Anni nomine intelliguntur dies 365 continui quando eſt biſſextus. Abb. de optimo dele. c. Quærenti.

Annos ſi dicas tunc reſpicies caput anni. Si debes anno tunc tenebis in fine anni. Glo. de reſcr. c. Ad audientiam. Si promittit ſoluere annuatim debet ſoluere in principio anni, ſi promittit ſoluere quolibet anno, tenet in fine anni. Abb. de arbi. c. Peruenit.

Antequam ſemper implicat. Abb. de rub. ſig. c. Quod dixit. Exponitur pro quam totius opus erit. Glo. & Abb. de appel. c. Sicut nobis.

Antidotum quandoque dicitur medicina, quandoq; obligatio naturalis qua obligamur benefacienti benefacere. Abb de iura. cal. c. Cæterum.

Antiſtites dicunt Patriarchæ, Epiſcopi, & Archiepiſcopi, Abb. de priuil. c. Antiqua.

Appellatio eſt à minori iudice ad maiorem prouocatio, quæ ſi ſit legitima pronunciatum, & iuriſdictionem iudicis quo ad illum actum ſuſpendit, & cognitionem ipſius transfert ad ſuperiorem. Extra iudicialis eſt à præſenti, uel ueriſimili grauamine futuro ad ſuperiorem prouocatio, quæ ſi eſt ueriſimilis cauſam ad ſuperiorem transfert, ut pendente ea nihil in præiudicium eius tentetur. Abb. in Rub. de appella.

Appellationis nomine in odioſis non uenit appellatio extra iudiciales. Abb. de appel. c. Cum ſit Romana.

Appellatio eſt de iure naturali, licet princeps poſſit tollere eius formalitatem, non tamen ſubſtantiam, poteſt tamen committere cauſam appellatione remota, & tunc præſumet ꝙ ille iudicabit, ſicut ipſe iudicaret. Abb. in Rub. de appella.

Appellationem non poteſt tollere ciuitas nec princeps recognoſcens ſuperiorem,

riorem, ſecus ſi non recognoſcit. In ſpiritualibus nemo poteſt præſcribere contra Papam. Abb. de iure iuran. c. Venientes.

Appellationem à diffinitiua ſolus princeps poteſt tollere qui præſcripſit iura imperij. Vbi appellationis cauſa eſſet probabilis, licet iudex non teneatur deferre, poteſt tñ ſi uult. Vbi per ſtatutũ remouetur appellatio intelligitur à diffinitiua, ſi dicitur à tali officiali non poteſt appellari intelligitur de qualibet ſententia, & præcepto nec ualet ſtatutum inferioris à Papa, cum non poſſit appellari uel ab interlocutoria. Committendo alteri poteſt inferior tollere appellationem. Abb. de appella. c. Paſtoralis.

Appellatio ſi non admittitur à iudice, uel ſi iudex ea non obſtante procedit, tunc eſt appellandum, ſi ſuperſedeat humiliter petendum eſt, ut admittatur appellatio. quod ſi non fecerit tunc appellandum eſt, alias proceſſus tenet. Abb. de appella. c. Dilecti. Appellanti non ſufficit dicere ꝙ legitimam & ueram exceptionem propoſuerit, & ꝙ appellauerit, niſi doceat ꝙ propter exceptionem non admiſſam appellauerit. Ab. ubi ſu. c. Dilecto.

Appellatio dicitur approbata de iure expreſſæ quando ius expreſſe inducit appellationem eo caſu quo remota eſt appellatio. Glo. de appel. c. Paſtoralis. Melius omnis appellatio à iure expreſſæ approbata uidetur à iure permiſſa licet iura non loquãtur quando eſt remota appellatio. Abb. ubi ſu.

Ante appellationem id quod poteſt attentari, poteſt etiam attentari poſt appellationem, ſi alia iuris regula non obſtat. Abb. de iure patro. c. Paſtora.

Appellatio non impedit libertatem conferendi beneficia, ſi ſit minus legitima Abb. de conceſſio. præben. c. Relatum.

Appellatio contra canones non admittitur à ſtatuto continente iniquitatem admittitur. Abb. de appella. c. Conſuluit. Contra iuris diſpoſitionem non eſt admittenda. Abb. de clericis non reſiden. c. Relatum.

Appellatio ſi cauſa non exprimitur non ualet, etiam ſi ſit extra iudicialis. Glo. & Abb. de electio. c. Conſiderauimus. Semper debet appellans cauſam appellationis proponere, & ſi probata fuerit iniuſta remittitur appellatio ad iudicem à quo. Glo. de officio quid dele. c. Cum contingat. Ante ſententiam tenetur appellãs exprimere cauſam rationabilẽ coram iudice, à quo, nec admittitur exceptio ꝙ prius miſerat nuncium ad Papam, uel literas impetrauerat, quæ nondum ſunt iudici præſentata, nec ualet appellatio niſi cauſa ſit rationabilis, quæ ſi eſſet probata legitima deberet reputari, etiam ſi eſſet notoria, nec poteſt proſequi cauſam niſi expreſſam. Abb. de appel. c. Vt debitus. Vnam cauſam ſpecificans, & alias in generali ſi non probat quam ſpecificauit non auditur. Et ſi illa ſit irrationabilis præſumuntur aliæ irrationabiles. Abb. de appella. c. Conſtitutus.

Appellatio generalis reſpectu cauſæ non ualet de appella. Inter cætera. Si ſit generalis reſpectu iudicum de iure ciuili ualet, quia non poteſt fieri niſi ad immediatum ſuperiorẽ, & ſic certum eſt de iudice. De iure canonico non ualet, quia incertus eſt iudex cum poſſit ad plures fieri niſi quando ſit à ſubdelegato, quia tunc tantum poteſt fieri ad delegatum. Si appellat alternatiuæ ualet de iure ciuili, non de iure canonico, niſi iuſta cauſa excuſet in diſcernendo quis ſit competens iudex. Abb. utſupra. Appellatio eſt de omnibus contentis in actis non ualet. Abb. de appella. c. Cum cauſam.

Appellationis cauſa dicitur uériſimilis id eſt, quæ iure probatur, quia ſic eſt de iure. Cauſa probabilis dicitur quæ eſt in ſe iuſta, uel dicitur cauſa ueriſimilis

riſimilis quæ certis indicijs tuetur, probabilis quæ rationabilis. Quid operatur hoc in poſſeſſorio qui appellat extra iudicium ex uerifimilibus cauſis ne in poſſeſſione moleſtetur. Si poſt expoliatur reſtituitur ante omnia in ſtatu in quo erat tempore emiſſe appellationis. De appell. c. Bonæ memoriæ.

Appellatio ex pluribus cauſis copulatiuæ deductis ſi fiat ſufficit probetur una ſufficiens, niſi una ueniat ut qualitas alterius. Abb. de appella. c. Significauit. Appellatio. generalis reſpectu cuiuslibet grauaminis non ualet ad certá cauſam reſtricta ualet, oportet tamen exprimere cauſam. Abb. ut ſu. c. Conſultationi. Poteſt autem appellari pro minoribus, & leuibus cauſis. De appell. De appellationibus. Pro galina appellari poteſt. Abb. ut ſu. Si appellatur in articulo in eo ſuperſedetur in principali cauſa, ſi ſine eo expediri non poteſt, & ſi appellatur ab uno articulo ſuſpenditur iuriſdictio quo ad totam cauſam. Abb. de appel. c. Super eo.

Appellationem eius qui confeſſus eſt iudex á quo non tenetur admittere, ſed nec iudex ad quem. ſi proprio ore confeſſus eſt non per procuratorem, nec metu tormentorum, nec ſi fuerit teſtibus conuictus, & argumentis ſuperatus, quia ex toto excluditur appellatio. Sed nec hæres poteſt appellare ſi agatur contra eum ex confeſſione defuncti, niſi prætendat iniuſtam cauſam grauaminis. Abb. de appella. c. Cum ſpeciali. §. Porro.

Appellatio fieri poteſt in commiſſis arbitrio boni uiri ſi non facit ut bonus uir, ſecus ſi committatur ſuæ conſcien. Nec tamen debet intelligi de conſcientia uulnerata. Abb. de purga. cano. c. Inter. Quando debet fieri in commiſſis arbitrio iudicis. Abb. de accuſa. c. Super is.

Appellatio criminoſi manifeſti non auditur. Intellige quando appellatio eſt manifeſte friuola, cum conſtet, & appellat ne cogatur ad reſtitutionem, ſecus quando appellatio poteſt eſſe iuſta, puta quia punitur ſub uno & condemnatur ſub alio, Nec ſequitur eſt uſurarius manifeſtus, ergo extorſit uſuras ab iſto. Idem ſi uoluit reprobare teſtes, & non eſt admiſſus ubicunque grauaretur, quia grauato quantumcunque crimiṅoſo appellatio non denegatur nec alia defenſio. Abb. de uſu. c. Quam pernicioſum.

Appellatio non fit á correctione. De appella. c. Ad noſtram. Appellare tamen poteſt ſi excedatur modus correctionis quomodocunque appelletur oportet exprimere cauſam appellationis in petitione etiam condemnationis. Abb. ubi ſupra. Subditus non appellat contra diſciplinam eccleſiaſticam. De appella. c. Repræhenſibilis.

Si per appellationem cauſa eſt in curia Romana, ideſt, ſi appellatio eſt á iudice recepta, uel á parte approbata non ſufficit partibus mittere ad impetrandum iudicem in partibus, ſed oportet mittere procuratorem ad proſequendum appellationem. Abb. de appella. c. Nicolao. In cuius poteſtate eſt appellatio & proſecutio Vide cauſa dicitur eſſe in curia.

Qui non defert appellationi prius factæ ab aduerſario contra eum non poteſt appellationē ſuam allegare, poteſt tamen aduerſarius ſuam primam allegare quia lex non fauet facientibus contra legem. Si duo promittunt ſe non offendere ſub certa pœna, qui offenſus offendit poteſt agere contra primum ad pœnam & non econtra. Abb. de electio. c. Bonæ memoriæ.

Appellationi eius qui non detulit appellationi aduerſarij non eſt deferendum de appella. An ſit deferendum, ſed nec ſi ipſæ ſuæ appellationi non detulit. Abb. ubi ſupra. Qui non detulit appellationi aduerſarij de ſua poſteriori

riori circa idem contra eum excipere nequit. De appella. c. Conſtitutus. Qui non detulit ſi ipſe appellet poſt in alio articulo etiam in eadem cauſa talis appellatio defendit appellantem, etiam reſpectu aduerſarij cuius appellationi noluit ipſe deferre, ut eſt textus hic. Abb. de Appella. c. Dilectus. Qui appellationi non detulit mittitur ad papam puniendus. De appella. c. De priore.

Appellatio non legitima, licet non deferat iudici iuriſditionem ſuper principali defert tamen ſuper incidenti, ut pronunciet ſuper articulo appellationis, & condemnet in expenſis, quam condemnationem exequitur iudex a quo. Ab. de appella. c. Vt debitus.

Appellationem debet iudex deferre propter reuerentiam ſuperioris ubi de cauſa legitima dubitatur appellandi. Gloſ. & Abb. de appellatio. c. Vt debitus.

Appellationi fouenti iniuſtitiam, & iniquitatem nunquam eſt deferendum, quia appellationis natura eſt releuare grauamen, non autem peruertere iuſtitiam. Ab. de appella. c. Pręterea.

Appellatio non fit a delegato ad legatum exiſtentem in prouincia ſed ad papam tantum. Abb. De offi. lega. c. Studuiſti. A ſubdelegato delegati papę qui non ſubdelegauit totum, appellatio ad delegatum non ad papam debet fieri. De offi. & potes. iudi. delega. c. Cum te. In caſu non poteſt ad papam immediate appellare, quia papa uoluit, delegatum perſonam papæ gerere, ideo Papa eſt præſens in perſona delegati, niſi ſubdelegans excómunicatus ſit, uel aliter impeditus quia tunc itur ad Papã. Fallit quando negatur iuriſditio ſubdelegantis, ut cum dicitur Papam fuiſſe mortuum re integra. Ab. ubi ſupra. c. ſuper quæſtionem. Subdelegatus alterius quàm delegati Papę poteſt ad Papam appellare. Ab. ubi ſupra. §. Porro. Appellari non poteſt a ſubdelegato cum iuriſditione, ſecus ſi ſine iuriſditione, niſi modum excedat, quia tunc recuſari poteſt niſi datus ſit de conſenſu partium, & tunc tantùm poteſt recuſari ſi ſuperueniat noua cauſa. Ab. ubi ſupra. §. Verum.

Appellatio a ſubdelegato delegati Papæ non ſubdelegantis cauſam totam debet fieri a delegato, ſi ſe appellat ad Papam non debet audiri. Qui appellat a delegato legati, uel alterius inferioris Papa appellat immediate ad Papam. Diuerſitatis ratio eſt quia delegatus gerit perſonam Papę in cauſa illa non autem legatus. Abb. de ſen. & re iudi. c. Cum Bertoldus. Ab. omni ſubdelegato appellari poteſt ad Papã ſiue ſint legati, ſiue ordinarij. Fallit in ſubdelegato legati Papę; qui ſubdelegauit in parte, quia non poteſt appellari niſi ad delegatum Papę; ratione prædicta. Ab. de appella. c. Dilectus.

Appellatio a delegato dato de conſenſu partium ualet, & per identitatem rationis a iudice cuius iuriſditio prorogata eſt de conſenſu partium. Fallit quò ad laycos in epiſcopo, quia imperator non poteſt priuilegiare epiſcopum quo ad clericos. Idem eſt de ſententia data de conſenſu partium ſecundum iudicium ſapientis, quia ab eo poteſt appellari. Abb. de ſenten. & re iudi. c. Cauſam. Etiam ſi partes conuenirent in formatione puncti. Ab. de appella. c. Intimaſti.

Appellatio a delegato ne procedat fieri poteſt ab eo qui ante citationem; uel noticiam literarum miſit nuncium ad Papam, ſecus ſi poſt. Ab. de appella. c. Ad hęc.

Appellatio à delegato ordinarij debet fieri ad ordinarium recuſatum propter ſuſpitionem, non ut ipſe cognoſcat in cauſa, ſed ut alteri committat. Ab. de foro competen. c. Si quis contra. Si epiſcopus ſit preſens, uel non multum remotus cognoſcit epiſcopus non eius Vicarius generalis, niſi epiſcopus ſit in remotis. Ab. de appellatio. c. Dilecto. A Vicario generali epiſcopi non appellatur ad epiſcopum nec a capitulo ad epiſcopum, ſi epiſcopus interfuit in capitulo ut Prelatus, ſecus ſi interfuit ut canonicus. Sic appellari poteſt ab eodem ad eundem aliter conſideratum. Abb. de appella. c. Dilecti. A

Appellatione deſerta per negligentiam appellantis poteſt iudex ex officio procedere in caſibus in quibus officium ſuum exuberat. De appella. c. Conſtitutus. Secus ſi concernit mere cōmodum priuatum, & ratio primi eſt quia ſunt duo modi procedendi. Ab. ubi ſupra. A

Appellatio quòd non fiat electio non ualet ſed quòd non fiat niſi canonica ualet Glo. de electio. c. Conſiderauimus. Non poteſt fieri appellatio publicato ſcrutinio cum non poſſit mutare uocem. Gloſſ. ubi ſupra. c. Eccleſia ueſtra. Poteſt tamen ex aliqua iuſta cauſa interponi appella. Abb. ubi ſupra. A

Appellatio contra electum uel confirmatum nullum aliud ius ſpectans non admittitur regulariter ad impediendum electionis, uel confirmationis effectum, ſed poſſeſſione habita poteſt accuſari uel denunciari. De appella. c. Conſtitutus. A

Appellatio poteſt fieri ſine exceptione ubi grauamen eſt ex parte iudicis, ita quòd ſcire debet ſe grauamen intulliſſe, ſi autem non ex facto iudicis & probabiliter poteſt ignorare grauamen inflictum, Si tute poteſt coram eo excipi, & grauamen probare tenetur pars excipere ante appellationem ſi prædicta non poteſt tunc immediate poteſt appellare & excuſatur iuſto metu. Abb. de appella. c. Ex parte tua. Appellat licite excipiens ſe prius conuentum per alias literas de quibus mentio non fit in ſecundis ſi non auditur ubi ſupra. c. Significantibus. A

Appellatio excommunicationem non ſuſpendit. Gloſſ. de ordina. c. Ad reprimendam. Appellatio ab excommunicatione, & a ſententia, quæ non tranſijt in rem iudicatam debet fieri infra dies decem. Abb. ubi ſupra.

Appellatio ab excomunicationis ſuſpenſionis & interdicti ſententia lata conditionaliter ſuſpendit ſententiam ſi ante conditionis euentum fuit appellatum. De appellationibus. c. Preterea. Licet magni doctores teneant quòd toto tempore non exiſtentis conditionis poſſit fieri appellatio cum ſuſpenſione prædicta; uerius tamen eſt, quòd tempus incipit a die prouulgationis & completur per decidium, poſt quod non ualet quo ad ſuſpenſionem. In alijs ſententijs incipit a tempore exiſtentis conditionis, idē dicendum eſt de appellatione ab excōmunicatione, & ſuſpenſione ſi iudex dicit ex nunc excōmunico te niſi ſic feceris infra uiginti dies. Abb. de appella. c. Directo. A

Appellatio poſt excōmunicationis ſuſpenſionis, & interdicti ſententiam nihil horum ſuſpendit, ſed nec ſuſpenſionem a beneficio qui ſuſpenſus eſt a pontificali, uel ab uſu pealij, ſi appellat ſuſpendit ſententiam. Ab. de appella. c. Ad hæc, Speciale eſt in tribus ſententijs, quia medicinę ſunt, unde appellatio poſt ſententiam excōmunicationis ſuſpendit ſententiam, Idem dicit de ſuſpenſione lata in pęnam; quę etiam tunc poteſt inferri ſine ammonitione A

monitione, quæ per appellationē ſuſpenditur. Abb. de appella. c. Contigit. Quare appellatio non ſuſpendit excōmunicationem ſunt rationes. 13. Ab. ubi ſupra. c. Paſtoralis. Verum interdictum ſi contingat ſuſpendi an ualeat appellatio, & quid operetur. Vide interdictum poteſt ſuſpendi per Iudicem.

Appellatio ab excōmunicatione licet non ſuſpendat excōmunicationem, defert tamen iuriſdictionem ſuperiori. Si appellatur ab iniuſta excōmunicatione prius abſoluitur ad cautelam, ſi ſuper alio articulo appellat auditur, nec diſputatur de excōmunicatione, quia ſe defendit. Abb. de ſenten. excomu. c. Per tuas. Defert cauſam ad ſuperiorem quando ſuperior non poteſt cognoſcere citra appellationem ut archiepiſcopus. ſi non appellat infra decidium non poteſt amplius cauſam ducere ad ſuperiorem, ſed oportet petat abſolutionem ab excōmunicatore, & ſi nollet abſoluere oblata ſatiſfactione poteſt ex nouo grauamine appellare ad ſuperiorē 2. prodeſt appellatio, quia niſi appellet traſit in rem iudicatam reſpectu illius actus, pro quo lata fuit ſententia, Excōmunicatur propter contumaciam ſi non appellauit non poteſt amplius negare contumaciam, reſpectu uinculi non tranſit in rem iudicatam quia ſi petit abſolutionem debet audiri. Ab. de ſenten. excomu. c. Sacra. Vide appellatio eſt friuola.

Excōmunicatio non fit a mero exequutore nec recuſatur niſi modum excedat maxime ſi datur cum clauſula appellatione remota. De appella. c. Nouit ille. Appellatur tamen ab exequutore ad beneficia ſi non admittit exceptionem legitimam. Ab. de appella. c. Dilecto.

Appellatio friuola non excuſat inferiorē quo minus teneatur obedire ſuperiori & de contemptu puniatur, niſi innocentiam ſuam aliter purgauerit. De appella. c. Comparati.

Ab appellatione excuſat metus probabilis, ſic ut non appellans habeatur pro appellante, ſi fuit proteſtatus, & cauſam appellationis expresſerit. De appella. c. Si iuſtus. In defectum iudicis appellare debet in preſentia unius uiri probi cum teſtibus. Nec requiritur quòd coram iudice fiat appellatio, ſed ſufficit proteſtatio, Metus quaudoque eſt propter iudicem, qui expreſſe comminatur & poteſt torquere, uel bis male tractauit appellantes, uel carceri deputauit. Si timet coram iudice proteſtari poteſt proteſtari coram ideoneis perſonis ſecundo ſi non appellat propter potentiā aduerſarij, Tertio propter ſtatutum puniens ſic appellantes in duobus ultimis proteſtabitur coram iudice ut hic dicitur Ab. ubi ſupra.

Si appellatio eſt friuola poteſt iudex a quo excōmunicare appellantem tanquam contumacem, ualiditas tamen excōmunicationis quo ad nos dependet a futuro euentu. Item poteſt contumacem multare, & ad ulteriora procedere. De appella. c. Solicitudinem. Interpoſita tamen appellatione a ſententia lata excōmunicationis & interdicti non tenet, & principale cum acceſſorijs ad iudicem appellationis defertur, ubi ſupra. c. Dilectus. Si appellatio eſt legitima & defertur, uel pars renunciat, non conualeſcit excmunicatio lata poſt appellationem, quia fuit nulla Ab. de appella. c. Sepe contingit.

Appellatio geminata in diuerſis temporibus eſt utilis propter tempus appellationę proſequendę, quòd licet eſſet elapſum tempus reſpectu primę, poteſt durare reſpectu ſecundę, etſi prima non fuit legitima, poteſt ſe iuuare ex ſecunda. Ab. de Appella. c. Bonę memorię. Omnia ubi ſupra. excepto

quòd hic tenet tempus currere a prima appellatione, & non a ſecunda cum non ualeat. Si quis uerbo appellat reſeruans ius redigendi in ſcriptis ſi ponitur dies primæ appellationis eſt tantum una appellatio. Si dies ſcripturę erit noua appellatio. Ab. ubi ſupra. c. Dilecto. Infra decidium ſi appellatur ſecundo & in eodem articulo ad eundem iudicem ſecunda nihil operatur ſi ad alium iudicem ualet: & ſecunda transfert iuriſditionem de una perſona in aliam. Ab. ubi ſupra. c. Sua nobis.

Appellare non licet tertio ab eadem ſententia. De appella. c. Sua nobis. intelligitur etiam de ſententijs qui non tranſeunt in rem iudicatam, licet in illis poſſit de nouo cauſa incohari. ſicut etiam non licet appellare poſt decidium, & tamen poteſt agere per uiam quærelę. intelligitur etiam reſpectu eiuſdem partis, quia quilibet poteſt bis appellare ſuper eodem articulo. Si quælibet pars bis appellat, & bis accipit confirmationem, & bis infirmationem ſententiæ ex quo non poteſt amplius appellare actor obtinebit in cauſa. quia habet tres ſententias. Ab. ubi ſupra. Appellatio non poteſt fieri tertio, etiam in cauſa matrimoniali, poteſt tamen ſemper adiri iudex per modum quærelæ. Abb. de frig. & malefi. c. Fraternitatis.

Appellatio poteſt fieri ubicunque quis ſentit ſe in iudicio grauari. De iure canonico extra iudicium cũ grauatur, uel ſuſpicatur grauari uerisimilite- & ſunt quinque tempora. De iure ciuili non admittitur niſi quando grauamen illatum ante ſententiam non poteſt reparari in ſententia diffinitiua poſt ferenda. Item cum non expectatur alia ſententia poſt grauamen. Ab. de appella. c. Super eo. ſecundo Appellari poteſt non ſolum a grauamine inflicto, ſed etiam a comminatione iniuſta facta per iudicem, licet comminatio de pręſenti non intulerit grauamen. Tinetur tamen in exequutione, ſecus ubi grauamen re & ſpe eſſent de futuro quia tunc tantùm extra iudiciũ appellari poteſt, ſi tamen iudex in iudicio iudicialiter comminatus eſt appellari non poteſt. Ab. ubi ſupra. c. Cum ceſſante Articulus appellationis a grauamine diſcutitur per iudicem ad quẽ parte abſente per contumaciam etiam lite non conteſtata in appellatione, uel principali. Ab. de appella. c. Interpoſita. §. Sane.

In appellatione ab interloquutoria. appellans tenetur cauſam exprimere grauaminis ſpecifice, nec oportet in cauſa ſpecificata appellationem iuſtificare. In appellatione diffinitiua non oportet exprimere cauſam, & expreſſa una cauſa poteſt illam dimittere & proſequi aliam, in prima fit iniuria iudici, ideo requiritur ut ſupra in ſecunda non fit iniuria, quia non remanet iudex, ſed functus eſt officio ſuo. Abb. de noui. ope. initiatio. c. Significantibus. Appellatio ab interloquutoria quomodo ſit regulanda. Abb. de appella. c. Peruenit. Poteſt autem fieri ſine conteſtatione litis ab aduerſario contumace, me eſt iudex a quo in eius diſcuſſione citandus, ſed ſufficit ſola contumaciam appellari. Ab. ubi ſupra. c. Interpoſita. §. Sane. Appellatio legitima ab interloquutoria ſuſpendit iuriſditionem iudicis, unde geſta poſt ſunt nulla ipſo iure. Ab. De offi. & pot. Iud. dele. c. Cum olim.

Appellatio a iudice eccleſiaſtico habente iuriſditionem temporalem non tamen in feudum debet fieri ad ſuperiorem eccleſiaſticum, ſi habet in feudum ad dominum feudi ſeruatis ſeruandis. Abb. de deli. pue. c. Referente.

Appellatio in abſentia iudicis an teneat, & quid operetur ex cauſa iuſta, uel iniuſta. Ab. de appella. c. Sugeſtum. Si in abſentia iudicis apud uiros probos ſuſpendit iuriſditionem iudicis a quo, ſi appellans poteſt intimare

iudici

iudici & non facit non tuetur illum a ſequenti excõmunicatione, ſecus ubi non poteſt infra terminum. Ab. ubi ſupra. c. Cum parati.

Appellari non poteſt a iudice ſuſpecto qui tamen poteſt recuſari & ſi non admiſerit poteſt appellare. Ab. de appella. c. Cum ſpeciali.

Appellatio iudicialis & extra iudicialis differunt primo in iudicio debet eſſe uera cauſa, extra ſufficit probabilis. ſecundo in iudicio proprie dicitur appellatio. extra prouocatio. In odioſis nomine appellationis uenit extra iudicialis. Tertio oblatio probationis exceptionis oblata. iuſtificat appellantem iudicialiter, licet non probetur ueritas exceptionis non autem extra iudicialem. Quartũ in iudiciali omnino dandi ſunt Apoſtoli dimiſſorij. Ideſt litterę in quibus iudex narrat, quare detulit, uel non detulit appellationi. Si detulit Apoſtoli ſunt dimiſſorij, ſi non detulit refutatorij. Si detulit propter reuerentiam ſuperioris ſunt reuerentiales. Extra iudicium non ſemper dandi ſunt, ſi tamen dentur Apoſtoli a iudice, a quo uel a parte dicuntur ſimplicuter eſſe iudiciales, uel conuentionales, uel teſtimoniales. 5. Extra iudiciũ admittitur appellatio generalis & incerta reſpectu grauaminis, uel perſonarum in iudicio debet eſſe pecialis & certa. 6. Iter arreptum ad ſuperiorem, pro appellatione iudiciali habetur, in extraiudiciali non ſecundum aliquos. 7. Excomunicatus appellat in iudicio, non extra. 8. Extra iudicium interponitur appellatio ratione cauſæ futurę, in iudiciali ratione præteritę. 9. In iudiciali terminus a iure incipit tẽpore interpoſitionis eius, in extraiudiciali a tẽpore grauaminis illati. 10. Iudicialis ſuſpendit iuriſditionem iudicis in totum quo ad illam cauſam, extra iudicium non ſuſpendit factum de præterito, nec quod eſt omnino conſequutum, ad ius explicitum de prę terito. 11. In iudicio reuocãtur omnia attentata, extra iudicium, ſolum quæ geſta ſunt contra appellationem. 12. In iudicio appellandum eſt infra decennium, extra iudicium etiam poſt, uel ſaltem auditu per modum quærelę. Tertiodecimo attentata poſt iudicialem reuocantur indiſtincte per uiam nullitatis. Extra iudicialem attentata pendent ex futuro euentu. Conueniunt autem in duobus. primo utraque debent fieri in ſcriptis. ſecundo Innouata poſt appellationem reuocantur. Abb. de appella. c. Bonę Memoriæ.

Si appellatur extraiudicialiter actus geſtus a iudice poſt eſt ipſo iure nullus, Non poteſt appellari extra iudicium nec ad ſuperiorem, nec qui poteſt adiri per modum quærelę citra appellationem cõmunem, quia hæc appellatio eſt prouocatio ad cauſam. Abb. de appella. c. Dilecte fili. Appellatione extraiudiciali, a iure approbata reuocantur omnia attentata in contrarium, ſi aliter non probetur ueritas cauſæ, & ſic attentatum poſt eſt nullum non ſolum quando appellatur ab aliquo iudice, ſed etiam quando appellatur ab aliquo, ut a parte qui poteſt attentare aliquid in iniuriam attentantes. Quando appellatur extra iudicium, & partes habent diuerſos iudices poteſt appellans ſubmittere ſe ſuo iudici & ad illum appellare, & appellatio tuebitur ipſum ſi appellet ne turbetur iure ſuo, ita quòd in ueritate eſt reus. Si uult ſibi fieri iuſtitiã de appellato debet appellare ad iudicem appellati. In iudicio ſemper eſt appellandum ad ſuperiorem eius, a quo appellatur. Abb. ubi ſupra. c. Dilectus. In appellatione extraiudiciali tempus termini incurrit ab illato grauamine, in iudiciali a tempore interpoſitionis. Iudex poteſt abbreuiare terminum uiris non extendere, etiam ad diuerſa facienda, puta ad proſequendum iter arripiendum ad ſe præſentandum,

tandum, ad litem finiendam. Quid circa prædicta poſſit iudex ad quem ſi ſubeſt cauſa puta periculum animarum poteſt reſtringere terminum. Ab. ubi ſupra. c. Perſonas.

Appellatio extra iudicialis quid operetur. Abb. de maio. & obe. c. Dilecti. Poſt eam tam electio quàm alia geſta non ſunt ipſo iure nulla ſed annullanda ſi appellatio fuit legitime interpoſita a parte, ſi fuit interpoſita a iudice extra iudicium geſta poſt appellationem ſunt nulla. Abb. de electio. c. Conſiderauimus. In appellatione iudiciali irritantur omnia geſta per iudicem poſt illam. In extra iudiciali tantùm quæ geſta ſunt poſt appellationem cõtra appellatum. Abb. ubi ſupra. c. Cum uobis olim. Et quia propter. Si interponatur ab eo cuius non eſt appellare non ualet. Abb. de electio. c. Cum inter.

Appellatio ut periculum uiris euitetur ſolum fieri non poteſt, poteſt autem fieri, ut periculũ facti euitetur, uidelicet ne de cætero moleſtetur. Abb. de maio. & obedi. c. Dilecti.

Ad appellationem iuſtificandam oportet probare cauſam ueram coram iudice ad quem; niſi fuerit coram iudice a quo oblata probatio & reiecta. De appella. c. Interpoſita. Fallit primo in appellatione extra iudiciali interpoſita a parte, uel a iudice procedente tanquàm pars. ſecundo quando appellatur in abſentia iudicis cuius præſentia haberi non poteſt, tertio quando offertur probatio cum rei euidentia, quarto quando offertur probatio tempore quo iudex non neceſſitatur ad eam recipiendam. Oblatio probationis iuſtificat appellationem quo ad cauſæ denunciationem tantùm, non ut exceptio habeatur pro probata in præiudicium aduerſarij. Hæc oblatio probationis non oportet habeat ſecum teſtes, uel inſtrumenta, ut dicit Io. And. ſed ſufficit dicat ſe probaturum in nouiſſimo tempore. Abb. ubi ſupra. Si appellauit ex pluribus cauſis copulatiue iuſtificat appellationem probando unam. Ab. de appella. c. Significante.

Appellatio a lege non poteſt fieri, poteſt tamen appellari a ſententia iudicis declarantis aliquem incidiſſe in pęnam legis. Abb. de ſenten. excomu. c. Parochianus. A pœna legis generali appellare non poteſt, ſecus ſi contra ipſum ſpecialiter facta eſt lex, uel ſtatutum. Si negat ſe in pœnam legis incidiſſe, & declarat iudex eum incidiſſe poteſt appellare. Ab. de accuſa. c. Super hijs.

Si appellatio fit poſt litis conteſtationem altera parte contumace abſente poteſt iudex appellationis etiam principale negotium diffinire. De appella. c. Per tuas.

Appellatio poteſt fieri ſi locus tutus non aſſumitur partibus, etiam ſi cauſa committatur cum clauſula appellatione remota. De appella. c. Ex parte tua. Quotiens citatur totiens poteſt appellare, etiam ſi prima uel ſecunda uice non appellauit. Ab. ubi ſupra. c. Ex parte tua.

Appellatio omiſſo medio iudice non deuoluit cauſam exceptione oppoſita, unde a ſubdito, uel delegato epiſcopi non licet appellare ad archiepiſcopum, excipitur quando non fuit oppoſitum ab aduerſario. ſecundo ubi eſt conſuetudo quòd appellatur omiſſo medio. tertio ſi delegatus etiam ad uniuerſitatem cauſarum alteri ſubdelegauit totam cauſam. Idem ſi ſubdelegatus in cauſa particulari totaliter ſubdelegauit, ſi non in toto ſubdelegauit appellatur ad legatum Papę ſubdelegantem. quarto ad Papam appellari poteſt omiſſo medio, niſi appelletur a ſubdelegato eius de-

legati

legati. 5. Appellare poteſt ad legatum in ſua prouincia. Sexo ſi archiepiſcopus conuenit ſubditum epiſcopi coram epiſcopo proprio. 7. Si epiſcopus litigauit coram arbitris contra ſubditum ſuum quia appellatur ad Papam. 8. Quandocunque iuriſditio mediata uel immediata, & quodlibet medium eſt omnio ſublatum, ut quia iudex immediatus eſt hæreticus, excõmunicatus, uel ſuſpenſus. Abb.de appella.c. Dilecti. Appellare poteſt ad quattuor Patriarchas omiſſis medijs. Ab.de Priui.c. Antiqua. Omiſſo medio ualet niſi excipiatur. Ab.de Preben.c. Refferenda.

Appellatio in notorijs non admittitur in dubijs cauſa probabilis exprimenda eſt quæ debet legitima reputari, quàm ſi non proſequitur iudex a quo in cauſa procedit. Idem ſi proſequitur & non probat. Hæc tamen conſtitutio non extenditur ad regulares. De appella.c. Cum ſpeciali. §. Porro.

Appellationis omiſſio habet ſolum impedire regreſſum ſuper principali non autem cõtra iudicem qui male iudicauit. Abb.de iure patro.c. Paſtoralis.

In appellationis cauſa poteſt opponi contra perſonas teſtium niſi malicioſe pars aduerſa diſtulerit opponere in prima inſtantia cauſa uexandi aduerſarium Ab de excep.c. Denique.

Appellatio ab ordinario in una cauſa ſi fiat appellans in alijs reſpondere tenetur, poteſt tamen eum recuſare niſi conueniatur de crimine manifeſto in quo non cadit excuſatio, nec ſuſpitio, quia imponitur pœna iuris ſurgens ipſo facto. De appella. c. Propoſuit. Si iudex reuocat in dubium grauamen habet locum iſte textus, ſi autem negat, & conſequenter cauſam legitimam eliguntur arbitri qui arbitrabuntur. Abb.ubi ſupra. c. Qui appellat ab ordinario pro delicto poſt commiſſo ab eo punitur. Idem dic de commiſſis ante appellationem ſi poſt accuſantur. Abb. de appellatio. c. Preterea.

Appellatio ad Papam in ciuilibus non fit a iudice layco quid non eſt de tẽporali iuriſditione eccleſiæ. Ab. De appella.c. Si duobus. Vbi deeſt ſuperior, ſemper poteſt adiri Papa, & ad eum appellari. Valet conſuetudo ut a ſeculari appellari poſſit ad iudicem eccleſiaſticum. Abb.ubi ſupra. Quando terra eſt de iuriſditione Pape, poteſt a layco immediate appellari ad Papam, qui etiam poteſt committere cauſas laycis. Ab.ubi ſupra. c. Sua nobis. A quolibet appellari poteſt ad Papam omiſſo medio. Abb. de eo qui mittitur in poſeſſ. c. Cum ueniſſent. A quolibet ſubdelegato niſi ſit delegati Pape qui non commiſſit totam iuriſditionem poteſt appellari ad Papam. Abb. de appella. c. Dilectus. Si Papa cauſam reuocat non ualet proceſſus factus per minorem iudicem. Idem dic de quolibet ſuperiore. Ab.ubi ſupra.c. Vt noſtrum.

Appellatio a ſententia poteſt fieri ab utraque parte ſi contineat plures articulos. Abb.de teſta. c. Raynutius. Item poteſt quis appellare a ſententia inquantum eſt contra ſe, & approbare inquantum eſt pro ſe. Ab. ubi ſupra.c. Raynaldus.

Appellatio poteſt fieri coram perſonis ydoneis ſi iudex eſt abſens ſecundo ubi eſt iuſtus metus iudicis.i.non uanus. Abb.de appella. c. Si iuſtus. Talis appellatio ſuſpendit iuriſdittonem iudicis a quo, ſi appellans hoc poteſt intimare iudici, & non intimat non tuetur a ſequenti excõmunicatione, ſecus ubi non poteſt infra terminum. Abb.ubi ſupra.c. Cum parati.

Appellatio non poteſt fieri a principe qui non recognoſcit ſuperiorem etiam ad Papam. Si iniuſtitia eſt notoria poteſt adire Papam per uiam denuncia-

nunciationis euangelicę, poteſt & iudicem eccleſiaſticum contra laycum ratione iniuſtę ſententiæ. Ab.in Rubr.de appella.

Appellatio unius prodeſt alteri ſi cõmuni iure iuuantur, & idem negotium ſit & eadem cauſa defenſionis & eadem ſententia ſint condemnati. De appella.c.Vna ſententia. Idem ſi ſint plures ſententiæ & eadem probatio. Si ſit lata in cauſa principali non iuuat alterum, oportet ergo ſit in cauſa appellationis. Si uictor obtinet iure ſpeciali puta fauore eccleſiæ, & ætatis non iuuat alium. Additur ultra literam quòd debet eſſe in re corporali diuiſibili, ſed hoc cõmuniter non recipitur, quòd qui non appellauit non approbauit ſententiam expreſſe requiruntur octo quòd ſciuerit reum ante appellaſſe, ſi plures una ſententia condemnatur ut ſupra, & unus appellat alijs ſcientibus & tacentibus, ſi qui appellauit poſt decennium compoſuit cum parte, alij qui ſimul condemnati fuerunt poſſunt proſequi appellationem primi appellantis. Abb. ubi ſupra.c. Vna ſententia. Appellare poſſunt pro ſe & ſuis adhærentibus, & uirtute appellationis defenduntur adhęrentes, ſi adhęrentes inuoluuntur & tenentur quo ad pęnam potius debent gaudere priuilegio principali.Ab.de accuſa.c.Olim.

Appellatio poteſt fieri a ſuperiori pro ſubditis quando poteſt prætendere intereſſe reſpectu ſubditorum, alias non appellat quis pro alio in ciuilibus, quia regula eſt, in appellatione quòd non audituris cuius non intereſt. Ab.de appella.c. Dilectis. Appellare poteſt quid deſinit eſſe tutor ſi conuenitur nomine pupilli inuitus.De appella.c.Ex parte.M.

Appellatio, & recuſatio iudicis æquiparantur ut ſubſit cauſa rationabilis. De appella.c.Super eo. ſecundo. Quo ad alia non, & ponuntur multi caſus. Abb.ubi ſupra.

Appellationis cauſa nondum iuſtificata non eſt cauſa remittenda ad iudicem a quo niſi de conſenſu partium. De appella.c. Accepta.

Appellationi ut renuncietur an requiratur ſemper conſenſus utriuſque partis.Ab.de appella. c.Accepta. Ante incohatam proſequutionem appellationis poteſt appellans inuito appellato petere ut remittatur ad iudicem a quo, ſed condemnabitur in expenſis factis in appellatione, ubi ſupra.c.Interpoſita.§.Ille denique. Non exiſtente re integra renunciare non poteſt inuita parte., nec quando per ſuperiorem ex cauſa delegata alteri, ſi ante diffinitiuam eſt appellatum, & iudex detulit appellationi non poteſt renunciare appellationi etiam de conſenſu partis, ſi non fuit delatum, poteſt etiam inuita parte renunciare, ſi res non eſt integra & appellatus non approbat appellationem; appellans poteſt renunciare. Si appellatus recipit rem non integram renunciare non poteſt, niſi ſit interloquutoria. Si appellatio eſt diffinitiua re non integra non poteſt renunciare parte inuita, ſi integra & propter appellationem appellatus excluſus eſt a facultate appellandi non poteſt appellans renunciare appellationi ſuæ in incõmodum appellati, ſi nõn ſubtraxit facultatem appellandi. appellans poteſt etiam inuito appellato renunciare. Appellatus tamen poteſt petere confirmationem ſententiæ per ſuperiorem. Ab. ubi ſupra.

Si appellans ad ſuperiorem comparet coram iudice inferiori in concernentibus appellationem ipſi appellationi renunciare uidetur, ſi proteſtatur propter hoc quòd non credit renunciare appellationi tanquàm contraria allegans non eſt audiendus, niſi notorium ſit actum illum eſſe iniuſtum; ſuper cuius emendatione adiuuat iudicem inferiorem. De appella.c.Solicitudinem.

citudinem. Si ſponte facit actum coram iudice poſt appellationem uidetur renunciare facultati appellandi in futurum. Si non ſponte egit ſed iudex præfixit ſibi terminum ad certum quid faciendum licet illud faciat non tamen renunciat facultati appellandi ratione grauaminis præteriti. Appellationi renunciatur per comparitionem coram iudice à quo, & per comparitionem coram aliquo iudice ad quem non fuit appellatum, ſi tamen eſt ſuperior iudice à quo niſi proteſtetur Ab. ubi ſuprà. c. Solicitudinem.

Appellationi renunciat qui coram iudice à quo appellauit litem coram illo proſequitur, quia per actum contratrium ſubſequentem renunciauit actui præcedenti, & intellige de appellatione interpoſita non interponenda, & niſi actus qui poſtea geritur coram iudice a quo ueniat ad augmentandum deſiderium appellantis, ut ſi appellans compareat coram iudice a quo potest remoueri grauamen & ad probandum grauamen induxit teſtes non uidetur renunciaſſe appellationi quia contra appellationem ſuam nihil egit directe. Item ſi actus geſtus poſt appellationem coram prædicto iudice non fuit approbatus in iudicio non uidetur per actum illum renunciaſſe appellationi quia non poteſt iudex uel pars ſe fundare ſuper eo quod impugnauit. Ab. de delega. c. Gratum gerimus.

Appellat reus licite ſi non auditur excipiens procuratorem actoris non habere mandatum ſufficiens. De appella. c. Significauit. Item ſi non auditur petens declarari rem petitam in toto libello. ut ſuprà. c. Significantibus.

Appellatio an debeat fieri in ſcriptis. Abb. De appella. c. Cum eccleſia.

Appellatio fieri poteſt a ſententia nulla, & tunc appellans caute dicit, dico ſententiam nullam & in quantum eſt aliqua dico iniquam, & ab ea appello. Iuſtificatur appellatio ſi appellans offert ſe probaturum, Nec oportet quod tunc offerat probationes. Abb. de iudi. c. Exhibita. Appellationem & nullitatem ſententiæ quando quis poteſt proſequi ſimul uel diuiſim. Abb. de appella. c. Dilecto.

Appellatio ad ſuperiorem ut ſic fieri debet, Si eſt clericus, rector, comes, & rex, in quo iudicatur ut clericus, appellatur ad epiſcopum, ut rector ad poteſtatem, ut comes ad ſuperiorem immediate, ut rex ad imperatorem. Ab. in rubri. De appella. Superior ad quem aduerſarius appellat ſi dignaret te ſuper eadem cauſa ad Papam appellaſſe te nolentem comparere poteſt excommunicare. De appella. c. Si duobus. Idem dico de quolibet inferiori Papa, ſi tamen poteſt ad eum immediate appellari ſicut de Papa. Superior habet iuriſdictionem per appellationem ſed elidibilem. ideo poteſt excommunicare. Si poſt ſententiam excipiat ſe ad Papam appellaſſe non auditur, quia fuit contumax. Qui reputat præſens, & non excipit quando excipere potuit ſi cauſa ſit de reſeruatis Papæ proceſſus non ualet alterius, nec excuſat ignorantia. Appellans ſolus iudicem eligit ſi ſuper diuerſis appellant quilibet iudex ad ſe appellationem recipiet, ſecus ubi utraque pars appellat a ſententia, quia iudex unus erit. Abb. de appella. c. Sugeſtum. Inferior eo ad quem appellatur nõ poteſt cognoſcere de illa appellatione, nec de innouatis poſt appellationem ſi contingunt articulum appellationis, etiam ad petitionem appellantis, niſi appellationi renunciet, uel attentatum ſit notorium iniuſtum. Abb. de appella. c. Solicitudinem.

Appellatio ſuſpẽdit iudicẽ ſolũ quo ad cauſam, qua appellatur. Ab. de appell. c. Ad hoc. Non tamen ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a quo, quo ad tendentiam in faciliorem exitum cauſæ appellationis, dummodo abſtineat a cogni-

tione cauſæ appellationis. Quæ autem ſint illa quæ poteſt &c. Iſta intellige de quolibet iudice ſi tamen non detulit appellationi quia tunc nihil poteſt cum non ſit iudex. Ab. de appella. c. Cum teneamur. & c. Qua fronte.

Appellatio quando non ſuſpendit actum geſtum de præterito non ſuſpendit actum gerendum ſi omnino eſt illi actus acceſſorius, uel conſequutiuus ad actum geſtum non ſuſpenſum per appellationem, quia ratione connexitatis tribuitur potius præteritis quam futuris. Abb. de appella. c. Paſtoralis. §. Verum quia. Oportet conſtet de actu prius geſto puta de collatione beneficij alias appellatio non ſuſpendit conſequentia actum præteritum. Secundum aliquos non tenet regula quando Papa reuocat cauſam ad ſe, quia tunc etiam ſuſpenditur actus conſequutiuus. Abb. ubi ſupra. c. Vt noſtrum.

Appellatio non ſuſpendit obligationem prius acquiſitam, etiam ſi eximatur a iudicis iuriſdictione, ideo religioſus appellans à præcepto prælati ſine legitima cauſa non euadit nota tranſgreſſionis obiectio. Idem eſt de appellante quod laudum reducatur ad arbitrium boni uiri. Ab. de iure iuran. c. Breui.

Appellatione pendente non ſuſpenditur in totum iuriſdictio iudicis a quo, unde poteſt agere quæ tendunt in faciliorem exitum cauſæ appellationis, ideo in cauſa matrimoniali interdicitur matrimonium contrahendum appellatione ſtante. Ab. de ſpon. duorum c. Licet.

Appellans ab Abbate exempto ſubdito tam ratione mẽbrorum appellat ad epiſcopum non ad Papam. Ab. de priui. c. Ex ore.

Contra appellante iudex poteſt procedere in cauſa quando appellans non proſequitur ſuam appellationem, qui appellat oportet de appellatione fieri mentionem in reſcripto alias reſcriptum non tenet. Tenetur autem infra annum appellationem proſequi aut infra biennium ex aliqua cauſa alioquin rata eſt prima ſententia, nec auditur, & fingitur non appellaſſe, Appellationes ſunt in fauorem appellantis, ideo ſtatim proſequi poteſt ſed datur eis annus. Qui non proſequitur appellationem ſuam condemnatur in expenſis quia appellatus inde proſequitur. Glo. de reſcrip. c. Ex parte.

Appellans infra annum tenetur proſequi appellationem alioquin non auditur nec poteſt eam deſerere quando appellatus acceptauit alias poteſt renunciare appellationi. Appellatus auditur poſt annum, & non ante, quia annus datur ei cuius eſt appellatio, proceſſus appellati ſi incipiunt in termino & proſequitur poſt terminum, ualent, non autem ſi incipiunt poſt terminum & tunc poteſt appellans uirtute appellantis non propria proſequi, quia litteræ ſunt communes nec fuit cauſa derelicta, ex itineratione ad curiam uel ex impetratione litterarum dicitur quis proſequi cauſam ſuam. Ab. de reſcrip. c. Ex parte. Solus Papa poteſt tollere appellationẽ, quia fundata eſt ſuper iure naturali. Ab. de dele. c Super quæſtionem.

Appellans qui non proſequitur appellationem condemnatur in expenſis ipſi appellato proſequenti. De appella. c. Reprehenſibilis. Qui non proſequitur ſed redit ad iudicem a quo & iterum grauatur non obſtante prima deſitione poteſt iterum appellare. ubi ſupra directe. Quotiens quis grauatur, totiens poteſt appellare, & duas appellationes facere ſuper quolibet articulo. In eodem articulo ab eodem non licet tertio appellare, ſi bis appellauit, & ultimus iudex reprobauit ſententiam poteſt altera pars ſemel, & ſecundo appellare. Ab. ubi ſuprà c. Directe.

Appellationem proſequitur qui incohat iter ad curiam. Item per impetrationis iudicis actum. Qui præfixit terminum non uidetur appellationi de-

ni detuliſſe. Abb. de ſenten. & re iudi. c. Cum cauſa.

Appellans ad proſequendum appellationem habet annum, & ex cauſa biennium, niſi iudex abbreuiet ſi infra id tempus non proſequitur rata manet ſententia, uel redit ad iudicem primum ſi ante ſententiam appellauit. De appella.c.Cum ſit Romana.Vt ſit biennium terminus oportet quod cauſa ſit neceſſaria, euidens, & notoria, uel probetur. Iudex non poteſt abbreuiare tempus niſi appellationem admittat & tunc elapſo termino iudicis appellatio eſt deſerta, ſi non eam proſequuntur.Ab.ubi ſuprà. Impeditus primo anno debet habere ſecundum, & quando impeditur ex facto principis non currit tempus, Item partes poſſunt ſuperſedere ſed non prorogare terminum iuris nec hominis. Impedito ex facto principis uel ex compromiſſo in ſecundo anno reſtituitur equale tempus, alias non ſubuenitur niſi per beneficium reſtitutionis in integrum. Impedimento dato terminus hominis duplicabitur ſicut terminus iuris in iudicio. In ſcholiæ tenerem oppoſitum impedimentum debet plene probari, Quale impedimentum. in primo anno requiratur ut detur ſecūdus annus.&c. Elapſo termino ſi non conſtat de impedimento exequitur ſententiam credo tamen quod requiratur citatio.Ab. ubi ſuprà c.Ex ratione. Ad proſequendum & finiendum appellationem terminus eſt annus de iure, poteſt tamen iudex & appellans abbreuiare ſi uolunt quia ad hoc non tenentur. Appellatus hoc non poteſt ex iuſta cauſa,de iure terminus poteſt eſſe biennium.Ab.ut ſuprà c.Perſona.Appellans poſt annum auditur ſi procurator datus ad impetrandum ſuper appellationē non ſeruauit formam mandati. De appella.c.Significante. Appellans etiam poſt biennium auditur per beneficium reſtitutionis integrum ex legitima cauſa.ubi ſuprà.c.Ex ore.

Si appellatio recipitur a iudice uel approbatur a parte terminus præfixus ad proſequēdum etiam obtinet uicem peremptorii ut in abſentem procedatur, ac ſi fuiſſet peremptorie citatus, nec poteſt alius terminus præueniri ab aliqua partium. De appellatio.Sepe contingit.Ex tūc cauſa eſt in curia. Ab. ubi ſuprà. Iudex ad quem ſi ſubeſt cauſa reſtringendi terminum puta quia imminet periculum animarū poteſt terminū reſtringere.Ab.ubi ſuprà.c.Perſonas.Curſum præfixi termini impedit ad finiendum impedimentum conſurgens ex facto principis.Ab.de appella.c.Ex inſinuatione.

Appellationis terminum ſtatutū ab homine ſi altera pars præuenit hoc tacito litteras impetrando non ualent litteræ, ſed terminum iuris etiam appellatus poteſt præuenire dummodo nimium non præueniat. Vbi ex dilatione incurritur periculum etiam neutra parte proſequente,poteſt iudex ad quem ſupplere partes compellēdo ad proſequendum.De appella.c.Oblate.Appellans quod terminum præfigit ſi mittit procuratorē ad impetrandum & contradicendum tantum, & appellatio a iudice fuit recepta uel approbata a parte aduerſario legitima proſequenti in expenſis condemnatur,ubi ſuprà. c.Nicolao.Si nō fuit recepta a iudice nec approbata a parte ſufficit appellanti mittere procuratorem ad impetrandum & ad contradicendum. licet appellatus ſit paratus proſequi cauſam in curia.ubi ſuprà.c.Interpoſita.§.eidē. Appellans poteſt ſue appellationi ſtatuere terminum breuiorem termino iuris,eo autem prolixum nimis ſtatuente,uel nullum, poteſt iudex ſtatuere cōpetentē infra quem ſi nō ſatisfecerit eius appellatio erit deſerta. ubi ſuprà. c.Perſonæ. Appellatus nō pōt terminū præfigere appellationi nec terminū iuris reſtringere,ſed hoc tātū pōt iudex & appellās.Ab.de appel.c.Oblate.

Appellans poteſt ſtatuere terminum aduerſario ſuo qui habebitur pro peremptorio. Glo. de Transla. c. Veniens. Quando non comparet in termino, ſed tantum appellatus an poſſit proſequi appellationem. Abb. de appella. c. Perſonas.

Ad appellandum præfixum eſt tempus decem dierum a prolatione ſententiæ. Dies in qua eſt lata ſententia excluditur ab hoc numero, ſed tempus currit a momento ad momentum. Hoc tempus a principio eſt utile, ſed in progreſſu contrarium. ſi iudex a quo & ad quem ſui copiam non faciunt tempus non currit, ſed pars proteſtabitur & appellabitur coram idoneis, & publicis perſonis. Nec incipit tempus appellationis a tempore termini præfixi ad aliquid faciendum, ſed a tempore latę ſententiæ, etiam ſi ſit conditionalis. Si ſententia mandatur exequutioni ante decem dies debet exequutio reuocari, poſt decem dies ſententia tranſit in rem iudicatam. ex præſumpto acquieſcere partis. Si pars ſponte recipit minorem dilationem quam a iure diſponatur uidetur iuri renunciare. Ab exequtore nõ appellatur, quia ipſe non grauat niſi excedat modum ſibi iniunctum, & tunc ab eo appellari poteſt. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Quod ad conſultationem.

Appellans temere de iure canonico puniri non poteſt niſi in expenſis. Si non eſt ſoluendo poteſt puniri in corpore. Idem eſt de præſumpta calumnia ſi tamen conuincatur de ea debet puniri pena arbitraria. Ab. de appella. c. Inter cetera.

Appellare intelligitur qui ſe & ſua protectioni Papæ ſubmittit, licet uerbum appello non exprimat. De appella. c. Ad audientiam. Intellige ſi cum hoc ſaluantur alia requiſita ad appellationẽ. Idem eſt ſi ſe ſubmittit protectioni cuiuslibet ſuperioris ad quem appellare poteſt. Ab. ubi ſuprà. uide Itinerantes. Pro appellante habetur qui contra ſuperiorem ſuum itinerat ad Papam ita quod excommunicatio lata in eum poſt non tenet. Ab. de appella. c. Dilecte fili.

Appellare poſſunt omnes quorum intereſt ab eadem ſentẽtia, & uictoria unius quod de iure ſuo docuit non prodeſt alteri nihil rationabiliter proponenti. Qui non fuit in iudiciis & appellat debet ſeruare tempus appellationis, & oportet cauſam rationabilem exprimere, & ſic impeditur exequutio ſentẽtiæ pro alio latæ. Si contra ſubditum ſit lata pro ſubiectione non nocet ei qui prætendit habere ius ſubiectionis, etiam ſi ſciuit illam cauſam agi, & non contradixit. Non tamen poteſt appellare à trina ſententia contra ſubditum, ſi ſciuit cauſam agi contra eum, ſecus ſi ignorauit. poteſt etiam iſte tertius proſequi appellationem ſubditi contra actorem aliter per ſe non appellando. Iſte tertius ſi uenit ad iudicium quid operabitur quem ordinem tenebit &c. Poteſt etiam ſubditus appellare a ſententia lata contra dominũ. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Cum ſuper.

Appellare poteſt quis in alia cauſa quam habet cum tertio qui impetrauit iudicem per deſcriptum appellatione remota. Ab. de mutu. peti. c. Prudentia.

Appellare poteſt capitulum inuito epiſcopo ubi præiudicium poteſt generari eccleſiæ, quia iura & dignitates pariter poſſident, Abb. de maio. & obe. c. Dilecti.

Appellare a correctione uel reformatione morum nemo poteſt, niſi prolatus corrigens uel reformans excedat. De ordi. c. Irrefragabili. Vide appellatio. a correctione.

Appellare poteſt qui in criminali impetitur niſi ſit notorium. De appella. c. Cũ ſit Roma-

ſit Romana. Pendente appellatione non debet ſententia mandari exequtioni etiam imminente pœna ultimi ſupplicij, & inuito condemnato poteſt tertius appellare. Ab. ubi ſupra.

Appellare concedere poteſt Papa in omni cauſa, appellationem ex priuilegio tollere ſolus princeps poteſt, unde Legatus de latere non poteſt appellationem tollere nec committere cauſam de plano. An princeps tollere poſſit appellationem per modum quærelæ. Ab. de reſcrip.c. Sicut Romana.

Appellare quando poteſt, uel non poteſt uictor propter expenſas, & condennatus in principali & in expenſis & an ſufficiat una appellatio. Ab. de excep. c. Significauit.

Appellatus poteſt proſequi appellationem. Glo. de reſcrip.c. Ex parte. Cogit indirecte appellantem ad proſequendum petendo confirmationem primæ ſententię a iudice non tamen poteſt appellanti pręfigere terminum. Ab. de appellationi. c. Perſonas. Non licet tamen appellato proſequi appellationem appellatore non proſequente ne retractetur ſententia quæ tranſiſſet in rem iudicatam per deſitionem appellationis. Ab. de appella. c. Per tuas. Pars citata ab homine, uel a lege, uel a pręfixione termini ad appellationem proſequendam abſente appellatore poteſt appellatus proſequi appellationem in ultimo menſe anni. nec oportet appellatore citare in partibus, ſed ſufficit quod requiratur in curia. Ab. de appella. c. Interpoſita. §. Sane.

Apoſtata clericus, religioſus, uel ſecularis in ſacris relinquens habitum ſi eſt in minoribus tantum, & tenet beneficium dicitur apoſtatare dimiſſis habitu & corona quia ratione beneficii tenetur utrunq; portare. ſi non poſſidet beneficium, licet dimittat habitũ non dicitur appoſtatare. Si epiſcopus monet tertio ut reaſſumat habitum ſi non reaſſumit habitum perdit priuilegium. Religioſi, & qui ſunt in aliquo beneficiati poſſunt compelli ad reſumẽdum habitũ, alii modo prædicto uidelicet tertio admoniti perdunt priuilegium clericale, niſi reaſſumant habitum. Ab. de Apoſta. c. Tuæ. Religioſus apoſtatat dimitendo habitum religionis, etiam ſi efficiatur clericus ſecularis, ſi intrat aliud monaſterium in caſu non conceſſo, etiam ſi monaſterium ſit magis largum non dicitur apoſtatare, quia non uenit contra tria ſubſtantialia regule. Ab. ubi ſupra. c. Conſultationi. Apoſtata incarcerari, & ligari, & affligi poteſt, ut reaſſumat habitum. Ab. de apoſta. c. A nobis.

In apoſtaſia infamatus compellitur ſe purgare. De apoſta. c. Tuæ. Accuſatore deficiente ſtatuitur ei terminus ad ſe purgandum, & ſi illam non præſtiterit habetur pro conuicto, & compellitur aſſumere habitum. Iſta intellige in profeſſis, uel in habentibus ordinem ſacrum. qui ſunt tantum in minoribus compelli non poſſunt ad reaſumendum habitum. Glo. & Ab. ubi ſupra. Sunt autem plures ſpecies apoſtaſię, & quomodo puniuntur apoſtatę. Ab. de apoſta. c. Præterea.

Apoſtoli in poteſtate abſoluendi omnes fuerunt æquales, quia ſic habuerunt a Chriſto domino, ſed Petrus tenet principatum. Ab. de pe. & re. c. Noua. Dicta Apoſtolorum ſunt præferenda legibus ciuilibus, in determinatione cauſarum occurrentium, & generaliter in ſpiritualibus. Ab. de ſecundis nup. c. Super illam & c. Cum ſecundum apoſtolum. Omnes apoſtoli ſunt electi ad regimen eccleſiæ, & omnes fuerunt ignobiles exceptis Paulo & Bartholomęo. Glo. & Ab. de præben. c. Venerabilis.

Arbitramentum eſt contractus quidam, & ſicut per uiam contractus non poteſt dari temporale pro ſpirituali ſic nec per arbitramentum, unde ſi continuat

tinuat in ſe ſimoniam in ipſo uero nullum, ſimiliter omne quod ex eo procedit. Ab. de rerum permutan.c. Exhibita.Si continet rem illicitam eſt in iure prohibitū,& ipſo iure nullum.Si ſit iniquum ualet licet poſſit peti arbitrium boni uiri. Si ſit contra ius diuinum, uel gentium eſt ipſo iure nullum. Ab.de iure iuran.c.Quintinalis.

Arbitrator quis eſſe poteſt in facto proprio, non autem arbiter qui tenetur ſeruare ordinem iuris iudicium. Arbitrator poteſt pro pace de iure unius accipere & dare alteri moderate tamen. Ab. de iu.iuran. c.Quintinalis. Nō tamen poteſt enormem leſionem inferre qualiacunque uerba ſint appoſita in inſtrumento.Ab.ubi ſupra.c.Cum contingat.

Arbitratorum poteſtas licet non ſit ordinaria nec delegata magis tamen accedit ad delegata & ſecundum eius regulas regulanda eſt. Ab.de ſenten. & re iudi.c.Duobus. Vide arbiter differt.Arbitrum ſententia.

Arbitratorum ſententia ad arbitrium boni uiri. Ab.de iure iuran.c.Quintinalis.Vide arbitrum ſententiam. Arbiter differt.

Arbitrator pro bono pacis poteſt ledere iuſtitiam partis. Abbas de ma.& obe. c.His qui.Si datur ſibi poteſtas componēdi alte & baſſe poteſt dare de iure unius alteri in parte & in toto, nec poſſunt partes conqueri, nec poſſunt petere arbitrium boni uiri. Ab. ubi ſupra.c. Humilis. Pro bono pacis poteſt tollere de iure unius & dare alteri non ſolum in dubio ſed etiam in caſu certo. Si tamen enormiter lederet,poteſt arbitramentum per ſuperiorem reduci ad æqualitatem. Arbiter autem tenetur iudicare ſecundum iura, nec poteſt uni tollere & alteri dare. Ab.de prębe.c.Niſi eſſet.

Arbiter ſi ſe abſentat ad partes remotas non rediturus in breui expirat compromiſſum. Ab. de teſti.c.Præſentata.

Appellari poteſt ab arbitris iuris non autem a uoluntariis, quia non aſſumuntur de neceſſitate. Arbitri iuris compelluntur ad acceptandum in principio, non autem uoluntarii, quia non neceſſitate,ſed nuda uoluntate partium aſſumuntur, nec habent iuriſdictionem, compromiſſarii poſſunt connittere uices ſuas, arbitri iuris non eſt enim iuriſdictio delegata.Ab.de arbi.c.Cum dilectus. Vide arbiter non poteſt iudicare.

Arbiter clericus ſi poſt fiat epiſcopus non poteſt compelli ad ſententiam inferendam quia oportet eum in aliis uerſari. Ab. de teſti.c.Præſentata.

Arbitri ſi non concordant poſſunt cogi per ordinarium ut concordent uel eligant tertium idem die de arbitris ſecundum ſtatuta infra terminum eis aſſignatum. Ab.de appella.c.Cum ſpeciali.

Arbiter non poteſt compelli ad acceptandum ſed poſtquam acceptauit poteſt compelli ad pronuntiandum, partes non poſſunt compelli ad compromittendum niſi ubi hoc eſt iure cautum uel ſtatutum. Quando fertur ſententia oportet omnes arbitros eſſe præſentes uel ſaltem quòd ſint citati, alias non tenet ſententia eorum quæ proprie non dicitur ſententia cum non habeat iuriſdictionem, unde ſi ſtatutum ſit qui pro qualibet ſententia debet certum quid, pro eorum ſententia nihil dabitur. Ab. de arbi.c.Sane.

Arbitri quos in cōpromiſſum eſt addito quod pronuncient ſecundum iura poſſunt procedere & iudicare ſecundum conſuetudinē & ſtatuta loci illius.Ab. in rubr.de conſuetu. & de electio.c.Cum. Ad ſententiam per cōpromiſſum nullus tenetur niſi ſit honeſta. Glo. de delega.c.Ex parte tua. Vide compromiſſum.

Arbiter qui cum conſilio aliorum tenetur eligere, tenetur eorum conſilium

in

in tractatu requirere, ſed non tenetur eorum conſilium ſequi. De arbi. c.Cum omni.

Arbiter poteſt conueniri per partem leſam ad intereſſe ſi fuit in dolo, uel lata culpa & dicitur fuiſſe in dolo, uel lata culpa, quando deuiauit ab eo, quod communiter omnes feciſſent. Ab. de delega.c. Paſtoralis.§. Quia uero.

Arbiter non poteſt delegare cauſam niſi de conſenſu partium. Ab. de arbi. c.Cum promiſſum. & Cum a nobis.

Arbiter differt ab arbitratore. in xxi. primo. Arbiter aſſumitur ſuper lite il le ſuper contractu. 2. Arbiter eligitur loco iudicis ideo ſeruat ordinem iuris, ille ut compoſitor inter partes, nec tenetur ad ordinem iuris ideo teſtis non facit fidem in alio iudicio. 3. Arbiter non poteſt eſſe in facto pro prio. 4. Arbiter nec partes iurant. 5. De iure ciuili ſecundum aliquos non poteſt recuſare, ſed de iure canonico ille non. Ego credo utrunque poſſe recuſari. 6. Monachus, & mulier poſſunt eſſe arbitratores, arbi tri non, niſi in cauſa monaſterii, & eius utilitate Abbate monacho imperan te. 7. Iudex ordinarius non poteſt eſſe arbiter. 8 Arbitri ſententia emoligiatur, & approbatur taciturnitate decem dierum ſi compromiſſum fuit ſine pœna, arbitratoris dictum per confirmationem partium. 9. Com promiſſum in arbitrum ſoluitur morte alterius compromittentium, nec trã ſit ad hæredes, niſi ſpecialiter de hoc caueatur in conpromiſſo. 10. Atte ſtationes coram arbitro poſt faciunt fidem in alio iudicio. 11. Coram arbitro facta poteſt reuocari poſt ſententiam antequam arbitratum ſit emo ligiatum. 12. Litis conteſtatio coram arbitro interrumpitur perſcriptio ne. 13. Arbiter non procedit in diebus feriatis ſi arbitrator procedit ua let proceſſus, licet peccet. 14. Coram arbitro eſt locus peremptioni in ſtantiæ per lapſum biennii ſecundum plures. 15. Ex quo arbiter pronun ciauit functus eſt officio ſuo & non poteſt mutare ſententiam. 16. Arbi ter non cogitur laudare, licet ſuſceperit conpromiſſum niſi ibi ſit pœna, uel pignora interueniant de ſtando ſententiæ ſecundum aliquos, & male. 17. Arbiter non poteſt ferre ſententiam in eccleſia ſicut nec iudex, & lata non tenet. 18. Arbiter non poteſt extendere manum extra conpromiſſum. 19. Excommunicatus non poteſt ante arbitrum de arbitramento ſuo oppo nere & ſunt opiniones, mihi non uidetur in hoc differentia. 20 Poteſt arbitrator pro bono pacis parum de iure unius dare alteri. 21. Dicta ar bitratoris non mutantur ubi non ledunt grauiter. Dictum arbitri non mu tatur, etiam ſi grauiter ledat. Ab. de iure iuran.c. Quintinalis.

Arbiter poſt rem iudicatam ſuper diſcordiis aſſumptis non poteſt per arbitriũ ſuum immutare ſententiam etiam ſi de componendo inter partes a Papa mandatum receperit. De arbi.c.Expoſuiſti.

Arbiter an teneatur de dolo & lata culpa. Ab. de præſump.c. Quia iudicante. Vide arbiter poteſt conueniri.

Arbiter iuris quando poteſt eligi. Ab.de reſcrip.c. Paſtoralis. Non poteſt aſ ſumi in cauſis ubi requiruntur maiores iudices, & quæ ſunt illæ cauſæ. Ab. de reſti.in integr.c.Cum reſtitutio.

Arbiter in cauſis & iuribus eccleſiæ poteſt eſſe perſona, & etiam prælatus il lius eccleſiæ. Ab. de præſump.c.Cum omni.

Arbiter electus per iudicem per eius recuſationem tenetur ſub pręcepto ad exequtionem officii. De appella.c.Cum ſpirituali.

Arbitri omnia geſta factum reſpicientia & confeſſio coram eo fidem faciunt

in iudicio. Teſtium tamen diſpoſitiones uincentium ſunt in poteſtate par tis an recipi debeant contra quam producti ſunt. ſic ualent actus ordinarii. Ab.de teſti. c. Præſentata.

Arbiter non poteſt iudicare ultra comprehenſa in conpromiſſo, ideo coram eo non fit recõuentio. De arbi.c.Cum dilectus. Arbiter ſuper una re non poteſt rem illam adiudicare actori, quòd aliam rem det reo non comprehenſam in conpromiſſo, nec quòd pecuniam habeat. Item an poſſit iudicare ſuper hiis, ſine quibus cauſa principalis non poteſt decidi. & ſuper appoſitam pœnam. Non poteſt multare niſi ſpecialiter detur ei poteſtas in conpromiſſo, quando poteſt, uel non poteſt appellare a ſententia arbitri. Non ualet pactum de non appellando ab eius ſententia in caſibus in quibus licet appellare. Appellatio ſemper debet interponi ad ſuperiorem illius qui tulit arbitrium nec periit inſtantiam per biennii lapſum coram arbitro de iure canonico. Ab. ubi ſupra. Poteſt arbiter pronunciare ſub conditione decernendo in futurum aliquid. Ab. de iure iuran. c. Quintinalis.

Arbiter non habetur proprie coram eo iudicium cum nõ habeat iuriſdictionẽ nec proprie fert ſententiam. Quia tamen datur libellus coram eo, & fit litis conteſtatio interrumpitur perſcriptio, & non procedit diebus feriatis in honorem Dei, alias non ualet proceſſus, & debet ſententiam ferre in ſcriptis. Arbitrator poteſt eſſe die Dominico, teſtes recepti coram arbitro faciunt fidem coram iudice, in arbitro tamen iuris datur reconuentio. Ab. de arbi. c. Cum dilectus.

In mulierem ſingularẽ tanquam in arbitratricem compromitti non poteſt ſecus ſi mulier habuerit alias iuriſdictionem de iure, communi, uel conſuetudine, quia tunc ſuper rebus temporalibus poteſt in eam ualide compromitti. De arbi. c. Dilecti filii.

Arbiter & arbitrator completo officio non poſſunt reuocare præceptũ ſuum. Ab. de iure iuran. c. Quintinalis.

Arbitrum ſententia non reducitur ad arbitrium boni uiri, niſi ab ea appelletur, ſed imputatur compromittenti, nec remedium habet niſi iudex ex officio corrigat. Dictum arbitratoris reducitur ad arbitrium boni uiri, & utriuſque aſſignatur ratio. Si pœna & iuramentum ſint oppoſita in generali poteſt peti ut dictum arbitratoris ſi fuit iniquum reducatur ad arbitrium boni uiri. Si in ſpeciali iudex occurrat. Si partes iurant & ponunt pœnã & pactum quòd renuncient reductioni ad arbitrium boni uiri ubi ſit dolus hijs non obſtantibus petere poteſt arbitrium boni uiri. Similiter ſi læſio ſit maxima & enormis etiam ſine dolo, non autem ſi ſit leuis, uel magna tantũ. Sunt tamen hic opiniones ſolennes, qualis exceſſus requiratur ut poſſit peti arbitrium boni uiri poſt opiniones circunſtantiæ ſunt conſiderandę. Si petens arbitrium boni uiri ſuccubuit. ſoluet pœnam appoſitam in compromiſſo qui non peteret. Si ſuccubuit pro parte tantum non incidit in pœnã etiam ex parte. Ex hijs conclude qui iurauit ſeruare laudum, & petiit reductionem boni uiri, an ſit periurus quando non obtinuit in parte, nec in toto, dic ut ſuprà. Si arbitrator non acceptat compromiſſum ipſo facto expirat. Si acceptat durat quantum actio, & poteſt cogi per iudicem ad complendum. Bonus uir eſt qui debet eſſe iudex in cauſa. Si petitur reductio pro parte eccleſiæ poteſt adiri eccleſiaſticus iudex, & uterque procedit ut bonus uir. Ab eorum ſententiam non poteſt appellari, nec reduci ad arbitrium boni uiri, ſi tamen ſit iniuſta non tenet, quia contra formã

com-

compromiſſorum ſententia arbitratoris lata parte abſente etiam data contumacia non ualet, niſi hoc ſit expreſſum in compromiſſo. Ex contumacia tamen committitur compromiſſi pœna., & eſt expirat poteſtas arbitratoris, quando ſunt arbitratores duo diſcordes non poteſt iudex eligere nec eos compellere ad eligendum tertium Ab. de iure iuran.c. Quintaualis.

Arbiter in ſpiritualibus per compromiſſum non poteſt eſſe laycus. De arbi. c.Contigit poteſt.tamen compromitti in laycũ auctoritate ſuperioris. Ab. ubi ſupra. c. Per tuas. In cauſa patrimoniali clerici non poſſunt adiudicare eccleſiæ rem poſſidendam etiam ad uitam clerici. De arbi.c.Peruenit. In cauſa matrimoniali non poſſunt layci aſſumi arbitri. Ab.de reſti.in integr. c.Cum reſtitutionis. & de Arbi.c.Ex parte.

Arbitri quando ſunt plures uno eorum mortuo expirat iudicium eorum, niſi aliud ſit expreſſum in compromiſſo. De delega.c.Vno delegatorum. Duo non poſſunt pronunciare tertio abſente, niſi hoc habeatur ex forma compromiſſi. licet Inno. teneat oppoſita. Ab.de teſta.c. Raynaldus.

Arbitrio tuo. Vide circa finem ante literam.V.& reporta hic.

Archidiaconatus eſt dignitas & perſonatus etiam ſi non habeat curam animarum. Si habet officium uel reſidentiam non poteſt cum alio beneficio teneri ſine diſpenſatione, ſecus ubi habet nudum nomen ſicut, ſenis. Ab. de elec.c. Dudum.

Archidiaconus ſi non confert eccleſiam ſibi ſubiectam, uel ſi confert indigno poteſtas ordinandi eccleſiam ad epiſcopum deuoluitur. Ab.de exceſ.prę-la. c. Ad aures.

Archidiaconus an habeat curam animarum, ſtatur conſuetudini. Glo. & Ab. de electio.c. Cum in cunctis. Tam ipſe quam archipresbiter poſſunt committere curam animarum ex ſpeciali commiſſione uel conſuetudine. Glo. de off.lega. de. c. Super eo.

Archidiaconus poteſt acquirere iuriſdictionem cognoſcendi in criminalibus & puniendi & hoc tantum licet de ſpeciali iure. Ab.de pœnis.c. Archidiaconi. Poſſunt etiam ex conſuetudine acquirere ſeruitia & obſequia in alijs eccleſiis in ſuo archidiaconatu poſitis & etiam alibi. Sic ualet conſuetudo ut una eccleſia præſtet ſeruitium, obſequium, reuerentiam & honorem prælato inferiori epiſcopo.De iure communi eccleſiæ non tenentur archidiacono in alijs obſequiis uel ſeruitiis Archidiaconi officium ut plurimum conſiſtit in conſuetudine, & ita intelligi debet fere totus titulus de officio archidiaconi. De iure communi fundat intentionem ſuam ſuper ordinatione clericorum & ut inſtitutum ponat in poſſeſſionem corporalem. Ab.de exceſ.præla.c. Ad hæc.

Archidiaconus an ſit prælatus. de iure communi excommunicare non poteſt ſed officium ſuum conſiſtit in conſuetudine, nemo poteſt excommunicare niſi ſit iudex eccleſiaſticus & habeat ſubditos. Ab.de eo qui ordi.furtiue accepit. c. Veniens. Poſſunt autem eſſe plures in eodem epiſcopatu.Ab.de pœnis. c. Licet archidiacono. & de off. delega. c. Ex parte. N.

Archiepiſcopatum unum debet habere quælibet prouincia & etiã epiſcopos. Ab.de accuſa.c.Sicut olim.

Archiepiſcopus prę ſumitur ſcire beneficia uacatura ſuæ prouinciæ cũ debeat ibi habere perſonas ydoneas, & ſi non ſtatuit ibi tales perſonas dicitur ignorantia affectata. Ab. ut ſupra.

Archiepiſcopo ſi Papa mandat prouideri alicui de beneficio in eccleſijs ſuis

contradictores compeſcendo ſi alias tenebatur illi prouidere puta quia ordinauerat eum prouidebit in ſua dyoceſi.ſi non tenebatur poteſt prouidere in qualibet eccleſia ſuæ prouinciæ. Si clauſula illa contradictores & rex non apponatur forte non poteſt prouidere extra ſuam dyoceſim licet innocentius contrarium teneat. Ab. de præben. c. Pro illorum.

Archiepiſcopus debet concilium ſuum facere ſingulis annis ad correctionem exceſſuum, & reformationem morum, in quo ſtatuere debet perſonas ydoneas per ſingulas dioceſes, quæ ſolicite inueſtigent, & in ſequenti concilio referant corrigenda, debet facere ſinodos epiſcopales ſingulis annis, & publicare agiteta in prouinciali concilio, & negligentes ad hæc ab exequutione officii ſuſpendere. De accuſa.c.Sicut olim. Non poteſt autem per concilium prouinciale puniri ſicut nec Papa per concilium generale cum ſit eius caput. Ab.de præben.c. Graue nimis.

Archiepiſcopo de iure non licet facere deferri crucem ante ſe extra prouinciam ſuam, poteſt tamen ubi eſt conſuetudo. In locis exemptis ſuæ prouinciç, poteſt etiam de iure Ab.ut lite penden.c.A memoria. Vide inſignia. in litera S.

Archiepiſcopus quæ poteſt in ſuffraganeos ſuos & in eorum ſubditos. Ab.de ordi.c.Paſtoralis.

Archiepiſcopus licet poſſit audire cum coepiſcopis cauſam ſui ſuffraganei in qua uenit deponendus, non tamen habet cauſam diffinire, alias cauſas poteſt ſolus audire. Ab. de accuſa. c. Si quis epiſcopus ſubditos ſui ſuffraganei poteſt deponere propter crimen notorium & hoc quando uiſitat. Ab.de Simo.c. Dilecti filii.

Archiepiſcopus & eius incurius etiam abſens poteſt excommunicare ſuſpendere & interdicere epiſcopo ſuffraganeos quia eſt ordinarius omnium epiſcoporum prouinciç. Ab.de cle. excommuni. c. Poſtulaſti, licet ſit ordinarius epiſcoporum non tamen ſubditorum illis. Glo.de exceſ.prælat.c.Sicut. Poteſt ſuffraganeum excõmunicare ſuſpendere & pœna arbitraria punire dum modo non ſit tale delictum quod depoſitionem expoſcat. Ab.de ſententiis excommuni. c. Venerabilis. Poteſt ſuffraganeos ſuos excommunicare, & cogere ad reſidentiam, non autem poteſt illos deponere, nec priuare epiſcopatu, nec illos transferre. Hæc ſunt papæ ſolius. Ab. de cle. non reſi. c. Ex tuæ deuotionis.

Archiepiſcopus poteſt excommunicatum a ſuo ſuffraganeo abſoluere, nec tenere ad excommunicatorem remittere, ſi nolit ſibi deferre. Si excommunicatio ſit euidenter iuſta, tenetur illum remittere neceſſario. Si conſtat excommunicationem eſſe notorie iniuſtam non debet remittere, quia fiet iniuria excommunicato. Si conſtat eſſe iuſtam debet illum remittere, quia appellatio iniuſta notorie non deuoluit cauſam in dubio de iuſtitia & iniuſtitia debet remitti ad cautelam. Si excommunicatio eſt lata per epiſcopum ad inſtantiam non poteſt archiepiſcopus ſe impedire niſi cauſa deferatur ad eum per appellationem, ſi epiſcopus tulit excommunicationem ex ſuo officio poteſt archiepiſcopus ſe impedire. Ab.de ſen.exco.c.Per tuas.

Archiepiſcopus poteſt indulgentias concedere in prouincia ſua ſecundum formam concilii generalis. De pœnl. & remiſ. c. Noſtre. Iuriſdictionem uoluntariam exercet in ſubditos ſuffraganeorũ uidelicet cõcedendo literas indulgentiarum libere, ideo non requiritur conſenſus ſuffraganei, nec tamen poteſt excedere numerũ taxatum uidelicet annuũ quando celebrat, & quando

conſecrat

conſecrat eccleſiam, in aliis quadraginta dies etiam ſi ſint plures epiſcopi. Nec tamen exercere poteſt iuriſdictionem uoluntariam in ſubditos ſuffraganeorum niſi in caſibus a iure expreſſis, ſecundo uiſitando prouinciam audit confeſſiones ſubditorum epiſcopis. Ab. ut ſupra.

Archiepiſcopus habet iuriſdictionem ordinariam in omnes epiſcopos prouinciæ, qui ei tenentur obedire, & dicitur archiepiſcopus quaſi princeps epiſcoporũ, Metropolitanus a menſura ciuitatũ quibus olim præponebantur, uel quia eius eccleſia mater eſt totius prouinciæ, alii dicuntur ſuffraganei, quia ſuffragantur ſibi in officio epiſcopali. Antequam accipiat pallium dicitur Metropolitanus poſt dicitur archiepiſcopus & non ante, confirmatus poteſt exercere quæ ſunt iuriſdictionis ſicut cõmittere conſecrationes ſuffraganeorum, ſicut etiam capitulum ſede uacante. Poteſt committere ordinationes, quia utitur iuriſdictione non ordine. Ante acceptationem palii non poteſt explicare ardua, ut conſecrare uirgines, celebrare concilia prouincialia. Suffraganei uacante ſede poſſunt epiſcopos conſecrare. Ab. de electio. c. Suffraganei.

Archiepiſcopus non exercet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum niſi per appellationem, uel niſi ſint notoria, & nõ correcta per ſuperiores ſuos. In regularibus tamen, & notoriis primo monentur eorum prælati ut corrigant. Ab. de ordi. c. Quanta deuotio. Quæ poſſunt in ſuffraganeos, & eorum ſubditos. Ab. ut ſupra. c. Paſtoralis. Cognoſcit inter ſubditos ſuffraganei citra appellationem, quando epiſcopus iuſte recuſatus remittit ad eum negocium. Ab. de appella. c. Cum ſpeciali.

Archiepiſcopus poteſt iuriſdictionem exercere in tota prouincia tollendo conſuetudinem prauam, et excommunicare ſeruantes illam, ubi epiſcopus eſt negligens. Item poteſt notoria crimina ſubditorum ſui ſuffraganei punire etiam exiſtens in propria dioceſi. Negligentia ſola epiſcopi defert iuriſdictionem in archiepiſcopum. In concernentibus totam prouinciam poteſt exercere iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum, puta quia mala conſuetudo eſt in tota prouincia. Ab. de inſtitu. c. Ex frequentibus. In facto concernente totam prouinciam habet iuriſdictionem, & poteſt compellere ſubditos ſuffraganeorum ad deſiſtendum, puta a mala conſuetudine. In notoriis ſuplet negligentia epiſcoporum. Ab. de celeb. mis. c. Pernitioſus.

Archiepiſcopus unus poteſt habere ius patriarchatus in prouincia alterius archiepiſcopi, & in ipſo archiepiſcopo ut ſit ei ſuperior loco patriarchæ. Ab. de dol. & contu. c. Venerabilis.

Archiepiſcopo electo eccleſia Romana non tradit pallium niſi prius iuret fidelitatem, & obidientiam. De electio. c. Significa. Confirmatus ante receptionem palii non poteſt ſuffraganeum conſecrare, ſed poteſt mandare ut conſecretur per alios, de elec. Suffraganeus. Nec poteſt ordines conferre, eccleſias, ac uirgines conſecrare, ſed nec ea quæ ſunt magni ponderis, ut congregare concilia. Glo. ubi ſupra. & de elec. c. Quod ſicut ex literis.

Archiepiſcopus poteſt ſuffraganeos punire, & eorum officiales quando delinquunt ut officiales etiã, Et licet non habeat iuriſdictionẽ in ſubditos eorũ, tamen conſuetudinem prauam tollere poteſt cum concernat totam prouinciam, & peccatum ſit ſibi notorium. Ab. de Simo. c. In tantum.

Archiepiſcopus in territorio ſuffraganei an poſſit per ſuffraganeum puniri, in cuius territorio deliquit. Ab. de rap. c. De illis. Vide prælatus ſuperior non poteſt ligari.

Archiepiſcopus non ſuccedit epiſcopo data quacunque negligentia, ſed tantū in caſibus expreſſis in iure. Licet regulariter poſſit compellere epiſcopum ad officium ſuum exercendum, non tamen ſuccedit in exercitio. Ab. de iure patro. c. Nullus.

Archiepiſcopus poteſt uiſitare dioceſim ſuam, prouinciam, & eccleſias religioſas, ſeculares & monaſteria, & ab eis recipere procurationes ratione uiſitationis. Item hoſpitalia fundata auctoritate epiſcopi, uel ſi habent ſigna religionis & publicitatis, uidelicet, campanile cum cāpana, & ibi publice celebratur. Hoſpitalia priuata uiuente patrono eo inuito non poteſt uiſitare, poſt eius mortem poteſt. Idem die de epiſcopo. Dum archiepiſcopus uiſitat prouinciam etiam a monaſteriis prouincię debet procurari. Ab. de cenſe. c. Sopite. Viſitat totam prouinciam etiam ſine relatione uiſitationem procurantium, licet appareat de negligentia ſuffraganeorum. Ab. de accuſa. c. Sicut olim. Viſitare poteſt monaſteria ſuæ prouinciæ, hoſpitalia loca pia, clerum & populum, & tunc poteſt audire confeſſiones eorū, & petere procurationem, quam non poſſunt præſcribere contra eum, etiā ſpatio annorum centum, ſicut nec ſubditi uiſitationem contra illum. Dum uiſitat poteſt excommunicare negantes procurationem niſi aſſignent cauſam probabilem, quia tunc pertinet ad ſuffraganeum cognoſcere. Quando non uiſitat non poteſt punire negantes ſibi hoſpitium. Poteſt autem uiſitare prouinciam etiam ſi epiſcopi non ſunt negligentes, ubi ambo concurrunt præfertur archiepiſcopus. Ab. de præſump. c. Cum ex officii. Cum iure proprio, uel legationis uiſitat prouinciam in denegantes procurationē poteſt ferre ſententiam excōmunicationis. De cenſibus. c. Cum nuper. Et poteſt uiſitare prouinciā, etiam ſi epiſcopus non ſit negligens. Si eſt legatus poteſt ſemel uiſitare eas iure proprio & ſecundo iure legationis, & habebit bis eodem anno procurationem. Ab. ubi ſupra.

Archimię ars eſt licita, cum cœlum, & aſtra poſſint in aliquo loco unam ſpeciem metalli in aliā transmutare iſti cognoſcunt ex quibus ſit prędicta transmutatio Ab. de ſorti. c. Ex tempore.

Argumentum dicitur quaſi acute inuentum. de uerbo. ſigni. c. Forus. & conſiſtit in ſola inueſtigatione intellectus. Vbi textus eſt apertus nō dicitur argumentū, ſed ubi ſubtiliter aſtute adducitur locus ad probandū id ad quod inducitur per locum a ſimili, uel alio modo. Ab. ut ſupra. c. forus. Argumentum dicitur quaſi argute & ſubtiliter inuentum. Ab. de partis. c. Antigonus.

Argumentum ab abſurditate uitanda ualet. Ab. de iure iuran. c. Quemadmodum & de priuile. Ex ore. & de pœni. & remiſ. Noua. Vbi ſequitur contrarietas intellectus litere non ualet. Ab. de Bap. c. Maiores. §. Sed adhuc.

Argumentum a communiter accidentibus ualet. Ab. de cleri. non reſiden. c. Non liceat. A communiter accidentibus præſumptionem facit. Ab. de præſump. c. Quia uериſimile.

Argumentum a contrario ſenſu ſemper eſt iure ualidum niſi in iure inueniatur contrarium expreſſum maxime ubi uerbum ponitur cauſatiuum, non autem narratiuum. ſeu modale. Vbi conſurgit abſonus intellectus non ualet a contrario ſenſu. Ab. de elec. c. Publicato. Eſt argumentum fortiſſimum in iure. Ab. de appella. c. Oblate. licet ſit fortiſſimum in iure, non tamen procedit quando in iure inuenitur contrarium expreſſum. Ab. de foro.

no.competen. c.Significaſti. & de iure iuran. ſi uero. argumentum eſt ualidum in iure unde ſenſus contrarius eſt ſubauditus & interpretatus, non autem expreſſus. In ſtatutis hoc argumentum non habet locum ſi expreſſus intellectus reſultat contra ius commune, quia ſtatutum non cogit corrigit ius commune, niſi in caſu expreſſo. Alii dicunt quòd tenet in ſtatutis, & contractibus. Ab. de hiis quæ fiunt a præla. c. Cum apoſtolica. Non ualet ubi ex contrario ſenſu ſurgit abſurditas. Ab. de deci. c. De terris. Non ualet ſi contrarium in iure reperiatur, & hoc hic probatur. Ab.de ſen.exco. c. A nobis. Nec ubi ſequitur abſonus intellectus, nec ubi reperitur contrarium in iure. Ab.de uſu. c. Quanto. Nec ualet argumentum, nec intellectus habet ex quo ſequitur contrarietas Ab. de Bap.c.Maiores.§.ſi adhuc.

Argumentum ab ethimologia nomine ualet negatiue ſemper, affirmatiue ualet niſi contradicat diffinitioni rei. Ab ethimologia nominis proprii nón ualet Ab.de preben.c.Cnm ſecundum. Ab ethimologia uocabuli eſt iure ualidum, & recte exponitur, ſecundum ethimologiam niſi difinitio contradicat. Ab. de uerb.ſigni. c.Quantus.& ut ſuprà. c. Forus.

Arguere per rationem naturalem eſt licitum. Ab.de præben. c.Ratio nulla.

Argumentum a nominatorum priorate in litteris Papæ ualet quo ad eos qui debent præferri. Abb. de præben.c.Auaritia. Vide in religioſos. Canonice regulares. Ab ordine litteræ ualet argumentum. Quis ſit antiquior. Ab. de appella.c.Nicolao. Ex ordine rubricarum ualet argumentum. Ab.de appella.c.Ex parte.N.

Argumentum a paritate rationis tenet in fauorabilibus, non autem in diſpenſationibus odioſis. Ab.de reſcrip.c.Ad aures.

Argumentum à patria poteſtate ad dominicam, & liberatiuam ualet. Ab.de Infan.& langui.exponen.c.Si a patre.

Argumentum a rubro litteræ ualet. Ab.de ſede uacan. in Rubrica.

Argumentum a ſimilitudine rationis ualet, & magis ab idemptitate rationis. Ab. de preben.c.Cum ſecundum. A paritate rationis ualet in fauorabilibus non in diſpenſationibus odioſis. Abb. de reſcrip.c.Ad aures. A ſimili ualet etiá in concernentibus animam dummodo detur omnimoda ſimilitudo in eo in quo fit comparatio. Ab.de Bap.c.Maiores.

Argumentum a toto ad partem ualet, quando totum & pars ſunt eiuſdem rationis. Glo.& Ab. De off.& poteſt.de dele.c. Paſtoralis. Valet argumétú ideo habens ius in toto fundat intentionem ſuam in qualibet parte eius. ſic comites, temporales domini, imperator, Papa fundant intentionem ſuam quo ad terras ſitas infra ſuos limites reſpectu iuriſdictionis, non autem reſpectu proprietatis rerum. Ab. de præſump.c.Si diligenti.

Armis & inſignijs ſingularis dignitatis, quibus reges, principes utuntur, & nobiles priuata perſona uti non poteſt. Inſignijs quibus priuata perſona utitur conceſſione principis hi quibus conceditur uti poſſunt, ſi ceſſat conceſſio principis communiter tenetur quod alii poſſint illa aſſumere, certa inſignia ut unus cognoſcatur ab alio ſicut & nomina propria. Non tamen priuatus poteſt ſumere arma alterius quando tédit in eius præiudicium, uel rei publice, ſicut unus artifex non poteſt armis alterius artificis uti, quia ſic deciperentur homines. Nec homo exoſus uti armis uiri probi, quia poſſet de facili occidi. Ab.de excis.prola.c.Dilecta.

Artifices experti non poſſunt cogi ad extimandum aliquid. Abb. de purga.cano.c.

no.c. Cum dilectus. Quando autem tenentur ex leui culpa. Abb.de præſump.c.Quia iudicante.

Aſſenſus accipitur pro auctoritate ubicunque aſſenſus ſuperioris exigitur in actu pertinente ad ſubditos, Nec oportet quando ſuperior confirmat dicat auctoritatem impartimur, ſed ſatis eſt quod appareat de conſenſu. Abb. de pactis.c.Quotiens.

Aſſeſſor non poteſt iudicare nec ſententiam ferre niſi forte iudex eſſet illuſtris perſona & committeret ſibi nudum miniſterium legendi in ſua præſentia. Non poſſunt etiam torquere, nec audire ſine iudice. Nec poſſunt dictare ſententiam in ſpiritualibus poſſunt tamen conſulere. Abb. de iudi.c. Decernimus.

Aſtrologi iudicantes inclinationes hominum, & aliorum quæ ſubduntur celo non peccant ſi tamen credunt aliter poſſe fieri, & liberum arbitrium non cogi. Ab.de ſortil.c.Ex Tenore.

Auaritia mala. Ab. de preben.c. Auaritia.

Auxiliari, conſulere, & fauere ſunt diuerſa, nec unum includit aliud, & hoc facit ad ſtatuta odioſa.Ab.de Here.c.Si aduerſus.

BAculi paſtoralis ſignificatio.In Baculi forma præſul hac datur tibi norma. Atrahe per primum,medio rege, punge per imum. Atrahe peccantes rege iuſtos punge uagantes. Atrahe ſuſtenta ſtimula uaga morbida lenta.Glo.de Sacra unctio.c.Cum ueniſſet.

Baliſtarum ars dicitur mortifera odibilis & horribilis propter periculum animæ & corporis & ſepe uiliſſimus homo perimit hominem magni precij.Ab. de ſagitarijs.c. Arte.

Baptizantis intentio baptizandi & baptizandi baptizari requiruntur. Si poſt aliter credunt dum tamen intendant prædicta baptiſmus eſt. Intentio patrini non nocet cum non requiratur de neceſſitate. Abb. de Bapt.c.Licet Grecos.

Baptizare ſeipſum nemo poteſt, etiam in articulo mortis. De Bap.Debitum. Si quis immergat ſe in aquam; & alius dicat ego te baptizo, non eſt baptizatus. Sufficit unam guttam aque tangere baptizandum, licet melius ſit ut lauetur. Ab.ubi ſupra.

Ius baptizandi pertinet ad eccleſiam cathedralem,alio non apparente. Ab.de relig.domi.c.Nunc autem.

Baptizare eſt ſacerdotis officium, & licet Laycus, & mulier baptizent, ſi tamen ſit ſine neceſſitate grauiter peccant. ſufficit quælibet effuſio aque ſuper baptizandum cum forma. Bonum tamen eſt qui conſuetudo Eccleſię ſeruetur. Aqua elementaris eſt de neceſſitate. Ego non eſt de ſubſtantia, non poteſt dici in nominibus, quia non deſignatur unitas eccleſiæ, nec poteſt omitti te. Si dicitur in nomine trinitatis,uel Chriſti.Glo.tenet quod ſit baptizatus, quia ſic fiebat antiquitus.Doctores tenent oppoſitum.Vna poteſt prouincia poteſt uti alia forma quam hic expreſſa, ſi tamen equipoleat in ſubſtantia, Non tamen in una ciuitate, uel pluribus, quia non eſt tamen iuſtus error, & Romana eccleſia ritus prouinciarum tollerat quantum licet.Ab.de Bap.c.Si quis.

Qui baptizat, & qui leuat de fonte nemo eſſe poteſt niſi qui poteſt eſſe naturalis pater baptizati, unde oportet excedat illum in plena pubertate & ſit maior baptizato decem & octo annis. Leuans tamen non eſt de neceſſitate. Ab.de Bap.c.Debitum.

Bapti-

Baptizare non debet quis iudæum niſi prius reſtituat uſuras, etiã & debet baptiſmus differri quouſque appareat an habeat rectam intentionem per dies quadraginta ne reuertatur ad uomitum. Ab. de Bap. c. Debitum.

Baptizatum a Latinis Greci rebaptizare non debent. De Bab. Licet Grecos rebaptizans ex ſtudio dignus eſt depoſitione. Ab. ubi ſuprà c. Qui facit ſe rebaptizare ſecundum leges punitur ultimo ſupplicio, ſecundum canones clericus deponitur, & laycus excommunicatur, & non promouetur ad ordines, ſi ſcienter hoc fecit, ſecus ſi in dubio. Ab. de apoſta. c. Quidem.

Baptiſmus non tollit accuſationem criminis, Iudicialis pena ei imponitur, quia læſit rempublicam, ſecus reſpectu dei. Per baptiſmum tollitur omnis ſequella peccati, ut in uſurario infamia contracta ratione delicti. Tollit irregularitatem contractam ratione delicti, Infidelis homicida poſt baptiſmum poteſt ad ordines promoueri quia illa eſt ſequella peccati. Irregularitas homicidii ſine peccato an tollatur, opiniones, Mihi uidetur quod omnis irregularitas homicidii tollatur, quia non remanet horror ille impediens eo quod per baptiſmum fit alius & nouus homo. Iſta irregularitas eſt ex ſtatuto eccleſiæ, ideo non debet extendi ad infideles. Irregularitas ex defectu ſacramenti non tollitur per baptiſmum ut ea quæ eſt propter bigamiam. Eo ipſo quo uxor commiſit adulteriũ fuit ius acquiſitum marito ut adulteram poſſet abiicere, ideo per baptiſmum hoc ius competens marito non tollitur Ab. de diuortiis. c. Gaudeamus.

Amentes & dormientes baptizati ſi ante baptizari uolebant recipiunt caracterem alias ſecus. Coacti. & ſuſcipiunt. De bap. Maiores. §. Item quæritur. Vis præciſa impedit impreſſionem caracteris non autem conditionalis. Ab. ubi ſuprà.

Baptiſmus non eſt ubi deeſt aque elementum & uerbum, ideo non ſufficit ſaliua. De bap. c. Non ut apponens. Non ſufficit aqua roſatia, ſed debet eſſe elementaris, licet poſſit eſſe alterata dum tamen ſit elementaris eſt baptiſmus ſicut in banneo ſulfureo, uel liſiuio. Ab. ubi ſuprà.

In baptiſmo deus interius baptizat, ideo omnes Chriſtiani dicuntur filii dei, & fratres ad inuicem. Ab. de baptiſ. c. Debitum.

Baptiſmi forma includit ego te baptizo &c. niſi ſic dicatur. Non erit quis baptizatus licet dicatur alia. De baptiſ. c. Si quis. Qui baptizãdo peccat in grammatica confert baptiſmum. Poteſt etiam quilibet in ſuo Ydiomate baptizare, dum tamen hoc non faciat animo inducendi nouam formam, uel errorem. Ab. ubi ſuprà. c. Licet Grecos. ubi dubitatur an quis ſit baptizatus hæc forma eſt ſeruãda. Si non es baptizatus &c. De baptiſ. c. De quibus. Nec proprie hæc eſt conditio cum ſit de præterito. Non enim ſuſpendit actum, quia certum eſt non eſt uerum ſi fuerit baptizatus. Intellige prædicta in dubio facti uel iuris ubi dubitantur, ut ſi ſit baptizatus in nomine Chriſti. Idem dic de omnibus aliis ſacramentis. Nec tamen reiterando prædicto modo imprimitur alius caracter. Ab. ut ſuprà. Vide Baptizare ſacerdotis officium.

Baptiſmi omiſſio non nocet credenti ſe eſſe baptizatum probabiliter, & pro eo oratur poſt mortem. De presbi. non bapti. c. Apoſtolicam.

Baptiſmus paruulis confertur utiliter licet non intelligant nec credant, & remittitur eis originale, An infundantur habitus fidei & uirtutũ non determinatur. De baptiſmo. c. Maiores, Quod conferant gratiã & uirtutes eſt modo in clementinis determinatum. Ab. ubi ſupra. c. Maiores.

Si baptizati pueri parentum, unus ſit fidelis alter infidelis cui eorum debeat

dari,

dari, & an poſſit baptizari. Ab. de conuerſio. infideli. c. Ex litteris. Vide filiu in poteſtate patris.

Si quis proijciat puerum de pōte dicendo ego te baptizo, an ſit baptizatus opiniones. Credo quod ſic, quia in baptiſmo non requiritur neceſſario leuans Ab. de Babptiſ. c. Vt apponens.

Baptizatus præſumitur qui natus eſt de Chriſtianis parentibus & inter Chriſtianos eſt conuerſatus fideliter hæc præſumptio pro certitudine eſt habita. Ab. de præsbi. non bapti. c. Veniens.

Baptiſmus inducit remiſſionem peccatorum etiam quo ad penam illis debitam. Secundo damnationis periculum tollit. Tertio aperit regnum celeſte Quarto in baptizato gratiæ & uirtutes infunduntur. Adultis amentibus, uel dormientibus qui non conſentiunt baptiſmo nec actuale. nec originale dimititur. Ab. de baptiſ. c. Maiores.

Baptizati alterius ſectæ, uel fidei ritus dimittere cōpelluntur. De Apoſta. Quidem licet paganus non debeat compelli ad fidem ſuſcipiendam tamen poſtquam ſuſceperit compelli debet ad ſeruandum fidem ēt ſi inconditionaliter fuit baptizatus. Ab. de Apoſta. c. Quidem.

Baſilica dicitur ecclesia non conſecrata & dicitur a Baſito principe quaſi ſit habitatio principum, regum & imperatorum. Poſt conſecrationem dicitur ecclesia. Ab. de religio. Domi. c. Nunc autem. & in rub. de conſe. altaris.

Beatorum gloria creſcit uſque in diem iudicii. opinio & non reprobatur. De celeb. miſſa. Ab. c. Cum arre.

Bellum proprie eſt quod auctoritate iuris, uel principis non recognoſcentis ſuperiorem indicitur, In hoc bello mobilia ſunt capientium immobilia publicantur, capti efficiuntur ſerui & ſequitur ius poſtliminij. De conſuetudine inter Chriſtianos nō ſeruantur iura ſeruituris nec poſtliminij. Improprie bellum eſt quod non eſt indictum per principem ut ſupra. ſed per principem inferiorem & ſi non habet cauſam iuſtam impugnandi ut quia non pugnant ad eorum & rerum ſuarum defenſionem eſt bellum iniuſtum & non gaudent prædictis. & ſic bellantes tenentur ad reſtitutionem. Si habet inſtam cauſam pugnandi & iuriſdictionem ſuper eos contra quos bellatur poſſunt eorum bona capere & obſides tenere captos, ſi non habet iuriſdictionem poſſunt percutere occidere ſed non capere eorum bona, nec perſonas de iure. Ipſis ſic expoliatis actio ui bonorum raptorum etiam in iure denegatur. ſed poſſunt res quibus expoliati ſunt uindicare quarum ſunt domini ſicur prius, ſemper requiritur iuſta cauſa. Si imperator contumax mouet bellum contra Papam eſt belllum iniuſtum, poteſt tamen bellare contra perſonam Papæ iuſte, ſicut ſi Papa ſit hæreticus, uel ſciſmaitcus non autem contra eccleſiam. Ab. de iure iuran. c. Sicut & infra.

Tempore belli ſecuri ſunt præsbiteri, monachi, conuerſi, peregrini, mercatores ruſtici, euntes, & redeuntes, in agriculturis exiſtentes, animalia quibus arant uel ſemina portant ad agros. De Tregua & pace. c. Innouamus.

In bello iuſto deuaſtantes uineas, ſegetes, uel alia loca culta non grauatur eorū conſcientia etiam reſpectu decimæ debite eccleſiæ, quia etiam tunc non poteſt fieri congrua ſeparatio. Ab. de dec i. c. Commiſſionem.

Tempore belli nemo debet excuſari a murorum & ciuitatis cuſtodia. Ab. De immuni. eccle. c. Peruenit.

Bellum poteſt eccleſia indicere contra inimicos fidei. & contra pugnantes contra eccleſiam. Glo. de Here. Excommunicamus. Idem puto ratione delicti cō-

cernen-

cernentis totam Chriſtianitatem. ſi impugnatur imperator, uel alii ſibi rebelles. Papa iuuabit imperatorem indicendo bellum. Ab.ubi.ſuprà.

In bello pro fide, & patria licet occidere patrem, imo ſi pater ſit bannitus, licet filio occidere patrem, quia hoſtis eſt patriæ,quæ præfertur. Ab.de immum.eccle.c.Peruenit & de conuerſio.in fide.c. Laudabilem.

In bello Chriſtiani uti poſſunt auxilio infidelium,ſicut Machabei ligam fececerunt cum Romanis.Fideles etiam in bello iuſto iuuant infideles. Ab. de Voto.c.Quod ſuprà.

Bellum in dubio præſumitur iuſtum, ſi mouetur a non recognoſcente ſuperiorem,ſecus ſi ab inferiori. Ad bellum uocati qui tenentur ire. Ab.de iure iuran.c.Sicut & infra.

Bellum mouens iniuſte compellitur reſtituere, quę per uim occupauit, & eos abſoluere,a quibus indebite iuramenta extorſit.Ab. de iure iuran.ubi ſuprà.

Bellum licitum eſt pro libertate propria etiam contra principem. Ab.de peni. & remiſſ.c.Significauit.

Pace, uel tregua facta ſic quod contraueniens tali pœna puniatur. Contra primum contrauenientem poteſt alius agere ad pœnam,& non e contra. Omni tempore licet ſe defendere,ſi aliter uitare nõ poteſt periculum.Ab.de Treg. & pa.c. Treugas.

In bello,ſagitarij, & baleſtrarij.excõmunicandi ſunt. Ab.de ſagita. Arte. Intellige in bello iniuſto. Data iuſtitia licet quibuſcunque armis pugnare & decipere inimicum & inſidias procurare. Contra ſciſmaticos,& hęreticos tantum his uti licet, & contra Saracenos ſecundum aliquos,non autem contra Chriſtianos etiam in bello iuſto. Ab.ubi ſuprà.c. Arte.

In bello capti omnes ſunt ſerui, licet hoc non ſeruetur inter Chriſtianos ad inuicem.Ab.de conuerſio.infide.c.Laudabilem.

Beneficiatus ſuccedens in beneficio ſit prædeceſſor egit nomine dignitatis ſuccedit loco eius ſcienter. Ab.de nõui oper. nuncia.c.Cum ex iniuncto.Tenetur ſoluere debita cõtracta per prædeceſſorẽ ſuum pro neceſſitate Eccleſię. Ab.de ſolutio.c. Ad hæc. Si contraxit debita pro ſua ſuſtentatione,uel pro neceſſitate Eccleſiæ, quę tenetur illum alementare tenetur ſucceſſor, nec oportet probet uerſionem in utilitatem Eccleſiæ. Ab.ſuprà.c. Vide beneficiatus non eſt dominus fructuum.

Beneficiatus non eſt dominus fructuum & nihil ex reditibus poteſt ſibi acquirere.Ab.de Pecu.cleri.c.Presbiter.Poſſeſſor male fidei compellitur reſtituere omnes fructus, non autem ſi bona fide poſſideat, unde non ſoluet pro debitis, aut delictis ſuis, de fructibus beneficij. Ab.da preb.c.De multa. Si cõtrahit debita pro ſua ſuſtẽtatione ut pro infirmitate & eccleſia impotens erat a principio quando illam accepit ſibi imputetur, & debet uiuere ex induſtria ſua. ſi poſt eſt facta impotens cogendi ſunt parochiani ad ſubueniendum per diuinorum ſubtractionem, & neutro caſu debet uendere,uel pignorare res Eccleſiæ, quia ad hæc debita non tenetur ſucceſſor, ſed hæres. Si eccleſia erat potens & ſub ſpe ſatisfaciendi de reditibus contraxit debita tenetur ſucceſſor, quia dignum eſt ex reditibus uiuat.Ab.de pigno.c.Ex præſentatione. Bona prælati omnia obligata ſunt Eccleſiæ ſi male adminiſtrat Glo. ubi ſuprà.c.Ex litteris.Bona prælati ſunt tacite obligata Eccleſiæ ſi male adminiſtrat, & poteſt eccleſia agere contra tertium poſſeſſorem, ſicut mulier pro dote. Ab. de priuile. c. Ex litteris. De reditibus poteſt ſoluere debita facta pro ſua ſuſtentatione non alia ut pro patrimonio, uel ſua ſi

deiuſſione, quia ultra ſuſtentationem ſuam determinata ſunt ad pias cauſas & hoc de rigore iuris. Quia tamen modo omnia appropriant ſibi pro debitis eorum, aſſignant in curia reditus creditoribus ut minus malum, quod nō facerent ſi expenderent reditus ut tenētur. Ab. de fideiuſſionibus. c. Peruenit Cauſa licite alienandi, uel infeudandi bona eccleſię eſt remuneratio ſeruitorum impenſorum Eccleſiæ, uel prælato eius contemplatione Eccleſiæ. Fortius ſoluenda ſunt debita contracta propter ſuſtentationem prælati per ſucceſſorem maxime de reditibus Eccleſiæ. Ab. de dona. c. Per tuas.

Beneficiatus poteſt filiis illegitimis prouidere de reditibus Eccleſiæ ſi aliunde non habet, licet peccauerit eos generando. Ab. de conuer. coniuga. c. Coniugatus. Debet prius conſanguineis ſubuenire, & illegitimis filiis ſuis quam aliis, non tamen debet eos ditare. Ab. de Cohabita. cle. & mulie. c. Inhibendum.

Beneficiati in eccleſia tenētur contribuere ad eius reparationē. Ab. de eccle. edifi. c. Quicunque. Minores beneficiati, & non ſolum rector tenentur ad ratam deductis expenſis & neceſſariis eorum. Si conſuetudo transfert onus fabricæ in populum debet conſuetudo ſeruari. Idem dic niſi aliter diſpoſitio prouideat. Quarta de reditibus debetur, nec ualet conſuetudo contraria. Vbi hęc non ſufficit recurrendum eſt ad alios clericos, ſi habent ultra neceſſaria. Vltimo loco compelluntur parochiani, nec poſſunt propter onus parochiani renunciare uſui eccleſiæ, quia hoc non dependet a ſua uoluntate, Excuſantur beneficiati de quarta parte pro reperatione eccleſiæ, ubi pro reparatione ſunt reditus diſtincti, & propter conſuetudinem, non tamen excuſantur quin teneantur dare pauperibus propter conſuetudinem. ubi reditus clericorum prædicti non ſufficiunt ad reparationē eccleſiæ poteſt epiſcopus deputare reditus beneficiorum uacantium & capellarum ad fabricam plebis Ab. ubi ſupra.

Beneficiatus poteſt locare reditus eccleſiæ ſine licentia ſuperioris, nec ualet ſtatutum epiſcopi in contrarium. Intellige ad modicum tempus, puta per nouem annos. Ab. de locatio. c. Veſtra. Vide rector eccleſiæ.

Beneficiatus in monaſterio poteſt eſſe clericus ſecularis, non tamen facit unū corpus cum illis, unde non habet uocem in capitulo, nec ſtabit in choro cum monachis: ſed officiabit monaſterium & erit contentus beneficiis & reditibus. Ab. de priui. c. Quoniam.

Beneficiatus poteſt ſe obligare ad pœnam perdendi beneficium, & ualet obligatio in preiudicium ſui, ſuperior tamen poteſt non acceptare, nec tamen propter hoc beneficium aſſignabitur uictori niſi probet titulum, uel ordinarius, aut ſuperior conſenſerit conuentioni illi. Ab. de crimi. fal. c. Ex conſcientia.

Beneficiatus nullus facit fructus ſuos ut de illis poſſit teſtari, ſed eis ſibi uti licet ad uſum quotidianum quouis modo habeat beneficium. ſi expendit reditus beneficii uoluptuoſe tenetur ad reſtitutionem. habet ergo adminiſtrationem, & diſpenſationem in bene diſpenſando. Ab. de Pecu. cleri. c. Si quis. In infirmitate poteſt aliqua mobilia dare religioſis, & pauperibus, & ſeruitoribus ſuis. diuiti qui non ſeruiuit nihil poteſt dare. Ab. de teſtamen. c. Relatum. ſecundum. Vide teſtari non poteſt clericus.

Beneficiatus an teneatur probare titulum ſi epiſcopus hoc requirat. Ab. de Simo. licet. c. Hely.

Beneficium principis dicitur eius priuilegium. ſecundo reſcriptum, quia princeps.

ſcopus non tenetur dare reſcriptum, cum habeat iudices ordinarios tertio di
citur gratia conceſſa ſine alterius præiudicio. Ab.de uerbo.ſignifi. c.Olim.
Generaliter beneficium eſt actio beniuola gaudium præbens accipienti.
Ab.de uita & honeſta. cleri.c. clericos & de cleri.non reſiden.c.Relatum.

Beneficiorum nomine ueniunt dignitates in ſtricta materia. Beneficium ſimplex in eccleſia non dicitur rectoria in ipſa. Ab. de conceſ. præb. c. Cum dilecta. Comprehendit omnes dignitates eccleſiaſticas, & quodlibet beneficium cuiuſcunque ſit dignitatis & qualitatis. In odioſis tamen appellatione beneficii non ueniunt dignitates Ab. de cleri. non reſiden.c.Relatū ſecundum. Comprehenduntur maiora beneficia in priuilegio in de puniendis fratribus Bonifacij qnādo priuilegiū eſt cōceſſum epiſcopo pro honeſta cauſa & fauorabili. Ab.de uerb.ſigni.c.Tua nobis. Verificatur in epiſcopatibus, & archiepiſcopatibus dum dicitur quòd beneficium eccleſiaſti cum non poteſt ſine inſtitutione teneri. Iſta materia cum ſit in ſe fauorabilis quia debent filii ſubuenire parenti, non ſunt ut uerba reſtringenda, ſed amplianda, ſecus ſi hoc priuilegium non fieret epiſcopo ſed territorio. Ab. ubi ſupra.C.

Coronam habens eſt capax beneficii, non autem qui ea caret, nec poteſt beneficium impetrare, niſi in reſcripto papæ fiat mentio ſpecialis, & tunc debet prius coronam accipere antequam ſibi conferatur beneficium ſine tali clauſula reſcriptum eſt nullum. Non ualet etiam reſcriptum ſi ſupplicat ſe clericum, cum non ſit. Ab.de tranſac. c. Ex literis.

Beneficium accipiens eo animo ut illud teneat donec pinguius habuerit, uel non habet animum ibi reſidendi, non eſt iuſte promotus. Debet enim animo gerere ibi perpetuo reſidere. Qui accipit beneficium, & non habet animum clericādi, ſed ut ex eo uiuat in iuuentute, ſi pœnitentia ductus uoluerit eſſe clericus, in neutro horum caſuum tenetur renunciare beneficio: ſed ſufficit pœnitentia de præterito. Ab.de cle.non reſiden. c. Relatum.

Qui beneficium accipit ſecundum doctores iurat quòd erit fidelis, & obediens epiſcopo. Primò. Seruabit illius ſententias, & ab aliis ſeruari faciet. 2. Quòd ſua mandata honeſta implebit. 3. Quòd nihil alienabit ſine licentia eius. 4. Quòd nomine eccleſiæ ultra certam ſummam, quæ arbitrario terminatur mutuum non contrahet. 5. Quòd non relinquet eccleſiam, nec ad aliam ſe transferet ſine eius licentia. 6. Iura eccleſiæ petet & defendet pro poſſe, utilia procurabit nociua uitabit poſtpoſitis negociis patrimonii. 7. Quòd non dedit nec dabit nec pactum faciet nec conſentiet in aliquo illicito per ſe, uel per alium epiſcopo ſciente pro eccleſia adipiſcenda & quam citius hoc uitium ad eum peruenerit, epiſcopo inſinuabit, & ad eius uoluntatē renunciabit. 8. Quòd ordinem tempore ſuo recipiet. 9. Quòd in eccleſia perſonaliter reſidebit, & ſeruiet in ordine, quē in ipſo cura requiret. Decimo quòd non ſoluet ultra antiquā & ſolitā penſionem. Ad omnia prædicta obligatur promotus, licet non probetur de iure quòd ad omnia debeat ſe obligare iuramento. Ab. de iure iuran. c. Tua nos.

Acquiſita per prælatū poſt eius promotionē ſunt eccleſiæ relinquenda. Ab.de pecu. cleri.c.Vt unus. Quid iudicandū poſt mortem inter ſucceſſorem, & hæredem. Ab.ubi ſupra. Empta per prælatum ex emolumentis eccleſię ſunt eccleſiæ, licet prælatus emerit nomine alieno. ubi ſupra. c. Inquirendum. Melioramenta facta per prælatum ſunt ſua in uita, etiam ſi dimittat

beneficium, ſed de eis teſtari non poteſt. Ab. ubi ſupra. c. Si quis. Vide Clericus.

Beneficii collatio dicitur donatio & liberalitas, cum non teneatur iſti nec illi dare. Eligitur perſona cui conferatur, & ille eſt naturaliter obligatus. In collatione ſi non ſeruetur forma ſpecialis in iure data, collatio eſt nulla, & deuoluitur poteſtas ad ſuperiorem ex negligentia, ac ſi nunquam fuiſſet facta. Ab. de conceſ. præben. c. Poſt electionem. Collatio occulta eſt ſuſpecta, tenet tamen. ſi fit palam, præſumitur pro ydoneitate perſonæ, & contrarium dicenti incumbit onus probandi. Electio tamen clandeſtina eſt nulla. Ab. Vt eccle. beneficia. ſine di. conferan. c. Vt noſtrum. Suſpenſo prælato collatio deuoluitur ad papam tantum, niſi donatio ad epiſcopum, & capitulum ſimul pertineat, quia tunc capitulum poteſt conferre. Ab. de conceſ. præben. c. Quia diuerſitatem. Si ad capitulum & prælatum ut prælatus eſt poteſtas conferendi beneficium pertinet, de uno ad alterum lapſu temporis nō tranſit, ſecus ſi prælatus ut canonicus interſit, quia tūc de capitulo tranſit poteſtas conferendi ad prælatum, niſi committat dolum. Ab. de conceſ. præben. c. Poſtulaſti.

Beneficii collatio facta excommunicato non ualet, & ſcienter tali conferens a collatione beneficiorum ſuſpenditur. De cleri. exco. c. Poſtulaſti. Quia excommunicato denegatur communio, ſine qua beneficia non poſſunt adipiſci nec miniſtrare, eos non iuuant priuilegia niſi in caſibus expreſſis in iure, & collatio eis facta non ualet nec poſſunt beneficium in excommunicatione adeptū retinere, niſi diſpenſentur. Qui excommunicato confert beneficiū ſcienter, debet ſuſpendi a collatione beneficiorū. Nec requiritur monitio præcedens. Si ignoranter contulit, nulla pœna punitur, ſed collatio non tenet. Alia etiam beneficia ſunt illi auferenda, ſi ſit excōmunicatus per annum. Si beneficium eſt curatum, conferens eſt priuatus ipſo facto collatione, Similiter ſi conferat indigno moraliter. In prædictis tamen poteſt epiſcopus diſpenſare, niſi collatio beneficii ſit facta per ſuperiorem, uel per ipſummet epiſcopum. Iſtam pœnam imponet collatori eius ſuperior immediate. Ab. de cleri. exco. c. Poſtulaſti. Si collatio eſt facta ei qui prius fuit excommunicatus ſed tempore collationis abſolutus; ualet collatio. Ab. ubi ſupra. c. Propoſuit.

Beneficii collatio per epiſcopum cuius electio poſt caſſatur ante confirmationem, uel conſequutionem, uel etiam poſt; an teneat. opiniones. Ab. de electio. c. Qualiter poſt obitum. Ad quos pertinet beneficiorum & dignitatum collatio de iure, uel conſuetudine. Ab. ubi ſupra. c. Cum eccleſia, Vlterana. Quando beneficia, & dignitates uacant, ultra tempus determinatum, quod tempus incipit quando electores, & collatores ſciunt ea uacare, non poſſunt ab eis de cætero conferri, ſed a ſuperiori tantum ad quē deuoluitur poteſtas, nec tenet per inferiorē facta collatio. Ab. de ſuple. negli. præla. c. Licet magiſter. Supplet epiſcopus negligentiam capituli, ubi capitulum ex conſuetudine confert beneficia. Vbi capitulum cum epiſcopo eligunt ſuplet archiepiſcopus. Glo. ubi ſupra. c. Dilecto filio.

Beneficii collatio poſt appellationem ex probabili cauſa interpoſitam eſt ipſo iure nulla. Ab. de appella. c. Dilecti filii.

Beneficii collatio facta infami non tenet. Si poſt collationem uenit infamia ipſo iure perdit dignitates non alia beneficia. Idem dic de uiolatore fidei. Ab. de iure iuran. c. Querelam.

Bene-

Beneficii collatio per legatum ſimpliciter facta, etiam motu proprio, quæ tendit in præiudicium reſeruationis prius per eum alteri factæ, non ualet, licet ex certa ſcientia poſſit reſeruationem reuocare. Impeditur etiam collatio contra interloquutoriam, ſi ſit motu proprio facta. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Cum olim. Collatio per legatum, & papam confirmata non lędit ius diocœſani. Ab. de confir. uti. uel. inuti. c. Tua nobis.

Beneficii collatio non tenet ſi papa contra ſuam pronunciationem confert beneficium, quia hoc tacito ſubretitia dicitur collatio, & non tenet. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Cum olim.

Beneficii collatio facta occulte indigno debet caſſari, & conferens ſecundo ante caſſationem primi, debet priuari ea uice poteſtate conferendi. Ab. de exceſ. præla. c. Inter dilectos. Si confert indigno, quem reputabat Idoneũ non debet ante obiectionem, uel reprobationem illius illud beneficium alteri cõferre, antequam de eius indignitate ſibi innoteſcat, alias debet puniri. Si collatio eſt facta indigno ignoranter, ita quòd non conſtat notorie collationem eſſe nullam, non debet fieri ſecunda collatio non caſſata prima; ſecus ubi prima eſſet notorie nulla. Si papa mandet beneficiũ conferri huic perſonæ, & collatio non ualet propter indignitatem perſonæ, poteſtas conferendi ad ordinarium deuoluitur, ſimiliter ſi non ualet propter ſubreptionem literarum. Ab. ubi ſupra.

Beneficii collationem, uel ſubiectionem habens illud pro ſuo uſu retinere non poteſt, nec ſibi ipſi conferre. Ab. de exceſ. præla. c. Ad aures. Non poſſunt reditus illius retinere; etiã ſi beneficium ſit manuale: ſed debent de alio prouidere. Poſſunt tamen qui habent collationem, illius habere cuſtodiam ſi uacauerit. Si eccleſia ſit ſubiecta prælato pleno iure, non poteſt illam ſibi retinere, niſi eſſe de menſa ſua. Si prædicti prælati non conferunt beneficia infra tempus præfixum, uel conferant indigno, poteſtas conferendi, & prouidendi deuoluitur ad epiſcopum. Ab. ubi ſupra. c. Ad aures.

Beneficium poteſt conferri abſenti alio mediante. Nec refert utrum inueſtiatur abſens per perſonam mediã, uel perſona media pro abſente. Ab. de præben. c. Accedens. Si confertur immediate abſenti, uel aliquo mediante non habente mandatum ſpeciale, nihil acquiritur illi, ſed epiſcopus non poteſt alteri conferre, donec conſtet de uoluntate illius. Nec poteſt conſanguineus acceptare ſine mandato ſpeciali. Si procurator habet mandatum ſpirituale de beneficio etiam in generali acquiritur illi ius, & titulus, & poteſt laycus pro clerico acceptare beneficium. Ab. de præben. c. Accedens.

Beneficia conferuntur non obſtante appellatione, quando uacant, licet appellent illi quibus promiſſa erant antequam uacarent. Ab. de conceſ. præben. c. Relatum. Citatio poſt appellationem interpoſita ex rationabili cauſa eſt ipſo iure nulla. Ab. de appella. c. Dilecti filii.

Beneficium collatum minus canonice retinens incidit in quattuor, primo eſt infamis. ſecundo cupidus, ideo prohibetur promoueri ad dignitates quia faciliter declinat a uero. tertio committit peccatum ſacrilegii. quarto quia intruſus non poteſt abſoluere in foro pœnitentiali. Ab. de elec. c. Dudum.

Conferens beneficium alteri debitum ſcienter tenetur illo euicto prouidere illi de equiualenti beneficio. Sic eſt caſus in quo donator tenetur de euictione ſcienter conferendo rem alteri debitam. Si conferens & cui confertur ambo ſciunt, non tenetur prouidere de equiualenti, quia dolus cum do-

lo compenſatur: niſi epiſcopus teneretur conferre ratione ordinis collati. Si uterque ignorat non tenetur prouidere, quia licet fundatur ſuper fraude. Si epiſcopus ignorat & alter ſciuit non tenetur epiſcopus prouidere de alio. Ab. & Glo. de præben. c. Inter cætera.

Habens poteſtatem conferendi beneficium non poteſt de iure delegare poteſtatem conferendi alteri primum beneficium, quod uacabit. Ab. de conceſ. præben. c. Conſtitutus.

Beneficium conferens indigno, uel eligens indignum etate, ſcientia, & moribus, uel quia illegitimus priuatur ipſo facto prima collatione illius, & electione: imo poteſtas conferendi deuoluitur ad capitulum, uel Arpbiepiſcopum quo ad officia & beneficia. Ab. de elec. c. Cum in cunctis. Si eccleſia negligit eligere epiſcopum; poteſtas deuoluitur ad Metropolitanum, in aliis ad Papam. Si capitulum negligit; deuoluitur ad Epiſcopum, ſi omnes peccauerunt, ſi aliqui tantum, ad eos qui non peccauerunt. Si epiſcopus priuatur propter aliquid prediċtorum quo ad ſpectantia ad epiſcopum iure proprio fit deuolutio ad capitulum, ſecus ſi pertinet ad ipſum per deuolutioné, quia tunc poteſt ille conferre. Si capitulum totum peccauit, in quo fuit epiſcopus ut canonicus deuoluitur ad epiſcopũ, quia peccauit ut canonicus non ut epiſcopus. Talis collatio facta indigno modis prædictis eſt ipſo iure nulla. Si poteſtas eligendi, pręſentandi, conferendi, confirmandi, pertinet ad inferiorem epiſcopo uel capitulo, eo priuato deuoluiur ad proximum ſuperiorem, poteſtas autem eligendi, & pręſentandi ad eum qui habet poteſtatem confirmandi, etiam ſi alias ſit inferior, quia ex hoc ſuperior eſt. Iſtæ pœnæ tantũ habent locum cum indignis ſcientia, etate, & moribus, uel illegitimis, non autem in aliis indignis. Epiſcopus priuatur tantum illa uice poteſtate conferendi. Ab. ubi ſuprà. Collatio Papæ facta indigno tenet. Ab. de elec. c. Dudum. Si obiiciatur quod ſit criminoſus, & parati ſunt probare, non tenetur eos admittere, nec audire. Ab. ut ſuprà. c. Cum inter canonicos. Vide beneficii collatio.

Ad beneficium promouens indignum poteſt ſuſpendi per concilium prouinciale, & alius loco illius poni, quam ſuſpenſioné Papa ſibi & Patriarchæ reſeruant. Ab. de preben. c. Graue nimis. Collatio facta indigno ut irregulari nõ habenti etaté uel illegitimo eſt ipſo iure nulla, & poteſtas conferendi deuoluitur ad ſuperiorem, uel ad capitulum. Eſt alia indignitas in qua non ſunt priuati ipſo iure, ſed ſunt priuandi alia. In qua ſunt tollerandi poſt promotionem. Collatores moniti qui ſe non corrigunt, ſunt ſuſpendendi a collatione omnium beneficiorum a concilio prouinciali & eorum loco alii poni. A qua ſuſpenſione non concilium prouinciale: ſed Papa uel Patriarcha abſoluit, cui non ſuccedit capitulum nec archiepiſcopus: ſed Papa & ille qui ponitur loco eius per concilium prouinciale. Abb. de preben. c. Graue nimis.

Beneficium poteſt conferri in inuitum. Abb. de uita & honeſta. cleri. c. Clericos.

Conferrendi beneficium habens poteſtatem non propter hoc habet poteſtatem acceptandi renunciationem, nec deſtituendi etiam inuitum. Conferre poteſt epiſcopus, & eo inferior habens poteſtatem, ſi illud habens renunciat, uel eo fuit priuatus per ſententiam. Ab. de reſtitu. Spolia. c. Accepta. Poteſtatem habens conferendi beneficium non poteſt de iure alteri dare poteſtatem conferendi primum uacans. Ab. de conceſ. præben. c. Conſtitutus.

Seme-

Semeſtre ad eligendum, uel conferendũ beneficium a iure præfixum nõ currit legitime impedito, nec incipit currere: niſi a die notitiæ uacationis. Ab. de conceſ. preben. c. Quia diuerſitatem. Non currit a tempore uacationis ſed a notitia eius. In dubio præſumitur notitia uacationis. Si habens ius conferendi allegat ignorantiam probabilem ſtabitur iuramento eius, in hac præſumptione uacationis conſideranda eſt qualitas beneficii, an ſit magnũ, curatum, diſtantia loci, modus uacandi. Quod incipiat a notitia, ueritatem habet in quolibet ſuperiore, ad quem gradatim poteſtas deuoluitur, ubi eligi non poſſunt ſine licentia ſuperioris, debent petere licentiam, alias ſunt in mora. Si beneficii collatio ſimul ad epiſcopum, & capitulum ſpectat epiſcopo ſuſpenſo nulla mora expectata poteſt capitulum conferre. Si ad epiſcopum cum conſilio, uel conſenſu capituli eo ipſo quod epiſcopus eſt in mora petendi abſolutionem, capitulum poteſt conferre. Si poteſtas ſpectat ad ſolum epiſcopum, capitulum debet expectare lapſum ſex menſium a tempore moræ. Suſpenſus ab officio non poteſt conferre beneficium. Ab. ubi ſuprà. c. Vbi ius beneficii cadit in perſonam prouiſi licet extrinſecus perſona inhabilis ſit, impeditur effectus concilii Lateranenſis: quia non ſit deuolutio ad ſuperiorem prætextu negligentię: ſed potius prætextu delicti. Abb. de conceſ. preben. c. Cum noſtra. Semeſtre ſaluatur in electione canonicarum. Abb. ubi ſuprà. c. Poſtulaſtis. Vide beneficia non uacantia.

Beneficium non confertur clerico alterius diœceſis ſine conſenſu ſui epiſcopi. Glo. de cleri. peregri. c. Te nobis. Conferendum eſt potius indigenis, quam extraneis cęteris paribus. Si conferenda ſunt extraneis, in omni natione ſunt conferenda, & non in una tantum. Ab. de preben. c. Ad decorem.

Beneficium hodie poteſt conferri diuiti, qui de eo uiuere poteſt: niſi habeat mẽtem corruptam: non autem ſecundum antiqua iura. Ab. de reſcrip. c. Poſtulaſti. Si pauper impetrat beneficium, non eſt ambitioſus, ſecus ſi impetret dignitatem. Ab. de elec. c. Per inquiſitionem.

Beneficium poteſt conferri intruſo: talis irregularis eſt quo ad dignitates obtinendas, quas obtinere non poteſt, niſi diſpenſetur per epiſcopum. ſi Papa hoc ſciens & illum promouet, tacite uidetur diſpenſare cum eo; non autẽ inferior. Idem uidetur quando quis accipit dignitatem immediate de manu laycorum., nec inferior Papa cum eo diſpenſat, niſi præmiſſa cognitione cauſæ. Ab. de elec. c. Quod quis. Vide. Eligi ad dignitatem. Intruſus qui per potentiam alium eiecerat intrudendo ſe deponendus eſt etiam per uiam inquiſitionis. Ab. de Simo. c. qui alium.

Beneficium coloratum poſſeſſione facti alterius alteri poteſt impetrari & conferri, quando dicitur colorata poſſeſſio, uel non colorata. Qui poſſunt uel non poſſunt conferre huiuſmodi beneficia, quę litterę Papales requirantur & quales. Ab. de conceſ. præben. c. Cum noſtis.

Cõmendatarii non poſſunt immutare ſtatum Eccleſiæ. unde debent facere ut ſeruiatur Eccleſiæ per numerum conſuetum clericorum, hoſpitalitatem more ſolito tenere & ſimilia onera ſubire, dato quod comendatę ſint Eccleſiæ ut recipiant temporalia, tenentur tamen conſeruare eccleſias in ſtatu ſuo ſolito & tantum recipere fructus ſuperfluos. Dubium tamen eſt in iure utrum comendatarii faciant fructus ſuos etiam ſuperfluos. Ab. de preben. c. De monachis. Comenda poteſt tolli ad libitum. Comendantes nec comendatarius de hoc non poſſunt conqueri, ſi comenda ſit facta ſimpliciter: ſecus ſi comenda ſit ad tempus, uel ex cauſa quia tunc non poteſt remoueri niſi completo

pleto tempore,& ceſſante cauſa. Ab. de accuſa. c. Si conſtiterit.

Beneficium curatum dicitur ſiue habeat curam fori pœnitentialis ſiue contentioſi. Ab. de elec. c. Dudum. Dicitur autem curatum quando habens illud tenetur miniſtrare ſacramenta, & alij tenentur ire ad eum. Ab. de preben. c. De multa in additionibus.

Beneficium curatum poteſt tenere, qui eſt in minoribus conſtitutus, ex diſpenſatione epiſcopi; ſi tamen talis eſt ętatis quod poſſit ordinari ſacerdos in breui. Ab. de ęta. & qualita. ordinan. c. Præterea. Dicit quidã quod epiſcopus poteſt diſpẽſare ſuper ętate Glo. ubi ſuprà. Non poteſt cõferri ordinato in ſacris ante tempus, & fortius uiciaretur impetratio. Ab. de preben. c. Pro illorum.

Quis poteſt eſſe canonicus, & habere eccleſiam parochialem. Ab. de priuile. c. Cum capella.

Beneficia curata duo licite poſſunt teneri quando unum alteri curato, uel ſimplici coniungitur. Secundo quando unum habet in titulum, & alterum in comenda. Qui habet beneficium curatum, uel dignitatem, uel officium, ſi recipit aliud ſine diſpenſatione Papæ, & ſtatim non renunciat uerbo, uel facto primum, in manu ordinarii priuatur utroque, & inhabilis eſt ad omnia beneficia per extrauagantem. Ioannis 22. quæ incipit Execrabilem, nec diſpenſatur ſuper inhabilitate niſi per Papam. Ab. de elec. c. Dudum.

In duobus curatis ſolus Papa diſpenſat propter dignitatem perſonæ, uel propter neceſſitatem, uel utilitatem Eccleſiæ. In duobus non curatis, uel in uno curato & alio ſimplici, uel in duobus ſimplicibus diſpenſat epiſcopus. Si beneficia ſint in duabus diocœſibus oportet quod ambo epiſcopi conſentiant. Diſpenſatus alio trium modorum eſt tutus in conſcientia, & illis deficientibus non eſt tutus apud deum. Intelligitur de beneficiis actu curatis, nec ſufficit habitu. Ab. de præbendis. c. De multa in additionibus. Epiſcopus non diſpenſat in duobus curatis. in duobus ſimplicibus & uno ſimplici, & alio curato diſpenſat in diuerſis eccleſijs. In eadem poteſt diſpenſare; ſi beneficia ſint difformia, puta quod ſit canonicus, & habeat capellam, ſimiliter quod habeat dignitatem, & ſit canonicus non autem quod habeat duos canonicatus in eadem eccleſia. Ab. de conceſ. preben. c. Litteris.

Beneficium eius qui accepit curam animarum in alio beneficio, ſi primum fuit cum cura uacat, ſi ſine cura, uacat de iure, non autem de facto, ſi retineat primum. Glo. de elec. c. Cum in cunctis. Non uacat primum, ſi ſit ſine cura. Capitulum Litteris loquitur in duobus canonicatibus. ſi primũ requirit reſidentiã non uacat per adeptionẽ ſecundi curati, ſed debet priuari eo. Ab. de elec. c. Cum in cunctis. Beneficia electi in epiſcopum per confirmationem, adeptionem poſſeſſionis, & conſecrationem ſequutam, uel poſt tempus pręfixũ ad petendũ conſecrationem. In cap. Cum in cunctis. Ab. de elec. Vacant prædicta beneficia ipſo iure. Prædicta quattuor requiruntur ſaltem in affectu ut cum Papa prouidet ſine electione, & confirmatione. Intelligitur quando conſecutus eſt maiorem partem poſſeſſionis. Infra tres menſes debet confirmari, & ſi non acceperit confirmationem poſt alios tres mẽſes debet expelli. Si ſtatim fecit ſe conſecrare non expectatur prædictum tẽpus. Si diſpenſatus eſt qui non teneatur ad conſecrationem infra id tempus motu proprio Papæ non uacant, ſecus ſi ad eius petitionem, ut dicit Io. And. Mihi magis placet quod in neutro caſu uacet, quia hic eſt effectus cõſequens conſecrationem, ideo diſpenſatio cadit ſuper utrunque. Si adminiſtrat

erat de facto ante conſecrationem priora non uacant. Ab. de elec. c. Cum in cunctis. Beneficia eius qui transfertur propter merita perſonæ ad maiorem eccleſiam, non uacant a tempore promotionis, ſed a tempore acceptationis. Ab. de elec. c. Cum uobis olim. Qui recipit ſecundum beneficium cũ cura, perdit primum, ſi erat curatum. Si unum curatum, & aliud ſimplex requirens tamen reſidentiam in optione ſua eſt unum eligere, & renunciare alteri. Ab. de præben. c. Referente. Si ſint duo curata, per acceptionem ſecundi uacat primum. Si ſimplicia, & ambo requirunt reſidentiam continuam, & ſecundum eſt in alia diœceſi, uacat primum, ſi in eadem, eſt in optione eius tenere alterum. Si poteſt utrique ſeruire neutrum uacat. Si in altero ex non reſidentia perdit fructus, non uacat ipſo iure. Ab. de cleri. non reſiden. c. Clericos.

Beneficium curatum, uel perſonatum habens ſi ſecundum tale recipit, uacat primum, & ſi retinere contenderit, priuabitur etiam ſecundo. Is ad quem ſpectat beneficii curati collatio, licite confert ſtatim illud, cum inſtitutus aliud recepit. Et ſi infra ſex menſes non confert, ad alium reuoluitur collatio, & aliter punitur. Cum ſublimibus & literatis perſonis circa pluralitatem beneficiorum incompoſibiliũ ſolus Papa diſpenſat. Ab. de præben. c. De multa. Habens unum curatum ſi recipit non curatum, non uacat primum ipſo facto, etiam ſi primum requirat reſidentiam. Ab. ubi ſupra.

Beneficij curati reditus in dubio præſumitur quòd ſufficiant pro duobus, ideo quilibet curatus debet tenere clericum, & ſi dicit quòd reditus non ſufficiunt, hoc debet probare. Ab. de uita & honeſta. cleri. c. Vt quiſque.

Beneficii curati renunciatio ſine conſenſu ſuperioris non ualet, quia uerſatur utilitas publica niſi in præiudicium renunciantis, ut ſuperior poſſit eum priuare ob delictum ſuum, uel habere eam ratam. Ab. de ſta. Monacho. c. Qui Dei.

Beneficium datur clerico ut ex reditibus honeſtæ uiuat, quia non tenetur primo ſubuenire pauperibus, nec reædificare eccleſias. Ab. de ui. & honeſta. cleri. c. Cum ab omni.

Beneficium habetur pro derelicto tripliciter. Primo ſi beneficiatus efficitur miles ſecularis. Secundo ſi contrahit matrimonium. Tertio quando monitus non redit. Glo. & Ab. de cleri. non reſiden. c. Qualiter. Itẽ ſi efficitur ioculator. ſi aliam eccleſiam parochialem recipit uel habentem curam animarum, ſi eſt uagabundus, in prædictis caſibus ſtatim poteſt epiſcopus conferre beneficium Glo. ubi ſupra. c. Clericos.

Beneficium cui annexa eſt dignitas requirens ordinem determinatum poteſt conferri non habenti ordinem, qui tamen tenetur illum ſuſcipere. Collatio facta ei qui non habet ætatem pro tali ordine non tenet, In parochialibus ſi non ordinatur ſacerdos infra annum priuatur ipſo iure, ſi ſit eccleſia collegiata. ſed priuandus eſt in alijs curatis. In officijs, & dignitatibus non habẽtibus curam animarum requiritur ętas uigintiquinque annorum, ſed in hoc poteſt epiſcopus diſpenſare, non autem in beneficio, uel dignitate cui annexa eſt cura animarum. ſi dignitas habet annexum ordinem in aptitudine qui habet ętatem requiſitam in illo ordine poteſt illam habere, etiam ſi non habet ordinem. Si autem ordo actu requiritur, ut eligendus in epiſcopum ſubdiaconus ſine illo ordine nihil poteſt habere. In expectatiuis Papæ ſi laycus fundans eccleſiam ſtatuit, quòd tantum ſacerdos poſſit beneficium habere, requiritur quòd actu habeat ordinem, alias literæ ſunt

nullæ. Si ſit ex ſtatuto epiſcopi, uel capituli ſufficit, quod habeat ætatẽ requiſitam ad ordinem. Qui ordo ſit annexus beneficio, uel dignitati recurrendum eſt ad uerba. Vbi eſt animarum cura, ordo requiſitus eſt ſacerdotium, in aliis ut in primicerio, & cantore ſtabitur conſuetudini. Ab. de elec. c. Cum in cunctis & c. Dudum.

Si primus impetrauit dignitatem primam uacaturam in eccleſia, & ſecundus certam in eadem eccleſia cum uacauerit, ſi uacauerit, debetur Primo, & non Secundo. Ab. de offi. & poteſta. dele. c. Ex parte. N.

Dignitates & perſonatus exigunt continuam reſidentiam. Ab. de præben. c. Ad hæc.

Dignitates plures in una, uel in diuerſis eccleſiis quis habere non poteſt. Ab. de præben. c. Ad hæc. Habere duas eſt contra naturã recti ſermonis, contra ius naturale, diuinum, canonicum & ciuile, ideo non ualet conſuetudo contraria, nec diſpenſatio, etiam per Papam, niſi ex legitima cauſa. Ab. ubi ſupra. Qui plures habet, alterã dimittere compellitur. Ab. de præbendis. c. Præterea. Diſpenſatus ad duas dignitates debet intelligi in diuerſis eccleſiis, quia minus exoſa eſt hæc diſpenſatio iuribus. Ab. de præben. c. De multa.

Dignitates eccleſię plures uni conferri non debent, & eccleſia conferenda eſt ei qui reſidere poteſt, & regere per ſeipſum, alias perdit eccleſiam, & conferens priuatur poteſtate conferendi. Ab. de cleri. non reſiden. c. Quia nonnulli. Accipiens ſecundum curatum uel dignitatem, niſi publice primo renunciet, priuatus eſt utroque. In ſimplicibus beneficiis non habet locum, nec tamen poteſt habere duo ubi unum eſt ſufficiens, niſi ſtatutum, uel conſuetudo non exigant reſidentiam in quolibet. Tenetur quilibet per ſe deſeruire beneficio ſimplici non per uicarium. Ab. ubi ſupra.

In beneficio diſpenſari poteſt cũ homicida, & hæc diſpenſatio eſt omnino gratuita. In ſimplici beneficio diſpenſat epiſcopus. In curatis ſolus Papa. Ab. de cleri. pugnan. in duel. c. Henricus.

Beneficii dos poteſt conſiſtere in quantitate uiginti ſolidorum, & habens certam poſſeſſionem ex aliquibus immobilibus poteſt illam dare in dotem beneficij. Ab. de cle. non reſidente. c. Conquerente.

Ætas in Abbatiſſa debet eſſe 30. annorum. Abbas 25. Prior conuentualis habens collegium annorum. 25. ſi non eſt conuentualis, & exercet curam per ſe, debet eſſe annorum. 25. ſi non exercet per ſe curam, ſufficit ſit annorum. 20. Si eſt prioratus ſine collegio, & ſine cura debet eſſe annorum quatuordecim. Si beneficium eſt ſeculare in epiſcopatu requiritur quòd exegerit trenteſimum annum. Si dignitas inferior, oportet attingat. 25. ſi beneficium eſt curatum, requiritur annus. 25. In perſonato non curato diſpenſat epiſcopus in. 20. in aliis non diſpenſat. Si beneficium eſt ſimplex ſine cura, & ſonet rectoriæ nomen, puta quia eccleſia, uel capella per ſe ſtans requiruntur anni. 14. Si non ſonet in uim rectoriæ, ſed eſt beneficium in eccleſia requirens maturitatem conſilii, ut canonicatus in eccleſia cathedrali requiruntur anni. 14. Si non requirit maturitatem prædictam, ſufficit eſſe annorum ſeptem. Ab. de præben. c. Super inordinata. Vide. Canonicus poteſt eſſe annorum ſeptem.

In beneficialibus exceptio criminis quando debet admitti. Ab. de exceſ. præla. c. Inter dilectos.

Ad beneficia exequutor poteſt aſſumere partẽ iudicis, & interloqui in cauſa, & pro-

& pronũciare ſe nõ exequutorem,ſi exequutor interdicit ordinario,ne con ferat,uel inſinuat, afficitur præbenda, ſicut collatio alteri facta non tenet. Ab.de præben. c. Dilectus.

Exequutor gratiæ ſi errauit in iure,uel in facto,poteſt ſemper iterum prouidere, ſi prima prouiſio fuit nulla,quia princeps uidetur commiſiſſe prouiſionem effectualem, & beneficia debent large interpretari. Si Papa mandat prouideri alicui ſub conditione, ſi conſtat notorie conditionem requiſitã a Papa non exiſtere, uel illum eſſe notorie indignum, prouiſio de illo facta eſt nulla,ſi non eſt notorium, & conditio cognitioni iudicis committitur,tenet collatio.Si exequutor aliquam inquiſitionem facit,licet in ueritate non ſubſit conditio ſi conditio uenit extrinſecus uerificanda, puta ſi non habet beneficium,niſi conditio ſit uerificata, non tenet collatio. Ab. de ſenten. & re.iudi. c. Sententiam.

Si ſcribitur ei ad quem pertinet collatio beneficii, dato exequutore ad prouidendum per præſentationem literarum collatori factam afficitur præbenda, ita quòd collatio alteri facta non tenet. Ab.de exceſ. præla.c.Propoſuit.Nõ poteſt per ordinarium conferri alteri. Exequutor non poteſt illud conferre,niſi cum uacauerit, licet poſſit de præſenti inſtituere canonicum, ſi illi mandatur,qui tamen non habebit præbendam, niſi prius uacauerit. Ab. ubi ſupra.

Si Papa mandat capitulo ut aliquem recipiat in canonicum, & præbenda ſi aliqua uacat illi detur. ſi ſcientes de mandato conferant alteri, coguntur recipere primum,& de reditibus eccleſiæ prouidere, donec habeat præbendã. Ab. de præben.c. Dilectus. Mandatum non afficit præbendam ſicut collatio alteri facta non teneat. Secus ſi iam receptus eſſet de mandato eius. Collatori non ligantur manus,quin collatio non teneat,ſed punitur, quia mandatum principis cõtempſit uidelicet ut de ſuo prouideat. Idẽ dic de eó qui præceptum legis contemnit, ut qui recepto in canonicum non confert præbendam uacantem, quia de ſuo tenetur prouidere. Si mandat,ut non conferat,non ualet collatio. Si mandat quòd conferat. A. & ille conferat. B. ſi non habet auctoritatem niſi de mandato Papę, non ualet collatio. Si aliunde habet,ualet collatio,quia mandatum indirectum non aufert poteſtatem. Ab. de præben.c. Dilectus.

Si Papa mandat prouideri alicui de beneficio competenti poteſt ſibi prouideri de canonicatu eccleſiæ cathedralis, etiam ſi non uacat præbenda, & eſt competens beneficium habito reſpectu ad id quod conſequitur de præſenti, & conſequuturus eſt in proceſſu temporis. Quando mandatur de beneficio facias prouideri & facias beneficium aſsignari. Glo. & Ab. de præben. c. Pro illorum.

Beneficium conferens cum clauſula ſi idoneus. Ab. de præſump. c. Dudum. Vide ad beneficium idoneus.

Si epiſcopus confert beneficium infra menſem, & alius habet gratiam a Papa acceptandi quodcunque infra menſem, quo elapſo non acceptauit conualeſcit collatio prima,quia epiſcopus habet iuriſdictionem in habitu nec alia ſuperuenit, ſed tantum eſt ammotum impedimentum, ſecus ſi confert beneficium inferioris prælati ubi non habet iuriſdictionem non ſuperueniente negligentia, quà data non tenet prima collatio. Si epiſcopus contulit ſcienter beneficium quod conferre non poteſt, quia obligatus eſt ad conferendum aliud, ne ille decipiatur, ſtatim quòd delata eſt ad illum illa poteſtas

collata eſt cõuali data, cum non requiratur alia traditio. Si non erat obligatus ad aliud beneficium conferendum puta, quia ſciebat eum non poſſe, uel ignoranter contulit, non tenet collatio, ſed requiritur noua, niſi ſuperueniat actus, quo uideatur primam collationem approbare. Ab. de præſcriptio. c. Cum ex officii.

Si mandatur alicui prouideri de beneficio, nec rectoria, nec dignitas includitur. Si mandantur prouideri in eccleſia prouidere non poteſt de eccleſia. Ab. de præben. c. Cum olim. Stante tali mandato niſi ei ad quem pertinet de iure, collatio prohibeatur, ſi cõfert beneficium, collatio tenet. Glo. ubi ſupra. Cum mandatur prouideri de beneficio, intelligitur de ſimplici. Si mandatur prouideri in eccleſia de beneficio, ſi illa ſunt præbendę & beneficia minora, non poteſt de præbenda prouideri, quia canonicatus eſt honorabilior ſimplici beneficio. Si non eſt in ea beneficium niſi præbenda, poteſt de iure prouidere. Si dicitur de beneficio competenti poteſt dare canonicatum, ſi perſona ſit digna. Si dicit de præbendarii uel alio non poteſt dare curatum, quia non eſt expreſſum, & dictio alius facit poſitionẽ eiuſdem qualitatis cum præcedentibus. Curatum non eſt ſimile. Ab. ubi ſupra. c. Cum olim. Si mandatur ordinario, collatio per ipſum facta alteri tenet, ſi exequutori ſola præſentatione literarum non ualet collatio facta poſt per ordinarium. Ab. de conceſ. præben. c. Propoſuit.

Cui mandatur prouidere de beneficio clerico ſeculari, nõ poteſt prouidere de ſolito gubernari per regulares, quia Papa non uidetur uelle uiolare conſuetudinem eccleſiæ. ſed nec ſuperior ad quem eſt deuoluta poteſtas propter negligentiam prelati regularis poteſt eccleſiis regularibus prouidere de clericis ſecularibus. Qui ſuccedit negligenti, debet prouidere de his, de quibus prouidere tenetur is, cui ſuccedit. Ab. de reb. eccle. non alienan. c. Poſſeſſiones.

Beneficiorum expectatiuas ſolus Papa concedit. Glo. de reſcrip. c. Conſtitutus. Glo. & Ab. de præben. c. Cum dilectus. Ab ubi ſupra. c. Inter cętera.

Beneficiorũ fructus licite conceduntur ad tempus pro ſoluendis debitis eccleſiæ cathedralis, uel epiſcopi obligati nomine eccleſiæ, & an hoc poſſit epiſcopus cum capitulo uel legatus indulgere. Ab. de uerb. ſignifi. c. Tua nobis. Reditus & locatio. Ab. Ne præla. ui. ſu. c. Querelam. Vide rector eccleſiæ.

Beneficiatus nullus facit fructus ſuos ut de illis poſſit teſtari, ſed licet ſibi uti ad uſum quottidianum quouis modo habeat beneficium. ſi expendit reditus beneficii uoluptuoſe, tenetur ad reſtitutionem. Habet ergo adminiſtrationem in bene diſpenſando. Ab. de pecu. cleri. c. Si quis. In infirmitate poteſt dare aliqua mobilia pauperibus & religioſis ſeruitoribus ſuis. Diuiti qui ſeruiuit, nihil poteſt dare. Ab. de teſta. c. Relatum ſecundo.

Ad beneficia idonei non ſunt pueri, & alii beneficiati. Ab. de præben. c. Super in ordinata. Idoneus dicitur qui poteſt, & uult beneficio deſeruire, nec eſt beneficiatus ubi requiritur reſidentia nec unum habet ſufficiens. Oportet etiam per ſe poſſit ſeruire in beneficio. Ab. ubi ſupra. In ſimplicibus beneficiis non requiritur eminens ſcientia. Ab. de præben. c. Venerabilis.

Ad beneficia idoneus præſumitur ille, pro quo beneficiando ſcribitur cum clauſula ſi idoneus fuerit, nec tenetur probare ſe idoneũ. Ab. de præſump. c. Dudum. Quilibet præſumitur idoneus bonitate intrinſeca, non autem extrinſeca. Si illi opponitur, oponens debet probare, ſi nemo opponit, illa cui

la cui

le cui committitur conferre beneficium, debet inquirere etiam non præcedente infamia. Quando conferens poteſt, uel non poteſt & quando tenetur accipere partes iudicis citando & exceptiones admittendo, & quando non tenetur. Collatio beneficij quando clauſula appoſita non uerificatur ſi ſapit monitionem, uel inſtructionem ut clauſula, ſi eſt idoneus tenet collatio, niſi facta ſit ſcienter indigno. Clauſula poſita, & non poſita intelligitur quæ non dat nouam formam mandato. Indignus hic dicitur qui non eſt capax, ut laycus & fœmina. Si capax, licet alias indignus in dignitatem quæ reddit collationem ipſo iure nullam, ſi collatio fiat per ordinarium, uel eius delegatum non tenet, ſi per delegatum Papæ tenet, quia iura de collatione tali non loquuntur. Si clauſula ſapit conditionem, niſi prius illa uerificetur, non tenet collatio. Ab. de præſump. c. Dudum.

Idoneum ad beneficia eius qui in partibus ignotus eſt plene probant teſtimonia prælatorum in partibus illis, & ſufficiunt literæ comandatitię cum agatur de modico præiudicio. Ab. de præben. c. In Lateranenſi.

Beneficiorum inſtitutio. & deſtitutio de iure communi ſpectat ad epiſcopos, ſed de iure ſpeciali puta conſuetudine, uel præſcriptione poteſt ad alios pertinere. Ad aliquem pertinet inſtitutio non deſtitutio, nec admiſſio denunciationis, alias plus eſſet præſcriptum quam poſſeſſum. Præſcribens poteſtatem inſtituendi non præſcribit poteſtatem deſtituendi uel remouendi quem ipſe inſtituit, etiam præſcribens decimas in aliquo loco non præſcribit decimas noualium. Priuilegium concedens poteſtatem inſtituendi nó extenditur ad poteſtatem reſtituendi. Vbi priuilegium non eſt conceſſum ab eo in cuius præiudicium uenit, ut quando Papa concedit inferiori poteſtatem conferendi certa beneficia quia priuilegium tendit in præiudicium ordinarii, debet interpretari ſtricte. Si eſſet priuilegium conceſſum ab eo cuius iuri detrahitur, eſſet magis dubium, quia recipit latiſſimam interpretationem contra concedentem & ſic uidetur conceſſa deſtitutio. Ideo poteſtas recipiendi reſignationem beneficii non pertinet ad habentem inſtitutionem de iure ſpeciali, ſed ad eum, qui poteſt inuitos deſtituere. Ab. de heret. c. Cum ex iniuncto.

Beneficium eccleſiaſticum non poteſt obtineri, niſi per canonicam inſtitutionem. Ab. de tranſac. c. Super eo.

Inſtitutio & deſtitutio in eccleſiis ſpectantibus ad prælatum inferiorem non pleno iure pertinent ad epiſcopum, poteſt tamen prælatus inferior exigere rationem in temporalibus. Ab. de priuile. c. Cum & plantare.

Beneficiorum inſtitutio proprie eſt de præſentato per patronum, collatio eſt libera, cum ſuperior de beneficio prouidet. Iſta cum ſit quædam donatio non tranſit in uicarium epiſcopi. Inſtitutio tranſit, cum ſit neceſſitatis, nec exercetur aliqua liberalitas, & uacãte ſede tranſit ad capitulum, non autem collatio beneficiorum. Ab. de inſtitutionibus. c. Ex frequentibus.

Inſtitutio pertinet ad epiſcopũ, & eius officiales. Ab. de inſtitu. c. Ex frequentibus. Inſtitutiones & deſtitutiones factæ per epiſcopum ſine conſilio ſunt ipſo iure nullæ, niſi conſuetudo ſit in oppoſitum. Ab. de his quæ fiunt a præla. c. Nouit. Qui habet poteſtatem inſtituendi, non ſemper habet poteſtatem deſtituendi propter non reſidentiam. Ab. de cleri. non reſiden. c. Relatum.

Beneficii inſtitutio cum conditione quòd ſacerdos teneatur celebrare quo

quotidie non ualet. Ab de celebra. miſſa.c. Conſuluiſti. & Ab. ubi ſupra. Inſtitutio arctans ad nunquã dimittendum illud beneficium non ualet, ſed intelligi debet quòd non dimittet cauſa uoluptatis transferendi ſe ad aliam eccleſiam. Ab.de præben.c. Significatum.

Inſtitutus in beneficio uiuẽtis ſciẽter, deponẽdus eſt. Ab. de conceſ. pręben. c. Qui in uiuorum. Qui inſtitui ſe fecit debet repelli a communione eccleſiaſtica, & deponi, & infamis efficitur, nec poteſt amplius illud beneficium tenere, niſi per Papã diſpenſetur, nec ualet collatio per Papam, niſi fiat mentio de inſtitutione prædicta. Idem dic de intruſo ui ſecularium qui poſt impetrauit beneficium illud a papa. Ab. ubi ſupra.

Ille ad quẽ ſpectat collatio, ſeipſum inſtituere non poteſt. Ab.de inſtitu.c.Cũ ad noſtram. Nec patronus poteſt ſeipſum præſentare. Qui habet aliquid diſtribuere, non poteſt ſibi ipſi diſtribuere, uel diſpenſare, nec a ſuo uicario poteſt recipere. ſemper oportet diſtinctionem eſſe inter agens, & patiens, poteſt tamen qui habet ius conferẽdi, recipere illud a papa, qui confert nomine proprio. Ab. ubi ſupra.

In beneficiis interpretatio pleniſſime eſt adhibenda. Ab. de priuile. c. Quia circa.

In beneficiis ius non acquiritur per monitorias continentes ut alicui prouideatur de beneficio uacante, uel uacaturo. Glo. de reſcrip. c. Conſtitutus. An autem per pręceptorias, & exequutoriales. Ab. ubi ſupra.

Beneficium quod eſt ius patronatus debet conferri per epiſcopum, ſi infra ſex menſes nullus idoneus præſentetur. Ab.de elec. c. Cauſam. Si patroni nõ poſſunt eligere propter impedimentum, poſt longam expectationem poteſt epiſcopus prouidere, ne eccleſia ſine eius culpa careat rectore ſicut & papa de imperatore. Ab. ubi ſupra. c. Venerabilem. Præſentatio ſemper poteſt uariari ſi patroni ſunt layci collegium ante confirmationem, ſi perſona eccleſiaſtica, uel collegium habens ius præſentandi, non poſſunt uariare præſentatum, imo ei acquiritur ius, & poteſt confirmationem petere ab epiſcopo, & ſi renuerit, proteſtare de intereſſe. In præſentatis per laycum acquiritur ius, ſtante conditione ꝙ patroni non præſentent alium. Glo. de offi. lega. c. Dilectus filius. Si patronus eſt clericus præſentatio fienda per eum per ſex menſes expectabitur, & uno pręſentato non poteſt reſilire. ſi præſentat indignum, eſt priuatus illa uice poteſtate præſentandi. Layci præſentatio tantum per quattuor menſes expectabitur, qui etiam poteſt reſilire a præſentate ante inſtitutionem, nec priuatur, ſi præſentat indignum. Si non præſentat infra tempus prædictum, deuoluitur poteſtas prouidendi ad eum ad quem ſpectat inſtitutio. Glo.de ordi.c.Cum uos. Doctores Rotæ tenent quòd ſi laycus patronus ſcienter præſentent indignum ſit ea uice priuatus, & hoc mihi placet. Ab. ubi ſupra.

Beneficio iuris patronatus uacante poteſt epiſcopus ponere icomicum, qui curam habeat de reditibus, & illos expendet in utilitatem eccleſiæ, uel reſeruet ſucceſſori. Ab.de ordi.c.Cum uos. Epiſcopus non debet habere reditus, nec patronus etiã ex conſuetudine. Secularis patronus non poteſt habere curam eccleſiæ uacantis, nec cuſtodiam, nec ualet conſuetudo. ſi ſit patronus clericus ipſe habet cuſtodiam eccleſiæ uacantis. ideo non eſt ponendus icomicus. Dicitur patronus clericus ſi patronatus ſibi competit ratione eccleſiæ, ſi autem ratione patrimonij, cenſetur laycus. De icomico eſt fienda prouiſio, quando eſt diſcordia inter patronum & epiſcopum, ſi præſen-

tatus eſt dignus. Si inter ipſos patronos epiſcopus ponit rectorem ſeruando ius partibus, nec intelligitur quando epiſcopus negat ius patronatum, ſed quando quæſtio eſt, an præſentet dignũ. Glo. & Ab. ut ſupra. Semper uacante beneficio poteſt epiſcopus ponere icomicum niſi patronus ſit clericus, & ratione eccleſiæ ſit patronus. In aliis. ſemper poteſt puta cum patronus non uult præſentare uel epiſcopus expectat perſonam idoneam quã poteſt per ſex menſes expectare. Capitulum ſede uacante poteſt ponere iconomicum, ne bona eccleſiæ dilapidentur, licet capitulum non ſuccedat epiſcopo in poteſtate conferendi beneficia. Ab. ut ſupra. c. Cum uos. Vacante beneficio ad quem pertinet cuſtodia bonorum illius. Ab. de elec. c. Ve præterite. Reliqua infra: Ius patronatus.

Beneficia maiora ſunt epiſcopatus, media, Abbatia & perſonatus, minora prębendę. Ab. de præben. c. Maioribus.

Beneficia manualia dicuntur quando datur quottidie certa menſura panis & uini pro dote. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Olim.

Beneficium contrahentis matrimonium uacat ipſo iure & de facto expoliatur. Per ſponſalia de futuro non uacat ſed per matrimonium per uerba de præſenti etiam ſine copula. Si ſponſa intrat monaſterium ante copulam uir non recuperat beneficium quod ſemel uacauit per contractum matrimonium, ideo opus eſt noua collatione. Si contraxit cum conſanguinea, licet matrimonium non teneat, uacat tamen beneficium, quia faciens actum contrariũ habet beneficiũ pro derelicto, & probatur per ſimile, licet alii teneant contrarium. Ab. de cleri. non coniuga. c. Si quis clericus.

Beneficium permutatione uacans ſi conferatur alteri quam permutare uolenti collatio eſt nulla ipſo iure, nec expectans apoſtolicus poteſt tale beneficium acceptare. Ab. de præben. c. Inter cætera. Si duo permutant beneficia & alter non habet ius in ſuo, nulla eſt permutatio, ideo recipienti alterius beneficium nullum ius acquiritur, Renunciatio tenet, ideo non redit beneficium ad primum propria auctoritate. Non oportet permutantem probare ſe habere ius in beneficio, ſed ſufficit probare receptum pro tali, & fuiſſe in poſſeſſione. Ab. de excep. c. Cum uenerabilis.

Beneficium nullum & minus utile quandoque æquiparantur quandoque non. Ab. de reſcrip. c. Si propter.

Beneficium patris non poteſt immediate conferri filio etiam legitimo, nulla autem modo illegitimo. Glo. de filiis præsbi. c. Ad præſentiam. c. Præſentium auctoritate. Idem eſt de beneficiis & de uicaria perpetua. Glo. ubi ſupra. Si epiſcopus ſcienter illum ad aliquam ordinauerit, non poteſt illum ammouere, ſecus ſi ignoranter Ab. ut ſupra. c. Veniens. Epiſcopus nõ poteſt diſpenſare ut filius ſuccedat in beneficio Ab. ubi ſupra. c. Ex tua parte. Nepotes, & inferiores, qui habent ius ſuccedendi in eius bonis, non poſſunt ſuccedere in beneficio immediate. Glo. ubi ſupra. c. Ad extirpandas. Legitimus filius poteſt cum patre in eadem eccleſia ſimul habere beneficium, non tamen in eodem beneficio ſuccedere. Illegitimus neutrum poteſt ubi ſupra. c. Ad hoc ex parte. & Glo. ubi ſupra. Qui naſcitur ex legitimo matrimonio ex ſacerdote poſt diuortium non debet ordinari, nec beneficium habere. Ab. ubi ſupra. c. Literas. Non poſſunt pater & filius eſſe beneficiati in eadem eccleſia, nec poteſt epiſcopus diſpenſare, etiam ſi ſint legitimi, & tamen cum illegitimo diſpenſat in alia eccleſia in ſimplici beneficio. Ab. ubi ſupra. & Glo. In collateralibus admittitur ſucceſſio in beneficiis.

ctis. Nepos poteſt habere beneficium ſui auunculi non ratione ſucceſſio-nis, ſed renunciationis. Ab. de offi. & pot. delega. c. Ex parte. In beneficio patris nō poteſt ſuccedere filius. In beneficio tamen patrui, uel auunculi nepos poteſt ſuccedere. Ab. de accuſa. c. Accedens.

Beneficia ſunt perpetua, ideo ſi collatio ad ſolum epiſcopum pertineat, non tamen poteſt poſtea reuocare, ſecus inter religioſos, qui ex leui cauſa remouentur, cum non habeant tantum ius in beneficio, quantum ſeculares. Itē regulares ſunt perpetui, ſi ſunt principales. Item non habent uelle, nec nolle cum ſint ſub obedientia, ideo non poſſunt reſiſtere. Ab. de ſtatu monacho. c. Monachi. Eccleſia præſumitur conceſſa in perpetuum non ad tempus, & dicenti contrarium incumbit onus probandi, Concedi tamen poteſt ad tempus reſeruato titulo etiam inferiori, in titulum poteſt concedi ad tempus a ſolo papa Ab. de accuſa. c. Si conſtiterit.

Beneficium pingue nullus præſumitur relinquere pro uili, ideo ſi ſenex beneficium ſuum pingue mutauit cum beneficio uili ſui nepotis, præſumitur quòd affectu carnali renunciauerit, ut ſit nepotis poſt mortem, niſi ſint aliæ præſumptiones offuſcantes prędictas pręſumptiones, puta cura magna, aer non ſalubris &c. Ab. de cleri. non reſiden. c. Non licet.

Si habent præbenda in eadem eccleſia recipit dignitatem cum præbenda, uel aliam præbendam uacat prima, quamuis a ſuperiori ſibi conferatur, ualet tamen impetratio per alium facta de ipſa etiam tacito de poſſeſſione alterius, quæ colorata non eſt. Ab. de conceſ. præben. c. Literas. In diuerſis eccleſiis poteſt quis habere plures præbendas ex generali conſuetudine, non tamen in eadem eccleſia, etiam ſi altera ſit annexa dignitati, ſecus in duobus curatis, quando ueniunt per annexionem, ut beneficium ſimplex, Iura magis abhorrent quòd quis habeat duas præbendas, uel duo beneficia in eadem eccleſia licet quòd habeat duo curata. In primo non poteſt diſpenſare epiſcopus. Ab. ubi ſupra. c. Literas.

Præbenda in eccleſia regulari non poteſt habere clericus ſecularis, nec poteſt conſuetudo induci quòd in eadem eccleſia regulariter ſtent regulares, & ſeculares. Ab. de elec. c. Cum cauſam. Clericus in monaſterio poteſt habere beneficium non tamen facit unum corpus cum monachis, nec habet uocem in capitulo, nec ſtat in choro cum monachis, ſed officiabit monaſterium, & erit contentus beneficiis, & reditibus. Ab. de priui. c. Quoniam.

Beneficio habito nemo priuatur propter infamiam facti, niſi inquiſitio facta ſit, ſecus eſt de inquirendis in futurum. Ab. de elec. c. Per inquiſitionem.

Beneficiis ut quis poſſit priuari tria requiruntur. Primo cauſa rationabilis, Secundo quòd ſit notoria, quia non creditur iudici, etiam epiſcopo. Tertio quòd priuetur in iudicio iuris ordine ſeruato. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Conquerente. Poteſt autem priuari, ſi pater clerici adminiſtrauit immediate in beneficio illo quantuncunque ſit legitimus, ſecus ſi alia perſona media fuit. Secundo quando publice tenet concubinam. An per ſimplicem fornicationem poſſit priuari, opiniones. Ab. de teſti. c. Ex parte. Vide A beneficio poteſt remoueri.

Qui per colliſionem conſtituit penſionem in beneficio, eo priuatur. De colliſio. c. Audiuimus. Hæc eſt pœna colliſionis. Veruntamen ſuper beneficiis, quando per colliſionem uolunt beneficia transferre in alium modo illicito.

licito. Ab.ubi ſuprà. Priuatus beneficiis cenſetur ipſo facto condemnatus de crimine per ſententiam, ſi crimen eſt tale quod inducebat priuationem beneficii ipſo facto, uel irroget infamiam & ſufficit, quòd condemnetur, licet priuatio non exprimatur, quia intelligitur impoſita auctoritate iuris, ſecus ſi non eſt priuatus ipſo facto, ſed priuandus. Ab.de exceſ. prę la. c. Inter dilectos.

Præsbiter ebrioſus miſſam celebrans non præmiſſa digeſtione debet eccleſia priuari. Ab.de accuſa. c. Si conſtiterit. Non ſufficit ſola ebrietas, ſi delictum dignum priuatione eſt, ſi celebrat non facta digeſtione, nec intrare tabernam nec celebrare non præmiſſa dormitione fuit cauſa priuationis, ſed uera cauſa fuit, quòd ebrius celebrauit. Quod pręſumitur, quia per totam noctem ſtat in potationibus & mane incontinenti celebrauit, & ſic præſumitur non ieiunus. Ab. ubi ſupra.

Beneficio, uel alia re certa priuatus an poſſit ex noua conceſſione agere, qua priuatus eſt ex delicto ſuo. Ab.de pœnis. c. Ad aures.

Rector eccleſię, qui tẽpore promotionis nihil habet, ſi aliquid acquiſiuit, pręſumitur acquiſitum de bonis eccleſiæ. Ab. de peculio cleri. c. Inueſtigandum. Beneficiatus nihil patrimonii habens præſumitur ex bonis eccleſię acquiſiſſe, & conſequenter quòd illa bona pertineant ad eccleſiam, licet emerit nomine proprio. Admittitur tamen probatio in contrarium, quia res acquiſita ex induſtria clerici non eſt eccleſiæ. Ab. ubi ſupra. Nec reditus, nec oblationes, nec data ratione uitæ ſue ſunt ſua, ſed cedunt utilitatibus eccleſię, quorum ſucceſſione committitur ſacrilegium, etiam acquirendo conſanguineis, uel amicis, licet magis teneatur eis ſubuenire, ſi eget. Ab. ubi ſupra. c. Inquirendum.

Rector eccleſię non poteſt ſe obligare ad ſoluendum, uel augendum cenſum de reditibus eccleſiæ, etiam in uita ſua, nec patrono ſponte ſoluere nomine cenſus Ab. de iure iuran. c. Tua nos.

Rector eccleſiæ poteſt cõpelli ad recipiendum aliquem clericum in fratrem, & prouidebit ſibi de reditibus eccleſiæ, & talis dicetur beneficiatus in eccleſia, licet non habeat beneficium ſpecificatum in eccleſia, & epiſcopus poteſt ad hæc cogere. In eccleſia collegiata ſi bona communia non ſufficiunt, non poſſunt cogere ad recipiendum canonicum. Si præbende ſunt diuiſæ, poſſunt cogi ad recipiendum clericum, etiam ſi non ſufficiant reditus. Ab.de teſti.c.Dudum.

Rector eccleſię ſi locat prædium tenetur ſucceſſor ſtare eius locationi, non autem ſi canonicus, quia non poteſt obligare prębendam ultra terminos uitę ſuæ ſine uoluntate ſuperioris, quia eſt ſicut uſufructuarius, non ſicut adminiſtrator ideo extinguitur ius eius in morte. Canonicus non proprie habet ſucceſſorẽ in onere & honore, ideo ſi contemptus fuit in electione, non poteſt ſucceſſor pro contemptu agere. Eccleſia confertur ut quis ſit tutor, & procurator. Ab.de deci.c.Nouũ genus. Poteſt locare fructus eccleſię & omnes obuentiones uſque ad nouẽ annos non interueniente auctoritate ſuperioris, & poteſt cõpelli ad ſtandũ præciſe contractui locationis. Item poteſt locare fructus pro toto tempore uitę ſuę. An ſucceſſor teneatur ſtare locationi prędeceſſoris, ſi locatio ſit ſruſtra ultra decẽ annos non tenet nec locator tenetur ſtare niſi ſit facta in caſu licito, & cum ſolẽnitate, quę debet interuenire in perpetuis locationibus & alienationibus, ſi iſta interueniant ſucceſſor tenetur ſtare, & ſi eccleſia eſt læſa poteſt petere reſtitu-

tionem in integrum. Si locatio facta eſt ad modicum tempus, uidelicet uſque ad decennium ſi erat clericus adminiſtrationem non habens ut ſimplex canonicus, non tenetur ſucceſſor ſtare contractui, quia canonicus uel alius non habens adminiſtrationem non poteſt obligare beneficium ultra tempus uitæ ſuę. Datur præbenda ut inde uiuat, & ęquiparatur uſufructuario & hoc uerum, niſi ex cauſa rationabili, & auctoritate epiſcopi ſit facta locatio ad maius tempus, quia tunc ſucceſſor tenetur ſtare, quia uidetur facta ab habente adminiſtrationem. Si ſit clericus adminiſtrationem habens ut plebanus, uel curator ſi locauit nomine proprio non tenetur ſucceſſor ſtare contractui, & ſi quid perceptum fuerit poſt mortem, & ante collationem beneficii poteſt ſucceſſor petere ab herede clerici, uel conductoris, quia fructus poſt mortem uenientes ſeruantur ſucceſſori, ſi locauit nomine eccleſiæ & in illius utilitatem tenetur ſucceſſor ſtare, ſi inutiliter ſeruata ſolennitate ſolita in alienatione tenetur ſucceſſor ſtare, alias ſecus. Si prædictis quis ſoluit ultra tempus uitæ rectoris, ſibi imputetur. Locare poteſt prædia, & obuentiones eccleſię, & ſic quicquid obuenerit eccleſiæ cedit conductori. Iſta tamen locatio non poteſt fieri layco, niſi ponat clericum loco ſui, pro recollectis obuentionum eccleſiarum, ne contingat laicum aliquid ſpiritualitatis attingere. Ab. ne pręl. uices ſuas. c. Querelam.

Rector eccleſiæ non obſtante conſuetudine epiſcopi, uel patroni debet de redditibus eccleſiæ ſufficientem habere portionem, & non reſidens in eccleſia parochiali, niſi ſit annexa dignitati, uel præbendæ quo caſu debet ibi habere uicarium perpetuum eſt priuatus eccleſia parochiali. Ab. de præbeu. c. Extirpandæ. Hęc pœna concernit utrunque caſum, nec requiritur monitio. Qui non ponit uicarium priuatur ſolum in uita ſua, quia delictum perſonæ non nocet dignitati. Ab. ubi ſuprà. §. c. Qui uero. Si canonicus inſtituitur antequam uicarius ibi ſit poſitus, ut uicarius remanet, & canonicus facit fructus ſuperfluos ſuos, qui tamen uiuente canonico qui fuit in culpa, cedebant eccleſiæ. Cura pœnes quem dicitur eſſe, pœnes canonicum, uel pœnes uicarium. Ab. ubi ſupra. c. In replicatione.

Rector eccleſiæ rem duplæ extimationis dans eccleſię ſeruos eccleſiæ poteſt manumittere, ipſe tamen manumiſſus & eius poſteri erunt ſub patrono eccleſiæ. Ab. de reb. eccle. non alienan. c. Conſenſus. Requiritur tamen conſenſus ſuperioris quando uult manumittere ſeruum, atque opere teneatur eccleſiæ ſic manumiſſus. Ab. ubi ſupra. Prælatus qui nihil de ſuo dat eccleſię, ſi ſeruum manumittat non tenet manumiſſio. Ab. ubi ſupra. c. Epiſcopi.

Rector eccleſiæ poteſt ex toto remoueri ab eccleſia ſua, licet nulla cauſa ex culpa ſua proueniat, & hoc propter bonum publicum. Propter infirmitatem non poteſt ex toto remoueri. Ab. de cleri. ægrotan. c. Tua nos. Reliqua, eccleſia. ſacerdos.

A beneficio remoueri poteſt ſufficienter, ſi ſit periurus. Secundo quando ſponte renunciauit. Ab. de reſcrip. c. Ex parte. Tertio filii ſacerdotum geniti in ſacerdotio. Quarto qui ui occupauit eccleſiam. Ab. ubi ſupra. c. Inter cęterea. Quinto qui ab officio ſemel repulſus eſt uitio perſonę, ut dicitur infra. c. Electus. Quando electio caſſata eſt non poteſt amplius pręſentari, nec poteſt ſibi conferri beneficium in illa nec in alia, eccleſia. Ab. de elec. c. Super eo. Vide beneficio poteſt priuari.

Beneficii renũciatio metu facta nõ indiget noua collatione, ſed reducitur in ſta-

tum

tum priſtinum & quomodo. Ab. de iure iuran c. Si uero.

Beneficii renunciatio ſemper debet fieri in manu ſuperioris, etiam ſi beneficium ſit licite acquiſitum & per ſimoniam, ſi ſuperior noluit acceptare, debet recurrere ad ſuperiorem, ut illum cogat, uel ſecundum Glo. Simoniacus debet omnino cedere beneficio. Ab. de Simo. c. De regularibus. Debet renunciatio fieri in manibus confirmatoris de conſenſu eligentium, cũ ſit quidam contractus inter eligentes & electum, ut ſicut eligentium conſenſus requiritur in contrahendo, ita in reſtituendo. Beneficium ſimplex renuncians ad quod per ſimoniam eo ignorante fuit aſſumptus poteſt ex diſpenſatione in ea uacatione iterum aſſumi, nihil tamen ex prima aſſumptione ſibi uendicabit. Ab. de ſimo. c. Ex inſinuatione. & Ab. ubi ſupra.

Beneficium reſidentiam requirit, ſi datur propter officium. Item per ſeipſum reſidere tenetur etiam in ſimplici beneficio, Nec excuſat conſuetudo, niſi ſit introducta ex rationabili cauſa, qua ceſſante non ualet, ubi quis diſpenſatur circa pluralitatem beneficiorum, poteſt alteri ſeruire per uicarium, Tenetur autem reſidere per ſeipſum etiã in ſimplici beneficio. Ab. de cleri. non reſiden. c. Quia nonnulli. Beneficium omne requirit reſidentiam de iure cõmuni ſi datur in titulum, non autem ſi datur in ſtipendium. Ab. ubi ſupra. c. Clericos. Beneficia ſimplicia requirunt reſidentiam de iure cõmuni, ſufficit nec ſeruire per alium, & hoc probat iſte textus etiam de capellanis niſi adſit legitima cauſa & licentia. Ab. ubi ſupra. c. Cum ad hoc. Conferens beneficium non ualenti reſidere alias digno ubi reſidentia requiritur eſt priuandus illa uice collatione, ſi ſit dignitas eccleſię, ſi patienti defectum in ætate moribus & ſcientia incurrit ipſo iure. Ab. de cleri. non reſiden. c. Quia nonuulli.

Beneficium dicitur ſufficiens quando beneficiato, & ſuis ſufficit & aduenientes poteſt recipere, & iura epiſcopalia abſoluere. In ſufficientia debet habere reſpectus ad nobilitatem, ſcientiam, & dignitatem. Glo. de reſcrip. c. Cum Adeo. & decla. Ab. ubi ſupra. & de elec. c. Dudum. In hac ſufficientia conſiderantur plura, uidelicet nobilitas, & ſcientia, quia tales perſonę ſunt maioribus reditibus honorandæ ita quòd poſſint ſibi ſufficere, & ſuis, & poſſint hoſpitalitatem ſeruare & iure epiſcopali abſoluere. Glo. de cleri. non reſiden. Conquerente. oportet ſit ſufficiens pro beneficiato & ſuis, ideſt pro his, qui quaſi neceſſario trahunt moram ſecum ſecundum qualitatem perſonæ, ideſt pro ſeruitoribus. Glo. & Ab. de præben. c. Extirpandæ.

Beneficii tenuitatem ſequitur quaſi neceſſario promotio impeditorum clericorum. Ab. ubi ſupra. c. Extirpandæ.

In beneficio eodem poteſt quis conſequi uarios titulos, & ratione illorum ſe defendere non tamen agendo poteſt ſe fundare ſuper duobus titulis. Ab. de conceſ. pręben. c. Poſt electionem. Habens beneficium ſine titulo legitimo iuſto errore deductus non tenetur ad reſtitutionem fructuum, ſecus ubi ſit ignorantia craſſa. Ab. de inſtitu. c. Ex frequentibus.

Beneficia uacantia conferuntur non obſtante appellatione illorum quibus promiſſæ fuerunt, antequam uacarent. Ab. de conceſ. pręben. c. Relatum.

Beneficiorum uacantium cuſtodia ad eum pertinet, ad quem pertinet ius conferendi ex priuilegio, conſuetudine, uel perſcriptione. Ab. de inſtitu. c. Cum ueniſſet.

Beneficium uacans ex permutatione ſi conferatur alteri quam permutare nolenti collatio eſt nulla ipſo iure, nec expectans apoſtolicus poteſt tale beneficium acceptare. Ab. de præben. c. Inter cætera.

Beneficium an dicatur uacare in curia Romana, ſi aliquis priuetur in ea. Ab. de accuſa. c. Ad petitionem.

Beneficia non uacantia concedi, uel promitti non debent. Cum uacauerint, concedi debent infra ſex menſes. Quibus elapſis de epiſcopo ad capitulum & econtra ad ſuperiorem proxime deuoluitur poteſtas conferendi. Ab. de conceſ. præben. c. Nulla eccleſia. Capitulum licet ſit inferius epiſcopo, ſupplet tamen eius negligentiã propter cõmunionẽ inter epiſcopũ, & capitulũ, & hoc intellige de beneficiis, quorum collatio pertinet ad epiſcopum iure proprio, non autem ſi per deuolutionem. Iſti ſex menſes non habent locum in inſtitutione præſentati, nec in confirmatione electi, ideo ſi epiſcopus diſtulerit, debet habere recurſum ad ſuperiorem, ut compellat. Ab. ubi ſupra. c. Pactum de futura ſucceſſione non tenet, Tempus ſex mẽſium eſt continuum & incipit a tempore ſcientiæ generaliter, non a tempore uacationis, & debet eſſe tempus utile, quia ſuſpenſi non eligentes completis ſex menſibus eligere non poſſunt amplius. Glo. ubi ſupra. c. Nulla eccleſia.

Vicariam perpetuam habens intelligitur beneficiatus. Ab. de reſcrip. c. Poſtulaſtis, & Glo. de officio Vica. c. Ad audientiam. Penſio annua non eſt beneficium, ſed quid mere temporale. Ab. ubi ſupra. c. Ad audientiã.

Beneficia duo ſimul in his caſibus teneri poſſunt. Paupertas pendens defectus gratia Eccleſias retinere duas dat quodlibet horũ ſeruãs pendet una ab alia cum una parochialis ſubeſt alteri, erit tamẽ præsbiter alius in ſubiecta. Item ſi una conſtituitur in fundo alterius ſeruiat tamẽ in hac eccleſia alius. Glo. de æta. & quali. & ordi. c. Indecorum. c. Eam te decet.

Beneficia duo ſi alicui conferuntur ſimul, in poteſtate eſt eius cui illa conferuntur retinere quod maluerit. Ab. de præben. c. De multa.

Beneficia duo non poſſunt teneri ſimul propter ambitionem, propter impotentiam pluribus ſeruiendi, quia inducunt diſſolutionem & uagationem, quia continent periculum animarum, quia peccatum eſt ſi tenetur ſine cauſa legitima. Nec ualet conſuetudo contraria nec diſpenſatio. Si licite habet duos canonicatus in utroque habet uocem. ſic beneficiatus poteſt conueniri coram epiſcopo quolibet pro pertinentibus ad beneficium illud. In aliis conuenitur, ubi habet domicilium, quod non habet, ubi non tenetur reſidere Glo. & Ab. de præben. c. Quia in tantum. Duo tenere ſimul prohibetur, quia melius ſeruitur eccleſiæ per duos, Auaritia comprimitur, facilius prouidetur pauperibus clericis, Animarum periculis ſubuenitur, diſſolutiones tolluntur. Ab. ubi ſupra. c. De multa.

Duo teneri ſimul non poſſunt ſi ambo requirunt reſidentiam, ſi non ambo requirunt reſidentaim, & unum ſufficit eſt peccatum mortale tenere duo, quia propter ambitionem, & auaritiam occupat ſtipendia pauperum. Si neutrum per ſe ſufficit, poteſt tenere quot requiruntur ad ſufficientiam. Poterit epiſcopus diſpenſare in diuerſis eccleſiis, in eadem autem in beneficiis difformibus, non autem uniformibus. Licet posſit diſpenſare quòd habeat duas eccleſias propter ſalutem animarum, non tamen quòd habeat duas præbendas ſufficientes in duabus eccleſiis. Ab. de præben. c. Cum iam dudum. An duo beneficia ſimul teneri posſint de iure communi, an cum diſpenſatione quis poteſt diſpenſare, cum quibus poteſt diſpenſari, an ex

conſue-

conſuetudine, an diſpenſatus ſit tutus in conſcientia, ponuntur opiniones. Ab.de præben. c. Exterminandæ.§.Qui uero. Si habet duo & unum ſufficit ad uitam, poteſt altero legitime priuari, etiam ſi in eo reſidere uelit, dico quando alterum per ſe ſufficit quia non poteſt quis tenere duo ſine mortali peccato, niſi ſint ſibi collata non ratione ſui, ſed propter utilitatem eccleſiæ quia eſt induſtrius bonæ famæ & conſcientiæ. Credo quo ad Deum non excuſatur propter diſpenſationem, ſi fructus beneficiorum conuertit in cauſam non piam quantuncunque beneficia ſint modici ualoris. Si requirunt reſidentiam, poſſunt iure priuari. Ab.de cleri.non reſiden.c. Conquerente. Non debent epiſcopi permittere quòd quis habeat duas eccleſias. Ab.de preben. c. Quia in tantum.

Beneficia plura, ubi non eſt cauſa rationabilis, non poſſunt bona conſcientia teneri, etiam ſi diſpenſetur per papam. Quando unum ſufficit ſiue ſint curata, ſiue non ad honeſtatem uitę retinere duo eſt peccatum mortale, nec ualet diſpenſatio facta per papam in curatis, & in ſimplicibus per epiſcopum, ſi fiat propter priuatam utilitatem puta ut patrimonium clerici augeatur, quia hoc non poteſt papa ſi percipiat fructus tantum unius pro uictu ſuo poteſt tenere duo, non autem ſi amborum, nec ualet conſuetudo, quia eſt irrationabilis. Ab. de elec. c. Dudum.

Qui plura habet beneficia, non poteſt excipere contra alium de pluralitate beneficiorũ. Ab. de excep. c. Cum eccleſiaſticæ. Poteſt tamen excipere contra reſcriptum non contra perſonam. An poſſit agere nomine eccleſiæ, opiniones. Ab.de iure iuran. c. Cum eccleſiaſticæ.

Quando quis accipit ſecundũ beneficiũ, uacat primum. Excipiuntur epiſcopi quorum beneficia non uacant, niſi quando conſecrantur. Secundo quando quis furore iracundiæ recipit ſecundum, & ſtatim pœnitet. Tertio fallit in eo qui fecit expenſas de patrimonio in primo, quia non cogitur dimittere primum, niſi prius alius ſatisfecerit de expenſis. Quarto quando ſuperior primi beneficii non uult habere ratam primã collationem ſecundi, quia inferior non poteſt renunciare ſine licentia ſuperioris. In dubio credo quòd requiratur licentia collatoris & patroni. Non tamen uacat primum, niſi habita pacifica poſſeſſione ſecundi. Nec ſufficit quòd in momento habeat, ſi illico mouetur ſibi quæſtio. Si non poteſt habere fructus niſi ſecundi beneficii, quia ex priuilegio forte debetur alteri ad tempus non uacat primum beneficium. Hoc capitulum extenditur ad eum qui ſe intruſit in ſecundo beneficio ſcienter ſecundo ad regulares dignitates. Tertio tenet in prioratibus manualibus. Inducitur etiã uacatio, ſi recipit uicariam perpetuam beneficii curati. Ab.de præben. c. De multa. Si epiſcopus acceptat talem dignitatem non uacat epiſcopatus ipſo facto, & ſecundi dignitatis collatio non tenet, quia non poteſt quis deſerere epiſcopatum ſine licentia papæ. In odioſis nomine dignitatis non uenit epiſcopatus. Ab. de conceſ. præben. c. Cum noſtris.

Beneficia duo requirentia reſidentiam non poteſt quis tenere propter paupertatem beneficiorum. Ab. de præben. c. Expoſuiſti. Qui habet duo ex diſpenſatione tenetur in maiori ſeruire perſonaliter. Si habens beneficium ſimplex requirens reſidentiam & poſt recipit curatũ, non uacat primũ ipſo iure. Ab. ubi ſupra. c. Extirpando &.§. c. Qui uero. Si ambo ſunt curata per acceptationem ſecundi uacat primum ſi ſint ſimpliciã ambo requirentia reſidentiam continuam, & ſecundum eſt in alia diœceſi uacat pri-

mum. Si in eadem, eſt in optione illius tenere alterum. Si poteſt utrique ſeruire, neutrum uacat. ſi in altero ex non reſidentia perdit fructus, non uacat ipſo iure. Ab. de cleri. non reſiden. c. Clericos.

Bigamus eſt qui cognoſcit uxorem per alium cognitam. Ab. de conuerſio. Coniuga. c. Conſtitutus. Portando coronam peccat, nec poteſt promoueri ad ordines. ſi ducit in uxorem quam prius corruperat non erit bigamus, & poteſt promoueri. uere bigamus caret priuilegio clericali, non autem ſictus. Ab. & Glo. de cleri. coniuga. c. Sane. & . Ioannes. Bigamus non poteſt profiteri religionem clericorum, nec deferre coronam etiam in religione. Cardinalis diſtin. xxiij. arg. quarto.

Bigamia contrahitur in matrimonio nullo, quia in hoc ſolo ponderatur affectus non opere ſubſequuto. Ab. deſponſa. c. Cum Apoſtolicę. Exiſtens in ſacris ſi contrahit cum duabus, uel cum una corrupta efficitur bigamus. Ab. qui cleri. uel uo. c. Ex literis.

Bigamus uere, uel interpretatiue eſt qui caſtitatem promiſſam uiolat, qui contraxit cum uidua, uel corrupta qui unam habet de facto aliam de iure, diuerſis temporibus, Qui ſcienter cognouit adulteram, omnes prædicti reputantur bigami interpretatiue quo ad legem promotionis, Vere bigamus eſt qui diuerſis temporibus habet duas uxores, nec poteſt papa diſpenſare quòd ordinetur ad maiores ordines, ſicut nec cum monacho quòd habeat proprium, per baptiſmum non aufertur irregularitas bigamię. Glo. de Biga. non ordinan. c. Super eo. Requiritur maior caſtitas in uxore quam in uiro, quia uxor ſignificat Chriſtum qui nunquam dimiſit eccleſiam quam ſignificat uir uel uir ſignificat Chriſtum qui primo copulauit ſibi ſinagogã, & poſt eccleſiam quòd ex gentibus. Vxor ſignificat eccleſiam triumphantem in qua non eſt macula, nec ruga, quæ ſemper uirgo permanſit ſaltem mente. Glo. ubi ſupra. c. Debitum paſtoralis. Bigamus reputatur & ut bigamus punitur, qui in ſacris ordinibus conſtitutus uiduam duxit in uxorem, quia de iure non poteſt, non tamen eſt matrimonium. Glo. ubi ſupra. c. A nobis. Vide clericus excommunicatus Bigamus.

In biſexti anno ſeruanda eſt conſuetudo loci circa feſtum Santi Mathie, ita tamen quòd, uigilia continuetur feſto. Ab. de uerb. ſigni. c. Quæſiuit. In hoc anno duo dies computantur pro uno, quia annus ſolis habet dies 365. & horas. ſex. In quattuor annis habet horas 24. & ſic erit dies una plus. In fauorabilibus in anno biſexti, annus debet intelligi dierum 366. quia dies una computatur pro duabus, In odioſis non. Glo. & Ab. ubi ſupra.

Bladi uel tritici nomine uenit eſſe quod in agro, uel in terra conteritur, & ſic legumina & ſemen lini ſunt nomina multum generalia. Ab. de deci. c. Ex multiplici.

Blaſphemia Dei & ſanctorum reſeruatur epiſcopo in pœnitentia, ſic quòd inferior epiſcopo non poteſt abſoluere, ſi publice blaſphemauit. Ab. de Maled. c. Statuimus.

Blaſphemans Deum, beatam uirginem, uel alium ſanctum publice debet ſtaſtare 7. diebus Dominicis ante fores eccleſiæ, & ultima die ſine caligis & pallio cum corrigia ad collum, in præcedentibus ſextis feriis ieiunare in pane & aqua. Eccleſiam nullatenus ingredi, & qualibet die prædictorum pauperes reficere. ſi hoc non poteſt debet conuerti in aliam pœnam. Si renuit prædictam facere interdicitur ei ingreſſus eccleſiæ & in morte caret ſepultura, & per iudicem ſecularem punitur in pecunia. Ab. de Maled. c. Statuimus.

timus. In diſpoſitione huius capitulum regulariter non diſpenſatur ſi tamẽ eſſet perſona honorabilis poſſet mutari. Stare ad fores eccleſiæ in eleemoſinis. Ebrius non incurrit has pœnas qui ex ira, ſi eſt ex iuſta cauſa, ſi eſt uehemens, excuſari poteſt, non autem ſi ex iniuſta cauſa, puta quia amiſit in ludo. Dicitur publice quia coram pluribus atteſtantibus, uel referentibus epiſcopo. Clericus non incurrit has pœnas, ſed punitur pœna arbitraria, & poteſt eſſe delictum ſic graue, quod deponetur. Iſta pecunia applicabitur iudici exigenti ſiue ſit clericus ſiue laycus. ſi nollent hanc ſententiam agere, laycus poteſt excommunicari & clericus deponi. Ab. ubi ſupra.

Blaſphemum punit iudex eccleſiaſticus & ſecularis de uno & eodem delicto publico, & pœna per unum impoſita non impedit imponendam per alium. Ab. ubi ſuprà.

Boemorum uilitas & uituperium. Ab. de Teſti. c. Conſtitutus.

Bonorum nomine ueniunt mobilia & immobilia, & alia cuiuſcunque qualitatis, ſicut actiones nomine debitorum iura incorporalia, & breuiter quę in ſeculo hoc beatum faciunt, uel proſunt. Ab. te teſti. c. Relatum ſecundum.

De bonis communibus non poteſt quis diſpenſare ut de propriis. Ab. de pręben. c. Relatio nulla.

Bona facta in peccato mortali ualent ad minus ſupplicium ſubeundum. Secundo ad bona temporalia obtinenda. Tertio ut Deus citius illuſtret cor eius ad pœnitentiam. Glo. de pœni. & remiſ. c. Quòd quidam. Quarto demones non habent tantam poteſtatem in peccatore quandoque bonum faciente. Quinto cum aſueſcit ad bonum de facili mutatur prauitas animi, ideo clericus in mortali exiſtens dicens officium illi prodeſt ad pœnam uitandam, quia ſi non diceret puniretur. Idem dic in omnibus præceptis affirmatiuis. Ab. ubi ſupra.

Bonus unuſquiſque præſumitur, ea tamen quæ accidentaliter ueniunt, & non inſunt homini a natura, non præſumuntur, niſi probentur. Itẽ cum agitur in præiudiciũ alterius, non ſufficit præſumptio, ſed debet fieri plena probatio. Ab. de offi. & pot. delega. c. Cum in iure peritus. Vnuſquiſq; bonus præſumitur in particulari, in populo autem collecto reſpectu ſingularium non. Ab. de elec. c. Oſius epiſcopus. Preſumendum etiam eſt malum, quando accidit ut in pluribus quod maxime lex reſpicit. Glo. ubi ſupra.

CAlculus plura ſignificat. Vndeuerſus. Calculus eſt ratio, numerus, ſententia, carbo. Ab. de fide inſtru. c. Cum dilectus.

Calix debet eſſe de auro uel argento & propter paupertatem tolleratur ex ſtagno. Ab. de celebra. miſ. c. Literis.

Calumniator eſt qui falſo crimen impendit, & eius regularis pœna eſt ſimilitudo ſupplicii. Ab. in Rubrica. c. De calumniatoribus.

Subdiaconus calumnioſe accuſans diaconum priuatur ſubdiaconatu, publice uerberibus caſtigatur, & in exilium mittitur. Ab. de calum. c. Cum fortius. Debet calumniator puniri ex officio iudicis in iſta ſententia, in qua reus abſoluitur, & ſi hoc non facit, dignus eſt reprenſione. Si etiam tunc nõ fuit punitus, poteſt poſt puniri ex officio iudicis nobili. Si iudex in ſententia abſolutoria rei condemnauit accuſatorem eſſe calumniatorem rei poteſt poſt illi imponere pœnam officio iudicis mercenario per totam illam diem,

ſed

ſed officio nobili ſi non fuit punitus in ipſa ſententia poteſt de nouo accuſari, & ex quo iudicatus eſt calumniator poteſt ex interuallo puniri pœna iuris ſi non poteſt puniri pœna debite accuſato. ſi fuit conuictus mutabitur in aliam pœnam ut hic, quia accuſator non erat diaconus, priuatur ſubdiaconatu, uerberatur & mittitur in exilium. Ab. ubi ſupra.

Calumniator, & denunciator deficiens in probatione criminum ab officio, & beneficio ſuſpenditur donec innocentiam ſuam purget. Ab. de criminatoribus. c. Cum dilectus. Vide inquiſitio poteſt committi.

Campanę plures licite tenentur in eccleſia una, In oratoriis priuatis non licet tenere niſi unam. Nec licet habere campanile. Campanas pulſare non eſt officium ſacerdotis ſic ut ad hoc poſſit cogi, uel etiam ad hoc teneatur, nõ tamen eſt ei prohibitum, Nec tamen debet hoc exercere ubi eſt cuſtos ad quem pertinet. Ab. de Homici. c. Ioannes. Campanas habere publice, & in loco publico pulſare eſt ſignum loci publici & conſecrati. Ab. de priuil. c. Patentibus.

Mendicantes religioſi non poſſunt habere in ſuis eccleſiis niſi unam campanã, in oratoriis eorum nolam, & ſi habent & publice pulſent poſſunt, per ordinarium puniri licet ſint exempti. Ab. ubi ſupra.

Canonicatus non eſt proprie beneficium. Ab. de reſcrip. c. In noſtra propoſuiſtis.

Canonicus etiam ſolus poteſt epiſcopum ſuum accuſare maxime ſi dicit eum eſſe intruſum. Ab. de accuſa. c. Veniens.

Canonici eiuſdem eccleſiæ poſſunt agere adinuicem ſine mandato eccleſiæ non autẽ contra extraneum quomodo non habent adminiſtrationẽ prebendarum, ſed tantum uſumfructum, & non poſſunt diſponere de præbenda niſi pro uice ſua, ſecus de prælato. Ab. de proba. c. Exactoris. Si canonicus monitus ad reſidentiam appellat ſtatuitur ſibi terminus ad proſequendum appellationem, & interim ſeruiet beneficio per uicarium de fructibus beneficii ſuſtentandum. Si appellationem non proſequitur, uel non facit reſidentiam ſtatim priuatur præbenda. Ab. de appella. c. Peruenit.

Canonicus ſi acquirit aliquid intuitu eccleſię illud non cedit ſucceſſori ſed capitulo, ſecus de rectore qui habet adminiſtrationẽ, nec poteſt canonicus teſtari de acquiſitis ex præbenda, licet alii teneant oppoſitum. Si habet plura beneficia quæ tempore mortis reperiuntur, diuidi debent equis portionibus. Ab. de teſta. c. Relatum ſecundum. Quòd non poſſit teſtari. Ab. ubi ſupra. c. Requiſiſti.

Canonici non poſſunt dignitatem tollere de eccleſia, nec præbendas diminuere ſine auctoritate papę etiã de conſenſu epiſcopi. Glo. de conſtitu. c. Cum acceſſiſſent. Sufficiens cauſa tollendi dignitatem & diminuendi numerum præbendarum eſt, quòd boni dentur canonicis, quibus alia non ſufficiunt. Ab. ubi ſupra. c. Cum M. Statuentes recedere ſemper poſſunt a ſtatuto etiã confirmato per ſedem apoſtolicam, uel alium ſuperiorem & reuerti ad ius commune ſine licentia ſuperioris, ſi ſtatutum concernit utilitatem ſtatuentium ſecus ſi fauorem aliorum, uel bonum publicum, uel principaliter utilitatem, uel honorem eccleſię. Ab. ubi ſupra. Statutum tollitur per actũ unum ſi ſtatuentes, uel eorum ſucceſſores ueniunt ſcienter contra illud collegialiter, niſi primum habeat clauſulam derrogatoriam ſecundi. Ab. ubi ſupra. c. Cum acceſſiſſent.

Canonicus poteſt habere eccleſiam parochialem ubi præbenda non exigit reſidentiam,

ſidentiam, ſicut hodie in pluribus eccleſiis. Ab. de præben. c. Expoſuiſti.

Canonicus, qui eſt in poſſeſſione, admittitur ad electionem, etiam ſi nõ habeat ius, probat autem poſſeſſionem quia operatur ea, quæ ſolis canonicis conueniunt. Ab. de elec. c. In geneſi.

Canonicus ſubdiaconus ordinatus ante ætatem legitimã habet uocem in electione epiſcopi, quia hæc poteſtas deſcendit ex canonicatu, licet accidentaliter repellatur, qui non eſt in ſacris, ſi actus penderet ab ordine non habe beret uocem, ſine præbenda habet uocem. Ab. de præben. c. Pro illorum.

Canonicus unus poteſt habere duas uoces. Ab. de ſenten. & re. iudi. c. Cum olim. Vide capitulum infra. Si duo iura.

Canonicus non facit fructus ſuos. Ab. de deci. c. Nouum genus.

Canonici duo abſentes cum epiſcopo uel in eius ſeruitio fructus præbendarũ ſuarum percipiunt in abſentia, conſtitutione eccleſiæ non obſtante. Ab. de cleri. non reſiden. c. Ad audientiam. Canonici ad hoc cogi poſſunt per epiſcopum, & duo tantum non plures. Ab. ubi ſupra.

Canonicus non debet inſtitui inuitis clericis eccleſiæ ultra facultates. Ab. de inſtitu. c. Auctoritate. Nec hoc poteſt legatus Cardinalis. Ab. ubi ſupra.

Canonicus locare non poteſt prædium eccleſiæ. Ab. de reb. eccle. non alienan. c. Ad audientiam. Conceſſio facta in perpetuum, uel ad maximum tempus ſine ſolennitate debita non debet ſeruari etiam in uita prælati male alienantis, ne de facto præiudicetur eccleſiæ. Ab. ubi ſupra. Non poteſt locare ultra tempus uitæ ſuę, nec habet proprie ſucceſſorem, nec poteſt proſequi contemptum predeceſſoris. quia eſt quaſi uſufructuarius, non ut tutor, uel procurator, uel adminiſtrator, quę omnia habet rector eccleſię, ideo locare poteſt. Ab. de deci. c. Nouum genus. Vide rector eccleſię.

Vbi non eſt numerus determinatus canonicorum, ſi quis recipiatur, creatur nouum ius, & per mortem eius extinguitur cum eo; Vbi etiam eſt determinatus numerus, poſſunt recipere ultra, niſi habeat ſtatutum firmatum in iuramento, uel auctoritate papę, quòd ſit inualidum. Ab. de pręben. c. Dilecto ſecundum.

Canonici priuilegiati a papa ſuper certo numero ſi ſponte recipiunt aliquem ſuper numerarium contra impetratum a papa exceptione numeri uti non poſſunt. Ab. de pręben. c. Pro illorum. Si aliquem recipiunt auctoritate papę non ueniunt contra priuilegium, ſecus ſi auctoritate legati de latere, qui eos compellere non poteſt. Glo. ubi ſupra.

Canonicorum numerus debet diminui, quando canonici inſtitui non poſſunt cõmode uiuere ſuper excreſcentia redituum non frangit numerum canonicorum ipſo facto, cui datur poteſtas diminuendi in caſu diminutionis redituum, non uidetur data poteſtas augendi in caſu augmentationis redituum. Fructus ſuper excreſcentes debent conuerti in utilitatem eccleſię, donec prouideatur. Ab. de uerb. ſigni. c. Tranſmiſſa.

Canonicorum numerus non tollitur per ſuper excreſcentiam redituum ipſo iure, ſed eſt in poteſtate rumpendi Ab. de conſtitu. c. Cum enim fer. Si aliquos recipiunt contra ſuam conſtitutionem de numero cẽto tenetur prouidere eis de ſuperexcreſcentibus fructibus non obſtante certo numero canonicorum confirmato per papam. Eſt prouidendum receptis ultra numerum de ſuper excreſcentibus fructibus maxime ſi ſunt uoluntarie recepti. Conſtitutio confirmata per papam ſemper debet intelligi cum clauſula niſi reditus creſcant etiam ſi non fuit appoſita, & in aliis conſtitutionibus aliæ

clauſulę conſuetę etiam ſi non apponantur. Ab. ubi ſupra.
Canonici eccleſię cathedralis renētur de reditibus ad omnia onera toti clero incumbentia. Ab. de preſump. c. Accedentes.
Canonicus quis eſſe poteſt ſine prębenda & licite dat uocem in capitulo ideo poteſt numerus præbendarum eſſe determinatus & non numerus canonicorum. Congruum eſt quòd recipiatur ſine prębenda ſi alibi fuit prębendatus, ſi non habet alibi prębendam in congruum uidetur quòd recipiatur in canonicum. Licet non habeat ius in præbenda uacante, debet tamen ſibi conferri niſi ſcriberet papa pro eo, etiam ſi ſcribit poſt receptionem alterius, confertur pro quo ſcribit papa. Ab. de præben. c. Relatum. Si confertur prębenda primo uacante extraneo tenet collatio, ſed capitulum tenetur prouidere ei primo de communibus. Si tamen ſit receptus de mandato papę, prima prębenda eſt ſic illa affecta, quòd ſi alteri cōferatur, collatio non ualet. Ab. ubi ſupra. c. Inter cętera. Prębenda non facit canonicum ſed collatio iuris ab eo qui habet poteſtatem, unde poteſt eſſe canonicus & nunquam habere prębendam. Capitulum recipiens aliquem in canonicum tacite ſe obligat ad prouidendum de prębenda ſufficienti cum facultas ſe obtulerit & tunc poteſt agere ſic receptus contra capitulum ut ſibi prouideat. Ab. de conceſ. pręben. c. Cum Super quęſtionem.
Canonico recepto tenetur capitulum prouidere de prębenda quam cito facultas ſe obtulerit Ab. de conceſ. pręben. c. Cum ſuper quęſtionem. Interim habet cottidianas diſtributiones. Ab. de pręben. c. Dilectus filius. Siue ſit receptus auctoritate capituli, ſiue de mandato papę licet promiſſio de recipiendo, uel de prębenda non ualeat, ſi tamen recipitur habet titulum, & uocem in capitulo & licet non habeat ius in præbenda, ſi uacauerit poteſt implorare officium iudicis, ut ſibi prouideatur, ſi receptio ultra numerum ſit ſimplex, rumpitur numerus canonicorum quo ad omnes effectus, quia ſic receptus habet omnem commoditatem in collegio quam habet quilibet alius ſalua integritate præbendę: ſi præbendę non ſint diſtinctæ ſed priuilegiatę uidelicet quòd fiant tot portiones, ſic receptus nihil habet, ſi non ſunt priuilegiatę habet. Si recipitur ut ſit canonicus ſuper numeralis uocem non habet in capitulo, nec commoditatem in eccleſia, ſed eſt quoddam ius uentoſum. ſi recipitur in numero exceſſiuo uitiatur receptio poſteriorum, ſi non apparet de ordine omnium, receptio uitiabitur. Ab. ubi ſupra. c. Dilectus filius. Vbi canonici ſunt ſupernumerarii ſi confertur præbenda extraneo, & non maiori in ordine, capitulum tenetur prouidere maiori in ordine, quem contempſit, de reditibus, donec ſibi prouideat dę prębenda. Ab. de maio. & obe. c. Statuimus. Ius uocis pertinet ad canonicatum, & non ad præbendam. Ab. de præben. c. Pro illorum.
Canonici regulares quandoque habent Abbatem, quandoque priorem. Ab. de ſenten. & re. iudi. c. Cum I. & A.
Si ad unum canonicatum, & præbendam duo ſunt recepti ſimpliciter non tenet receptio, etiam interueniente apoſtolica auctoritate. Ab. de præben. c. Dilecto ſecundum. Si intendunt unum ius duobus communicare, alias poſſunt. Ab. ubi ſupra.
Canonicus reſidere tenetur in ciuitate ubi eſt præbenda, niſi conſuetudo habeat oppoſitum, quæ ſeruanda eſt. Ab. de cleri. non reſidente. c. Inter quattuor.
Canonicus non habet proprie ſucceſſorem niſi in prębenda, in aliis iuribus

ſuccedit

ſuccedit capitulum. Vnde non poteſt agere de contemptu præcedentis ſicut poteſt ſucceſſor prælati, quia ſuccedit in onere & honore. Ab. de proba. c. Ex literis.

Capellę nomine uenit parochialis eccleſia. Ab. de præben. c. Expoſuiſti. Capellanus poteſt dici rector parochię. Ab. de ſecundis nup. c. Capellanum.

Capituli nomine non uenit prælatus, Ab. de reſcrip. c. Eam te. Non uenit prælatus habens iuriſdictionem ſuper collegio ſicut epiſcopus & Abbas, ſecus eſt de decano, & aliis, qui ſunt partes capituli. Ab. de conceſ. præben. c. Poſt electionem. Non uenit prælatus nomine capituli. Ab. in Rubrica de his quæ fiunt a maio. par. capituli.

Ad capitulum eccleſię cathedralis pertinent tantum canonici de iure communi, & epiſcopus, non autem inferiores prælati ut archidiaconus, niſi forte ex conſuetudine. Ab. de maio. & obe. c. Dilectus.

Capitulo uolenti agere contra prælatum non oportet detur actor auctoritate iudicis. Ab. de appella. c. Significauit. Vnus de capitulo poteſt agere, & defendere cauſam eccleſiæ ſine mandato capituli. Ab. de teſti. c. Cum olim.

Capitulum quando habet ardua expedire ſemper uocandi ſunt abſentes, ſi commode uocari poſſunt. Si canonici ſunt abſentes ex cauſa uoluntaria, uel propter delictum propriū non tenentur canonici exire ad eos. Debent duæ partes uniuerſitatis conuenire, & præfigere terminū. etiam ſi non uenerint, eis imputetur, uel niſi cōſtituerint procuratores, & ualebit quicquid maior pars horum duorum fecerit. Vbi non eſt qui habeat auctoritatem congregandi capitulum de iure, uel conſuetudine duę partes congregabunt, & citabunt alios. Si alii ſunt abſentes propter potentiam tiranni, qui in ciuitate ſunt, debēt ad eos exire extra, ſi commode poſſunt, & ſit minor pars, alias fiet in eccleſia admiſſis procuratoribus abſentium. Statuta facta per præſentes in præiudicium abſentium non ualent, niſi ſint uocati. Ab. de no. oper. nunciatione. c. Cum ex iniuncto.

Capitulum, & collegium quomodo poſſunt citari. Ab. de elec. c. Bonę memorię. Vide citatio. Collegium.

Capitulum ſede uacante poteſt electiones confirmare, & inſtituere, quia hęc ſunt neceſſitatis, Non poteſt eligere, & conferre beneficia, quia hæc ſunt liberalitatis in epiſcopo Ab. de elec. c. Poſtquam. Electus in Abbatem poteſt confirmare, non autem conferre beneficia ſpectantia ad epiſcopum. Ab. de ſimo. c. Sicut tuis. Non ſuccedit in cognitione hęreſis. Ab. de hęre. c. Ad abolendam. Vide epiſcopus delegatus in crimine hęreſis.

In capitulo qui non conſentit tenetur contradicere, alioquin peccato, & pœna inuoluitur ſicut conſentiens, cum ex officio ſuo teneatur conſulere, nō tamen tenetur appellare, niſi eligeretur ad officium publicum. Ab. de his quæ fiunt a maio. par. capituli. c. Cum in cunctis.

Capitulum conſuetudines nouas facere nec antiqua ſtatuta mutare poteſt ſine epiſcopo. In arduis, & magnis tenetur habere conſenſum epiſcopi, ſiue ſit capitulum maioris, ſiue minoris eccleſiæ, non autem de minimis ad ipſos pertinentibus, niſi uellent facere auctoritate epiſcopi. Ab. de conſue. c. Cum conſuetudinis. Vide conſtitutio capitularis.

Capitulum quando, & qualem dignitatem poteſt creare, & ſupprimere, præbendas augere, & diminuere ſimul numerum canonicorum. Ab. de

conſtitu. c. Cum acceſſiſſent. c. Cum M. fer. c. Ex parte.
Capitulum, quando ſunt diſcordes dicitur eſſe ubi eſt maior pars, & poteſt conſtituere procuratoré contra aliam partem, quia habet expenſas a capitulo. Glo. de elec. c. Cum inter. Quando dicitur quòd requiruntur duę partes intelligitur ad congregandum, ſed eo congregato reſtat apud maiorem partem. Si maior pars defendit cauſam iniuſtam, credo probabiliter teneatur ſatisfacere de ſuo eccleſiæ damnificatæ. Maior pars poteſt renunciare fauori ſuo introducto propter honorem collegii. Glo. & Ab. ubi ſupra. Vnus ſolus poteſt opponere contra electionem, cum pertineat ad quemlibet habere bonum prælatum, & debet habere expenſas a capitulo. Ab. de elec. c. Cum cauſam.
Capitulum, & uniuerſitas nihil poteſt explicare niſi uocales congregentur in unum. Et ſi de re concupiſcibili, & mercenaria agatur quod ibi ab uno factum fuerit uice capituli, uel uniuerſitatis aliis non contradicentibus uice capituli factum putabitur, & tenebit. Ab. de elec. c. Quia propter.
Capitulum non poteſt iudicare ſuper quæſtione quæ oritur inter maiorem partem, & minorem capituli, nec ſuper hoc conſtitutionem facere, etiam ſi iuriſdictionem habeat in ſingulos. Inquiret tamen ad informandum iudicem. Ab. de elec. c. In Geneſi.
Capitulum poteſt habere iuriſdictionem temporalem in certo loco, & de iure ſpeciali. Ab. de uerb. ſignifi. c. Ex parte.
Capituli maioris partis ordinatio per contradictionem, & ordinationem partis minoris nihil rationabile opponentis impediri non debet. Ab. de his quę fiunt a maio. par. capituli. c. Cum in cunctis. Vt geſta capituli ualeant, requiritur. Primo quòd maior pars decreuerit. Secundo quòd illa pars ſit ſanior reſpectu conſilii, & ſubiectæ materię. Vnus ſolus ex ratione poteſt appellare, & ordinationem facere retractare. Minor pars nihil poteſt diſponere nomine totius uniuerſitatis, niſi ubi propter delictum maior pars priuatur uoce. Ab. ubi ſupra. Non poteſt maior pars ſtatuere in præiudicium minoris illa contradicente. Ab. de his quæ fiunt a maio. par. capituli. c. Ex parte.
Capituli pars ſanior dicitur maior pars, uel minor pars ubi plures eligunt indignum, uel aliquid faciunt in damnum eccleſiæ. Glo. de his quæ fiunt a præla. c. Ea noſcuntur.
Capitulum non poteſt ſtatuere niſi adſint duę partes, & tertia non fuerit contempta. In caſu ubi quis poteſtaté citandi habet, minor pars, quæ uenit aliis non uenientibus poteſt procedere, & tenet ſtatutum ſecundum Canoniſtas. Ab. de elec. c. Bonæ memoriæ. Quando tenentur uocare abſentes. Ab. ubi ſupra. circa medium. Capitulum facit, quòd maior pars facit. Non tenet in his quæ fiunt coram pluribus non ut collegiatis, ſed ut ſingulares, niſi omnes conſentiant, & niſi rem concedant in naturalem uſum. Si plures ſunt ut collegium, & aliqua ſunt fienda ex neceſſitate ut alienationes, & electiones, ſufficit quòd maior pars conſentiat, dummodo uocentur alii. In his quæ non fiunt ex neceſſitate, oportet ut omnes conſentiant, ſicut in caſu qui ponitur in litera. Glo. & Ab. de conſtitu. c. Cum omnes. Maior pars pręualet in pertinentibus ad uniuerſitatem, & ubi cauſa diſponendi, uel utilitas ſuggerit diſpoſitioni maioris partis. Vbi iſta ceſſant, oportet quòd omnes concordent. Idem dicitur ubi agitur de eo quod ſpectat ad ſingulos ut eſt ius eligendi. Ab. de elec. Cum uinto. Dicitur pars maior

etiam ſi ſuperet pro dimidia uoce licet Io. Andre. ſenſerit oppoſitum. Ab. ubi ſupra.c.Cumana.

Capitulum ſed uacante ſuccedit in ſpiritualibus ad dignitatem epiſcopalem quo ad ea quæ ſunt iuriſdictionis. Ab.de teſti.c. Albericus. Succedit etiã in cognitione cauſæ matrimonialis, quæ ex conſuetudine præſcripta poteſt ſpectare ad inferiorem epiſcopum. Ab. ubi ſupra. c.Præterea. Non ſuccedit in iuriſdictione feudatali, nec in collatione beneficiorum, nec in competentibus epiſcopo iure ſpeciali, & quaſi accidentali ut in deuolutis ad epiſcopum ex negligentia alterius, uel alias deuolutis, nec in his quæ ſunt gratiæ, nec in poteſtate doctorandi. Si uertitur quæſtio ſuper certo iure non ſuccedit capitulum in examinatione illius quęſtionis, ne ſi ſuccumbit generetur prę iudiciũ eccleſiæ, uel epiſcopo futuro. Ab. de foro competen.c. Verum. Nihil poteſt diſponere in præiudicium ſedis uacantis. Ab.de iure iuran. c. Sicut noſtis.

Capitulum ſede uacante ſuccedit in poteſtate confirmandi, & infirmandi elationes prælatorum inferiorum, non autem conferendi alia beneficia, nec diſponendi de fructibus, in quibus duobus eſt donatio, & liberalitas maior quæ reſidet in epiſcopo tantum. Collatio, & electio quæ deuoluitur ad epiſcopum, non tranſit ad capitulum. Mortuo epiſcopo naturaliter uel ciuiliter ut capto epiſcopo ab hoſtibus ſuccedit capitulum in iuriſdictione ſpirituali, & temporali. Secundo poteſt licentiam dare electo uolenti ſe ad aliam dioceſi transferre. Tertio licet non poſſit alienare bona epiſcopalia, poteſt tamen interponere auctoritatem in alienatione bonorum eccleſiæ inferioris. Quarto poteſt uiſitare etiam generaliter. Quinto non uiſitat monaſteria exempta, quæ epiſcopus uiſitat auctoritate papæ, quia non ſuccedit in competentibus epiſcopo iure ſpeciali, uel delegato. Sexto poteſt recipere renunciationem beneficii, & ex cauſa priuare, nullam tamen prętendere poteſt pręſcriptionem ſede uacante in his in quibus non ſuccedit de iure communi. Septimo poteſt facere ſtatuta. Octauo poteſt diſpenſare in caſibus qui permittuntur epiſcopo. Nono ſi epiſcopus habet collationem, uel alius debet requirere conſilium epiſcopi. capitulum in hoc non ſuccedit. Decimo ſuccedit in iuriſdictione quã habet epiſcopus de conſuetudine, puta intereſſe electioni. Vndecimo poteſt comendare eccleſias donec illis prouideatur. Duodecimo non ſuccedit in priuilegiis indultis dignitati epiſcopali. Tertiodecimo poteſt ſuſtineri, quòd poſſit dare indulgentias. Quartodecimo poteſt dare confeſſores qui abſoluant a reſeruatis. Quintodecimo. Si epiſcopus habet auctoritatem doctorandi ex priuilegio ſpeciali, non ſuccedit capitulum ſi a iure communi ſuccedit. Sextodecimo. Capitulum ſuccedit in adminiſtratione neceſſario. Ab.de maio. & obe.c.Cum olim.

Capitulum ſuccedit in iuriſdictione temporali & ſpirituali epiſcopo capto ab hoſtibus, ut dicitur libro ſexto de ſupplenda negligen. præla. cap. ultimo & penultimo. Ab. ubi ſupra.

Capitulum non ſuccedit epiſcopo ſede uacante in his quæ conueniunt prælato ratione conſuetudinis inductæ contra ius. Succedit autem in his quæ conueniunt epiſcopo de iure communi, non autem ſi iure ſpeciali. Si epiſcopo conceditur aliquid gratioſe, non tranſit ad capitulum. Ab.de elec.c. Scriptum. Mortuo epiſcopo non ſuccedit capitulum in adminiſtratione temporalium, nec poteſt quæſtionem in iudicio deducere. Succedit autem

tem in inferioribus prælatis, & ut arbitror cauſa eſt, quia non ſunt bona di uiſa prælati, & capituli. Ab. de conſue. c. Cum dilectus. Vacante ſede ſuccedit capitulum non ſolum in eccleſia cathedrali, ſed etiam in inferiori eccleſia in his quę iuriſdictionis ſunt, quæ tamen exercet per alium epiſcopum. Capitulum poteſt abſoluere ab excommunicatione lata per prę latum defunctum, & uicarius eius ab excommunicatione, & a caſibus reſeruatis. Ab. de maio. & obe. c. His qui. Vacante ſede capitulum non tenetur inſtituere uicarium, ſed poteſt per ſeipſum iuriſdictionem exercere. Ab. de ordi. c. Irrefragabili.

Capitulum ſede uacante non ſuccedit in collatione beneficiorum ſpectante tantum ad prælatum. Ab. de ſed uacan. c. Illa deuotionis. Non ſuccedit niſi in caſibus in iure expreſſis. In dubio potius iudicamus contra capitulum, intellige in beneficiis ad epiſcopos ſpectantibus proprio iure. Secus in deuolutis per negligentiam, uel delictum inferioris, quia illa capitulum conferre non poteſt. Vbi capitulum non poteſt beneficia conferre, poteſt tamen illa comendare donec ſit prouiſum. Si collatio pertinet ad epiſcopum, & capitulum ſimul, uacante ſede capitulum poteſt conferre. Capitulum habet auctoritatem confirmandi electionem, & inſtituendi, nõ autem conferendi, duo prima ſunt iuriſdictionis neceſſaria, collatio eſt honorifica & liberalis donatio, ſuccedit etiam in auctoritate abſoluendi excommunicatũ ab epiſcopo mortuo, ſuperior non ſuccedit inferiori niſi propter delictum, uel negligentiam. Ab. ubi ſupra. Succedit etiam capitulum in poteſtate compellendi exequutores teſtamentorum, & poteſt exequi, quia hoc eſt iuriſdictionis epiſcopalis, & potius oneris quam honoris, & eſt officium neceſſarium. Ab. de teſtam. c. Ioannes. Non ſuccedit in regularibus ſede uacante ſecundum aliquos, uel melius, non ſuccedit ubi Abbas deponitur propter ſuam culpam, quia præſumptio tunc eſt contra capitulum, alias ſuccedit capitulum in adminiſtratione temporalium, & ſpiritualium, Vbi prælatus deponitur ſuccedit capitulum in adminiſtratione temporalium tantum, & tunc adminiſtrator quo ad temporalia per epiſcopum deputabitur in monaſterio non exempto. In exempto per uiſitatores. Ab. de ſta. monacho. c. Ea quæ.

Capitulum eccleſię collegiatę ſuccedit prælato ſuo, ſicut capitulum ſede uacante ſuccedit epiſcopo. Ab. de appella. c. Bonę memorię. Succedit in his quæ ſunt iuriſdictionis. Ab. de maio. & obe. c. His qui. In regularibus ſuccedit. Vide ſupra immediate.

Capitulum epiſcopo ſuſpenſo propter delictum non ſuccedit in collatione beneficiorum omnium, nec ſuccedit ſi propter delictum continuatum ſuſpendatur ex toto. Ab. de præben. c. Graue nimis. Vide ad beneficia promouens indignum.

Si duo iura concurrunt in eandem perſonam, quorum quodlibet producit ius uocis habendæ talis perſona debet habere duas uoces, & duas diſtributiones, quia cenſentur iura diuerſorum, ſicut ſi illa iura haberet in diuerſis eccleſiis. Soli canonici habent uocem de iure ſuo, non autem alie dignitates. Qui habet duas uoces, quia habet duo iura, uel unam ratione ſui, aliam quia procurator alterius, non poteſt illa diuidere. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Cum olim. Huius cauſa eſt quia tenere meliorem eligere, ſic non poteſt duos, ſed unum tantum eligere. Ab. de appella. c. Conſtitutus.

Caracter

Caracter eſt qualitas habilitans,uel diſponens ad ſuſcipiendum gratiam. Ab. in Rubrica. de baptiſmo.
Caracter ordinis remanet etiam poſt degradationem. Glo. Qui cleri. uel uo. c. De diacono.
Incarceratus,quid poteſt,uel non poteſt agere, & qui actus ualeant illius.Ab. de procura. c. Accedens. Vide libertati quando quis tenetur reſtitui.
Carceres in quibus clerici ponuntur puniendi, etiam incorrigibiles non debent eſſe nimis arcti ut infra paucos dies ueriſimiliter moriantur, quia tunc ſubſecuta morte officiales irregulares ſunt. Caueant qui ponunt in gabia & ſubtrahunt neceſſaria. Ab. de iudi. c. Cum non ab homine.
Condemnatus a iudice ad mortem peccat frangendo carceres, ſecus ubi eſſet carcer uiolentus & iniurioſus. Ab. de teſti. cogen. c. Cauſam. Exiſtens in manibus iudicis peccat frangendo carceres, etiam ut euitet pœnam legitimè inferendam. Ab. de ſepul. c. Ex parte. Carcerem frangens de iure ciuili punitur pœna capitali,etiam ſi innocens ſit. Mitius punitur ſi per incuriam cuſtodis fugit. de iure canonico poteſt procedi ad depoſitionem, & data incorrigibilitate ad traditionem curię ſecularis Ab. de Apoſta. c. A Nobis. Poteſt tamen quis facere ſe includi in artiſſimo loco ad peragendum pœnitentiam. Ab. de regula. c. Veniens.
In cuſtodia, & uinculis tentus non dicitur ex hoc ſolo pati læſionem corporalem,quia iſta non fiunt ad pœnam, ſed ad cuſtodiam, unde tento in cuſtodiam optime poteſt prouideri de neceſſariis. Ab. de ſenten. excom. c. Nuper.
Incarceratus & in captiuitate exiſtens poteſt matrimonium contrahere,& tenet ex quo uis in contrahendo ſibi non infertur. Cum matrimonium exigat maximam libertatem fortius ualent alii contractus in carcere geſti. Ab. de ſecundis nuptiis. c. Dum.
Carcer perpetuus æquiparatur morti. Ab. de pœnis. c. Tuæ diſcretionis.
Incarceratus teſtis propter uariationem an ſit infamis. Ab. de pœn. c. Super his.
Cardinalatus eſt de iure diuino, Cum papa hic arguit ex ueteri teſtamento per ſacerdotes & leuitas intelligit cardinales. Ab. qui fi. ſint legi. c. Per Venerabilem.
Cardinalis præsbiter, uel diaconus in ſui promotione perdit omnem dignitatem, & beneficium curatum, nec poteſt illa acquirere, retinet autem beneficia ſimplicia, etiam ſi requirunt reſidentiam,non tamen acquirit de nouo quæ requirunt reſidentiam. Si creatur Cardinalis epiſcopus,omnia priora beneficia perdit, nec poteſt illa, uel ſimilia acquirere de nouo, ſicut nec ſimplex epiſcopus. qui non eſt epiſcopus poteſt eſſe canonicus eccleſiæ cathedralis. Ab. de elec. c. Eccleſia ueſtra.
Cardinali creditur ſi dicit ſe eſſe legatũ non autẽ ſi dicit ſibi conceſſa aliqua ultra debita legationis officio generali, niſi literas oſtendat,Creditur etiã dicenti ſe eſſe delegatũ papæ maxime ſi dicit papam ſibi comiſiſſe certum negocium uiuę uocis oraculo. Si dicit aliquid ultra generalem commiſſionem in præiudicium partis,non creditur ei. Inferiori prælato non creditur niſi oſtendat,etiam ſi per teſtes probaret comiſſionem, ſine literis tamẽ. Quando cardinalis legatus, uel non legatus aliquid aſſerit ultra comiſſionem generalem, uel ſpecialem ſibi factam de rigore iuris non ſibi credendũ eſt in præiudicium alterius, ſecus eſt de conſuetudine. Ab. de fid. inſtru.
c. Qui

c. Qui ſuper. Aſſerenti ſe legatum non creditur cardinali in præiudicium alterius, nec ſi dicit papam ſibi comiſiſſe uiuę uocis oraculo creditur in præiudicium eius tendens, niſi aliter probet. Ab. de ſenten. excõ. c. Sicut nobis. Non creditur ut teſti ſine iuramento, niſi ſicut bono uiro ad inducendum quandam præſumptionem. Homini in quacunque dignitate, etiam religioſo non creditur ſine iuramento ut teſti, etiam in fauorem eccleſiæ. Simplici dicto ſiue iuramento non eſt ſtandum quo ad plenam probationem, faciunt tamen quandam præſumptionem. Ab. de priuile. c. Cum olim.

Cardinalis deponitur quando non reſidet in ſuo titulo. Ab. de cleri. non reſiden. c. Ex geſtis.

Cardinalis diaconus & præsbiter eligi poſſunt in epiſcopus, quia nulli eccleſiæ ſunt matrimonialiter coniuncti, licet non poſſint conſentire ſine licentia papæ, ſicut nec monachus ſine licentia Abbatis. Ab. de elec. c. Eccleſia ueſtra.

Cardinalis non debet habere epiſcopatum ſaltem in titulum, quia non conuenit quòd epiſcopus deſerat eccleſiam, & curam ſicut cardinalis, Cardinalatus & epiſcopatus ſunt incompoſſibilia unde ſi epiſcopus promouetur in cardinalem puto quòd epiſcopatus uacet ſecundum mentem legiſlatoris, licet non ſecundum uerba. Ab. de poſtul. c. Bonæ memoriç.

Cardinalis hoſtienſis qui coronat papam in concilio, & conſiſtorio ſolus eſt. ſuper quattuor patriarchas principales, ipſe etiam ungit imperatorem. Ab. de priuileg. c. Antiqua.

Cardinales iuriſdictionem epiſcopalem in titulis ſuis, & in eccleſiis, & in capellis ſubiectis titulo excommunicare poſſunt & cætera, quæ ſunt iuriſdictionis epiſcopalis, & clerici prædictarum eccleſiarum debent eis obedientiam, reuerentiam & honorificentiam, Ab. de maio. & obe. c. His qui. & Ab. de poſtula. c. Et ſi Venienſis. Iuriſdictionem aliam exercere non poſſunt etiam mortuo papa in prædictis locis, nec exercet iura ſenatus. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Cum te.

Cardinales præsbiteri utuntur epiſcopalibus inſignis, & conferunt ordines minores, ſolenniter benedicunt, & tamen nihil habent præter præsbiteratum. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Inter monaſterium. & de uita & honeſta. cleri. c. Clericum in editionibus.

Cardinales in eccleſia Rauenatenſi ſunt cardinales digniores aliis. Ab. de Poſtu. c. Bonæ memoriæ.

Careat, inducit canonem latæ ſententiæ. Idem eſt de uerbo ſublaceat. Ab. de electione. c. Nihil.

Caritatiuum ſubſidium, Cathedraticum & ſinodochium quid ſint. Vide iura Epiſcopalia. Ab. de ordi. c. Conquerente.

Caritatiuum ſuffragium poteſt pluries imponi ab eodem epiſcopo ſi cauſa rationabilis ſubſiſtit, & ſit manifeſta, & poteſt ſubditos ad hoc cogere, nec poſſunt præſcribere, contra caritatem. Item in his quæ ſunt facultatis non currit præſcriptio. An inferiores epiſcopo prælati poſſint petere caritatiuum ſuffragium. Opiniones. Ab. de cenſi. c. Cum apoſtolus. c. Vide Cathedraticum.

Carnes comedi poſſunt in quadrageſima propter neceſſitatē famis, earum uſus non prohibetur de iure in ſabbato, ſed de conſuetudine, Infirmi poſſunt illis uti omni tempore de licentia epiſcopi, & non aliter, niſi urgens ſit cauſa. Ab. de obſer. ieiuniorum. c. Conſilium. Comedi poſſunt in ſexta feria

ria ſi feſtum natiuitatis in ea euenerit exceptis profeſſis qui ex regula non comedunt, & aliis qui uouerunt non comedere carnes in ſexta feria. Ab. ubi ſupra. c. Explicare. Sola ſexta feria eſt in præcepto quòd ea die non comedant carnes, non autem eſt in præcepto quo ad ieiunium. c. Ab. ubi ſupra.

Carpum eſt diœceſis Mutinenſis. Glo. de cenſi. c. Peruenit.

Carta pecorina eſt magnorum animalium, nec eſt neceſſaria in priuilegiis, nec dicitur carta pecudis. Ab. de Confir. utili uel inutili. c. Cum dilecta.

Caſtellum dicitur ubi ſunt mœnia. Caſtrum eſt fortalicium, & dicitur quaſi caſa arta, quia non debet eſſe ſpacioſum, ut pluribus indigeat ad cuſtodiam. Villa dicitur pluraritas domorum ſine muris, & dicitur quaſi uallis uallata. Ab. de cleri. non reſiden. c. Tuæ fraternitatis.

Caſtrum in diœceſi quandoque non pertinet ad dominium ciuitatis, nec prouinciæ, nec regni ſi imperator donaret prouinciam, in tali caſu non donaret caſtrum. Ab. de iure iuran. c. Petitio ueſtra.

Caſus fortuitus regulariter non imputatur, ſed res perit domino ſuo, etiam ſi contractus fiat gratia alterius tantum, & diffinitur, quòd eſt inopinatus rei euentus, cui prouideri non poteſt. Vbi homo diligentiſſimus prouidiſſet, non eſt caſus fortuitus. In contractu de cuius natura eſt quòd tranſeat dominium, extimatio operatur uenditionem, & tunc tranſit periculum caſus fortuiti ut in fundo æſtimato dato in dotem. Vbi æſtimatio non facit uenditionem ut in accōmodato, & locato non facit æſtimatio magis teneri quã natura contractus expoſcat, ſed æſtimatio operabitur, ut ſciatur uerum pretium rei in caſu quo res perderetur, uel deterioraretur. Pactum generale non obligat ad caſus fortuitos, licet expreſſe dixerit quòd uolebat teneri in caſibus fortuitis, quia non uidetur cogitaſſe omnes caſus. Ab. de accommoda. c. Cum gratia.

Caſus ſuperueniens non facit ac ſi ab initio actus non ualuerit, ſed ſolum impedit exercitium, quatenus urget impedimentum. Ab. de cler. ægrota. c. Præsbiterum.

Cathedraticũ dicitur quia ſoluitur in honorem cathedræ epiſcopalis. Synodochium quia ſoluebatur in ſynodo, & idem eſt, & non debet excedere duos aureos pro qualibet eccleſia. Valet conſuetudo ſuper augmento, & diminutione, & modo, & tempore ſoluendi. Ab. de cenſi. c. Olim cauſa. Vide iura epiſcopalia.

Cautionis nomine quid comprehendatur. Ab. de fide inſtrum. c. Cautio. In actu confeſſionis. Ab. de ſepulturis. c. Abolenda. Vide ſacerdos in confeſſionis actu.

Quando duo agunt contra unum & alter prius obtinet pro ſe contra reum, tunc ſententiam exequitur præſtita prius cautione de ſeruando indemnem, ſi alter actor obtinuerit contra illum ſecus ſi poſt ſententiam alius incipiat agere. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Cum ſuper.

Cautionem idoneam ut fideiuſſoriam, uel pignoratoriam obligatus præſtare ex iuris diſpoſitione ſi illam non poteſt preſtare, admittitur, ſi preſtat quam poteſt, puta iuratoriam. Ab. de dona. inter uir. & uxo. c. Per ueſtras.

Cautio nuda omnino regulariter non habet effectum, ſecus ſi promiſit donare, uel loco pio dare, & in caſibus in quibus ſtipulatio ſine cauſa habet effectũ. Item in confeſſione liberalitatis, & in reali confeſſione ſi rẽ meã confiteor tuam. Item in ultima uoluntate quomodocunque noteſcat, & in confeſſio

ne iudiciali. Si non eſt omnino nulla quia ſtipulatio eſt cauſa non expreſſa, non obligat. Quando promittens credebat cauſam ſubeſſe non obligat. Secundo quando certum eſt cauſam non ſubeſſe, & in dubio præſumitur non uelit donare. Tertio quando dubitatur an ſubſit cauſa, uel promittens putauit ſubeſſe cauſam, & non ualet in effectu. Cautio tamen ſine cauſa facit ſemiplenam probationem. Ab. de fide inſtrum. c. Si cautio.

Cauſa dicitur a caſu quo uenit & eſt materia & origo negocii & diſcuſſionis examine patefacta, quæ dum proponitur cauſa eſt, dum diſcutitur iudicium, dum finitur iuſtitia. Ab. de uerb. ſignifi. c. Forus.

Cauſa ubi cœpit finem capit quando totaliter poteſt ſibi conſequi ſuum effectum, ſecus ſi ibi non poteſt habere exequutionem etiam propter impotentiam. Ab. de homi. c. Poſtulaſti.

Cauſæ attribuitur ſuus effectus effectu ſubſequuto. Ab. de Homi. c. Præsbiterum.

Cauſa ceſſante ceſſat effectus, id eſt, quod factum eſt ex cauſa, remanet tamẽ quod ſtatutum eſt ex illa. Glo. de Tranſac. c. Poſt Tranſactionem. Intelligitur non de cauſa motiua, ſed finali & unica, quia ſi ſint duæ cauſæ, quarum quælibet ſufficiat per ſe, non tollitur effectus. Quando duo ſimul ſufficiunt & non diuiſim ceſſat conſtitutio. Ab. de appella. c. Ceſſante cauſa.

In cauſa dicitur concluſum quando renunciatum eſt probationibus, & allegationibus, & non reſtat niſi ferre ſententiam. Ab. de fide inſtrum. c. Cum dilectus.

Cauſa dicitur eſſe uel non eſſe in curia Romana &c. Vbi cauſa de ſui natura non eſt tractanda in curia ſi appellans iurat ſe credere quòd non ſit habiturus iuſtitiæ complementum in partibus ex iuſta cauſa tractabitur in curia etiam inuito appellato. Si in curia dubitatur, an cauſa appellationis ſit ibi decidenda, procurator qui uenit ad impetrandum & cõtradicendum, poteſt hunc articulum defendere. Ab. de appella. c. Nicolao. Sola acceptatio appellationis per iudicẽ, uel approbatio per partem facit cauſam eſſe in curia, ut ibi tractetur, licet non fuerit terminus præfixus ita ut appellato proſequente teneatur appellator idem proſequi in curia. Eſt ergo in optione appellantis qualiter, & ad quem uelit appellare. in optione appellati an uelit cauſa tractari in curia. Appellans tamen habet cauſam proſequi, ſi appellatus non recipit appellationem. Ab. de appellatio. c. Interpoſita. §. Eodem quoque.

Cauſa minima poteſt dici duorum aureorum, uel quæ non ſufficit ad ſumptus iudiciales Glo. de appella. c. De appellationibus.

Cauſa dicitur utilis ſi plus expenditur litigando, quam id quod petitur. Ab. de libel. obla. c. Ignarus.

Cecus & pauper non tenetur ad collectas. Ab. de cenſi. c. Licet. A muneribus perſonalibus quæ imponuntur perſonis excuſantur, a realibus ordinariis non excuſantur niſi princeps uelit eorum miſereri, Ad extraordinarii non tenentur. Ordinaria dicuntur quæ ſunt impoſita a principe, uel a lege. Ab. ubi ſupra.

Ceſſio bonorum, uel actionum quando ualet, quibus competit agere. Ab. de alie. mutan. iudi. c. Ex parte.

Cedens bonis non liberatur, ſed liberatio remanet inefficax, Incarcerari nõ poteſt propter inopiam, ſi uenit ad pinguiorem fortunam, debet ſoluere, nec tamen priuandus eſt alimentis. Qui cedit bonis antequam recogno-

ſcat debitum, uel condemnetur, uel confiteatur debitum, non debet audiri. Glo. de ſolutio. c. Oldrandus. Non impedit condemnationem ceſſio bonorum, nec tamen propter hoc poſſunt ueſtes de doiſo eius accipere, quia non fuit condemnatus ultimo ſupplicio. Ab. ubi ſupra.

Cœnobium dicitur a cœuo græcæ quod latine eſt commune, quia religioſi ibi communiter uiuunt, dicitur etiam conuentus quia ibi conueniunt. Ab. de hiis quæ ſiunt a præla. c. Tua nuper.

Cenſuræ eccleſiaſticæ nomine ueniunt ſolum ſententiæ excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti, Nomen ſeueritatis eccleſiaſticę eſt magis latum, & non ſolum cenſuræ ueniunt ſed etiam facultas puniendi extraordinario modo ut indicere multam. Huic æquipollet hoc nomen animaduerſione canonica quod ſecundũ Innocentiũ eſt æque latum. Ab. de offi. iud. deleg. c. Præterea. Nomine eccleſiaſticæ diſciplinæ ueniunt cenſurę. Ab. de pactis. c. Antigonus. Cenſura dicitur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ, quia in eis conſiſtunt uires eccleſiæ, quæ flectuntur, ſed non franguntur, & contra eas non poteſt induci conſuetudo, ſed nec contra eccleſiaſticam diſciplinam. Ab. de conſue. c. Cum inter uos.

Cenſuræ eccleſiaſticæ nomine ueniunt, excommunicatio, ſuſpenſio & interdictum. Ab. de uerb. ſignifi. c. Quærenti. Non uenit depoſitio, nec degradatio, quia multũ odioſæ ſunt, & cenſurę medicinę fauorabiles animæ, ideo fit ſtricta interpretatio. Conſuetudo eccleſię ſemper compeſcit contumaces remediis debitis. Ab. ubi ſupra.

Cenſuræ ſententia lata poſt appellationem etiam extraiudicialiter ipſo iure eſt nulla, Cautela eſt cum quis timet iniuſte excommunicari, ut extraiudicialiter appellet a grauamine ueriſimiliter futuro. Ab. de religio. domi. c. Cum dilectus.

Cenſura lata ab homine non poteſt relaxari niſi ab eodem, uel ſuperiori ſuo Ab. excommunicatione, uel ſuſpenſione lata a iure regulariter non poteſt inferior epiſcopo abſoluere etiam ſubditos, quia epiſcopis hoc tantum competit, niſi habeat iuriſdictionem quaſi epiſcopalem. Ab. de priuil. c. Tuorum.

Cenſus non debetur cuius cauſa ignoratur. Ab. de cenſi. c. Peruenit. Quando poteſt peti. Ab. ubi ſupra.

Cenſus nouus eccleſiis imponi non poteſt, nec antiquus augeri. Ab. de cenſi. c. Prohibemus. Contra papam nemo poteſt nouum cenſum ponere, nec antiquum augere in eccleſia ſibi ſubiecta ad utilitatem ſuam, quia nemo debet auctorizare in facto proprio. Ex cauſa rationabili & ad alterius utilitatem poteſt qui habet iuriſdictionem epiſcopalem, nec poteſt retinere ſibi partem prouentuum eccleſiæ niſi de menſa eius. Cenſus non augetur, quia in ſignum ſubiectionis datur, Nec refert ſi ſit modicum, quia dominium transfertur, ſecus de penſione quia fructuum ratione datur, ſicut propter eorum infortunium diminuitur, ita propter eufortunium augetur poſſeſſio. Ab. ubi ſupra. Non poteſt cenſus ab epiſcopo poni monaſterio. Ab. ubi ſupra. c. Scientes. In fundatione monaſterii poteſt epiſcopus conſtituere cenſum, ſed poſt imponere de nouo, aut augere non poteſt. Glo. ubi ſupra.

Cenſum nouum non poſſunt patroni etiam clerici eccleſiæ ponere, nec antiquum augere. & ſi ſuper hoc iuramenta, uel cautiones exegerint, coguntur abſoluere. Ab. de cenſi. c. Gratis. Debent priuari eccleſia qui hoc

ſcienter fecerunt, quia hæc eſt pœna alienantis bona eccleſiæ indebite & obligantis eccleſiam pro alienis debitis. Ab. ubi ſupra.

Cenſum non poteſt epiſcopus imponere eccleſiæ per ſe erectę de manu layci ob hoc quia ad hoc tenetur ex officio. Poteſt tamen tempore fundationis uel perfectę libertatis ſibi cenſum conſtituere. Ab. de cenſibus. c. Eccleſiis.

Cenſus nouus non poteſt imponi eccleſiis ſola auctoritate epiſcopi, quia eſt alienatio iuris eccleſiæ, eadem ratione nec ſacerdos in uita ſua, ſed requiritur auctoritas epiſcopi cauſa iuſta, & conſenſus capituli, & ſi eccleſia eſt collegiata oportet conſentiant huic impoſitioni, niſi ſit cauſa urgens. Si impoſitus eſt in fundatione, & poſt præſcriptus non poteſt epiſcopus iterum illum ponere, nec præſumitur in antiquo auctoritas epiſcopi niſi illa probetur. Ab. de cenſi. c. Significauit.

Cenſualem eccleſiam conſtituere poſt mortem rector eccleſiæ ſine auctoritate epiſcopi & cauſa rationabili non poteſt, licet in uita ſua poſſit ſe obligare ad ſoluendum aliquid, tamen non poteſt obligare eccleſiam ne ex conſuetudine lædatur. Ab. de cenſi. c. Præterea.

Qui conſtituit cenſualem eccleſiam per colliſionē illa priuatur. Ab. de cenſi. c. Cum clerici. Colliſio hic accipitur large ſiue ſit facta in iudicio ſiue extra. ubi interponitur auctoritas epiſcopi, non præſumitur colliſio. Ab. ubi ſupra.

Cenſus non poteſt præſcribi ſi detur principi in ſignū ſubiectionis, ſicut nec ſubiectio ſecus ſi detur patrono, uel eccleſiis. Ab. de cenſi. c. Significauit.

Cenſus ſolutio non eſt probatio ſubiectionis. Ab. de cenſi. c. Omnis. Nunc tamen plene probat, ſed quandoque inducitur probatio quandoque præſumptio ſecundum ſubiectam materiam, ſoluitur etiam in ſignum perceptæ libertatis. Cūm ergo ſit æquiuocum referens ſolutionem ad alterum non probat præciſe. Ab. ubi ſupra. c. Quod non ſemper arguit ſubiectionem Ab. de cenſi. c. Quanto. Vide patronus in fundatione eccleſiæ.

Cenſus ſolui debet ad antiquam monetam in qua inſtituti fuerunt, niſi ſit in ſolutione alterius monetæ, præſcriptum quo ad ſolutionem. Ab. de cenſi. c. Olim cauſa.

Cenſualis contractus differt ab amphiteotico, In cenſuali dominium transfertur directum & utile, cenſum ſoluimus de re noſtra. Secundo ex non ſolutione res non perditur, ſed poteſt compelli ad ſolutionem, quia dominium eſt eius qui ſoluit. Tertio poſſunt ſpiritualia concedi ad cenſum, quia cenſus retinetur non in recompenſationem iuris conceſſi, ſed potius in memoriam libertatis conceſſæ, uel in ſignum præteritæ ſubiectionis. Ab. de religio. domi. c. Conſtitutus.

Cimiteria gaudent priuilegio eccleſię quo ad interdictum, & iudicis ſententias, quo ad ſacrilegium tibi comittendum, quo ad interdictum eccleſiaſticum, quo ad perſonam & officium. Cui interdicitur ingreſſus eccleſiæ, interdicitur & ingreſſus cimiterii. Ab. de immuni. eccleſiæ. c. Cum eccleſia.

Circa de iure non eſt determinatum quantum tempus comprehendat hæc ditio circa ideo ea utens non probat tempus & determinatum, & facit contra teſtes deponentes circa &c. Ab. de deſpon. Impub. c. Tuæ nobis.

Circuncisione aufertur peccatum euitatur piaculum damnationis, ſed nō aperitur ianua celi. Ab. de Baptiſ. c. Maiores.

Ante citationem rei, antequam conſtet iudici de delicto, uel debito iudex poteſt

teſt præcipere abſenti ut ſatisfaciat, uel compareat, alias excommunicat eum, nec ex hoc grauatur reus, ex quo iudex præceptum iuſtificauit propter illud uerbum ut compareat, quia reſoluitur præceptum in ſimplicem citationem ſi uult comparere. Ab. de uerb. ſignifi. c. Ex parte. Vide citatio.

Citatus ad accuſatoris legitimi inſtantiam tenetur comparere alias poteſt puniri, quia contemnit præceptum ſuperioris. Ab. de accuſa. c. Veniens.

Citatio ad domum fit in defectum perſonæ, quę tamen non ſufficit, ſi appendatur ædibus hora incongrua, uel ſi nõ dimittitur tanto tẽpore quod ueniat ad aliorum notitiam, debet autem fieri contra abſentem doloſe ex culpa. Malitia præſumitur in abſente, ubicunque tenetur quis aliquid facere, & abeſt, puta clericus tenetur reſidere & uir cum uxore. Ab. de eo qui mittitur in poſſeſſionem. c. Si aduerſarius.

Quando domicilium alicuius non poteſt adiri, citatio fit in palatio papali uel in audientia cauſarum Papa hoc mandante excepta ſcientia & poſt affigitur ianuis maioris Eccleſiæ ubi eſt Papa, & tunc ſic artat citatũ ac ſi ad ipſum perſonaliter perueniret, ut patet ex extrauagant. Bonifacii & clementis. Ab. ut lit. non conteſt. c. Quoniam frequenter. §. Porro.

Citationem poni ad Eccleſiam ſuam ubi clericus non inuenitur ſufficit. De do. & contuma. c. Venerabilis.

Quãdo agitur de obediẽtia, uel ſubiectione nihil debet attentari in præiudiciũ rei uel poſſeſſoris non citati. Ab. de maio. & obe. c. Inter quattuor Principes nõ debent procedere cõtra abſentẽ non citatum de iuſtitia ordinaria. De abſoluta poteſtate poteſt procedere, in his quæ ſunt in poteſtate principis. Vbi non habet plenam diſpoſitionem non poteſt, quia citationem tollere eſt tollere defenſionem, contra quam non poteſt princeps uenire, cum ſit de iure naturali. Contra præſentem non requiritur citatio. Ab. ubi ſupra. c. Inter quattuor.

Citatur de nouo appellans ab interloquutoria, ſi appellatio ſua prętendatur minus legitima & hoc ad cautelam, cum non ſit neceſſarium. Ab. de offi. & pot. delega. c. Cum olim.

Citari quis debet pro re ardua ſi præſens eſt uel haberi poteſt perſonaliter, ſin autem citabitur eius procurator. Si neuter inueniri poteſt, citabitur ad domum in qua habet familiam. ſi nec illam habet citabitur ad eccleſiam. Ab. de do. & contuma. c. Cauſam.

In citatione cauſæ criminalis non oportet inſeratur tenor libelli, ſi citatus ſit prope, ſecus ſi in remotis. Ab. de accuſa. c. Licet in beato Petro.

Citatio ad cauſam totam ſi fiat de longinquo. ualet. Ab. de priuile. c. Cum olim. Si citatus ad totam cauſam conſtituit procuratorem quem poſt reuocauit contra eum tamen proceditur, quantum ſtatus cauſæ patitur ſine alia citatione. Ab. de procu. c. Auditis. Vbi citatio fit de longinquo poteſt fieri ad totam cauſam & poteſt prima emanare peremptoria. Ab. de reſtitu. c. Spolia. Expoſuit. & de do. & cõtuma. Cum dilectus. Sic citatus tenetur cõparere in termino, & dato impedimento debet comparere quam citius poteſt poſt terminum. Alias condemnabitur in expenſis a tempore citationis emiſſæ. De do. & contuma. c. Cum dilecti.

Citari non debet qui citatus noluit uenire, qui ſe occultat qui impedit ne citatio ad eum ueniat, quia de eius contumacia conſtat. Ab. de cleri. non reſiden. c. Ex tuæ deuotionis.

Citatio committi poteſt parti, item familiari iudicis. Ab. de appella. c. Cum ſit Roma-

ſit Romana, committi poteſt aduerſario. Abb. de do. & contuma. c. Cum dilecti.

Citatus non tenetur comparere ſi citatio contineat cauſam iniuſtam, uel de iniuſtitia notoriè conſtet. Ab. de maio. & obe. c. Quod ſuper. Citatus quãdo tenetur uel non tenetur comparere, & ſi non comparet, quando ualet, uel non ualet proceſſus. Ab. de dilatio. c. Præterea. Impeditus temporaliter non tenetur uenire, nec comparere per alium, & citatio inualidatur ac ſi nõ eſſet facta, non tamen quælibet neceſſitas excuſat, ſicut nec febris lenis, nec uetus quartana. Ab. de teſti. c. In nomine domini. Excuſatur pro graui infirmitate, non autem pro leui. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Tenor. Quando citatio euidenter non tenet, citatus non tenetur comparere, ut ſi citetur quis tempore feriato, niſi eſſet iuſta cauſa, puta res peritura, uel ratione criminis, uel pietatis, quoniam non ualet ratione perſonę uocatæ, uel ratione loci inhoneſti. Glo. de accuſa. c. Veniens.

Citatio quando debet continere copiam reſcripti uel delegati. Ab. de dilatio. c. Præterea.

Citatus certa die & non certa hora tenetur comparere tali hora, ut iudex congrue poſſit inchoare & finire actum ſuum incumbentem. Secundum qualitatem actus debet intelligi hora diei præfixa tacite. Citatus ad electionem debet comparere mane; quia tunc conſueuit celebrari electio, poteſt ergo comparere quando uult, dum tamen iudex omnia complere poſſit in luce. Si iudex eſt conſuetus tali hora iudicare, debet illa hora comparere, in iudicio attenditur conſuetudo loquentis. Ab. de offi. & pot. iud. delega. c. Conſuluit. Citatus nec compareat de nocte non tenetur ire ad ſe excuſandũ cum citatio ſit iniuſta & temerarie notoria. Ab. ubi ſuprà. Si citatur quis uſque ad diem feſti ut compareat, dies feſti excluditur. Ab. de dol. & contu. c. Cum dilectus. Si citatur ad initium quadrageſimæ, intelligitur de proxima quadrageſima. Idem ſeruandum eſt in promiſſionibus. Abb. ubi ſupra. c. Venerabilis.

Citatus ultra duas dietas &c. Dieta incipit a termino diœceſis non autem a loco habitationis, & tunc ſi dubitatur de dietis, uel quod ſint impetrate literæ de conſenſu ſui procuratoris tenetur ire, alias non tenetur, quia ubi eſt notorium quod citatio competat declinatoria non tenetur comparere. Si non comparet re exiſtente dubia tenent proceſſus, licet competat exceptio. Dieta accipienda eſt per terram & non per aquam, ubi utrõque modo eſt uia. Si iudex confert ſe ad locum propinquum, reus tenetur reſpondere. Si iudex non exiit locum commiſſionis ſuę nec facta eſt commiſſio certo loco, uel etiam quando in commiſſione exprimitur diœceſis iudicis. Si dicatur in tali loco commoranti poteſt tunc cognoſcere in loco moræ, licet non ſit in ſua diœceſi. Ab. de excep. c. Olim. & infra. Vide de lega. non poteſt dari ultra duas dietas.

Citatio facta in feſto pro die feſto non ualet, licet plures teneant oppoſitum. Nec ualet facta tempore feriato ad diem non feriatum. Feria debet attendi ſecundum locum iudicii. Ab. de feriis. Conqueſtus. Si citetur quis ut cõpareat uſque ad tale feſtum, ualet citatio, & dies feſtus excluditur. Ab. de do. & contuma. c. Cum dilecti. Ad diem feriatum ualet, & proceditur immediate poſt illum diem. Ab. de accuſa. c. Veniens.

Citatio hodie fit ſpecifice per nuncium, uel per litteras quando neſcitur quis citãdus ſit hodie fit per edictum. Ab. de offi. & pot. iud. delega. c. Gratum. Citari

tari poteſt quis per nuncium priuatum ſine litteris dando ſibi aliquo ſignum iudicis,quo uiſo fides ſit exhibenda nuncio. Ab.de appella.c.Significauit. Citationis nuncius poteſt etiam aduerſarius, ſi iudex hoc ei mandat.Ab.de do.& contuma. c. Cum dilecti.

Citatio generalis per edictum ualet,quando neſcitur ſpecialiter quis ſit citandus,alias citatio non debet eſſe generalis per edictum, ideo uolens recedere à ſtudio facit edictum in ſcholis ſi quis uult aliquid ab eo compareat & petat.Ab.Qui matri.accuſ.poſſunt.c.Cum in tua.

Citatus infirmus infirmitate impediente acceſſum habet iuſtam cauſam non cõparendi, non tamen excuſat infirmitas leuis. Impeditus mittit exceptionẽ ad iudicem certificandum de impedimento, & tunc non tenet ſententia lata contra abſentem. ſi non mittit,ſententia tenet,licet poſſit peti reſtitutio ex iuſta cauſa. Iudex tamen non tenetur admittere excuſationes,niſi offerat probationem. Quando etiam tenetur mittere, uel non mittere procuratorem. Ab.de procura. c. Querelam.

Citare poteſt iudex per ſe uel per alium. Vbi requiritur trina citatio,ſufficit una admonitio iudicis,quia habet uim trinę admonitionis. Ab.de teſti.c.In nomine domini. Iudex ex officio ſuo poteſt citare reum & promotorem inquiſitionis & in cauſa inquiſitionis. Ab.de do.& contuma. c. Veritatis.

Citatio eſt fundamentum iudicii. Nihil eorum quæ fiũt in præiudicium abſentium,ſine citatione ualent, ſed nec ſententia in fauorem abſentis non citati ualet,oportet notariũ ſcribere commiſsionem citationis, & relationem,& creditur nuncio iurato.Ab.de proba.c. Quoniam contra.

Citatus ad certum iudicẽ ſi tempus fuit ita breue quod uenire non potuit,nunquam tenetur comparere, ſi poteſt & citatus eſt ad totam cauſam ea non expedita ſemper tenetur, ſimiliter ſi ad unum articulum. unde illis expeditis non tenetur.Ab.de do.& contuma.c. Cum dilecti.

Citatione præuenitur iuriſdictio,& perpetuatur,ſi fiat ad petitionẽ partis, quã do iudex procedit ad utilitatem priuatam, quo caſu non ualet citatio,niſi fiat ad petitionem partis, ſecus ſi iudex procedat ex officio, quia tunc tenet locum partis. Iſta tenent in ordinario, & in delegato qui in cauſa procedit etiam ſi aduerſarius prius litteras habuit, quas non præſentauit. Ab. de foro competen.c.Propoſuiſti.

Citatio continens iniuſtitiam notorie licet iniuſtitia non ſit deſcripta in citatione non artat citatum,& excuſat etiam ab onere excipiendi,puta ſi artatur ad locum non tutum. Si tamen eſſet præſens,teneretur excipere. Ab.de appella.c.Ex parte tua.

Citatio non legitima non artat citatum ad comparendum,Paria ſunt non eſſe citatum & minus legitime citatum. In citatione plurimum attenditur initiũ. Illa eſt proprie citatio,quę emanat à iudice, uel decretum de citando factũ, non nũcij exequutio. Si citatio ſit illegitima, non ualent facta in abſentia, generaliter ad citationem quæ reprobatur à iure non tenetur citatus etiam ut alleget priuilegium. Intelligitur quando notorium eſt citationem eſſe temerariam, aut continere in ſe aliquid iniuſtum, aut notorium eſt citationem eſſe iniuſtam, licet non contineat iniuſtitiam. Vnde citatus ad locum ſibi notorie non tutum non tenetur comparere,nec excuſationem mittere. Ab.de elec.c. Bonæ memoriæ.

Citatus in loco domicilii ſi contemnit, & ſimul transfert domicilium,poteſt citari ubi habet ſecundum domicilium, & tenetur reſpondere. Ab. de foro compe-

competen.c. Propoſuiſti. Citatus legitime tenetur coram iudice citante proſequi cauſam non obſtante quod poſt citationem mutauit forum. Ab. de foro competen.c.Propoſuiſti.Citatus ſi poſt exiit territorium,tenetur ad reſpondendum.Glo.de appella. c. Vt debitis.

Citatus ad locum ubi eſt peſtis non tenetur ire ad locum ſi aer non eſt multũ corruptus, & complexioni citati non multum nocet,tenetur ire. Ab.de do. & contuma. c. Cum dilecti. Ad terras inimicorum non tenetur ire etiam cum litteris ſalui conductus. Ab.de ut litis non conteſta. c.Accedens.

Citatio ſic eſt neceſſaria ut non poſsit tolli per principem,unde ſententia principis ſine citatione non ualet.Ab.de cau.poſſe. & proprie.c.Suſceptis.& Ab. de ſenten.& re iude.c.Cum olim.

Citatio noua non requiritur ubi lapſus eſt terminus appellationis, & appellatio eſt deſerta, ſed poteſt iudex æquo procedere ſine appellatione. Abb. de ſentent.& re iudi.c.Cum cauſa. Nec requiritur quando partes ſunt præſentes,& uolunt litigare,ſi pars non uult,requiritur admonitio iudicis,uel citatio. Ab. ubi ſuprà.c.Tenor.Nec requiritur quando appellans in termino nõ proſequitur appellationem. Ab.de appella. c.Perſonas.In notoriis non requiritur citatio,in dubio an quis habeat exceptionem requiritur. In excõmunicatione ſemper requiritur admonitio. Abb.de appella.c.Cum ſit Romana. Requiritur etiam ſi ſit præſumptio iuris cauſa abſente,ſine qua quis non debet expoliari re ſua,quia poteſt ei competere defenſio etiam in notoriis. Ab.ubi ſuprà.c.Ex ratione.Citatio ſemper eſt facienda ubicunque poteſt poſſeſſori defenſio competere. In notoriis ubi certam eſt defenſionem non competere,non requirit citatio. Ab.de reſtitu.ſpolia. c. Accepta.

Citatio una ſufficit in mediis cauſæ. Ab.de teſti.c.In nomine domini. Citatus una citatione infra tres terminos ſi non comparet in primo an poſsit condẽnari in expenſis,opiniones in utraque parte. Idem de pœna ad certos terminos.Ab.de procura.c.Querelam.Vbi ex diſpoſitione iuris requiritur trina citatio,non poteſt fieri prima peremptoria,ſed requiritur omnino trina,nec ſufficit generalis admonitio, ſed requiritur ſpecialis. Ab.de uita & honeſta. cleri. c.Ex litteris.

Citare poteſt ordinarius ſubditum exiſtentem in curia Romana.Ab.de appella.c.Meminimus. Coram ordinario citatus reſpondere tenetur,etiam ſi impetrauit cauſam committi alteri. Si tunc non præſentauit litteras, & ſi fuit impeditus in hoc caſu locus eſt preuentioni quo ad iuriſdictionem.Ab.ut ſupra.c.Vt debitus. Iudex citare poteſt ſubditum extra territoriũ exiſtentem litteris ſuis, & ſic non requiritur iudex alterius territorii qui eum citet.Ab. qui matri actus poſſunt. c. Relatum.

Citatio habet tres partes, commiſſionem, exequutionem nuncii, relationem nuncii,qui citauerit.prima pars tantũ eſt iuriſdictionis.Ab.de leg.c.Nemini.

Citatio niſi fiat ad inſtantiã partis & auctoritate iudicis fiat,non ualet.In dubio præſumitur quod ſit ad inſtantiam partis.Ab.de iudi.c.De quo uult.Pro miſerabilibus perſonis ualet facta non ad inſtantiam partis.Ab.de iure ueram.c. Ad noſtram.Et de proba. Licet.

Citatus perſonaliter non excuſatur propter uias lutuoſas uel frigora, excuſatur tamen propter timorem hoſtium.Ab.de accuſa.c.Veniens.

Citatio peremptoria ſemper debet fieri quando iudex eſt proceſſurus ad ea quæ ſunt magni ponderis,uel præiudicii,uel debet fieri trina citatio. Si citatus prima die dicit ſe nolle uenire,iudex non tenetur eum amplius expectare

etiam

etiam ſi actus de ſui natura requirit trinam citationem ut dicunt doctores rotæ. Ab.de offi.& pot.iudi. deleg. c. Conſuluit. Citanda eſt pars in ſententia interloquutoria ſi læditur ius abſentis,ſi non læditur,puta quia iudex prolongat terminũ non oportet. Ab.de procura. c. Quærelam. Sententia quam non præcedit citatio,eſt nulla,ſi eſt diffinitiua,ſi interloquutoria,dic ut ſupra.Ab.ubi ſupra. c.Auditis. Citationi trinæ æquiparatur requiſitio iudicis. Ab. & Glo.de offi.& pot.iudi.deleg.c.Conſuluit.

Citatio facta per prædeceſſorem non tranſit ad ſucceſſorem, ſed oportet citetur de nouo,ſiue ſit facta ſub nomine dignitatis,ſiue non:& hoc etiam procedit in curia,cum citatio fit de longinquo,debet iterum iterari. Ab.de accuſa. c. Licet in beato.

Citari poteſt quis realiter, quando timetur de fuga,& pars poteſt auctoritate propria capere,non tamen poteſt citare uerbaliter ſine auctoritate iudicis ut citatus ueniat ad iudicium. Citatio debet fieri per iudicem ad inſtantiam partis. Ab. de foro competen. c. Propoſuiſti.

Citari poteſt extra territorium exiſtens.Vide citare poteſt ordinarius & citatus in loco domicilii.

Citatus ſine termino tenetur uenire quam citius poteſt, citatus ad certam diẽ ſine hora debet tali uenire hora,ut expediri poſſit. In dubio ſatis eſt ueniat ante tempus noctis. Ab.de teſtibus cogen. c. Cum ſuper. & Ab. de præben. c. Execrandæ.§. Quia uero in additionibus, non tamen tenetur illico currere. Ab. de appella. c. Cum parati.

Ciuitatis nomine non ueniunt ſuburbia,niſi prouiſio facta de ciuitate fruſtretur effectu ſuo, niſi comprehendantur ſuburbia etiam in materia odioſa. Ab. de præben. c. Cum olim. Vide diœceſis nomine. c. Comitatus. Territorium.

Ciuitas poteſt eſſe ſine epiſcopo,ſi ſit populoſa. In Italia non dicuntur ciuitates,niſi ubi ſunt epiſcopi,non ſic dicunt tramontani. Ciuitates ante aduentum Chriſti erant ſecundum ueriorem opinionem. Ad conſtituendum ciuitatem nõ requiritur licẽtia principis, ſed hoc poſſunt populi de ſe,cum ſit de iure gentium. Appellatione ciuitatis ueniunt loca de nouo intercluſa ubi ciuitas eſt ampliata. Ab.de priuilegiis. c. Epiſcopalia.

Ciuitatis Italiæ non præſcripſerunt contra merum & mixtum imperium. Ab. de purga.uulga. c. Significantibus.

Ciuium nomine ueniunt clerici inde oriundi,& qui ſunt ibi beneficiati,& omnia collegia ciuitatis. Ab.de ſenten. & re iudi. c. Cum cauſa.

Ciuis dicitur qui ex ciuibus naſcitur etiam in comitatu non tamen qui ex ciuibus naſcitur in ciuitate ubi parentes non habent domicilium dicitur ciuis illius ciuitatis. Ab.de reſcrip. c.Rodulphus. Forenſis efficitur ciuis,ſi ſit Abbas,uel rector eccleſiæ,uel etiam monachus in aliqua ciuitate. Idem dic de milite & doctore. Ab.de foro competen. c.Licet.

Ciuis non poteſt ſe obligare ſine licẽtia quòd ſtabit ad certum tempus in alia ciuitate ad legendum ſiue &c. Sed nec clericus ſine licẽtia epiſcopi Ab.de iure iuran. c. Venientes.

Ciues poſſunt ſtatuere in ſua ciuitate, dum tamen ſtatuta ſint honeſta. de rebus eccleſię nihil poſſunt diſponere,etiam ſi dominium utile pertineat ad laycos. Ab.de conſtitutio. c. Quæ eccleſia.

Clauſula generalis prępoſita ſpeciei uel contra in reſcriptis & in aliis quid operetur. Ab.de reſcrip. c. Sedes Apoſtolica.

Clauis dicitur poteſtas eccleſiæ & hæc una, dicitur tamen in plurali claues quia prælatus ultra poteſtatem debet habere diſcretionem, quæ dicitur ſecunda clauis. Ab. de exceſſi. præla. c. Tanta eſt.

Clericorum nomine ueniunt canonici. Ab. de hereti. c. Ad abolendam. In materia, ſtricta nõ ueniunt canonici, ſed tantum ſimplices clerici in materia larga ueniunt omnes etiam epiſcopi. Ab. de uerb. ſigni. c. Cum tibi. Venit quandoque quælibet perſona eccleſiaſtica translata in Deum in totum ut in Canone. Siquis ſuadente. Ab. de ſenten. exco. c. Monialibus. Largo uocabulo comprehenduntur omnes in quacunque dignitate ſint ex quo electi ſunt ad ſeruitium Dei, & hoc ſonat cleros græcè. Sic priuilegium attributum clericis comprehendit omnes cuiuſcunque ſint dignitatis aut ordinis etiam epiſcopos. Stricta ſignificatione & in materia odioſa non comprehendit epiſcopos, nec exiſtentes in dignitate, nec canonicos eccleſiæ cathedralis, quia in eis eſt qualitas non reperta in aliis. Ab. in rubr. c. De uita & honeſta, cleri. & Ab. de cohabi. cleri. c. Si quis. Nomen clerici unde uenit. Ab. de præben. c. Cum ſecundum. Clericorum nomine non ueniũt conuerſi monachorum, ueniunt autem clerici monachi in materia fauorabili, in odioſa credo quòd non cum habeant qualitatem religionis ultra clericatum. Similiter dic nomine eccleſiarum uenire monaſteria. Ab. ne cleri. uel mona. c. Multa ſunt. Veniunt canonici illius eccleſiæ cuius dicuntur clerici in materia fauorabili, in reſtringibili nec canonici nec aliæ dignitates ueniunt. Ab. de poſtu. c. Bonæ memoriæ. Clericorum nomine ueniunt monachi & appellatione eccleſiarum monaſteria & non econtra. Ab. de iuram. calum. c. Inhærentes.

Clericus non poteſt ſe abſentare a beneficio, niſi ex honeſta cauſa, puta propter ſtudium, & cum licẽtia prælati, & utrunque requiritur. Quilibet prælatus etiam non epiſcopus poteſt licentiam dare, ſed non quilibet poteſt procedere ad priuationem, ſed oportet ſit ille, in cuius manibus ſit renunciatio, uel qui poteſt inuitum deſtituere, nec ſufficit poteſtatem habeat inſtituendi, oportet etiam quòd licẽtia ſit obtenta, quam ſi prælatus negat & cauſa ſit honeſta, erit recurſus ad ſuperiorem, qui cogat ad dandum licẽtiam. In neceſſitate ſubito occurente poteſt clericus ſe abſentare etiam ſine licẽtia prælati. In hoc conſideranda eſt qualitas cauſæ, & præiudicii, & facultas petendi licentiam. Ab. de cleri. non reſid. c. Relatum. Licentiam oportet eſſe obtentam. Ab. ubi ſupra. c. Tuæ fraternitatis. Propter neceſſitates ſubito occurrentes poteſt ſe abſentare ſine licentia, & ubi conſuetudo habet ut non exigatur licentia. Ab. ubi ſupra. c. Inter quattuor. Iſta non habent locum ubi beneficium non requirit reſidentiam, niſi clericus uagaretur, & hoc ſufficit ad priuandum eum. Nec ualet conſuetudo quòd poſſit ſe abſentare uagando, nec prælati ualet licentia. Ab. ubi ſupra. c. Ex tuæ deuotionis.

Clericus abſens quantuncunque tempore non perdit beneficium ipſo facto, etiam ſi neſcitur ubi ſit, uel an ſit mortuus. Si neſcitur ubi ſit, debet citari primo ad eccleſiam ſuam, ſi alibi accepit beneficium ſimplex requirens reſidentiam, uacat primum ipſo facto, quia non conſtat de intentione abſentis, quòd uelit utrunque retinere. Si uult utrunque retinere eſt priuandus per ſententiam, ſi monitus eſt dum recederet quòd rediret infra certum tempus, non oportet eum amplius citare. Ab. de cleri. non reſid. c. Ex parte. Si eſt abſens ex non iuſta cauſa, non debet priuari beneficio ſi ſuperueniat iuſtum

ſtum impedimentum non redeundi, etiam ſi ſe abſentauit ſine licentia prælati. Idem ſi impedimentum poſt citationem ſuperuenit. Qui ſine licentia receſſerit aliter puniatur. Ab. ubi ſupra. c. Inter quattuor.

Clericus abſens cauſa ſtudii priuilegiatus percipiet fructus præbédæ, exiſtens ubi nullum eſt ſtudium, uel non competens non utitur priuilegio. Ab. de cleri. non reſid. c. Tuæ fraternitatis. Licentiam oportet obtinere a prælato eundi ad ſtudium generale ſi uadit ad uillam, ubi eſt ſuus doctor, & competens exercitium ſtudii gaudet priuilegio. Conſuetudo eundi ad ſtudium ſine licentia ualet, & tunc percipiet fructus ſine licentia. In theologia ſtudentes a iure habent ut abſentes per quinquiennium percipiant fructus beneficiorum ſuorum, Credo hoc priuilegium poſſe extendi ad canoniſtas, uel ſaltem poteſt epiſcopus cum eo diſpenſare etiam in beneficio curato ponendo uicarium. In ſimplici beneficio non tenetur ponere uicarium, ſi tamen eccleſia graue detrimentum pateretur in cultu diuino, non obſtantibus prædictis poſſunt reuocari. Ab. ubi ſupra.

Clericus abſens in ſeruitium epiſcopi percipit fructus beneficiorum tanquam reſidens præter cottidianas diſtributiones. Ab. de cleri. non reſid. c. De cætero. Pro præſente habetur qui eſt in ſeruitio epiſcopi. Secundo qui eccleſiæ ſeruit. Tertio qui uocatur a papa. Quarto qui ex proprio negotio abſens eſt. Glo. ubi ſupra. c. Ex parte tua. Qui habetur pro reſidenti habetur pro præſente quo ad omnia, quæ percipiunt pręſentes de iure communi, ſtatuto & conſuetudine. Si eſſet conceſſum priuilegium ut poſſet percipere fructus in abſentia, non haberetur pro pręſenti quo ad alios effectus. Si ex priuilegio quis debet haberi pro ciue, debet gaudere omni priuilegio ciuium, etiam in competentibus de ſpeciali iure. Ab. ubi ſupra. c. Ex parte tua. Qui eſt in ſeruitio epiſcopi non gaudet hoc priuilegio, niſi ſit canonicus maioris eccleſiæ, Qui in ſeruitio legati, uel archiepiſcopi hoc priuilegio non gaudet de iure. Ab. ubi ſupra. c. Cum dilectus. Vide Familiaris papę. Canonici duo abſentes in ſeruitio epiſcopi, uel cum epiſcopo fructus prębendarum ſuarum percipiunt conſtitutione eccleſię non obſtante. Ab. ubi ſupra. c. Ad audientiam. Canonici duo non plures poſſunt cogi per epiſcopum ad hoc. ſi uolunt gaudere priuilegio hoc, ſiue ſint in ſeruitio papę, ſiue epiſcopi, uel in ſtudio non debent eſſe niſi duo de quolibet collegio, quia plures non gaudent niſi eſſet abundans copia miniſtrorũ, & penuria magna literarum, quia tunc ſtaretur arbitrio boni uiri. Qui non ſunt canonici ſi mittuntur pro utilitate eccleſię uniuerſalis aut cathedralis gaudent hoc priuilegio, ſimiliter ſi pro utilitate ſolius epiſcopi urgente neceſſitate, & non aliter, niſi ſint canonici eccleſiæ cathedralis. Ab. de cleri. non reſid. c. Ad audientiam.

Si eccleſia patitur miniſtrorum defectum, priuilegiati ſuper abſentia per ſubtractionem prouentuum, abſentes redire coguntur. Ab. de cleri. non reſid. c. Cum ad hoc. & Ab. ubi ſupra. c. Tuę fraternitatis.

Clericus abſens ſi de licentia prælati beneficiatus ſe transfert ad aliam dioceſim, ſi habet cauſam iuſtam, & eſt ſolus rector ponit uicarium. In eccleſiis collegiatis non ſemper oportet ponere uicarium. Ab. de cleri. non reſid. c. Clericos.

Clericus abſens ſi neſcitur ubi ſit, citabitur tribus publicis edictis in eccleſia ſua & ſi infra .6. menſes non reuertitur, priuabitur eccleſia. Ab. de cleri. non reſid. c. Ex tuę deuotionis. Abſens citabitur ad ualuas eccleſię ſuę. Si po-

teſt perſonaliter citari,non citabitur per edictum,ſi neſcitur ubi ſit, citabitur tribus edictis, nec ſufficit unum peremptorium. Vbi requiritur una citatio ad inferendum pœnam,non ſufficit una peremptoria etiam perſonalis. Expectabitur poſt citationem per ſex menſes nec requiritur ſolennis ſententia priuatiua. Compelli tamen poteſt per excommunicationem ad redeundum, & poteſt ſuperior petere reſtitutionem ſui clerici ab epiſcopo,cuius intrauit dioceſim. Ab. ubi ſupra.

Clericus inferioris ordinis poteſt accuſare eum qui eſt ſuperioris ordinis,& ſi defecerit commutabitur pœna. Ab. de calumnia.c. Cum fortius. Vnde poteſt deferre epiſcopum ſuum ad ſuperiorem impingendo ſibi crimina & offerre ſe paratum ad inquiſitionem promouendam. Ab.de procura. c. In noſtra. Qui denunciat prelatum,habet expenſas ab illa eccleſia,ſi eſt pauper,non autem ſi accuſat, quia accuſatio eſt inelidibilis intentionis. Ab de accuſa.c.Ex parte.

Clericus non accuſat laicum ad uindictam publicam, nec poteſt. Si proſequitur iniuriam ſuam aut eccleſię ſuę,& non uenit imponenda pœna ſanguinis licite accuſat laycum. Si uenit imponenda,poteſt etiam licite accuſare. Debet tamen proteſtari,quòd non tendit ad uindictam ſanguinis. Clericus bonæ famę poteſt clericos accuſare, etiam ſuperiores, ſi ſit malę famę non admittitur,niſi in exceptis criminibus,in quibus etiam contra non infamatos admittitur. In hoc differt a layco. Ab. de accuſa. c. Cum.P.

Clericus non poteſt accuſari per laycum, niſi in caſibus exceptis, uel niſi ſit eius parochianus, uel niſi habeat aliquid intereſſe, ſi tamen laycus a principio non repellitur non poteſt amplius repelli accuſans, ſimiliter ſi impetret reſcriptum ad hoc. Ab.de teſti. c. Ex parte.

Clericus in minoribus, uel in ſacris beneficiatus aduocare non debet in ſeculari foro,niſi pro ſe, pro eccleſia ſua, pro miſerabilibus perſonis, uel ſibi coniunctis. Ab. de poſtulan. c. Clerici. Qui in minoribus tantum non beneficiati poſſunt, qui in ſacris poſſunt pro miſerabilibus perſonis in actu in foro ſeculari, in utroque foro poſſunt pro negocio eccleſiaſtico,ſi non habet unde uiuat,poteſt ex aduocationis officio uiuere, etiã in foro ſeculari, & negociis ſecularibus, ſicut poteſt exercere opus manuale, emere coriũ & facere ſotulares. In criminalibus ubi agitur ad pœnam ſanguinis debet abſtinere propter irregularitatem. Vbi non poteſt eſſe modo prędicto aduocatus non poteſt eligere ſalarium, poteſt tamen ſponte oblatum recipere ſecundum aliquos licet alii teneant oppoſitum. Ab. ubi ſupra. Vide Eccleſiaſticum negocium.c.Sacerdos.Si beneficiatus aduocat,uel procurat contra eccleſiã in qua habet beneficiũ,poteſt illo expoliari,ſi habet in duabus eccleſiis & certus eſt,debet facere cauſam iuſtam,ſi dubius iuuabit primã & dabit aduocatum in ſecunda. Mihi uidetur quòd non debeat adiuuare primam contra ſecundã. Aduocare tamen poteſt contra eccleſiã in qua habet beneficiũ pro perſonis ſibi coniunctis & miſerabilibus impune, quia iſtæ perſonæ pręferuntur. Ab.de poſtulan. c. Cum ſacerdotis. Clericus ſecundum multos poteſt eſſe procurator. Ab.de procura. c.In noſtra. Clericus poteſt eſſe procurator & ſindicus alterius eccleſiæ, uel etiam qui eſt canonicus. Ab.de præſump. c. Accedentes. Qui eſt in ſacris debet abſtinere ab officio aduocationis, nec debet publice diſceptare,niſi pro uiduis & orphanis, tunc debet facere gratis, quia hoc permittitur eis gratia pietatis. Ab.Ne cle.uel monach.c.Multa ſunt. Clericus etiam prælatus poteſt

teſt eſſe procuraror layci in iudicio eccleſiaſtico, & poteſt in una eſſe procurator in foro ſeculari: Iura in oppoſitum de generali procuratione intelliguntur, & fortius in foro ſeculari poteſt eſſe procurator cleri. Ab. qui filii ſint legi. c. Per uenerabilem. & Ab. de Simo. c. Cnm eſſet. Vide Clericus poteſt eſſe procurator.

Clericus poteſt agere pro iniuria ſibi illata, & eccleſia pro iniuriis poteſt adire iudicem ſecularem, & eccleſiaſticum. Ab. de ſenten. exco. c. Parochianus. Vide Religioſus poteſt agere.

Clericus dicitur apoſtata relicto habitu & tonſura. Ab. de apoſta. c. Praeterea. Vide apoſtatat.

Clerici arma portantes & uſurarii excommnicentur. Ab. de uita & honeſta. cleri. c. Clerici. Si uadunt per loca periculoſa, poſſunt portare ad terrorem, ſed percutere non debent Glo. ut ſupra. Defenſiua portare poſſunt non offenſiua ſine graui peccato. ſi non poſſunt aliter euadere mortem iuſte dimittunt celebrationem, & aggreſſorem occidunt, & poſt incontinenti redire ad altare, & miſſam complere, nec peccant, nec ſunt irregulares. Si poſſunt fugere, non poſſunt ſeua, ut occidere, poſſunt tamen uulnerare, & pro defenſione uerberare, & reſiſtere. Si habent iuriſdictionem licet pro ſuis arma mouere, ſi non habent iuriſdictionem, & iniuria propulſari poteſt, non debent pugnare. Si non poteſt propulſari aliter, licet clerico capere aggreſſorem proximi, & occidere, & nõ peccat, licet ſit irregularis occiden do uel etiam mutilando, niſi aliter mortem propriam uitare non poteſt. Diſpenſare tamen poteſt papa, ne in bello iuſto ſit irregularis. Arma hic non intelliguntur de cultello ad incidendum panem & huiuſmodi, ex iuſta tamen cauſa poſſunt clerici arma portare. Ab. de ui. & honeſta. cle. c. Clerici. Vide Clericus obſeſſus. Poſſunt portare cultellum ad incidendum panem ſecus de alio gladio. Ab. de Homici. c. Lator.

Clericus licite exercet aliquam artem conuenientem dignitati clericali, & inde licite poteſt lucrari, ſicut doctor legendo. Ab. de teſtam. c. Quia nos & ut ſupra. c. Relatum ſecundum.

Clericus in ſacris nullam artem cirogiae exercere poteſt, quae inciſionem, uel aduſtionem inducat. Ne c'e. uel mona. c. Sententiam. Idem eſt de beneficiato in minoribus, Idem de medico phyſico, ſi tamen clericus ſit in minoribus uel in ſacris non beneficiatus non credo hoc officium ſibi interdictum, quia in phyſicis non ita directe imminet periculum mortis, ſicut in cirogia hic prohibita, ſi inducit inciſionem, uel aduſtionem. Ab. ut ſupra. Clericus peritus in arte cirogię peccat exercendo artem, etiam intuitu pietatis, quia propter pietatem non eſt exercenda impietas, nec licet alicui officium alterius exercere. Ab. de homi. c. Tua nos.

Clericus licite inſiſtit circa curam rerum ſuarum & opus rurale. Ab. de Homi. c. Ex literis. Licite etiam inſiſtit edificationi eccleſiae & propriis manibus iuuat ut edificetur. Ab. ut ſupra. c. Quidam.

Clericus poteſt intereſſe bello iuſto, & alios hortari ipſe tamen non poteſt armis pugnare ſine licentia papae. Ab. de iur. iuran. c. Ego.

Clerici non debent ire ad bellandum etiam pro terra ſancta ita ut impugnet alios. Ad cuſtodiam ciuitatis ſiue opidi ubi morantur, ſi eſt magna neceſſitas ita quòd ciuitas, uel opidum ſine eis commode cuſtodiri non poſſit, puto omnes teneri. In defenſione patriae defenduntur orphani, uiduę & miſerabiles perſonae pro quibus epiſcopi & clerici debent laborare. Inuaſionis

tempore

tempore poſſunt clerici cum laycis arma mouere, & pugnare, nec ſunt irregulares ex occiſione aliorũ, niſi ipſi propriis manibus occiderint quotcunque uulnerauerint. Ab. de immuni. eccle. c. Peruenit.

Clerici bellare prohibentur etiam cum infidelibus, etiam cum eorum terra inuaditur ab illis, licet poſſint interficere ad defenſionem, ſi aliter mortẽ euadere non poſſunt, ſecus quando terra eorum inuaditur, quia per alios repelli poteſt iniuria, ideo non eſt neceſsitas ineuitabilis. Ab. de Homici. c. Petitio tua. Belli cauſam præbens deponendus eſt. Ab. de pœnis. c. Quòd in dubiis. Siue exerceat gubernationem nauis, ſiue exercitus ad pugnam, uel corporaliter pugnet, uel alios inuitet, deponendus eſt, & propter quodlibet enorme poteſt deponi. Clericatus reddit inhabilem ad pugnam etiam cum infidelibus, niſi aliter non poſſit euadere. Si habens iuriſdictionem ex iuſta cauſa inferat bellum, non debet intereſſe, licet ſit ibi cauſa defenſionis non tamen eſt neceſſitas ineuitabilis, ſi ſequitur mors, uel mutilatio ex ſua percuſsione, erit irregularis, ſecus ſi ex aliorum percuſsione. Ab. de pœnis. c. Quòd in dubiis.

Clericus non debet deputari princeps uel capitaneus belli etiã iuſti, licet poſſit intereſſe, & hortari alios ad pugnam, nõ tamen debet preeſſe ruptariis & baliſtariis, & huiuſmodi uiris ſanguinum. Ab. Ne cle. uel mona. c. Sententiam. & Ab. ubi ſupra.

Clerico pro rebus eccleſiæ ſeruandis licitum eſt defenſionem capere, arma mouere, capere, percutere, non autem occidere etiam furem, uel latronem, etiam ſi aſportaret euchariſtiam, etiam ſi non ſequatur ſcandalum pro homicidio. Ab. de Homici. c. Significaſti ſecundum. Licite præſtat auxilium opreſsis, & obſeſſis, non tamen debet occidere pro defenſione alterius, ſi aliqui interficiuntur ab aliis, ipſe non eſt irregularis. Ab. de cle. per cuſ. c. Præsbiterum. Poteſt arma aſſumere ad reſiſtendum prædonibus, nec eſt irregularis. Ab. ubi ſupra. c. Continentia.

Clerici beneficiandi ætas &c. In dignitatibus infra epiſcopatum, & beneficiis curatis debet attigiſſe uigeſimumquintum annum, & eſſe idoneus moribus, & ſcientia, ſi non eſt in ordine requiſito, debet ſe facere promoueri in proximis temporibus, alias monitus & non parens priuatur beneficio, non obſtante appellatione, niſi ex cauſa legitima excuſetur. Ab. de elec. c. Cum in cunctis. Debet habere ueſtes diſtinctas a laycis, ſi mercator fuerit poterit excommunicari. Ab. de elec. c. Tranſ.

Clericus non repellitur a præbendis, quia ignobilis quia nec non eſt eminentis ſcientiæ, etiam in eccleſiis ubi non conſueuerunt tales admitti. Ab. de præben. c. Venerabilis frater.

Clerici pro beneficio obtinendo quando poſſunt præces effundere apud ſuperiorem. Ab. de cle. exco. c. Propoſuit.

Clericorum bona acquiſita intuitu eccleſiæ, nec ex teſtamento, nec abinteſtato tranſeunt ad hæredes, quæ autem intuitu perſonæ, uel de hæreditate aliorum proueniunt, tranſeunt ad hæredes utroque modo. Glo. de præben. c. Vt nullis. Si bona acquiſiuit illicite, & apparet a quibus accepit, illis ſunt reſtituenda, alias diſtribuentur per epiſcopum pauperibus, ſi reſtitutioni ſubiacent, & ſi non ſubiacent, poteſt pœnitere, & de illis diſponere ut uult. Ab. de teſtam. c. Relatum ſecundum. Aduentitia in layco in clerico ſunt caſtrenſia bona, uel quaſi caſtrenſia Ab. de teſtam. c. Quia nos.

Clericus cedere bonis nullo iure arctatur, imo iura uidentur oppoſitum probare.

bare. A clerico debitore non ſunt omnia extorquenda, ſed debet relinqui un de poſſit uiuere, Nec poteſt conueniri, niſi pro quanto poteſt facere dedu-cto ne egeat, ſi tamen conuenitur ex maleficio, non habetur reſpectus, ne egeat. Ab. de ſolu. c. Odoardus.

Clericus non debet ceſſionem bonorum recipere a layco cauſa mutandi iudicium. Ab. de alien. iud. muta. c. Ex parte. Clericus nunquam debet recipere ceſſionem a layco, quia ſemper præſumitur in fraudem, & cauſa auaritiæ, Quando ceſſio poteſt fieri clericis, & eccleſiæ, & quando non. Ab. ubi ſupra.

Clericorum bona in primitiua eccleſia omnia erant communia ex feruore fidei, nunquam tamen fuit præceptum eis. Ab. de teſtam. c. Quorundam.

Clerico damnato bona eccleſiæ non debent confiſcari, ſed patrimonialia applicari eccleſiæ, in qua fuit intitulatus ex quo aliud non exprimitur in ſententia. ſi non habet beneficium, epiſcopus occupabit pro camera ſua. Idem ſi clericus moritur abinteſtato ſine eccleſia, & ſine conſanguineis, multa, quæ imponitur pro debito cui ſit aplicanda. Ab. de conceſ. præben. c. Quam diuerſitatem.

Clericorum bona matrimonialia non gaudent priuilegio bonorum eccleſiæ niſi in caſibus à iure expreſſis. Ab. de conſue. c. Conſuetudines. & de conſtitu. Eccleſiæ. S. Mariæ. Vnde præſcribuntur ſicut bona laycorum, & ſi clericus ſit maior, non petit reſtitutionem in integrum, item alienantur ſine ſolennitate. Ab. de præſcrip. c. Si diligenti. Non gaudent priuilegiis niſi in caſibus a iure expreſſis, licet alii teneant oppoſitum. Ab. de iudi. c. Venerabilem. Patrimonialia relicta, uel donata eis ſunt libera, ita quòd non tenentur pro eis ſoluere gabellas, pedagia, nec partem aliquam, ſi ſtatutum hoc diſponat. Ab. de uita. & honeſta. cle. c. Ex literis. Non tenentur ad gabellas, ſed ad onera rei annexa perpetuo. Ab. de cenſi. c. Sancitum.

Clericus bona propria dare poteſt cui uult, ſed ſi decedit ab inteſtato, ſuccedit eccleſia. Ab. de ſucceſ. ab inteſta. c. Sed hoc. Intellige ſi non habet conſanguineos. Glo. ubi ſupra. Clericus etiam epiſcopus quicquid acquirit intuitu perſonæ ſibi acquirit, & de eo poteſt diſponere ad libitum, ſecus de acquiſitis intuitu beneficii. Si inteſtatus moritur, ſuccedit accleſia eius tempore mortis, nec diuiditur, ſi prius habuit aliud beneficium. ſi habet altare, ſuccedit altare, non eccleſia, ſi non habet beneficium, & moritur inteſtatus, de bonis eius diſponit epiſcopus ſecundum Deum. Ab. ubi ſupra. c. Sed hoc.

Presbiteri olim ſerui abinteſtato mortui patrimonium diuiditur in quattuor partes. Prima, eſt epiſcopi. Secunda eccleſiæ. Tertia, pauperũ. Quarta, parentum, ſi non ſunt idonei, epiſcopus in uſum eccleſiæ eam diſtribuit. Ab. de ſucceſ. abinteſta. c. Sancto. Parentes hic dicuntur patroni, qui ipſam partem habebunt. Ab. ut ſupra.

Clerici poſſunt teneri in uinculis per ſuperiorem ſuum, donec ſatisfaciant de delicto, licet actum ſit ciuiliter, etiam ſi opus eſt, poſſunt ob hāc cauſam torqueri. Ab. de appella. c. Dilectus.

Clericus poteſt incarcerari in cauſa ciuili habente debitum annexum, torturę ſubiici & uinculis alligari, nec oportet infamiam precedere, ſed unus bonus teſtis ad torturam ſufficit. Qui adminiſtrationem habet, ſi recuſat ſatisfacere, uel dubitatur de fuga, poteſt detineri, quia excommunicationem incurrit ex ſola manus iniectione temeraria in clericũ, non autem ſi per iudicem

ex

ex iuſta cauſa, ſi eſt impotens ad ſatisfaciendum non debet incarcerari, nec excommunicari, nec compelli ad cedendum bonis. Ab. de depoſi. c. Grauis.

Clericus pro delicto graui poteſt in arta cuſtodia mancipari, quando ueriſimiliter timetur de fuga. Si detruditur in monaſterio, ubi ceſſat talis timor, non debet incarcerari etiã pro grauibus delictis, ſed poni monaſterio ad agendũ pœnitentiam. Carcere non debet deputari, niſi pro grauiſſimo delicto. poteſt tamen iure humano carcer illi deputari ad pœnam. Ab. de ſenten. exco. c. Vt fames.

Clericus poteſt carceri deputari abbreuiando uitam, ſic ut mors ſit illi ſolatiũ & uita tormentum non tamen propter attenuationem uel aſperitatem carceris ueriſimiliter moriatur, alias non euaditur irregularitas. Vita ut hic dicitur debet ſeruari, licet miſera, uti poſſunt carcere ad cuſtodiam & ad pœnam in perpetuum, & ad tempus. Ab. de Apoſta. c. A nobis. Non poteſt artari ſic ut in breui cogatur mori, licet poſſit artari ut pœnitenti. Ab. de crimi. fal. c. Ad audientiam. & de uerb. ſigni. Nouimus. Vide Eccleſia habet pœnam carceris.

Clericus poteſt capi & detineri ſi uacillat inferendo teſtimonium. Ab. de pœn. c. Super his.

Clericus etiam religioſus cauſa diſciplinæ licite uerberatur, etiam ſi ſit in ſacris, non tamen poteſt inferior epiſcopo ſubditum ſuum per alium uerberari facere, niſi urgeat neceſſitas, & tunc non per laycum, ſed per clericum, uel monachum, nec debet uerberari, ubi conſtat de delicto commiſſo, poteſt tamen per laycum de mandato ſui prelati capi, & incarcerari, non autem per laycum torqueri. Communiter obſeruatur contrarium, & malè, quia clerici inquiruntur ut layci, & talis modus non poteſt fieri per clericos, quia forte nemo obtemperaret, nec ſunt clerici docti in iſta arte. De iure puto hoc fieri non poſſe. Si prælatus uel alius uerberans excedit modum, ſunt excommunicati. In capiendo & incarcerando non fit tanta iniuria clerico ſicut in uerberando ideo primum conceditur de mandato prælati & ſecundum negatur. Ab. de ſenten. exco. c. Vniuerſitati.

Clericorũ cauſæ terminãtur ſecundũ ius canonicum, & non ſecundũ conſuetudinẽ laycorum. Ab. de foro competen. c. Quòd clericis. Quo ad litis ordinẽ ſeruandę ſunt regulæ fori, in quo litigatur, ſi clericus, & laycus ſimul de facto litigant, quo ad deciſionem litis ſi ſtatutum, uel conſuetudo concernit ſolennitatem actus adhibendam tempore contractus, tunc ſi ſtatutum ſit clerici, ſiue layci non ualebit contractus ſine ſolennitate, quia non poteſt ſubditus contrahere cum non ſubdito ſpreta lege ſuperioris, & lex reſiſtit & inhabilitat conſenſum ſuum, in utroque foro iudicabitur non ualere, ſi ſtatutum concernit rem, ut quòd res dotalis non poſſit alienari, ſi clericus emit non ualet, quia inhabilitatur mulier. Iſta ſtatuta non ligant clericos, ſed ſubditos ſuos. Si ſtatutum concernit perſonam ut quòd poſt contractum aliquid debeat facere ut poſſeſſionem aprehendere rei emptæ infra certum tempus non ligat clericos in foro ſeculari, nec laycos ſtatutum epiſcopi, quia non poteſt ligare non ſubditum ad faciendum aliquid extra iuidicium. Quando ſtatutum dat modum decidendi cauſam, ſi iudici præfigitur lex, ut quòd exhibeatur fides libris mercatorũ in iudicio ſeculari, fidem faciunt in præiudicium ſubditi, non autẽ clerici, quia cum non præiudicet ſubdito non poteſt prorogare uirtutem ſuam ad non ſubditũ iuriſdictionis ſuæ. Lex non allegatur contra non ſubditum. Si tamen clericus recipit

pro

pro ſe ſtatutum debet etiam recipere contra ſe, non tamen poteſt præfigere legem iudici eccleſiaſtico, ideo non tenetur ſequi illud. Si ſtatutum non præfigit legem iudici in utroque foro habetur ratio ſtatuti contra laycum, quia lex ſua poteſt ibi allegari contra illum, ſed non contra clericum, quia non eſt ſubditus. Si recipit pro ſe debet recipere contra ſe. Iſta intellige, quando ſtatutum iniecit uinculum poſt clericatum, ſi iniecit ante clericatum nec ius agendi cauſatur ex facto clerici tunc ſtatuta & conſuetudines laycorum afficiunt clericos, & ſecundum illud ius in utroque foro iudicatur, ut ſi ſtatuatur quòd tantum primogenitus ſit hęres, ſi ſecundo genitus tunc erat clericus, non ligatur, ſi poſt ſtatutum efficiantur clericus, ligatur. Statutis laycorum ubi cedunt ad comodum & diſponunt generaliter & non procedunt præcipiendo, prohibendo, uetando uel in agendis pro eo formam tradendo poſſunt uti clerici quos certum eſt poſſe priuilegiari per laycos, ubi non infert cõmodum ſimpliciter, uel loquitur præcipiendo, prohibendo, uetando non extenditur ad clericos, quia uiderentur layci habere poteſtatem in clericis, uel eccleſiis. Ab. de foro competen. c. Quòd clericis. De dote & exequutione teſtamentorum cognoſcit eccleſia inter pure laycos. Ab. ubi ſupra. c. Ex tenore.

Clericus ſi comam relaxauerit, anathema ſit. Ab. de uita & honeſta. cle. c. Si quis ex clericis. Nec comam nec barbam nutriat. Ab. ubi ſupra. c. Clericus. Intelligitur niſi ex cauſa iuſta. Glo. ubi ſupra. Procedit etiam in his qui ſunt de ordine mendicantium & militantium. Ab. ubi ſupra. c. Clericus.

Clerici debent caſte uiuere, & contrafacientes ſeuerius puniuntur, tamen gręci & quomodo puniri debent. Ab. de ui. & honeſta. clé. c. Vt clericorum. Debent eſſe caſti. Primo, ut Deo placeant. Secundo, quia Deus eſt ſpiritus. Tertio, quia ſunt ſodales angelorũ. Quarto, quia intendunt generationi ſpirituali. Quinto adminiſtrant ſancta. Sexto, alios mundant. Septimo, eorum ſponſa eſt ſapientia uel eccleſia Dei. Octauo, ex toto ſunt Dei. Ab. de cleri. coniug. c. Quod a te. Non tamen tenentur ad continentiam iure diuino etiam qui ſunt in ſacris. Ab. de uita & honeſta. cle. c. Vt clericum.

Clericus concubinarius non poteſt eſſe teſtis etiam in ciuili. Ab. de teſti. c. Teſtimonium.

Clericus concubinarius eſt notorius ex euidentia facti ſine monitione præcedenti, & poteſt procedere iudex ad pœnam ſine accuſatore & ſine teſte. Intellige quando non poteſt excuſari ut quia tractat publice illam ut concubinam, maxime ſi ex ea habet filios. Ab. de cohabi. cle. c. Tua nos.

Clericus concubinarius ſi monitus non dimittit concubinam ſuſpenditur a beneficiis, & ſi non corrigitur, deponitur Ab. de cohabitatione clericorum. c. Sicut ad extirpandum. Quia iura uaria ſunt iudex poteſt ipſum a principio priuare abſque alia monitione uel procedere ut hic dicitur. Ab. ubi ſupra. & ubi ſupra. c. Si autem. non tamen debet prælatus cogere clericum ad abiurandum concubinam, ſed nolentẽ dimittere, poteſt excommunicare; Ab. ubi ſupra. c. Clericos. An ſuſpenſus ſit ipſo iure, opiniones. Ab. ubi ſupra. c. Sicut ad extirpandum. Si monitus non dimittit ſuſpenditur etiam a beneficiis & ſi non ſe corrigit, deponitur. Ab. ubi ſupra. c. Si autem. Epiſcopus non tenetur deponere clericum concubinarium, ſed poteſt multis aliis remediis procedere. Ab. ubi ſupra. c. Si autem. In officiis non eſt

uitandus niſi ſit notorius. Ab. de cohabi. cle. c. Quæſitum. A ſacerdote fornicario qui tolleratur ab eccleſia nec habet euidentiam operis licite audiuntur diuina & recipiuntur ſacramenta, a notorio eſt abſtinendum ad eius emendationem. Ab. ubi ſupra. c. Veſtra. Nec licet conſanguineis eius ab eo audire diuina nec aliis ſe miſceri in diuinis uel recipiendo ſacramenta ſecundum aliquos, ſaltem non debet ſtare in choro cum aliis clericis. Quilibet in mortali exiſtens eſt ſuſpenſus quo ad ſe. Si concubinarius ſit occultus tolleratus non contritus, nec confeſſus non habens operis euidentiam non eſt ſuſpenſus quo ad alios, ſi notorius per ſententiam, uel confeſſionem ſponte eſt ſuſpenſus quo ad alios, & audientes diuina ab eo ueniunt contra præceptum eccleſiæ. Si ex euidentia facti puta quia habet concubinam publicè ſicut uxorem, & nutrit filios, eſt ſuſpenſus quo ad alios, nec requiritur monitio. Si concubinam cum matre habet, & dicit illam ancillam primo debet moneri alias non eſt ſuſpenſus quo ad alios, niſi teneat eã poſt monitionem; quando eſt operis euidentia ſuſpenditur ab officio etiam directe & celebrando eſt irregularis etiam ſuſpenſus beneficio, ſecus ubi non eſt hæc euidentia. Si propter alia crimina ſuſpenſus ſit ab homine non licet audire diuina ab eo, ſi a iure non a iudice & factum eſt notorium non licet ab eo recipere ſacramenta, niſi in neceſſitate baptiſmatis & euchareſtiæ. Si factum ſit occultum poteſt recipere ſacramenta neceſſaria non autem uoluntaria quæ poſſunt omitti ſine ſcandalo. An debeat euitare excommunicatum occulte quem probare non poteſt eſſe excommunicatum. Si non eſt præciſus nec iure nec ab homine non peccat qui recipit ſacramenta uoluntaria ab eo; licet perſeueret in peccatis etiam notoriis. Ab. ubi ſupra. c. Veſtra. Diuinum officium debemus audire a fornicario notorio qui tamen poſt pœnitẽtiam recipit exequutionem officii quo ad alios qui poſſunt ab eo audire miſſam. An autem quo ad ſe dubium eſt. Ab. ubi ſupra. c. Quæſitum. Clericus publice concubinarius eſt ſuſpenſus a diuinis, & ſi celebrat antequam pœniteat, eſt irregularis, Nec debet admitti cum aliis ad diuina, nec debet ſuſtentari de fructibus beneficii. Cardi. diſtin. 32. ar. primo ſecundo, & tertio.

Clerici fornicatio ſi eſt notoria, nec accuſatio, nec teſtis ſunt neceſſaria; ſi publica per ſolam famam non ſufficiunt ad condemnandum, dicta teſtium non iuratorum. Si ex hoc oritur ſcandalum, indicitur purgatio, in qua deficiens canonice punitur. Ab. de cohabi. obe. c. Tua nos.

Clericus non debet tenere in domo mulierem ſuſpectam de incontinentia, etiam ſi ſit mater, uel conſanguinea. Ab. de cohabi. cle. c. Inhibendum. Qui eſt in ſacris excommunicetur, ſi monitus a ſuſpectarum mulierum colloquio, & earum conſortio non deſiſtit. Ab. ubi ſupra. c. Si quis. Non ſunt correcta iura antiqua, quæ permittunt conſanguineas cum clericis habitare. Ab. ubi ſupra. c. A nobis.

Clericus in minoribus qui matrimonium contrahit, ſpoliatur beneficiis, quæ habet illo tempore, collata poſt ſcienter per epiſcopum per eundem auferri non poſſunt, ſed per ſuperiorem. Ab. de cle. coniuga. c. Diuerſis. Priuatur beneficio, & quod dedit eccleſiæ, ſibi reſtituitur. Ab. ubi ſupra. c. Quod a te. Qui non eſt in ſacris ſi matrimonium contrahit non dimittit uxorem, ſed interim tendebitur, ſi uult gaudere priuilegio clericali, uel diſpenſatiue tenet beneficium. Coniugatus recuperat priuilegium clericale ſtatim quando retunditur, immo ſi mortua uxore reaſumit coronam

ipſo

ipſo facto recuperat omnia priuilegia clericalia. Si tamen unicam & uirginem duxit. Ab. de ui. & honeſta. cle. c. Clerici ſecundum. Qui eſt in ſacris contrahendo matrimonium eſt ſuſpenſus ipſo facto, ut ſine diſpenſatione officium exercere non poſſit, Non tamen celebrando eſt irregularis. Si crimen eſt notorium indiget diſpenſatione epiſcopi, etiam peracta pœnitentia, ſi occultum non indiget. ſi contrahit matrimonium uidetur grauius peccare, quam ſi committat adulterium, & filii eius ſunt ſerui eccleſiæ. Ab. de cle. coniunga. c. Sane ſecundum.

Clericus coniugatus non poteſt habere beneficium niſi papa diſpenſet, In hoc non poteſt epiſcopus cum non ſit in iure expreſſum. Ab. de cle. coniuga. c. Ioannes. Non admittitur ad dignitates eccleſiæ & cogitur dimittere quas habet. Ab. ubi ſupra. c. Cum decorem. Nec poteſt habere beneficium ſimplex, nec ualet conſuetudo contraria, etiam ſi matrimonium nō ſit publicum, dummodo poſſit probari. Ab. ubi ſupra. Ad ordinem eccleſiaſticum, & adminiſtrationem, uel beneficium non promouetur, niſi promittat caſtitatem, & non ſit bigamus. Ab. ubi ſupra. c. Sane. Non poteſt eſſe uicarius epiſcopi, nec promoueri ad ordines minores nec beneficium habere in titulum. Ab. ubi ſupra. In rebus non gaudet priuilegio clericali. Ab. ubi ſupra. c. Ex parte. Vide. Clericus coniugatus ſi eſt bigamus.

Clericus coniugatus debet portare coronam. Glo. de ui. & honeſta. cle. c. Clerici. Si non eſt beneficiatus non cogitur portare. Ab. de cle. coniuga. c. Ioannes.

Clericus coniugatus non eſt purus laycus, nec clericus, ſed mixtum aliquod, & poteſt ſtare & cantare in choro. In materia odioſa, nomine laycorum non ueniunt coniugati, In ſtatutis ut cum excommunicantur layci. Ab. de ui. & honeſta. cle. c. Vbi layci.

Clericus coniugatus ſi eſt bigamus perdit omne priuilegium clerici, ſi non ſit bigamus, & non incedit in habitu, & tonſura nullo priuilegio gaudet, ſi incedit in habitu, & tonſura gaudet priuilegio fori in criminalibus, & priuilegio, ſi quis ſuadente. Alia priuilegia perdit ipſo facto contrario actu, ſecus in his qui non contrahunt matrimonium, & dimittunt habitum, & tonſuram, quia non perdunt priuilegium niſi poſt in admonitione. Si matrimonium non tenet impediente ordine ſacro, ſi de facto contraxit bigamiam efficitur indiſpenſabilis, ſed non perdit priuilegium ex quo non eſt uere bigamus, coniugatus non bigamus beneficium habens, & diſpenſationem tenetur portare coronam. Si non habet compellitur, ſi uult gaudere duobus priuilegiis, Non poteſt autem compelli ad portandum coronam, etiam ſi adſit conſuetudo. Ab. de cle. coniuga. c. Ioannes.

Clericus corrigit licite familiam ſuam etiam moderate uerberando, nec caſus inde contingens ſibi imputatur, ſi non excedit modum. Ab. de Homi. c. Ad audientiam. Habet poteſtatem uerberandi, & ligandi uxorem propter peccatum ſuum, & uxore in ſeculo remanente, & uouente caſtitatem habet poteſtatem illam corripiēdi, quia non debet eam abiicere a cura ſua, ſed a thoro abſtinere. Ab. de cle. percuſ. c. Præterea.

Clericis conſpirantibus contra epiſcopum proprium præſtantes conſilium, uel auxilium debent deponi. An tradi debeant curæ ſeculari, opiniones, & quòd credo quòd non, niſi ſint incorrigibiles. Ab. de exceſ. præl. c. Grauis.

Clerici ciuitatis uel caſtri poſſunt conuenire, & uniuerſitatem conſtituere, creare ſyndicum qui agat nomine totius cleri, poſſunt conſtituere uniuer-

tatem ut celebrent pro uiuis, & defunctis etiam ſine epiſcopo, & habere alium præſidentem. Nec oportet collegium habere rectorem ſed collegium tenet locum rectoris reſpectu ſingulorum. Ab. de præſcrip. c. Accedentes.

Clericus poteſt conueniri in curia Romana exiſtens, licet alias ſpecifice ibi non ſortiatur forum, habet tamen ex cauſa ius reuocandi domum. Ab. de foro competen. c. Licet. Non poteſt clericus maxime prælatus conueniri ultra quam facere poſſit, nec tenetur cedere bonis, ſicut nec miles. Ab. de reſtitu. ſpol. c. Olim ſecundum.

Clericus conueniri debet de omni crimine coram iudice eccleſiaſtico, Nec ualet conſuetudo contraria. Ab. de iudi. c. Clerici. Sed nec in ciuili poteſt conueniri aliter, quia eſt contra libertatem eccleſiæ, etiam ſi contraria conſuetudo ſit. Ab. ubi ſupra. Debet conueniri coram epiſcopo ſuo. Ab. de foro competen. c. Si quis. Nec poteſt conſentire in iudicem alium, etiam eccleſiaſticum, ſine licentia epiſcopi ſui. Qui conuenit clericum apud alium iudicem puniri debet. Vbi epiſcopus eſt negligens deuoluitur cauſa ad archiepiſcopum, qui debet compellere epiſcopum ad iuſtitiam faciendam. Ab. ubi ſupra. c. Si quis clericorum. Si clericus accuſat epiſcopum ſuum in iudicem dabit epiſcopus delegatum partibus non ſuſpectum. Et ſi qui datus eſt recuſatur, coget partes ad eligendũ iudicem. Ab. de iudi. c. Si quis contra. Debet autem conueniri coram epiſcopo ſuo ſuper exceſſibus, non autem coram his quibus ſeruiunt. Ab. de foro competen. c. Cum contingat. Monachus conuenitur coram Abbate non exempto, niſi agatur de degradatione, & Abbas puniet ſecundum ius commune, & ſecundum regulam. Clerici collegiati eligentes prælatum habentem dignitatem in ciuilibus poſſunt conueniri coram prælato, & coram epiſcopo in criminalibus tantum coram epiſcopo, qui ſolus poteſt cognoſcere de crimine clerici. Ab. ubi ſupra. Clericus ſi deliquit in territorio alterius epiſcopi, epiſcopus loci in quo deliquit contra eum fert ſententiam, etiam ſuper beneficio, ſed realis exequutio, ut beneficii, uel poſſeſſionis ſubtractio ſit per iudicem loci, ubi eſt beneficium. Ab. de foro competen. c. Poſtulaſti.

Clericus non poteſt ſe ſubmittere iuriſdictioni non ſui iudicis ſine licentiæ epiſcopi, layco non poteſt etiam cum licentia epiſcopi. Ab. de foro competen. c. Significaſti. Si immediate ſuperior ſit Abbas, uel alius habens iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, requiritur licentia illius, nõ autem epiſcopi. Suffraganei etiam non poſſunt ſine licentia archiepiſcopi, layci poſſunt, & diuerſitatis ratio aſsignatur, Vt de non ſuo iudice clericus faciat ſuum requiruntur tria. Primo, quòd conſentiat. Secundo, quòd non per terrorem nec metum. Tertio, quòd iudex ſit clericus, & quòd ſit alias iudex ordinarius. Ab. de conſenſu epiſcopi ſaltem tacito quòd re integra nõ pœniteat, quòd cauſa prorogationem recipiat. Si clericus conſentiat in alium ſine licentia epiſcopi, non tamen perdit cauſam ſicut ſi conſentiat in iudicem laycum. Si ſententia fertur ab eccleſiaſtico in contrarium, & epiſcopus non conſentit, ſententia eſt nulla. Licet epiſcopus poſſit committere layco declarationem cauſæ clerici, non tamen poteſt conſentire in prorogationem, quia tunc iudicabit iure proprio, ſed delegatus iure delegationis. Ab. ubi ſupra. c Significaſti.

Clericus non poteſt conueniri coram iudice ſeculari etiam ſi ipſe uelit, & conſentit

ſentit epiſcopus. Glo. de iudi. c. Qualiter & quando. An poſſit conueniri pro cauſa reali, & ciuili, opiniones, & concluditur quòd pro nulla cauſa poteſt conueniri coram iudice layco. Ab. ubi ſupra. Si clericus teſtificetur, & ſibi obijciatur crimen poteſt iudex laycus inquirere de crimine, quia hoc non agit ut puniat clericum, ſed ut cauſa decidatur. Ab. de foro competen. c. Verum. Non poteſt etiam per reconuentionem iudicari a layco cum omnino exempti ſine etiam ab imperatore ex priuilegio Dei, cui non poſſunt renunciare, & hoc etiam in ciuilibus, licet Glo. & quidam teneant oppoſitum. Ab. de iudi. c. At ſi clerici &. Qualiter & quando. Nullomodo poſſunt conueniri coram layco etiam in cauſa reconuentionis. Ab. de foro competen. c. Nullus. Vide iudex ſecularis.

Clericus non poteſt ſibi conſtituere iudicem laycum, etiam ſi proprium iuramentum, & conſenſus aduerſarii accederet. Ab. de foro competen. c. Si diligenti. Et hoc ſi agatur ſiue perſonali ſiue reali actione. Si clericus trahit clericum coram iudice layco in criminali debet deponi, in ciuili debet perdere cauſam. Si trahit epiſcopum proprium debet perdere beneficium, Melius, Actor perdit cauſam a communione repellitur reus uoluntarius in criminali deponitur, in ciuili debet perdere quod euicit, ſi non uult deponi. Si laycus trahit clericum debet perdere cauſam, iudicatum non tenet, & iudex priuatur auctoritate iudicandi, & ſi tertiò requiſitus iuſtitiam non adminiſtrat clerico petenti, amittit iuriſdictionem. Citatus non tenetur comparere coram layco ad allegandum priuilegium, nec ualet proceſſus in principali, nec in pœnam contumaciæ, quia laycus non poteſt eſſe iudex clerici. Ab. ubi ſupra.

Clericus ex confeſſione iudiciali facta coram iudice layco, licet ſit multum grauatus quo ad famam non tamen poteſt ex tali cõfeſſione puniri per epiſcopum, & illi imponi debet purgatio, in qua ſi defecerit quaſi pro conuicto habebitur. Si clericus trahitur ad iudicium non tenetur perſiſtere in confeſſione, ſi ſponte litigat, poteſt pro illa poni ad torturam, ut perſiſtat in ea ſi agitur de crimine & non ciuiliter, item ſi non ex iracundia. Ab. de iudi. c. At ſi clerici. Conuictum uel confeſſum de crimine coram iudice ſeculari ex eo non punit epiſcopus, ſed conuictum, uel confeſſum coram eo punit pœna debita, niſi cum illo diſpenſet quod poteſt in adulterio, & in minoribus criminibus. Depoſitum non ſtatim tradit iudici ſeculari. Ab. de iudi. c. At ſi clerici.

Clericus hęres eius qui litem incohauit coram iudice layco poſt eius mortem non poteſt conueniri niſi coram iudice eccleſiaſtico, & ſi impetrauit quòd non poſſit cõueniri coram ordinario pro hac tamen cauſa poteſt conueniri coram eo non obſtante reſcripto. Ab. de iudi. c. Quia.

Clericus iudicatur a layco domino feudi ſi ſit uaſallis eius. Ab. de iudi. c. Ceterum. In cauſa feudatali poteſt iudicari a layco. Ab. de foro competenti. c. Nullus. Ab ipſo appellatur ad imperatorem. Ab. ubi ſupra. c. Verum.

Clerici corona, raſura, & tonſura quid ſignificent. Ab. de uita & honeſta. cle. c. Si quis. Beneficiandus debet habere coronam. Ab. de tranſac. c. Ex literis.

Clericus non portans coronam peccat mortaliter, cum ſit dignus anathemate. Ab. de uita & honeſta. cle. c. Si quis es. Conuerſi a parte deorſum tantũ. Ab. ubi ſupra. c. Clerici ſecundum. Clericus nõ cogitur deferre coronam,

nec

nec habitum ſi militat,ſed nec ſi ſit in minoribus tantum. Ab.de cle.coniuga.c. Conſultationi. Ab. ubi ſupra. Si non uult deferre coronam poteſt inuitus a ſuperiori tonderi. Ab. de uita & honeſta.cle.c. Clericum. Superior poteſt mandare alteri ut incidat,& poteſt in ignominiã clerici capillos ita inordinate incidere,ut nõ poſſit nutrire comam, ſiue ſit in ſacris, ſiue non. Et licet clericus reluctet, ſuperior tamen non incurrit excommunicationem ſic agendo. Ab. ubi ſupra.

Clericus in choro debet cantare, & ad hoc plus tenentur qui ſunt in maiori dignitate, Impedientes pſallentes non debent ſtare in choro. Ab. de uita & honeſta.cle.c. Vt layci.

Clericus in crimine qualiter debeat deprehendi tam a clericis, quam a ſecularibus, & qualiter propter deprehenſionem crimen notorium dicatur. Ab.de iudi.c. Cum ab homine. Pro quibus criminibus debet degradari & tradi curiæ ſeculari. Nec oportet illum eſſe incorrigibilem.Ab.de iudi. c.Si clerici.Vide clericus poteſt deponi.Clericus propter crimen læſę maieſtatis nõ efficitur infamis, quia lex non poteſt illum afficere,ideo non perdit beneficium. Ab.de iure patro.c. Cum layci.

Clericus ſi pro debitis non habet unde ſatisfaciat creditori non debet excommunicari, nec aliter moleſtari, præſtabit tamen cautionem ſaltem iuratoriam de ſoluendo cum uenerit ad pinguiorem fortunam. Ab. de ſolutio. c. Oldradus. Pro debito ciuili poteſt excommunicari, non autem incarcerari. Ab. ubi ſupra. Vbi agitur de ſolutione temporali fienda a clericis. In dubio ſemper fienda eſt interpretatio contra clericos ne notentur auaritia in exactione temporalium. Ab. de deci. c.Decimam.

Clericus pro quibus criminibus debet degradari. Vide clericus in crimine qualiter debeat deprehendi.

Clericus degradatus per iudicẽ eccleſiaſticum ſeculari curię traditur puniendus, & debet degradari pręſente poteſtate ſeculari, ut denunciet illum in forum ſuum recipi. Ab. de uerb. ſigni. c. Nouimus. Per degradationem actualem perdit ſtatim priuilegium clericale, & efficitur de foro ſeculari, ſecus in depoſitione uerbali. Debet eccleſia uerè, & non fictè intercedere pro eo quem tradit curię ſeculari, ut non imponatur pœna mortis. In crimine grauiſsimo ut in homicidio qualificato, ut ſi clericus ſit patricida, uel prodidit patriam, & inde ſecuta eſt magna ſtrages hominum, uel aliquid ſimile debet tradi curiæ ſeculari, ſimiliter clericus conſpirans contra epiſcopum, nec eſt expectanda eorum incorrigibilitas. Ab. ubi ſupra.

Degradatus celebrans,uel ſuſpenſus & monitus non deſiſtens excõmunicatur, & ſi non ſic deſiſtit per ſecularem poteſtatem ad requiſitionem eccleſię exilio condemnatur. Ab. de cle. exco. c. Si quis præsbiter. Degradatus ſi celebrat nõ eſt excommunicatus ſed excommunicandus, perdit tamen omne priuilegium immunitatis perſonæ, non autem poteſtatem ordinis, nec etiam poſt mortem perditur clericatus. Ab. ubi ſupra.

Clericorum delicto etiam prælatorum non punitur eccleſia. Ab. de dolo & contuma.c.Ad hæc.

Clericus deponi poteſt etiã in minoribus ordinibus pro furto, homicidio, & periurio,nõ tamẽ ſtatim perdit priuilegiũ fori, immo remanet ſub eccleſia, ſed actualis depoſitio omni priuilegio clericali priuat. Nec tamen propter prædicta crimina traditur curiæ ſeculari, quando eccleſia poteſt condignam pœnam imponere. Poſt degradationem eccleſia nullam pœnam

imponit.

imponit. Ab. de iudi, c. Cum non ab homine. Deponi poteſt in minoribus, & tamen ſemper eſt clericus, & ſi eſt ſacerdos uerè cõficit euchareſtiam. Ab. de cle. exco. c. Si quis epiſcopus. & Ab. ubi ſupra. c. Si quis præsbiter.

Clericus dignus eſt depoſitione pro omni crimine graui, & damnoſo, & incontinenti abſque incorrigibilitate aliqua debet tradi curiæ ſeculari. Ab. de Here. c. Ad abolendam. Deponendus eſt non ſolum pro homicidio actuali, ſed etiam ex ſolo conſilio ad homicidium. Item ſi uadit cum occidente, licet ipſe manum non apponat. Ab. de Homici. c. Sicut dignum. Duobus annis a celebratione ſuſpenditur qui aſſociat repellentes uiolentiam in conflictu, in quo aliqui moriuntur, & lapides proiicit, licet nullum percutiat. Ab. de cle. percuſ. c. Præsbiter. Sępe alium percutiens & monitus non deſiſtens deponendus eſt. Ab. ubi ſupra. c. Si quis. Intellige in his qui ſunt faciles ad proiiciendum, quia cum ſint inhumani, non debet clericus in manſuetudine permanere. Secundo intelligitur de omnibus clericis, etiam in minoribus. Ab. ubi ſupra. Pro magno ſcelere debet deponi & in arto monaſterio retrudi ad agendum pœnitentiam. Ab. de pœnis. c. Tuæ diſcretionis. Si timetur de fuga poteſt teneri in arta cuſtodia, ut propter latrocinium. Propter læuia non debet deponi, nec priuari beneficio, ſed poteſt ad tempus ſuſpendi, uel aliter corripi ad arbitrium iudicis; propter grauia poteſt deponi, propter grauiora ultra depoſitionem detrudi in monaſterium, pro grauisſimis poteſt condemnari ad perpetuos carceres poſt depoſitionem, & hæc pœna æquiparatur morti, ideo rariſſime debet infligi. Tranſeunt tamen eius bona ad hæredes. Ab. ubi ſupra. c. Tuæ diſcretionis.

Clericus depoſitus, incorrigibilis, excommunicandus eſt, & niſi ſe correxerit per iudicem laycum eſt corrigendus. Ab. de iudi. c. Cum ab homine.

Capitulum ſede uacante, & epiſcopus confirmatus ſed non conſecratus licet non poſſit cognoſcere ad depoſitionem, poteſt tamen diſpenſare ne deponatur, quia primum eſt ordinis. ſecundum iuriſdictionis. Ab. de iudi. c. At ſi clerici. Et infra. c. De adulteriis. Si diſpenſatus ne deponatur peracta pœnitentia poteſt eligi in epiſcopum. Ab. ubi ſupra. c. In fine.

Clericus depoſitus ſi celebrat excommunicatur. Ab. de cle. exco. c. Si quis epiſcopus. Etiam ſi iniuſte eſt depoſitus, niſi ſententia iniuſta ex ordine fuerit. Glo. & Ab. ubi ſupra. Nec poteſt ſolus in eccleſia cantare. Ab. de Homi. c. Sicut dignum.

Clericus depoſitus uerbaliter tenet priuilegium clericale reſpectu fori & canonis. Si quis ſuadente, niſi poſt depoſitionem ſequatur incorrigibilitas, quia tunc perdit omne priuilegium, & abſque alia traditione comprimi poteſt per iudicem laycum. Si eſt depoſitus actu incontinenti perdit omne priuilegium clericale. Ab. de Here. c. Ad abolendam. Quibus priuilegiis gaudeat. Ab. de cle. coniuga. c. Ex parte. Vide clerici non tenentur ad obſequia.

Clericus unius dioceſis non debet recipi in alia ſine licentia epiſcopi, uel mandato papæ. Ab. de cle. non reſid. c. Fraternitatis. Non debet recipi ut clericus, ſic ut ei conferatur beneficium, uel ad ordines promoueatur, poteſt tamen ei ſtipendium dari, non autẽ titulus præbendæ: Hæc diſpoſitio habet locũ etiam in laycis, quando clerici, uel layci ſunt ignoti, quia ſi cogniti poſſunt recipi, qui poſſunt ſine licentia epiſcopi transferre domiciliũ, & acceptare beneficium. Vacante ſedę capitulum poteſt concedere habens

bens commendationis, nec eſt hic alienatio perſonæ (ut quidam dicunt) Ab. ub ſupra.

Clericus diues hodie iuſtè uiuet de fructibus beneficii & conſeruat patrimonium hæredibus ſuis, dummodo honeſtè uiuat. Ab. de præben. c. Epiſcopus. & Ab. ubi ſupra. c. De monachis.

Clericus poteſt habere domicilium ubi habet beneficium reſidentiam requirens. Secundo ratione originis. Tertio ubi habet maiorem partem ſui patrimonii. Quarto ubi fuit ordinatus. Quinto ubi habitat poteſt contrahere domicilium in pluribus locis ſimul, licet principale ſit ubi habet reſidentiam cum beneficio. Ab. de foro competen. c. Poſtulaſti. Dicitur quis habere domicilium ubi habet maiorem partem bonorum, & ubi conuerſatur aſsidue, & ubi iſta duo concurrunt copulatiue, & ibi poteſt conueniri. Ab. ubi ſupra. c. Ex parte. Habet domicilium in pluribus locis ſimul uidelicet ubi habet beneficium requirens reſidentiam & ratione clericatus ſortitur forum. Ordinatus ab uno epiſcopo etiam ſi mutauit domicilium poteſt coram eo conueniri ratione clericatus. Ab. de priuile. c. Ex ore.

Clericus intrans duellum ſiue obtulerit, ſiue ſuſceperit, eſt deponendus, poteſt tamen epiſcopus cum eo diſpenſare, ſi nec mors nec mutilatio eſt conſecuta. Ab. de cle. pugnan. in duel. c. Porro. Intellige quando ſponte iniit duellum, non ſi ex neceſſitate etiam euitabili, licet in Glo. dicitur quòd requiritur ineuitabilis, unde oportet eũ pugnare, uel occidi. Nec duellum eſt uera probatio, ſed imaginatione diabolica inuenta. Ab. ubi ſupra.

Clericus ebrioſus, uel crapuloſus monitus non reſiſtens ab officio, uel beneficio ſuſpenditur. Ab. de ui. & honeſta. cle. A crapula.

Clericus qui non dimittit eccleſiam ſibi ab epiſcopo non conceſſam poſt admonitionem, ab officio & beneficio remouetur & layci ſpoliantes eccleſiam excommunicantur Ab. de iure patronatus. c. Relatum.

Clericus qui in eccleſia patronali recipit inſtitutionem laycorum priuatur communione. Ab. de iure patro. c. Præterea. Licet non ſit excommunicatus peccat tamen mortaliter, & poteſt dici ſuſpenſus ſuſpenſione minori, quæ non inducit irregularitatem in celebrante. Ab. ubi ſupra.

Clericus licite equitat pro ſalute corporis, & actus contingens ex ferocitate equi præter uoluntatem & culpam ſeſſoris non imputatur ſeſſori quo ad irregularitatem, quo ad recenſendum damnum, ſi ignorauit uitium, ei caſus contingens non debet imputari Ab. de Homici. c. Significaſti.

Clericus excommunicatus, interdictus, celebrans ſi monitus non deſiſtit deponitur. Ab. de cle. exco. c. Clerici. Debet deponi ab officio, & beneficio perpetuo per iudicem. An requiratur monitio, opiniones. Si uult ſe corrigere, poteſt epiſcopus diſpenſare ne deponatur, non tamen ab irregularitate contracta. An depoſitus ſic poſsit reſtitui per inferiorem papa. Ab. ubi ſupra. Celebrans debet deponi, niſi propter multitudinem mitigetur pœna. Ab. ubi ſupra. c. Lator. Monitio non requiritur ad depoſitionem perpetuam prædictorum. Ab. ubi ſupra. Celebrans eſt deponendus niſi cum eo diſpenſetur. Ab. ubi ſupra. c. Illud. A beneficio deponitur. Ab. ubi ſupra. c. Fraternitatis. Sine monitione priuari, poteſt. Epiſcopus tamen diſpenſat ut non deponatur, ſi tamen accuſatur & probatur delictum debet de neceſſitate priuari. An qui ſe immiſcet interdicto ab officio & beneficio debeat deponi. Ab. ubi ſupra. c. Fraternitatis.

Clericus habens notitiam excommunicationis ſuæ per ſolam famam ſi celebrat, de rigore iuris debet deponi, licet cum eo poſſit miſericorditer diſpenſari. Ab. de cle. exco. c. Illud. Habens notitiam per ſolam famam debet abſtinere a communione fidelium, & perceptione ſacramentorum, alias peccat, & fit irregularis ſi celebrat. Hoc quotidie contigit quòd quis excommunicatur in curia, & eſt caſus in quo fama facit plenã probationem. Excõmunicatus ſiue celebret ſiue ad celebrationes ſe ingerat ſiue faciat corã ſe celebrare, grauiſſimè peccat, & uidetur irregularis ſi auctorizando audit diuina puta ſi epiſcopus facit coram ſe celebrare, ſi non auctorizando non eſt irregularis. De notificatione partium ſurgit probabile dubium de excommunicatione, ideo debet abſtinere, quia agitur de magno præiudicio donec certificatus ſit. Nec exigitur fama præciſe, ſed illa ſufficit. Ab. ubi ſupra.

Clericus excommunicatus, uel ſuſpenſus ignoranter celebrans non indiget diſpenſatione irregularitatis, ſi ignorantia probabilis eſt alias ſecus. Ab. de cle. exco. c. Apoſtolicæ.

Clericorum exemptio ab imperatore ſecundum aliquos facta eſt per papam de conſenſu imperatoris, ſecundum alios eſt de iure diuino, quia ſunt res ſpirituales eo quòd animam, & corpus dederunt in ſeruitium Dei, ideo papa non poteſt eos ſubijcere imperatori, quia non poteſt contra ius diuinum. Si etiam eſſent exempti ab eccleſia non poſſet eos ſubijcere, quia decoloraretur ſtatus uniuerſalis eccleſiæ. Si tamẽ clerici habent feudum ab imperatore tenentur illis obedire, ſecus ſi habent temporalia a ſeculari ſed non in feudum. Ab. de maio. & obe. c. Si quis. Quo ad feudatalia imperii ſubduntur imperatori, non autem quo ad alia bona temporalia. Cum clerici ſint res ſacræ ex ordinatione ſua transferuntur in ſortem domini, qui præfecit Petrum in ſpiritualibus, ideo diuino iure ſunt exempti ab imperatore, & a principibus ſecularibus. Ab. ubi ſupra. c. Solitæ. Clerici ſunt exempti a iuriſdictione laycorum iure diuino. Ab. de iure iuran. c. Noueritis. Exemptio clericorum eſt a Deo, & a pontificibus. Ab. de iudi. c. At ſi clerici.

Clericus, & religioſus quando condemnantur in expenſis de quo fiet ſolutio. Ab. de appella. c. Reprehenſibilis. Vide. Litigantes.

Clericus qui fecit expenſas in beneficio de patrimonio ſi moritur ab inteſtato poteſt heres illius illas repetere, & fortius ſi clericus illas repetendas decreuit. Ab. de præben. c. De multa.

Clericus exulans non ſua culpa non priuatur beneficio, nec reditibus. Ab. de Arbi. c. Non ſine.

Clericus falſificans literas inferiorum iudicum etiam iniuſtas poteſt priuari beneficio ſuo, & ſi agatur criminaliter, poteſt deponi etiam ab ordine, & priuatus omnibus beneficiis recludi in arcto monaſterio, non tamen tantum punitur ſicut falſificans literas domini papæ. Ab. de reſcrip. c. Olim ex literis.

Clericus nullomodo poteſt ad forum ciuile trahi etiam pro patrimonio, ipſe tamen poteſt trahere laycum ad forum eccleſiaſticum. Ab. de conſtitu. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. Vide clericus nõ poteſt conueniri. & Clerici domicilium. Non poteſt diſtringi nec condemnari per iudicem ſecularem etiam per uiam reconuentionis, & hoc priuilegio gaudent etiam clerici coniugati. Ab. de foro competenti. c. Nullus. Vide. Iudex.

Clericus poteſt accipere de fructibus eccleſiæ ſiue redditibus id quod cederet ad ſuſtentationem ſui ad ſatisfaciendum creditoribus ſi habet unde poſſit aliter uiuere. Ab. de tranſac. c. Veniens. Dotare ſororem uel conſanguineam tenetur ex redditibus eccleſiæ, ſi non habet alia bona, & alere conſanguineos pauperes, quia tenetur prius ſubuenire ſuis quam cæteris, non tamen poteſt dare poſſeſſiones eccleſiæ poſſidendas pro uita clerici. Ab. de arbi. c. Peruenit. Ex fructibus beneficii poteſt prouidere filiis illegitimis, ſi non habet aliunde unde prouidere poſſit. Ab. de cle.coniuga. c. Coniugatus. Clericus nullus facit fructus ſuos inſpecto iure communi, & conſequenter capi non poſſunt fructus beneficij pro debito beneficiati ſuſpendi. Ab.de præben.c. De multa. Vide clericus non reſidens. Conuertens reditus beneficii in malos uſus tenetur ad reſtitutionem, ſi habet de patrimonio. Ab.de præben.c.Cum ſecundum.

Clericus qui gloriatur de ſuo crimine publice, debet Ab. de exceſ. præla.c. Cum ſit. Glo. hic tenet quòd priuatur propter ſcandalũ qui alias non fuiſſet priuatus. Hoc mihi non placet, quia papa hic ponderat, quòd gloriabatur de delicto ſuo, ideo propter hoc priuat. Ab. ubi ſupra.

Clerici tenentur dicere horas canonicas debitas, permittitur tamen eis ex cauſa dicere ſimul mane omnes horas uſque ad ueſperas incluſiue. Ab. de celebratione miſ. c. Præsbiter. Non tenetur in officio conformare ſe eccleſiæ cathedrali, ubi eſt certa conſuetudo quo ad alia. Ab. de ordi. c. In pleriſque.

Clerici quia ignobiles non debent repelli a præbendis, nec quia non ſunt eminentis ſcientiæ etiam in eccleſiis, in quibus non conſueuerunt admitti. Ab. de præben. c. Venerabilis frater.

Clericus ignorans iura an excuſetur. Ab. de Simo. c. Quoniam.

Clericus infirmus integrè percipit fructus ſui beneficii. Ab. de cle.ægrotan. c. Cum percuſſio. Intellige quando infirmitas eſt cauſa immediata non ſeruiendi eccleſiæ, & de omnibus occurrentibus quantumcunque minimis debet habere portionem, ſecus ſi ſanus non ſolebat intereſſe diuinis. Ab. ubi ſupra. c. Vide ſacerdos rector eccleſiæ.

Clerico iniuriam faciens tenetur ſatisfacere eccleſiæ, & læſo, quia eccleſiæ dicitur facta iniuria ex perſona clerici. Ab. de iudi. c. Poſtulaſti.

Clericus in alium iudicem nullomodo poteſt conſentire ſine licentia epiſcopi nec epiſcopus ſine licentia archiepiſcopi, nec archiepiſcopus ſine conſenſu patriarchæ. Ab.de ordi. c. Duo ſimul. Generaliter non poteſt conſentire in alium iudicem ſine licentia ſui prælati. Glo. de conſuetu. c. Ad noſtram audientiam. Vide Clericus non poteſt conueniri.

Clericus poteſt ſecularem iudicem adire contra laycum, ut poteſtatem exerceat ubi remedium eccleſiaſticum non ſufficit. Ab. de Homici. c. Poſtulaſti.

Clericus in iudicio comparens nomine alterius, ſi non probat plenè de mandato, tenetur cauere de rato cum fideiuſſoribus, ſecus cum comparet nomine ſuo, quia tunc eſt priuilegiatus, & ſufficit præſtare cautionem ſub obligatione bonorum ſuorum, & hæc cautio non eſt de ratihabitione ſed de proſequendo negotio uſque ad finem. Ab.de offi.& pot.iudi.deleg.c.Cum Dilectus.

Clericus non poteſt iurare ſine licentia epiſcopi. Ab. de foro competen. c. Significaſti. Iuſta cauſa poteſt iurare ſine licentia ſuperioris, niſi prohibea

tur

tur expreſſe a iure, ſi tamen litigat coram non ſuo ſuperiori debet licentiā petere, niſi conſuetudo habeat oppoſitum. Habita licentia poteſt iurare in manibus iudicis ſecularis ſi litiget coram eo, poteſt tamen coram iudice layco teſtificari. Ab. de iuram. calum. c. Inhærentes. Si producitur in teſtem coram iudice layco non iurat coram eo, ſed coram epiſcopo, & deponit notario cui ſe committit ut deponat, non autem coram iudice ſeculari. Ab. de teſti. c. Si qui teſtimonium.

Clericus iurans ſi non intrarurum eccleſiam in qua beneficiatus eſt ſibi præiudicat, non autem religioſus qui iurat ſtare in clauſtro. Ab. de iure iuran. c. Sicut ex literis.

Clericus in cauſa ſuæ eccleſiæ poteſt iuramentum calumniæ alteri committere, & per ſe iurare non cogitur, nec debet ſine licentia ſuperioris. Ab. de iuram. calum. c. Inhærentes.

Clericus non tenetur epiſcopo ſuo iuramentum obedientiæ præſtare niſi ratione adminiſtrationis ſibi conceſſæ. Ab. de iure iuran. c. Nullus. Si tamen eſt ſuſpectus de inobedientia poteſt compelli. Ab. ubi ſupra.

Clericus ſuſcipiens curam animarum tenetur ad iuramentum obedientiæ præſtare epiſcopo, & capitulo ſimiliter non habentes curam ubi eſt conſuetudo. Ab. de uerb. ſignifi. c. Cum clerici. Accipiens beneficium ab epiſcopo iurat ſibi fidelitatem, ſed omagium non præſtat pro ſpiritualibus, quia præſtatur tantum a uaſallo ratione feudi quod habet a domino. Clericus non eſt uaſallus epiſcopi. Ab. de exceſ. præla. c. Graue. Qui contra iuramentum negat epiſcopum dominum ſuum uel coram iudice ſeculari de ipſo conqueritur uel ipſum inuadit, debet deponi, & beneficiis perpetuo priuari. Ab. de exceſ. præla. c. Graue. Vide poſt. Clericus poteſt eſſe parochianus.

Clericus non habens temporalia a layco non tenetur ei præſtare iuramentum. Ab. de iure iuran. c. Nimis. Si habet temporalia a laycis non tenetur eis præſtare iuramentum fidelitatis, niſi ab eis habeat in feudum, etiam ſi ſint in regno, nec præſumuntur feudatalia niſi probetur. Idem dic de laycis. Ab. ubi ſupra. Si tamen iurat tenetur ſeruare ſi poteſt ſine peccato. Ab. ubi ſupra. c. Peritio ueſtra.

Clericus audiens leges, uel phyſicam ſi habet perſonatum uel dignitatem eſt ipſo facto excommunicatus. Ab. Ne cle. uel mona. c. Super ſpecula. Vide. Religioſi.

Clericus non debet eſſe præſens ludis laycorum, nec hyſtrionum, aut buffonum, & qui ludi prohibentur ei. Ab. de uita & honeſta. cle. c. Cum decorem. & Ab. ubi ſupra. c. Clerici ſecundum. Vide. Ludi Theatrales.

Clericus mercator poteſt excommunicari. Ab. de elec. & elect. poteſt. c. Tranſmiſſam. Debet abſtinere a negociis laycorum, ludis ueſtibus, ornatu minus honeſto. habitu honeſto uti cuius uanitatem deteſtatur & exprimat. Ab. de ui. & honeſta. cle. c. Clerici ſecundum.

Clericus qui a Negociationibus laycis non abſtinet tertio monitus interim quo ad bona perdit priuilegium clericale. Ab. de ui. & honeſta. cle. c. Ex literis. Non perdit priuilegium niſi quo ad bona ſua, quia ſi res eccleſiæ portet non cauſa negociationis non ſoluit gabellas, ſecus ſi proprias. Hoc priuilegium recuperatur ſtatim, cum deſiſtit. Ab. ubi ſupra. Negociatio eſt quando quis emit, & uendit non mutata materia, & hoc prohibetur clarius non autem artificium. Ab. ubi ſupra. in additionibus. Non

licet negociari, ut rem integram uendat maiori prætio, poteſt tamen materiam emere, & opus facere, & uendere. Ab. Ne cle. uel mona. c. Multa. Clerico, uel monacho non licet negociari. Ab. ubi ſupra. c. Secundum. Poteſt tamen emere & uendere pro neceſſitatibus ſuis, ſed non cauſa lucri. Ab. ubi ſupra.

Clericus miles ſi facit actum omnino contrarium clericatui, ut ſi exercet ſeua, uel uadit ad bellum immediate perdit priuilegium clericale, ex quo eligit contrariam uitam. ſi non exercet actum contrarium, ſed uiuit honeſtè gaudet priuilegio. Si iurauit non uitare mortem pro republica, ſicut communiter iurant milites iſte actus uidetur contrarius clericatui. Ab. de cle. coniuga. c. Conſultationi.

Clericus eſt miles Dei, & datur ei beneficium in ſtipendium, ideo clericus debet gaudere priuilegiis militum ſibi congruentibus. Vbi eſt eadem ratio, uel maior ſicut in militibus ſeculi. Ab. de preben. c. Epiſcopus.

Clericus non poteſt exercere officium Tabellionatus. Primo propter criminalia. Secundo quia eſt quoddam genus negociationis. Tertio eſt officium uile cum ſit ſeruus publicus. Quarto eſt officium ſeculare cum omnibus teneatur ſeruire. Si tamen clericus habeat hoc officium a papa poteſt illud exercere in curia ſui prælati, uel etiã extra iudicium. Si habet beneficium competens non poteſt illud exercere, ſi indiget, credo ſit admittendus. Beneficiatus competenter etiam in minoribus non poteſt illud exercere, qui eſt in ſacris, & non habet beneficium, poteſt. Beneficiatus prohibitus illud exercere, ſi tamen ante prohibitionem iudicis, uel poſt quando non eſt prohibitus inſtrumenta conficit, illa ualent, quia ſuſtinetur in officio quo ad ignorantes prohibitionem & in ſui præiudicium, quia poteſt beneficio priuari. Conſuetudo contraria non ualet, quia contrã eccleſiæ honeſtatem, Sacerdotes Veneti excuſantur forte propter inſufficientiam beneficiorum. Ab. Ne cle. uel mona. c. Sicut te.

Notarius factus clericus, uel religioſus non perdit ipſo facto officium, ſed nõ debet illud exercere niſi in cauſa hæreſis. Idem ſi fiat decurio, uel aduocatus. Si clericus etiam efficitur tabellio non perdit beneficium, nec priuilegium clericale, niſi exerceat officium in cauſa ſanguinis. Ab. Ne cle. uel mona. c. Sicut te. Si efficitur tabellio non perdit beneficium, nec per ſponſalia de futuro, quia nihil horum eſt contrarium ordini cui non facit actum contrarium, ſicut & miles gaudet priuilegio, niſi exerceat ſeua. Ab. ubi ſupra. Qui ſunt in ſacris compellendi ſunt per ſubtractionem beneficiorum, ut deſiſtant ab exercitio tabellionatus. Ab. ubi ſupra. c. Sicut te.

Clericus cum interdicitur ſibi aliquod officiũ puta aduocãdi intelligitur quòd non debet hoc generaliter aſſumere, ſed non prohibetur pro uno negocio. Ab. de fideiuſ. c. Clerici.

Clericus non debet habere officium ſeculare negociationis, ſi habet unde uiuat, nec conducere poſſeſſiones aliorum. Ab. de uita & honeſta. cle. c. Clerici ſecundum.

Clericus non poteſt eſſe miniſter, uel procurator laycorum, & ſi defecerit & deprehendatur in fraudem, non ſubuenitur ei ab eccleſia. Ab. Ne cle. uel mona. c. Sacerdotibus. Intelligitur de quolibet beneficiato, uel exiſtente in ſacris. In foro eccleſiaſtico clericus poteſt eſſe procurator layci. In iudicio ſeculari extra propter cupiditatem non poteſt, ex caritate uel amicitia ad unum negocium poteſt, non autem indifferenter, & generaliter,

Si con-

Si contrafecerit,& in fraudem reperitur,non propter hoc iudex ſecularis diſtringit illum, ſed eccleſia non dabit pecuniam ad ſubueniendum,nec auxilium quòd non teneatur reſpondere in loco in quo geſſit adminiſtrationem. Ab. ubi ſupra. Vide. Clericus non debet aduocare.

Clericus iuſtitiarius uel generalis procurator principis layci deponendus eſt, & ſi religioſus eſt,grauius punietur. Ab. Ne cle. uel mona. c. Sed nec. Si non poteſt eſſe officialis principis in iuſtitia exercenda, fortius non poteſt aliud officium ſeculare obtinere, cum tam bonum ſit iuſtitiam colere. Vnum tamen negocium poteſt exercere etiam in iuſtitia,quia hic prohibetur generalis eſſe. Videtur mihi quòd hodie ſufficiat iſtos excommunicare. Graue eſſet propter hoc crimen clericum deponere. Iſte textus habet locum in quolibet officio iuſtitiæ exercendæ, quia uerba ſunt multum generalia & ratio generaliſſima. Vnde clericus non poteſt eſſe uice rex nec etiam comes nec locum tenens principis ſecularis, nec habere ſub cura ſua aliquam ciuitatem uel locum temporalem. Iſta intelligenda ſunt etiam in prælatis. Ab. ubi ſupra.

Clericus habens officium prępoſiti ſecularis ſi monitus non deſiſtit,eſt excommunicatus. Ab. Ne cle. uel mona. c. Clericis. Non poteſt tenere uices principis ſecularis in iuriſdictione exercenda,licet non infligat pœnam mortis, uel mutilationem. Si hoc uult facere ut officialis principis ſecularis, ſecus ſi ſuæ dignitati ſit annexa iuriſdictio ſecularis, quia tunc poteſt per ſe exercere dummodo non inferat pœnam mortis, uel mutilationis. Idem ſi habet iuriſdictionem nomine proprio puta ratione patrimonii. Ex hoc quòd eſt officialis principis layci peccat mortaliter, & eſt excommunicandus, non tamen deponendus, ſacerdotis nomine hic intelligitur quilibet qui eſt in ſacris, poteſt tamen prælatus eſſe conſiliarius principis. Ab. ubi ſupra.

Clericus exercens iudicium ſanguinis ab officio & beneficio deponitur. Ab. Ne cle. uel mona. c. Clericis. Intelligitur etiam de exiſtente in minoribus, quia & ipſe efficitur irregularis. Ab. ubi ſupra.

Clericus non debet dictare, nec proferre ſententiam ſanguinis, nec aliud exercere quo ad uindictam ſanguinis tendatur, nec in purgatione uulgari opem præſtare debet. Abb. Ne cle. uel mona. c. Sententiam. Clericus ueniens contra prædicta peccat, quia actum prohibitum exercet. Qui iuriſdictionem habet non debet intereſſe ſententiis, nec exequutioni, quia uidetur auxilium præſtare. Alii clerici præſentes non dantes auxilium, licet non ſint irregulares, peccant, quia contra præceptum huius conſtitutionis ueniunt, niſi ubi ex iuſta cauſa eſſent puta exhortando. Conſtitutio hæc extenditur ad omnes clericos & habentes iuriſdictionem temporalem. Si principes layci uellent ad aliquid prædictorum artare debent per cenſuram eccleſiaſticam compeſci. Ab. ubi ſupra. c. Sententiam. Poteſt autem cognoſcere de cauſa criminali uice ipſi quando non imponitur pœna ſanguinis etiam uice layci, dummodo abſtineat a pœna ſanguinis ſi ſit deputatus ad certam cauſam. quia non licet ſibi acceptare delegationem principis ad uniuerſitatem cauſarum. Ab. ubi ſupra. c. Clerici.

Clerici quibus aſsignantur certi reditus pro eorum ſuſtentatione non tenentur ad onera quæ communiter imponuntur, ſimiliter nec monachi tenentur, ſed illi qui reliqua bona poſſident ut epiſcopi, Abbates &c. Canonici

 eccleſiæ

eccleſiæ cathedralis tenentur ad onera toti clero incumbentia. Ab. de præſcrip. c. Accedentes.

Clerici non tenentur ad onora perſonalia quæ dicuntur honores, nec ad ſordida quæ conſiſtunt in uilibus officiis, Ab his immunes ſunt eorum coloni, & mancipia, nec tenentur ad angarias in aduentu imperatoris, quia exempti ſunt ab eo, ſed nec ad perſonalia quæ non habent in ſe dignitatem, honorem, uel utilitatem ut ſunt legatio tutela &c. licet posſint iſta ſoluere ſi uolunt ſubire onera patrimonialia. quandoque inducitur onus de quo eſt ſeruandum de ipſa re, ut quòd nauis uadat ad ſeruitium reipublicæ, quandoque imponitur ſuper id quod præcipitur de ipſa re uidelicet ut detur certa pars fructuum, quandoque imponitur ipſi rei de eo quod non percipitur de ipſa re, nec in re ſed eſt omnino extra rem, ut quando debet pro iſta re præſtare pecuniam annuatim. Si poſſesſio ad eccleſiam ueniens habet onus annexum ex priuata diſpoſitione, uel ex diſpoſitione principis antequam ueniret ad eccleſiam ut in tributo trahitur eccleſia ad tributum ratione eorum quæ poſt acquiſiuit. Italia hodie non obligatur ad tributum. Idem dic in aliis oneribus quæ ratione naturali incumbunt, ut reficere iter ante domum in purgatione putei in uicinia. Ad onera quę imponuntur rebus ſecundum necesſitatem accidentalem puto eccleſiam non teneri. Ad onera in aduentu imperatoris non credo imperatorem eccleſiam poſſe obligare ex quo a principio hoc onus non eſt impoſitum. Circa manſum totum iuxta poſitum propter iſta non tenetur ad tributum ſed redimi debet antequam eccleſia conſtituatur. Ad ea quæ imponuntur perſonæ non facta mentione de re, non tenentur clerici, ſed nec ſi imponuntur perſonæ habito reſpectu ad res, uel ad patrimonium. Nec ualet conſuetudo contraria in præiudicium eccleſiæ, Onus mixtum quia habet onus cum ſumptu ad iſta non tenetur eccleſia, niſi ubi tenetur ad realia & perſonalia, Ad omnia quę pro communi, utilitate uel neceſſitate clericorum, & laycorum, ut pontium & meniorum non tenetur conferre niſi ſponte uelint approbante epiſcopo cum clero ubi laycorum non ſuppetunt facultates prius conſulto papa, & ad hoc ſunt plures leges. Bona eccleſiæ ſunt Deo dicata, ideo non redeunt ad humanos uſus, nec tenentur ad onera mundana niſi prius fuerint cenſualia, uel tributaria antequam perueniſſent ad eccleſiam, aliter non tenentur, licet priores poſſeſſeſſores prius ſoluiſſent tempore neceſſitatis, uel utilitatis aliquas collectas. Vbi eſt magna neceſſitas & nõ poteſt ſine ſcandalo uel periculo habere recurſus ad papam, credo ſufficiat deliberatio epiſcopi & clericorum. Non tenentur clerici contribuere ad caualcatas. Si neceſſitas uel utilitas a remotis concernit utilitatem eccleſiæ per quandam conſequentiam non tenentur contribuere. ſi de directo concernit utilitatem eccleſiæ & laycorũ oportet quòd clerus & populus deliberent & requiritur utriuſque conſenſus & tunc prouidetur utilitati priuatæ. Si clerus nollet conſentire, poteſt adiri ſuperior, non tenentur etiam ad gabellas uini niſi in loco illo ſuccedât, ad onera, ad quæ clerici tenentur. Ab. de immuni. eccle. c. Non minus. Ad onera poſſeſſionum ſi iſta bona habent onus perpetuum & inuariabile & ſi poſſeſſio tranſit ad eccleſiam cum onere ſuo. Si ſicut hodie ęſtimantur bona alicuius, & ſoluunt plus & minus ſecũdum impoſitionem collectæ, ad iſta non tenetur eccleſia, quia onus non eſt annexum rebus cum non ſit perpetuum & inuariabile, & quandoque imponitur perſonis pro rebus. Si ergo per-

go perueniat ad eccleſiam debent cenſeri iure eccleſiaſtico. Bar. ponit praticas, ut bona ſic prius affecta tranſeant cum onere ſuo, ſed mihi non placet propter eorum fraudem & quia contra priuilegium conceſſum eccleſiæ ab imperatore. Quid agendum quando bona ſunt cum bonis fratris layci. Ab. de uita & honeſta. cle. c. Ex literis. Bona layci data eccleſiæ gaudent priuilegio eccleſiæ. Ab. de præben. c. Dilectus filius ſecundus. Vide. Laycorum res ſi conferantur eccleſiæ.

Clericis collectas layci imponentes uel eorum iuriſdictionem uſurpantes ſi moniti non deſiſtunt, ſunt excommunicati cum fautoribus, poteſt tamen epiſcopus cum clero in neceſsitate ferre ſubſidium. Ab. de immuni. eccle. c. Non minus. Vt clerici licite contribuant, requiritur. Primo, quòd hoc epiſcopus cum clero deliberet. Secundo quòd ſoluatur pro magna neceſſitate uel utilitate ciuitatis. Tertio, quòd facultates laycorum non ſufficiant. Quarto, quòd conſulatur papa. Ab. ut ſupra. Qua pœna puniantur imponentes collectas clericis ſecundum leges ciuiles. Ab. de immuni. eccleſiæ. c. Peruenit. Vide. Talea.

Clericus non tenetur ad obſequia dominorum temporaliū cum ſit exemptus iure diuino & humano, niſi ſit coniugatus, Depoſitus uerbaliter tantum gaudet hoc priuilegio, & ſi eſt incorrigibilis perdit incontinenti priuilegium & poteſt priuari per iudicem ſecularem. Sic depoſitus qui corrigibilis eſt utitur pluribus priuilegiis quam coniugatus. Actualiter depoſitus eſt ſtatim omni priuilegio clericali ex tuæ. Ab. de cle. coniuga. c. Ex parte.

Clericus tenetur ſoluere tributum imperatori de poſſeſſionibus eccleſiæ. Ab. de deci. c. De terris. Vide. Decimarum onus annexum prædiis. c. Eccleſiæ dos.

Clericus oppreſſis & obſeſſis licite auxiliatur. Ab. de cle. percuſ. c. Præsbiterum. Vide. Clericus pro defenſione rerum eccleſiæ bellat.

Clericus non liberatur a patris poteſtate quo ad temporalia niſi per dignitatē epiſcopalem & per ingreſſum religionis. Quo ad ſpiritualia non eſt ei ſubiectus, nec acquirit patri uſum fructum bonorum ſibi undecunque uenientium. Ab. de reſti. in integ. c. Conſtitutus.

Clericus poteſt eſſe parochianus eccleſiæ inferioris. Omnes habitantes in parochia ex quo nō habent curam per ſe ſunt ſub cura præsbiteri parochialis, & debent conuenire cum aliis parochianis laycis ad diuina ad parochiā. Ab. de parochi. c. Vt Dominicis.

Clericus non habens curam animarum non tenetur obedientiam epiſcopo promittere per ſcripturam aut iuramentum, ſed ſufficit promittat ſolo uerbo. Ab. de maio. & obe. c. Legebatur. Si tamen prius ſit excommunicatus, aut rebellis poteſt compelli ad iurandum. Valet tamen conſuetudo iurandi etiam in non habentibus curam animarum. An conſuetudo non iurandi accipienti curam animarum ualet, utraque pars ſuſtinetur. Ab. ubi ſupra. c. Cum in eccleſiis.

Clericus peregrinus eſt ſuſpenſus nec celebrat in publico ſine teſtimonio ordinationis. Ab. de cle. pereg. c. Tuæ fraternitati. Non poteſt peregrinari cauſa deuotionis, nec pro eius utilitate ſine cauſa neceſſaria, ſine licentia prælati etiam ſi ſint epiſcopi. Poſſunt autem pro proſequenda appellatione, uel uitanda opreſſione. Ab. de cle. pereg. c. Conquerente. Clericus non poteſt peregrinari ſine licentia epiſcopi, nec epiſcopus ſine licentia papæ. Ab. de uo. c. Magnæ.

Clerici

Clerici habentes perſonatum ſunt archidiaconi, decani, plebani, præpoſiti, Cantores. Iſta prohibitio de legibus & phyſica non audiendis habet locum in habentibus perſonatum non curatum. Item in non ſacerdote, ſi eccleſia plebana habet ſub ſe capellas. Omnes pœnę hic ſtatutæ contra religioſos habent locum in ſecularibus clericis hic prohibitis. Ab. Ne. cle. uel mona. c. Super ſpecula. Vide. Religioſi.

Clericus gaudet priuilegio militis ſecularis ubi ſubeſt eadem ratio. unde non ualet donatio facta per clericum concubinæ, nec tenetur cedere bonis propter debita, nec poteſt conueniri ultra quam poſſit facere, nec ſtipendia eius ſunt accipienda pro exequutione ſententię. Ab. de cle. ægro. c. Cum percuſſo. Qui excommunicatus, ſuſpenſus, uel interdictus gaudet priuilegio. Si quis ſuadente; Ab. de immuni. eccle. c. Eccleſiæ. Vide, Clericus depoſitus.

Clericus gaudet priuilegio fori ut non poſſit diſtringi, nec condemnari per iudicem ſecularem, etiam per uiam reconuentionis. Hoc priuilegium competit etiam coniugatis. Ab. de for. competen. c. Nullus.

Clericus non coniugatus in quocunque ordine cõſtitutus gaudet priuilegio. Si quis ſuadente. Si tamen non miſcet ſe enormitatibus, uel ſit priuatus poſt tertiam monitionem. Coniugatus incedens in habitu & tonſura hoc priuilegio gaudet, alias ſecus. Degradatus perdit omne priuilegium, ſimiliter depoſitus uerbaliter ſi eſt incorrigibilis, non autem ſi corrigibilis. Hęreticus perdit omne priuilegium. Excommunicatus gaudet hoc priuilegio. Ab. de ſenten. exco. c. Contingit. & Ab. ubi ſupra. c. Contingit ſecundum.

Clericus non poteſt renunciare priuilegio clericali ſi eſt religioſus, uel in ſacris, qui in minoribus eſt, uerbo renunciare non poteſt, ſed facto puta exercendo actum omnino contrarium clericatui, uel ſi tertio monitus non uult ſe corrigere. Ab. de Apoſta. c. Tuæ.

Clericus perdit priuilegium clericale ſi incedit ut laycus Tertio monitus. Ab. de ſenten. exco. c. In audientia. Ex ſola dimiſſione habitus & delatione armorum militariũ non perdit ipſo facto priuilegium, & ſic percutiens illum ante admonitionem eſt excommunicatus, ſecus ſi monitus nõ ſe correxit, quia priuatus eſt omni priuilegio clericali. Idem dic de inhoneſtè uiuente, & relinquitur iudici ſeculari auctoritate iuris ſine alia degradatione, ſi ſe immiſcet enormitatibus ſine alia admonitione perdit priuilegium. Si quis ſuadente, non autem priuilegium fori. Ab. ubi ſupra.

Clericus perdit priuilegium. Si quis ſuadente etiam ſine monitione, quando contempto habitu clericali imiſcet ſe enormitatibus, ut quando ſit ſtipendiarius uel armiger etiam ſi notum ſit eum eſſe clericum, ſicut & coniugatus perdit priuilegium immunitatis perſonæ. Ab. de ſenten. exco. c. Cum non ab homine. Qui aſſumit arma ad ſui defenſionem, non perdit priuilegium. Qui ſeditionem facit in populo & guerrã, immiſcet ſe ſeuis, & enormitatibus perdit priuilegium. Si quis. Non tamen priuilegium fori. unde non debet iudicari per iudicem laycum. Sunt tamen de hoc opiniones. Ex renunciatione clerici non amittitur priuilegium, ſed ex diſpoſitione iuris ſicut clericus non poteſt prorogare iuriſdictionem ſine licentia epiſcopi tamen contrahendo uel delinquendo, ſubijcitur epiſcopo territorii abſque licentia ſui epiſcopi &c. Non licet layco percutere clericum, qui perdit priuilegium etiam propter delictum, licet ſic percutiens non ſit excommunicatus.

municatus. Ab. de ſenten. excom. c Perpendimus.

Pro clerico non ſe defendit qui in habitu & tonſura ut laycus conuerſatur deprehenſus in maleficiis. Sola reaſumptio tonſuræ poſt delictum non facit delinquentem pro clerico haberi. Ab.de priuil.c.Ex parte. Intellige quando non poteſt probare ſe eſſe clericum, quia tonſura & habitus hoc non probant. Ab.ubi ſuprà.

Clericus ex depoſitione tonſuræ non perdit priuilegium. Ab.de uita & ho.cle. c.Si quis.licet præſumatur talis, qualis reperitur in habitu. Ab.de ſenten. Ex co.c.Si uero ſecundũ. Qui in tõſura, ueſtibus & negociorũ qualitate de clericatu nihil oſtendit, & tertio monitus non emendat, perdit priuilegium. ubi ſuprà.c.Contingit ſecundum. In his in quibus debet laycus a clerico diſcerni. In iure non cauetur expreſſe quod clerici habeant certam formam ueſtimentorum, ſed tantum colores qui non ſunt interdicti, & cauetur ut portent ueſtes uſque ad talos. Vt perdat priuilegium debet tertio moneri, nec ſufficit monitio una pro trina. Si monitus tertio non reſumit habitum ipſo facto perdit omne priuilegium, & abſque alia degradatione efficitur de foro ſeculari. Admonitio debet fieri per epiſcopum, uel alium habentem iuriſdictionem epiſcopalem in clericum, nec poteſt fieri per alium. Ab. ubi ſuprà. Si prima monitione perdit priuilegium clericale ſi in minoribus conſtitutus exercet actum omnino contrarium clericatui, ut ſi duxit uxorem corruptam, ſi fiat miles. ſecus ſi actus non ſit omnino contrarius, ut ducere uxorem uirginem, ſi fiat miles. Si uiuit ſeculariter etiam ſi eſt negociator non perdit priuilegium, niſi poſt trinam monitionem. Ab.de apoſta.c.Præterea. Viuens ſeculariter non perdit priuilegium ipſo facto, ſed eccleſia non uult eos liberare excommunicando detentores. Ab.ubi ſuprà.

Clericus. Purgationi aquæ frigidæ, uel candentis ferri ritum cuiuslibet benedictionis, uel conſecrationis non impendit. Ab.Ne cle. uel mona. c.Sententiam.

Clericus quo ordine ſit puniendus. Ab.De iudi. Cum non ab homine. Glo. & Ab. ubi ſuprà.

Clericus rapinam committens, uel particeps in ea debet deponi ab ordine irreparabiliter, & beneficio priuari, Nec poteſt diſpenſari per epiſcopum. Puto tamen quod in beneficio poſſit. Ab. De rapto. c.Super eo.

Clericus poteſt religionem intrare non petita licentia ab epiſcopo, licet ſi eccleſia lædatur grauiter, reuocandus eſſet. Ab.de Regula.c.Licet.

Clerici reſidentia intelligitur cum debitis temporibus ibi reſideat. Ab.de cle. non reſid. c. Ex parte tua. Qui in loco beneficij reſidet, & non intereſt diuinis officijs non accipit diſtributiones, quia non dantur reſidentibus, ſed his qui interſunt. Abb.ubi ſuprà.c.Cum dilectus. Omnia beneficia, quæ in titulum dantur etiam uicariæ, etiam modicæ æſtimationis requirunt reſidentiam de iure communi, ſecus ſi non dantur in titulum, ſed in ſtipendium. Ab.ubi ſuprà.c.Clericos.

Clericus qui non reſidet in beneficio etiam modicæ eſtimationis, illo priuatur. Ab. De cle.non reſid.c.Conquerente.Glo.& Ab.ubi ſuprà. Non reſidens citatus qui non reuertitur infra terminum priuandus eſt niſi habeat iuſtam cauſam. Ab.Vbi ſuprà.c.Ex parte. Si monitus non reuertitur, nec allegat iuſtam cauſam, priuatur beneficio. Ab.ubi ſuprà.c.Clericos. Diſpoſitio huius capituli habet locum in eccleſijs curatis & in beneficijs ſimplicibus, quæ requirunt reſidentiam ex priuilegio, ſtatuto, uel conſuetudine, in alijs non ha-

bet locum. Vagabundus tamen poteſt pro hoc delicto priuari. Ab. ubi ſupra. Cauſa ſufficiens non reſidendi eſt infirmitas inimicitia capitalis. Ab. ubi ſuprà. c. Clericos.

Clericus habens eccleſiam curatam tenetur illi ſeruire perſonaliter, nec poteſt inſtituere uicarium, quia eſt electa induſtria perſonæ, niſi ad breue tempus, & de licentia epiſcopi. Si tamen eccleſia ſit annexa præbendæ, poteſt per uicarium perpetuum, qui licet non habeat omnes fructus, habet tamen ſufficientem portionem. Quodlibet beneficium eccleſiaſticum requirit reſidentiam, ſi eſt curatum, uel annexum dic, ut ſuprà. Si non eſt annexum, tenetur reſidere, niſi conſuetudo rationabilis, uel ſtatutum habeat, quod poſſit ſeruire per uicarium, ſecus ubi nulla eſt ratio. Si ſimplex, non ualet conſuetudo, ſi eccleſia indiget ſeruitore niſi per ſe, uel per alium ſeruiat. Si eccleſia non patitur defectum in miniſtris ualet conſuetudo ut poſſit recipere reditus in abſentia non conſtituendo uicarium. Ab. de preben. c. Extirpandæ. Parochialis ſacerdos ſic reſidere tenetur, quod diſpenſari non poteſt per inferiorē Papa in perpetuum. Excipiuntur duodecim caſus, in quibus non tenetur clericus reſidere. Si non ponit uicarium etiam ſine monitione cum habet facultatem ponendi, eſt priuatus, ideo non poteſt illud tenere ſine noua collatione in conſcientia. Ab. ubi ſuprà in additionibus.

Clericus non reſidens propter potentiam tyranni non debet priuari tanquam non reſidens, cum exulet ſine culpa ſua. Ab. de exceſ. prel. c. Tantum.

Clericus non reſidens in eccleſia Parochiali, non facit fructus ſuos, poteſt tamen diſpenſari ex iuſta cauſa, ſed non poteſt induci conſuetudo, in ſimplici beneficio poteſt, ſi eſt conſuetudo, & eccleſia non indiget miniſtris. Ab. de preben. c. Execrandæ. §. Qui uero. in replicatione.

Clericus poteſt petere reſtitutionem in integrum coram iudice eccleſiaſtico aduerſus contractum quocunque modo initum, & aduerſus perſcriptionem inductam ſtatuto, uel conſuetudine laycorum. Ab. de reſtitu. in integ. c. Conſtitutus.

Clericus poteſt preces effundere pro beneficio apud ſuperiorem. Ab. de cle. exco. c. Propoſuit.

Clericus ſecularis non poteſt beneficium in monaſterio habere ut faciat unum collegium cum monachis, & beneficiati per Abbatem, & monachos non poſſunt deponi per Abbatem, ſed per epiſcopum. In monaſterio non exempto inſtitutio ſpectat ad inferiorem de iure ſpeciali. Deſtitutio non ad eundem ſed ad epiſcopum pertinet. Inſtitutio & deſtitutio ſunt ſeparata. Clerici ſeculares non poſſunt intitulari in monaſteriis, & ſic non poteſt deputari altare in monaſterijs, ut inſtituatur in eo ſecularis clericus. Poteſt in eis deputari ſtipendium pro ſeruitio monaſterij non in titulum. Iura in contrarium procedunt ſecundum antiqua tempora, quando monachi non erant clerici. Ab. de ſta. mona. c. Ea quæ. Non priuatur beneficio propter periurium quando non agitur principaliter ad puniendum periurium, ſed punitur pena extraordinaria. Ab. de fideiuſ. c. Peruenit.

Clerici ſeculares tenentur ad hoſpitalitatem ſolitam ſecundum facultates eccleſię, primo tamen eſt ſubueniendum ſeruitoribus & eccleſia reparanda. De reliquis debet fieri hoſpitalitas. In neceſſitate tenetur prius ſubuenire pauperibus, & uendere mobilia & immobilia & uaſa eccleſię, in hoc caſu etiam layci tenentur ſub pręcepto. Ab. de pręben. c. De monachis.

Clericorum numerus in collegiatis eccleſijs debet inſtitui ſecũdũ eorũ facultates

tates. De inſtitu.c.Non amplius. Compelli poſſunt ut tot ponant,quot ſuſtinere poſſunt ex eorũ reditibus,ita tamen quod habeatur reſpectus ad alia onera, puta reparationem eccleſię,hoſpitalitatem ſolitam, & ſi non commode ſaltem ſine penuria. In monaſterio monialium non tenet receptio facta ultra quam ſuppetant facultates monaſterij. Intellige prędicta in eccleſia non numerata. Ab.ubi ſupra.

Clericus expoliatus beneficio poteſt compromittere ſuper eo. Ab.de arbi.c. Non ſine.

Clerici ſtatũ eccleſiæ mutare non poſſunt ſine licentia epiſcopi,puta quod eccleſia prius ſecularis fiat regularis. Ab.de eccle.edifi.c. Ad audientiam ſecundum.

Clerici poſſunt ſtatutis clericorum uti ad eorum commodum, quæ tamen non ligant clericos in eorum præiudicium, etiam ſi ſint negociatores.Ab.de ui. & honeſta.cle.c.Ex litteris.

Clerici eccleſiarum ſubiectarum pleno iure alicui pręlato ſunt ſubiecti pręlato illius eccleſiæ qui poteſt illos corrigere & excommunicare. Si capellæ ſunt exemptę,& clerici ſunt exempti, & ſi capellæ ſunt ſubiectę, & clerici ſunt ſubiecti. Ab.de maio.& obe.c.His qui.

Clericus teſtari poteſt & hæredem inſtituere extraneum catholicum non autem hæreticum. Si moritur inteſtatus non exiſtentibus conſanguineis ſuccedit eccleſia, poteſt etiam ſubuenire parentibus de bonis eccleſiæ dummodo non faciat eos diuites, & magis tenetur ſubuenire eis quam extraneis. Ab.de Hære.c.In eos.

Clericus inferendo teſtimonium uacillans poteſt capi & retineri,ſi retinetur,an ſit infamis. Ab.de pen.c.Super hijs.

Clericus uagabundus poteſt priuari beneficio etiam ſimplici, nec conſuetudo ualet in contrarium, nec licentia prælati. Ab.de cle.non reſid.c.Ex tuæ deuotionis.

Clerico uenatio prohibetur & contrafaciens ſi eſt epiſcopus tribus menſibus a communione,ſi præsbiter duobus,ſi dyaconus,ab officio ſuſpenditur.Ab.de cle.uena.c.Epiſcopum. Prohibetur etiam tenere accipitres,& canes pro uenatione, ſi tamen uenationem raro exerceat non tamen debet hac pena puniri. Ab.ut ſupra.c.Vide.Venatio.

Clericus uendens rem layco tenetur eam defenſare coram iudice layco, quia ſolum præſtat auctoritatem & defenſionem emptori,ſecus ubi laycus poſſeſſor nomine eccleſiæ nominat clericum in iudicio. Abb. de emp.& uendi.c. Si emptori.

Clerici debent eſſe ornati ueſtibus dummodo non ad laſciuiam. Glo.de cuſto. eucha.c.Reliquiæ. Debent eſſe mundæ etiam ueſtes priuatæ. Ab.ubi ſupra. Quales & quantæ eſſe debeant, non debent eſſe rubeæ,nec uiridis coloris, etiam caligę, Qualia debeant eſſe ornamenta tam ſua quam iumentorum ſuorum.Ab. de ui.& honeſta.cle.Clerici ſecundum & Ab.ubi ſupra.

Clerici alicuius eccleſiæ ad arctiorem uitam & certam regulam religioſorum poſſunt ſe uoto & iuramento ſe obligare,licet ſe non transferant ad illos,nec requiritur conſenſus epiſcopi,niſi uellent mutare primam regulam,uel antiquum ſtatutum eccleſiæ dando in futurum formam uiuendi,etiam ſucceſſoribus. Ab. de his quę in me.tau.fiunt.c.Cum dilectus.

Clericis non poteſt induci uita auſterior ſic,ut mutetur ſtatus perſonæ, Quo ad accidẽtalia per quæ non mutatur ſtatus uitę, poteſt ſuperior maxime Papa,

Item capitulum unius eccleſię dummodo conſentiant omnes cum auctoritate epiſcopi. Ab.de appella.c.Ad noſtram. Cogi poſſunt per epiſcopum quod reditus ponant in communi, & in communi uiuant. Ab.de ui.& honeſta.cle.Quoniam.

Clericus uſurarius debet deponi ab officio. Ab.de uſu. c. Plures.

Coadiutor eſt qui datur in cauſa iuris uel iudicis auctoritate ad coadiuuandum officium præſidentis, ſi in temporalibus tantum debet prouidus eſſe & diſcretus, in ſpiritualibus debet habere ſcientiam & requiſita ad illud officium & etatis requiſitæ in adminiſtratione illius officij eſſe debet. Laycus non poteſt eſſe coadiutor clerici, nec in ſpiritualibus nec in temporalibus, quia non poteſt coadiutor eſſe in officio cui præeſſe non poteſt,& laycus nō debet eſſe generalis adminiſtrator eccleſiæ. Non poteſt femina deputari coadiutrix maſculi nec econtra. Religioſus poteſt dari coadiutor in omni officio cui præeſſe poteſt principaliter cum ſuperioris licentia.In epiſcopis & ſuperioribus deputatio coadiutoris pertinet ad ſolum Papam, in alijs ad eum qui poteſt prelatum inuitum deſtituere, uel ceſſionem admittere. ſi prelatus inferior habet collationem,tantum deputatio coadiutoris pertinet ad epiſcopum, ſi pertineat ad ipſum pleno iure dabit ipſe coadiutorem non epiſcopus.Ab.de cle.egro.conſultationibus. Vide.Sacerdos rector eccleſiæ. In dignitatibus inferioribus.

Cognitio ſpiritualis eſt dignior cognatione carnali, quia ex uenerabiliori parte procedit, unde eccleſiam Romanam nunquam legitur diſpenſaſſe in cognatione ſpirituali & tamen quotidie diſpenſat in coguatione carnali in contrahendo matrimonium. Ab.de purga.cano.c.Accepimus.

Collector ſi grauat eccleſiam,debet priuari officio. Ab.de cenſi.c. Ea quæ.Intel igi poteſt de omnibus collectoribus generaliter. Ab.ubi ſupra.

Collegium ſecundum ueritatem non eſt aliud a ſingularibus perſonis de collegio ſed iuris fictione eſt quædam perſona ficta & repreſentata proprie, ideo collegium non poteſt peccare, ſed poſſunt ſinguli de collegio. Quo tamen ad aliquos iuris effectus habetur pro corpore uero. Delictum conſiſtens in omittēdo cadit in collegium ſecundū illam iuris fictionem,ideo contra illud preſcribitur propter negligentiam.Si delictum cōſiſtit in faciendo ita quod proprie concernat collegium & non ſingulos ut facere ſtatuta,imponere collectas dacia illicita, in huiuſmodi poteſt collegium delinquere, & quando non poteſt, adaptatur ad ſingulos. Alia ſunt delicta quæ proprie non cadunt in collegium ut homicidium, præda & huiuſmodi, quæ poteſt collegium demandare & rata habere. Abb.de Simo.c.Dilectus Filius. & Abb.de Hære.Ad abolendam.

Collegium requirit tres, congregatio duos. Glo.de elec.c.Nullus in eccleſia. Ad collegium eccleſiaſticum ſufficiunt duo non autem ad ciuile.Ab.ubi ſuprà.c. Ius collegij remanet in uno ſi alij moriantur, uel fiant inhabiles. Si priuilegium ſit loco indultum etiam omnibus collegiatis mortuis, remanet, alij ſuccedunt nullo prædictorum exiſtente. Ab.de poſtula.c.Gratū.

Collegium non debet eſſe diſparium profeſſionum &c. loquitur de profeſſione laycorum clericorum, cum religioſus poſſit eſſe uicarius epiſcopi, ſi diſparitas ſit ſicut inter clericos & religioſos, poſſunt aſſociari ad aliquod officium, non tamen ut collegialiter uiuant in eadem eccleſia,in aliis poſſunt, unde in ſcholis clerici religioſi & prælati faciunt unam uniuerſitatem. Ab. de elec.c.Cum cauſa. Ad collegium conſtituendum non admittuntur homines

mines profeſsionis diſpares quando uaria ſunt ſtudia reſpectu profeſſionis. Si omnino idem eſt ſtudium non impedit diuerſitas profeſsionis, ut in uniuerſitate ſcholarium. Ab.de teſtam.c.Ioannes.

Ad collegii actus ualiditatem ad minus duæ partes uocalium debent eſſe præſentes & ex illis oportet maiorem partem conſentire. Si pars de collegio fuit contempta, poteſt facere actum retractari; quia plus nocet contemptus unius quam contradictio plurium. Ab.de his quæ fi.a maio.part.cap.Cum in cunctis. Quando partes diuerſę coniunguntur ad faciendum certum, quid, ſtatur iudicio maioris partis corporis, nec requiritur maior pars cuiuslibet partis. Abb. de paroch. c. Si epiſcopus. & de ſtat. mona. In ſingulis.

Collegij bona ubi collegium diſoluitur ſi eſt religioſorum cum non poſsint habere proprium bona remanent apud ſuperiorem qui de illis diſponit ut de uacantibus. Si collegium eſt ſeculare eo diſſoluto poteſt quilibet habere quod contulit, ſed bona collegii remanebunt apud ſuperiorem ex quo attributa ſunt collegio propter diuinum officium, & ſoluto labore tollitur premium. Si collegium habet bona propter utilitatem publicam, ut hoſpitale, bona non diuidentur inter collegiatos. Si collegium habet bona ad uſum ſingulorum ut quia quilibet contulit pro uictu communi, diſſoluto collegio bona diuidentur inter collegiatos. Idem ſi collegium habet bona propter onera incumbentia collegio. Ab.de ſta.mona.c.Recolentes.

Collegium quando eſt citandum poteſt compelli qui de iure uel conſuetudine habet congregare ad congregandum per ordinarium uel delegatum. Ab. de maio.& obe.c.Cum cæterum.

Collegium in componendis arduis ut ſuper iure ſuperioritatis nõ oportet uocet abſentes quia ſufficiunt præſentes. Compoſitionem faciendam impedit unus ſolus de collegio ſi ſit nomine collegii, & ſibi pretendit præiudicium non autem ſi ſit in prẹiudicium collegii. Abb. de maio. & obed.c. Humilis.

Collegium eſt eccleſiaſticum ſi clerici ſunt æquales numero ſecularibus, quia dignius trahit ad ſe uilius. Ab.de conſtitu.c.Ex litteris. Dicitur eccleſiaſticum ſi maior pars ſit eccleſiaſtica, & erit ſub iudice eccleſiaſtico. Si maior pars erit ſecularis, dicitur ſeculare, & erit ſub iudice ſeculari. Ab.de Loca. c. Ex reſcrip.

Collegium eligit iure proprio uidelicet ſingulis competente & ſemper poteſt uariare electionem antequam ueniat ad electum. Si eligit iure alieno ſibi delato, ut canonici epiſcopum & canonicos, non poſſunt uariare, quia functi ſunt officio ſuo. Patroni eccleſiarum ſemper poſſunt uariare ante præſentationem quæ proprie pertinet ad officium ſuum ſiue ſint clerici ſiue ſeculares, poſt præſentationem ſeculares poſſunt uariare non autem clerici. Ab.de elec.c.Publicato ſcrutinio.

Collegium non poteſt aliquid explicare de his quæ agit ut collegium non ut priuata perſona, niſi per maiorem & ſaniorem partem fiat, nec ſufficit maior pars niſi ſit ſanior & hoc tam in collegio ſecularium quam religioſorum, unde non benefaciunt qui utuntur fabis. Abb. de elec. c. Eccleſia uera.

Collegium inſtituere non poſſunt priuati homines regulariter nec habere ſigna collegii niſi eis aliquid concedatur. Ab.de exceſ.præl.c.Dilecta. Collegii ius poteſt argui ex conſuetudine. In eccleſia inſtituitur collegium per

priui-

priuilegium poſt eccleſiam fundatam uel a principio ordinatam quod eccleſia eſſet collegiata uel ſi longo tempore uixerunt collegialiter. Iure gentium approbantur quædam collegia, ut ciuitatis, caſtri & uillæ iure poſitiuo approbantur collegia eorum, qui ſunt alicuius artis, uel profeſsionis uel ſi ſint cauſa pietatis, ut ad ſubueniendum oppreſsis, quia iſti habent multa agere ad utilitatem artis, uel profeſsionis. Qui non habent aliqua communiter expedienda non poſſunt propria auctoritate facere iſtas congregationes niſi ſit ordinatum a principio quod eccleſia ſit collegiata, quia tunc licite faciunt unum corpus, & ſic congregantur ut promoueant utilitatem eccleſiæ, ideo ſingulariter beneficiati in eccleſia non poſſunt propria auctoritate collegium facere. Collegia ſunt regulariter interdicta, quia timetur coniuratio & conſpiratio contra ſuperiores. Ab. de exceſ. præl. c. Dilecta. Vide. Clerici uniuerſitatem.

Collegium faciunt ſcholares per ſe, & doctores per ſe, & doctores & ſcholares ſimul, & quodlibet eorum apponere pœnam, & doctiores in conuentibus ſiue recipere beneficium. Ab. de conſtitu. c. Ex litteris. Vide. Vniuerſitatem.

In collegio primum locum habet ceſſante conſuetudine qui primo inſtitutus eſt. Si epiſcopus ſit canonicus, non habet primum locum nec primam uocem, ſed nec inter ſcholares in ſtudiis habet locum ſuper rectorem, quia non eſt inter eos ut epiſcopus, ſed ut unus de collegio. Abb. de elec. c. Auditis.

Collegium non poteſt ſe obligare ad non emendum uel uendendum poſſeſsiones, poſſunt tamen obligari ſinguli de collegio. Ab. de deci. c. Nuper.

Collegium dicitur peccare quando prius deliberatum eſt in ipſo collegio pulſata campana & concurrentibus requiſitis aliis ad congregationem collegii. Si omnes de collegio delinquunt, dicuntur ſinguli delinquere, ſi etiam pulſata campana omnes erigerent uexillum, non deliquit collegium, quia requiritur deliberatio. Ab. de ſimo. c. Dilectus filius.

In collegio poteſt quis gerere perſonam duorum & uti utriuſque iure puta epiſcopi & canonici. Ab. de conceſ. præben. c. Poſtulaſtis.

Collegium præſumitur eſſe, ubi plures uiuunt in communi. Ab. de ui. & honeſta. cle. c. Quoniam.

Collegiũ poteſt puniri ubi innocens poteſt pro crimine alterius puniri, propter rebellionẽ ciuitas quãdoq; ſupponitur aratui, & poſſunt ſinguli decapitari de Simo. c. dilec. filius, ſecũdo quãdo pœna a iure ſtatuta concernit collegium, ita quod nõ ſingulos ſed punitur ipſum collegiũ, unde pro delicto collegii res collegii publicantur, & quando delictum collegii cadit in collegium, ut dictum eſt. In modo puniẽdi ſi pœna poteſt cadere in collegium, punitur collegium, ſi non eſt talis, commutabitur in aliam pœnam. Collegium non excommunicatur, quia excommunicatio requirit uerum corpus, animam baptizatam, & uerum delictum, & proprium excommunicandi. In prædictis in quibus collegium poteſt delinquere, punitur collegium ſimul, ſinguli autem ut incitatores in delictis, quæ proprie non cadunt in collegium, ſtatutum eſt ecõtra, quia ſinguli puniuntur ut facientes, & uniuerſitas ut fieri faciens, uel mandans fieri, uel ratum habens. Ab. de ſimo. c. Dilectus Filius.

Collegium non oportet ut habeat rectorem, nec tenetur ad eius electionem, & habet omnem auctoritatem, quam ſolet rector habere, & illam poteſt committere. Ab. de præben. c. Cum non ignores.

Colle-

Collegium ſeculare poteſt ſibi eligere ordinarium qui habet iuriſdictionem in ciuilibus, ſicut ſcholares rectorem ſub quo unus alium poteſt conuenire. Poteſt etiam conueniri ſub maiori iudice,& locus eſt præuentioni. Ab. de ordina.c.Cum ab eccleſia.

Collegii ſignum eſt habere ſigillum commune. De exceſ.præl.c.Dilecta.

Collegia artium & ſcholarium ſunt ſubiecta poteſtatibus & ordinariis ſimiliter eorum rectores. A rectoribus appellatur ad prædictos ordinarios, nec ualet ſtatutum in contrarium, quia eſt contra canones & contra ius ſuperioris. Abb. in rubr. de appella. Qui eſt in collegio alicuius artis uel profeſsionis ſi illa non exercet actu non debet gaudere priuilegiis artis,nec profeſsionis. Ab.de preſcrip.c.Vigilanti.

Colluſio eſt inter reum & actorem occulta & illicita pactio,qua alter in iudicio ſe ſuperare permittit. Glo.de cenſe.c.Cum clerici.

Comites palatini dicuntur abuſiue comites cum non ſint inueſtiti de aliquo comitatu, nec habent adminiſtrationem. In diſpoſitione reſtringibili non ueniunt appellatione comitum. Ab.de maio.& obe. c.Legitur.

Commiſſarius quicquid facit fingitur factum per committentem. Si teſtator aliquid relinquit ad pias cauſas,& exequutionem committit, & illi erigunt fabricam eccleſiæ, cui iſta ſoluantur, & eccleſia non tenetur de relictis pro fabrica dare decimam,ratione prædicta non tenetur de illis decimas ſoluere. Ab.de elec.c.In cauſis.

Commiſſarii ad bona diſtribuenda ad pias cauſas poſſunt unum ex ipſis eligere & illi dare ſi egeat, Idem dicitur de his quibus committitur ut aliquem eligant ad aliquod officium niſi ſit contra formam comptomiſſi. De elec.c. Cum ſis iure peritus.

Cui committitur aliquid in generali non poteſt ſe intromittere de his quæ ſpecialiter alteri delegantur, unde delegatus Papę non poteſt impedire ſententiam uel proceſſum delegati. Ab.de offi. leg.c.Studuiſti.

Commiſſarius Papę poteſt eſſe ſimplex religioſus,ſi negocium extraiudiciale committit, non autem commiſſione ordinaria exercenda. Abb.de elec.c. Cum in ueteri.

Commodatarius gratia ſui tenetur etiam de leuiſſima culpa non de caſu fortuito, niſi in tribus caſibus primo quando culpa ſua præceſſit ſecundo quando pactum interuenit, ut teneatur de caſu. tertio quando præceſſit mora. Ab.de commoda.c Cum gratia. In contractu qui fit gratia utriuſque,non tenetur de leuiſſima culpa, ſi gratia commodantis tenetur ſolum de dolo & lata culpa, quia non eſt ſibi beneficium. Idem in depoſito. In commodati remiſſione conſideranda eſt qualitas perſonæ, qualitas rei deſtinatæ,tempus, locus,& cõſimiles circumſtantię,a quo deſtinatus eſt famulus,ſi a commodante uel a commodatario, in pacto quod ex caſu fortuitu teneatur,debet exprimi aliquid & cauſa generali ſubſequenti. Intelliguntur conſimiles non maiores. Pactum generale non obligat ad omnes caſus fortuitos. Ab.ut ſuprà.

Commodum magnum conſequitur,qui a lite recedit. Ab.de tranſac.c.Sicut.

Compenſatio in quibus contractibus habet locum,& in quanto tempore debet fieri. Ab.& Glo.de depoſi.c.Bona fides.

Compromiſſum in electione uno non conſentiente electio erit nulla & in omnibus negociis explicandis uniuerſaliter, & hoc ſi a principio contradicat non autem ſi ſuperuenerit, qui non erat uocandus & contradicat, quia non

retra-

retractabitur quod prius factum eſt.Ab.de elee.c.Quia propter. Poteſt autem fieri ſuper electione in præiudicium compromittentium non autem ſuperioris aut eccleſiæ. Abb. de arbi.c. Ex parte. Nemo poteſt compromittere ſuper rebus aut iuriſdictione niſi poſſit illa alienare. Ab.ut ſuprà.c. Cum tempore & c. Expoſita.

Compromiſſum factum in plures cum clauſula quod in caſu diſcordiæ eligatur tertius per eoſdem uel alios, quando compromittitur in incertum eligẽdum, an ualeat compromiſſum examinatorum. Abb.de arbi.c.Innotuit. & Cum a nobis. Similiter quando certum eſt ut per ſe cauſam diffiniat aut per eos quos elegerint ualet. Ab. ut ſupra.c.Cum a nobis.

Compromiſſum quando poteſt fieri in ordinarium ut in arbitrum. Ab.de arbi. c.Cum tempore.Poteſt etiam fieri per duos electores ad eandem prælaturam in diſcordia & morte alterius compromittentium expirat. Ordinarius tamen auctoritate ordinaria procedit ſuper iure ſuperſtitis ante quam fiat tranſitus ad aliam electionem, & poteſt procedere poſt mortem alterius compromiſſarii per acta coram eo ut coram arbitro. Abb. de arbi. c. Ex parte.

Compromiſſum poteſt fieri in delegatum. Abb. de arbi.c. Cum omni. & Ex parte. Compromittere poſſunt partes in cauſa delegata quando delegata eſt in fauore partium. Delegatus de conſenſu partium poteſt ſibi retinere exequutionem ſententiæ arbitrum. alias ad ordinarium eſſet recurrendum pro exequutione ſine. Non tam extinguitur poteſtas delegati eo quod partes compromittant. Delegatus aſſumptus in arbitrum poteſt utraque poteſtate uti. Ab.de arbi. c.Innotuit.

Compromiſſum ante ſententiam latam finitur morte alterius compromittentis ut in hæredes non tranſeat niſi de eis ſit cautum in compromiſſo. Ab. De Arbi.c.Compromiſſum. Intelligitur ante ſententiam, quia lata ſententia, laudum tranſit ad hæredes non autem ſi non eſt lata, etiam ſi conclusũm eſſet & dies præfixa ad ſententiam ferendam. Quomodocunque expiret compromiſſum, geſta in cauſa remanent, & faciunt fidem coram iudice ſimiliter teſtium atteſtationes, & confeſſio partium. Quæ non concernunt iuriſdictionem ſed ornant iudicium, ut citatio partium, conteſtatio, ſatiſdatio, & ſimilia pereunt. Prædicta uerificantur etiam in arbitratore. Si in compromiſſo ſit mentio de hęrede, tranſit etiam ad hæredem hæredis in infinitum. Quando compromittitur per prælatum, utrum expiret per mortem eius, uel non. Ab.ubi ſuprà.c.Compromiſſum.

Compromiſſum pro quo ſeruando appoſita eſt pœna, ſoluitur per ſolutionem pœnæ ſic, qui nõ poteſt ut impleatur niſi dicatur quod ſoluta pęna ſtet compromiſſum. Si firmatur iuramento abſque appoſitione pœnæ poteſt agi ad eius obſeruantiam, ſi non appponitur pœna ad obſeruantiam non ad pœnam ut alterum implere poteſt agi. Ab. de arbi.c.Dilecti filii. & Cum tempore. Si compromiſſum factum eſt ſuper pluribus, quorum aliqua non dependent a poteſtate compromittentium, non inficitur propter exceptionem inutilium, ſed remanet ualidum ſuper dependentibus a poteſtate compromittentium. Abb. ut ſuprà. c. Cum tempore. Quando eſt de his, quæ non dependent a poteſtate compromittentium non tenetur ad pœnam, unde ſi promiſit factum alienum ſub aliqua pœna, & fecit quod potuit, ut obtineret, ſi non potuit perficere, talis non tenetur ad pœnam. Glo.& Ab. de delega. c. Significantibus.

Con-

Conceſſum ex certa cauſa ea ceſſante debet reuocari. Ab.de cuſto.eucha.c. Reliquiæ. Conceſſo fine omnia conceduntur per quæ uenitur ad finem, ſic prohibito uno omnia etiam remota prohibita intelliguntur. Ab.de pœni. & remiſ. c. Cum infirmitas. Maiori conceſſo uidetur conċedi quod minus eſt non autem prohibito. Ab. de deci. c. Ex parte. Vbi conceditur aliquid pro neceſſitate, id uidetur conceſſum quatenus neceſſitas hoc poſtulat. Similiter cauſa limitata parit effectum limitatum. Ab.de ui. & honeſta.cle. c. Deus qui. Et conceſſo uno uidentur omnia illa conceſſa, ſine quibus illud commode expediri non poteſt. Ab.de excep.c. Venerabilem. Videntur etiam omnia ſimilia eſſe conceſſa. Ab.ubi ſuprà.c.Cum inter.

Concilium generale, prouinciale, & epiſcopale quid ſint. Ab.de accuſa.c. Sicut olim. Concilium generale poteſt dici capitulum, & quęlibet uniuerſitas. Ab.de reb.eccle. non alie.c.Conſenſus.

Concilia qua auctoritate celebrantur. Ab.de elec.c. Significaſti. Vide. Papa non poteſt contra euangelium. Congreganda ſunt propter ſciſma, quando Cardinales non conueniunt in unum, & Cardinales tunc debent concilium conuocare, & ille Papa remanebit, quem concilium approbauerit. Quod hic dicitur quod non poſſunt habere recurſum ad ſuperiorem intelligitur commode. Ab.de elec.c. Licet de uitanda.

Concilium quando facit cóſtitutionem uno epiſcoporum approbante aliis autem conſentientibus. De obliga. ad ratioci.c.Magnus epiſcopus. In concilio fiũt leges nouæ nomine concilii, & non nomine Papæ. unde poteſtas eccleſiæ eſt in concilio. Quandoque Papa facit legem cum conſenſu concilij. Maioris roboris eſt lex Papæ cum concilio, quam ſi ex Papa tantum. Ab.de pac.c.Antigonus. Conſtitutio & edictum in concilio non oportet ut concipiatur ſub nomine Papæ, nec concilii. Abb. de reb.eccle.non alien. c. Conſenſus.

In concilio geſta faciunt fidem ſi ſint deſcripta per perſonam publicam. Ab.de cle. non reſid. c.Ex geſtis.

In concilio generali qui debent intereſſe nó eſt in iure deciſum, nec per doctores, In prouinciali debent eſſe omnes epiſcopi prouinciæ, & eſt dubium de capitulis cathedralium eccleſiarum in ſynodalibus debent conuenire omnes clerici diocœſis. Ab.de preben.c.Graue nimis.

Concilium generale errare non poteſt in his quæ ſunt fidei. In aliis tam eccleſiæ uniuerſalis quam particularis errare poteſt ut excommunicando quẽ non poteſt excommunicare. Non enim cognoſcit occulta. ideo ſolutiones Papæ ualent claue non errante etiam quo ad Deum. Sic intelligitur. Quod cunque ligaueris ſuper terram &c. Abb. de ſenten.exco.c.A nobis.

Concilium generale habet iura principis. Ab. de uerbo ſignifi. c. Super quibuſdam. Concilium habet iuriſdictionem, & non ſolus Papa, alias non poſſet diffinire, nec ſtatuere. Ab.de reb.eccle.non alien.c.Conſenſus. Concilium quam poteſtatem habet ſuper Papam, & quod nó imponit legem Papę cuius auctoritate celebratur, quomodo poteſt errare. Ab. de elec. c. Significaſti. Vide. Papa non poteſt contra euangelium. Poteſt papam damnare de hæreſi, quia in cauſa hæreſis maius eſt Papa. In dubio ubi contenditur de Papatu, & pro certo non ſcitur quis ſit uerus Papa debet congregari concilium quo ad quæſtionem dependentem habet determinare, & poteſt congregari per Cardinales quando neuter contendentium uellet ſuam obedientiam ponere in eodem loco. Ab.de Hære.c.Fraternitatis.

Concilium generale in quo Papa præſidet non poteſt recuſari, concilium prouinciale, & ordinarius poſſunt ſi ſint ſuſpecti ipſi, uel eorum aſſeſſores. Ab. de iudi.c.De quo uult.

In concilio prouinciali debent intereſſe omnes epiſcopi prouinciæ. De capitulis cathedralibus dubium eſt. Ab.de præben. c.Graue nimis. Vicarii debent & auditores capitula eccleſiarum cathedralium.Ab.de his quę ſi.a prę l.c.Et ſi membra. Inferiora capitula non ſunt uocanda. Capitulum admittitur ad tractatum non ad iudicandum. Ab.ubi ſuprà. Debet autem celebrari ſingulis annis.Ab.de accuſa.c.Sicut olim.Iuriſdictionem habet in tota prouincia. Vnde omnes cauſæ prouinciæ agebantur in hoc concilio.Ab. de iudi. c. De quo uult. Vide.Archiepiſcopus. Poteſt etiam excommunicare omnes epiſcopos ſuæ prouinciæ, & fortius dicitur de generali uacante Papatu. Ab.de iudi.c.De quo uult.

Concubina clerici poteſt excommunicari & ſortitur forum eccleſiæ ratione delicti, peccat in eccleſia adherendo turpiter clerico. Ab.de ſente.exco.c. Si concubinæ.

Condemnatione in expenſis ueniunt omnia damna non ſolum rebus illata, ſed etiam ceſſantis lucri, ſi condemnatur ratione contumaciæ uel retardati proceſſus. Si ratione uictoriæ in fine non habetur ratio damnorum, niſi ſint damna perſonalia. Quando debet fieri condemnatio in expenſis ex qua cauſa, pro quibus expenſis & damnis & quando partes abſoluantur, quæſtiones plures. Ab.de do.& contu.c.Finem. & ubi ſuprà. c.Dilecti.

Condemnatur uictus uictori in expenſis ratione præſumptionis calumniæ & ratione temeritatis præſumptæ, nec liberatur propter iuramentum calumniæ niſi manifeſte probetur cauſa probabilis. Si uictor prius condemnatus fuit in expenſis illas non recuperat in fine litis.Ab.de do.& contu.c.Finem.

Conditio eſt quædam additio poſita uel ſubintellecta in diſpoſitione ſuſpendens, uel reſoluens ipſam diſpoſitionem, & differt a modo qui non ſuſpendit, ſed eſt modificatio diſpoſitionis. Ab.in rubr.de conditio.apponen.

Conditio contra ſubſtantiam actus uiciat actum, quia remota ſubſtantia actus remouetur actus. Ad cognoſcendum ſubſtantialia illius actus debet uideri,an actus ſine illo conſiſtere poſſit. Conditio inhoneſta, uel impoſsibilis regulariter uitiat contractum, & non uitiatur ſaltem in matrimonio fauore motrimonij. Ab. de conditio. appoſi.c.Si conditiones.

Confeſſio aduerſarii poteſt acceptari pro una parte & non pro alia. Idem de inſtrumento ſi contineat plura, ſecus ſi contineat factum ſingulare. Ab. de excep.c.Cum uenerabilis.

Confeſſio aduocati nocet clientulo niſi reuocetur, nec oportet probare errorem ſicut in confeſſione propria, uel procuratoris. An clientulus teneatur reuocare confeſſionem ſuam, uel alterius infra triduum. Ab.de appella.c. Cum cauſa.Nocet parti etiam non reuocanti quando fit nomine partis. Ab. de cenſi.c.Olim cauſam.

Confeſſio exprimens cauſam ualet.excipiuntur primo quia confitetur mutuum recepiſſe, quia competit exceptio, maxime ſi prælatus accepit mutuum pro utilitate ſuæ eccleſiæ,quia excipi poteſt per bannitum. Secundo fallit in confeſſione dotis. Tertio quando mulier conſentit in alienatione rei ſibi aſſignatæ propter nuptias. Si quis tamen confitetur ex interuallo recepiſſe dotem,non poteſt excipere.Ab.de fid.inſtrum.c.Si cautio.

Confeſſio coniugis quod matrimonium ualet, quando emanat ab eo qui ſtat

pro

pro matrimonio admittitur, quia non eſt præſumptio quod dicat falſum contra ſe niſi ſit præſumptio fraudis. Poteſt enim fieri colliſio. Ab. de deſponſa. impube. c. Atteſtationes. Vbi agitur de ſeparatione matrimonii. Ab. de eo qui cogno. conſangui. uxo. c. Super eo. Vide. Matrimonium non ſeparatur. Vbi agitur ad ſeparationem thori tantum ualet confeſſio coniugis, ſecus ubi agitur ad ſubſtantialia uinculi. Ab. de diuer. c. Ex litteris. In cauſa matrimonii carnalis, uel ſpiritualis ſi tendit ad ſeparationem matrimonii ad quam etiam tendit quia profitetur non ualet in fauorem confitentis. Si qui confitetur ſit pro matrimonio confeſſio contra matrimonium tenet, quia non præſumitur quod confiteatur falſum contra ſe. Si dubitatur an ſtet pro matrimonio, quia timetur de colliſione, ſi fuerint uerba adminicula adiuuantia confeſsionem, ualet confeſsio contra matrimonium, ſi deſunt adminicula non ualet contra matrimonium ſpirituale. Si tendit in fauorem matrimonii carnalis carnale eſt fortius reſpectu ſolutionis, In carnali uertitur utilitas publica in qua eſt etiam priuata lex. In ſpirituali uertitur priuata lex, ſecus ſi uerteretur utilitas publica, ut quia promotus in epiſcopum peteretur in matrimonium, In dubio fauetur matrimonio ſpirituali. Ab. de rapto. c. Cum cauſa.

Confeſſo crimen proprium non creditur contra eos quos dicit criminis ſuggeſtores. Infamatis tam eſt indicenda purgatio, ſi proprium delictum confeſſus eſt, non tamen debet interrogari de aliis criminoſis, nec creditur criminoſis. Fallit tamen in crimine læſæ maieſtatis, & in confeſsione unius latronis contra alium, inducit tamen præſumptionem. In aliis interrogari non debet niſi ad inſtructionem iudicis, nel contra infamatum. De occultis nõ interrogatur. Fallit propter immanitatem criminis, & tunc reſponſio non erit plena probatio, ſed aliqua præſumptio. Quando poteſt uel non poteſt interrogari. Qualem præſumptionem facit, uel probationem, etiam quando reſpondet non interrogatus. Si examinetur non examinandus quale iudicium fiat. Confeſsio de aliquo criminoſo ſi propter eam generetur ſcandalum ſufficit ad inducendum purgationem canonicam, ſi non eſt ſcandalum nec infamatus quis propter eam, non ſufficit. Ab. de Confeſ. c. Cum monaſterium. Si in iudicio confitetur crimen incidenter poteſt iudex ordinarius nouum incohando proceſſum illum punire pœna ordinaria. Ab. ubi ſuprà. c. Cum ſuper.

Confeſsio participis in crimine non ſufficit ad cauſandum infamiam, nec ad inducendam purgationem ei quem dicit eſſe participem niſi ex confeſsione infamia tranſeat ad bonos & graues uiros, & imineat ſcandalum uitandum, quia tunc etiam ſine alia infamia inducitur purgatio. Abb. de adul. c. Significaſti.

Confitetur quis tripliciter. ore, rei euidentia, & contumacia. Glo. de præſump. Nullus dubius.

Confeſsio per errorem facta non nocet ſi ante finitum negotium doceatur. De confeſ. c. Ex parte.

Confeſsio yconomici reuocatur ſicut propria, ſimiliter ea quæ eſt procuratoris, Eccleſia poteſt per reuocationem confeſsionis ſibi prouidere, & tunc debet probare errorem, uel per reſtitutionem in integrum & tunc ſufficit probare læſionem, & tempus quadragenarii. Ab. de confeſ. c. Cum ſuper.

Qui confitetur excipiendo non confitetur id quod iuris eſt tacite comprehenſum in ipſa exceptione, melius tamen eſt excipiat ſub conditione. Glo.

 & Abb.

& Abb. de excep. c. Cum uenerabilis.

Confeſsio fratrum nocet eccleſiæ etiam ubi agitur de iure ſubiectionis, quia ex ea ſola fertur ſententia contra eccleſiam. Ab. de tranſ. c. Præterea.

Confeſsio iurata recipit excuſationem & expoſitionem & reſpondens iuramẽto præmiſſo excuſatur. Poteſt etiam eſſe & ad bonum & ad malum, ſi ſonet in malum, interpretari debet in malum contra confitentem, niſi excuſans illam confeſsionem probet illas exceptiones, unde accipitur quod contra eum eſt non quod pro eo elici poteſt, & hoc quando inſurgit mala præſumptio contra id quod facit pro eo. Alias interpretari poteſt in bona parte, Confeſsio mala poteſt reuocari probando errorem contrarium, & hoc ante ſententiam, ſed non excuſari, quia excuſans non habet neceſſe probare cõtrarium, ſed tantum ſuas excuſationes, unde falſum eſt, quod quidam tenent, confeſsionem iuratam non poſſe reuocari. Abb. de accuſa. c. Cum dilectus.

Confeſsio facta furore iracundiæ nõ præiudicat, niſi perſeuerantia detur, alias ualet confeſsio in criminali facta, nec exigitur perſeuerantia, Antequam confeſsio ſit deſcripta in actis, poteſt reuocari. Ab. de diuor. c. Ex litteris.

Confeſsio in iudicio facta ualet, licet proceſſus ex aliquo defectu extrinſeco ſit nullus. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Piſanis. Confeſsio iudicialis faciens ad condemnationem oportet fiat coram iudice competenti. In iudicio. In præſentia ſui iudicis, & quod fiat principaliter propter ſe, non ex quadam conſequentia, nec incidenter. Ab. de iudi. At ſi clerici.

Crimen confeſſum per uiam exceptionis eſſe in iudicio ciuili, an ſit puniendum, opiniones, Ab. de conceſ. præben. c. Cum ſuper quæſtione.

Confeſsio in uno iudicio facta quomodo ad certum finem in alio iudicio quatenus agitur de habilitatione perſonæ ualet, quia quatenus inficit perſonam ſequitur eam quocunque ſe uertet ſicut infamia & lepra. Ab. de teſti. c. Super eo. Et facta in uno iudicio ualet in alio inter eaſdem perſonas etiam perempta inſtantia etiam ſi proceſſus ſit nullus, Abb. de capel. mona. c. Dilectus.

Confeſsio iudicialis ſi fiat ſub diuerſis orationibus poteſt aduerſarius accipere partem pro ſe & aliam impugnare quæ eſt contra ſe. De tranſac. c. Præterea. Non poteſt quis accipere unam partem confeſsionis & renuere aliam regulariter, ſi emanat ſub una qualitate, & contineat unum factum, ſi tamen circa illam qualitatem ſit aliqua ſtricta præſumptio poteſt aduerſarius recipere confeſsionem quatenus facit pro ſe, & reiicere quatenus eſt contra ſe & confitenti incumbit onus probandi, & præſumptio eſt contra illum qui confitetur ſe feciſſe actum a iure prohibitum, uel damnatum. Ab. de inſtitu. c. Cum ueniſſet. Vbi eſt unum factum qualificatum non poteſt recipi ab aduerſario niſi recipiatur tota, Vbi præſumptio eſt contra confitentem poteſt recipi quatenus facit pro ſe & reiici prout eſt contra aduerſarium. Si quis confitetur aliquem occidiſſe defendendo ſe, primum admittitur non ſecundum niſi probauerit. Ab. de ſponſa. c. Tua nos.

Confeſſio facta in abſentia partis inducit ſemiplenam probationem, Idem ſi fiat incidenter, puta ad interrogationem alterius concernentis aliud. Duæ ſemiplenæ ſi coniungantur ad eundem effectum faciunt plenam probationem, puta ſi hic eſt unus teſtis de ueritate rei, confeſsio facta propter aliud & cum hoc confeſsio &c. Confeſsio facta propter aliud etiam in præſentia partis plene non probat. Ab. de ſucceſ. ab inteſta. c. Cum dilectus.

Con-

Confeſſio requirit præſentiam aduerſarii in his quæ tendunt ad commodum priuatum, ſed non intendentibus ad commodum publicum, ubi iudex ſuplet ex officio. Ab.de accuſa.c.Si conſtiterit.

Confeſſio prælati non nocet eccleſiæ collegiatæ niſi quando præſumptio per ius commune eſt contra eccleſiam. Abb. de præſump.c.Si diligenti. Non nocet ſi habet diuiſam adminiſtrationem a capitulo. Ab. de iuram.calum.c. Cum in cauſa.

Confeſſio in iudicio non præiudicat in 10. caſibus. Primo ſi qui confitetur eſt minor 25.annis & in qua ętate poteſt ſtare in iudicio. Secundo cum habet adminiſtrationem ualet ſi confitetur cum auctoritate ſua, ſed reſtituitur ſi enormiter læditur. alias non præiudicat. Confeſſio tamen minoris facta in tormentis ualet quando ualet confeſsio torti uel incarcerati. Tertio quod certa ſcientia emanauerit & non per errorem. Quarto exigitur quod contra ſe confiteatur quia per ſe non ualet, niſi in foro animæ. Ita in concernentibus conſcientiam ſuam quando aliter probari non poteſt & in iuramento purgationis. Quinto in iudicio & coram ſuo iudice confiteatur. Sexto quod fiat præſente parte. Septimo quod confeſsio non ſit contra naturam. Octauo quod non ſit contra jus. Nono qui de re litigioſe fiat. Decimo quod non ſit contra libertatem. Omnia declarat Abbas de confeſ.c. c.Ex parte.

Confeſsio præsbyteri ſolius contentione facta pręiudicat eccleſiæ in qua ſolus præsbyter abſque collegio eſt inſtitutus. Vbi eccleſia habet collegium requiritur confeſsio totius collegii non tamen præiudicat ſuperiori. Ab. de capel.mona.c. Dilectus.

Confeſsio procuratoris a prælato & capitulo inſtituti nocet eccleſiæ etiam ſi ſit domina & agatur de ſtatu ipſius eccleſiæ, non tamen nocet ſi eſt inſtitutus a prelato tantum ſicut nec nocet confeſsio prælati. Ab.de ſenten.& re iudi.c.Inter monaſterium.

Confeſſus minus punitur &c. intelligitur quando ſponte non timore condemnationis, quia tunc ſicut conuictus punitur. Ab.de indi.c. At ſi clerici. Dicitur confeſſus propter timorem quando iam erat accerſitus ad indicium. Ab.de Simo.c.De hoc.Cum.

Confeſsio iudicialis quando poteſt reuocari, & caſus in quibus poſſunt reuocari prætextu erroris, & qualiter probabitur error. Ab.de confeſ.c. Ex parte. Licet non poſsit reuocari reſpectu erroris poſt ſententiam diffinitiuam, poteſt tamen reuocari poſt præceptum iudicis de ſatisfactione poſt confeſſionem. Vnde non facit confeſsio rem manifeſtam ſi allegetur aliquid ad offuſcandum dictam confeſsionem. Ab.de uerb.ſignifi.c.Ex parte.

Confeſsio, uel renunciatio litis cauſa pietatis non præiudicat facienti. Ab. de præſumptio.c. Afferte.

Confitetur quis tacite omnia quæ requiruntur ad actum quem quis exercet & omnia conſequentia & neceſſaria ad actum, Vnde confeſsio fit non tantum ore, ſed etiam facto, ſic producens inſtrumentum uidetur confiteri omnia contenta in eo. Ab.de lega.c.Cum ſit.

Confeſsio in tormentis poſt tormenta ut eorum timor non excuſet ſed perſeuerare dicatur, oportet qui confitetur reducatur in loco publico, officij & iudicii, ut ibi coram perſonis publicis & notario confiteatur. Vbi eſt facta eſt aliqua uiolentia ſufficit quod illa ceſſet. Abb.de confeſ.c.Ex parte. Si qui confitetur non perſeueret in ea non præiudicat ei, quia uidetur facta me

tu tormentorum, ſi in ea perſeuerat, ei præiudicat. Dicitur perſeuerare in ea quando confitetur iterum rectificando priorem confeſsionem extra locum tormentorum, ita ut non uideat inſtrumenta tormentorum, Alias dicitur confiteri metu. Ab. de reg. iuris. c. Cum in contemplatione.

Confeſsio mulieris præcedentibus cruciatibus & flagellis non tenet, quia incutiunt iuſtum timorem. Idem uidetur in maſculo, minor tamen metus excuſat mulierem quam maſculum. Minæ incutiunt timorem excuſantem quando poſt eas ſequuntur facta ut in pluribus. Ab. de lega. c. Cauſa matri.

Confeſsio extra iudicium non probat delictum quo ad ordinariam pœnam infligendam, ſufficit tamen ad ſupponendum torturæ ſic confitentem. Si iſta confeſsio tranſit in aliam ſpeciem delicti punitur de delicto nouiter cauſato, puta de gloriatione mali. Ab. de exceſ. præl. c. Quam ſit graue. Confeſsio extra iudicium ſuper crimine non præiudicat ad plenum, eſt tamen ſufficiens ad torturam, & quando tranſit in nouam ſpeciem criminis plene præiudicat, quia de eo punitur, ſicut qui gloriatur, ſufficit etiam ad priuandum illum ſuis beneficiis. Ab. de Simo. c. Ad hæc. Confeſsione extra iudicium de crimine poteſt quis torqueri iudicialiter. Si præcedit proceſſus poteſt condemnari, ſi non precedit, & principaliter confeſſus eſt, poteſt condemnari. Si non principaliter confeſſus eſt, non poteſt condemnari. Ab. de iudi. c. At ſi clerci.

Confiteri omni anno tenetur quilibet doli capax proprio ſacerdoti, uel de eius licentia alteri, & euchareſtiam ſaltem in paſcha recipere. De pœni. & remiſ. Omnis utriuſque ſexus. Tenentur omnia confiteri uni aliter non ualet. Sua non aliena etiam participantium ſecum in peccato, niſi quando non poteſt aliter facere, puta ſi cum matre peccauit. Nec licet abſtinere ab euchareſtia in paſcha niſi de conſilio proprii ſacerdotis, ideo non ſufficit licentia alieni. Contrafacientes debent arceri ab ingreſſu eccleſiæ etiam uiolenter, & inuocato auxilio brachii ſecularis. Qui confitetur alteri quam proprio ſacerdoti ſine cauſa peccat, nec poteſt abſolui niſi de licentia eius. Semper debent confiteri qui ſunt doli capaces. i. circa ſeptennium non tamen debent ſumere euchareſtiam propter reuerentiam. Venialia nemo tenetur confiteri, nec debet pro eis imponi pœnitentia. Conſilium tamen eſt ut de illis confiteatur, licet de illis nõ debeat imponi pœnitentia poteſt tamẽ cõfiteri de illis non petita licentia. Pœnitentia non petita poteſt quis confiteri cum præsbytero parochiali, cum epiſcopo, cum eius uicario, cum legato, cum eius pœnitentiario, & archi præsbytero eccleſiæ cathedralis qui in hoc cenſetur uicarius epiſcopi. Ex licentia data ut poſsit ſibi eligere confeſſorem non cenſetur derogatum diſpoſitioni huius capituli quo minus ſemel in anno teneatur confiteri proprio ſacerdoti, niſi qui audit ſit priuilegiatus ſicut modo mendicantes. Vbi proprius ſacerdos eſt ſuſpectus ſi neceſsitas urget confitebitur alteri, immo ſecundum aliquos potius debet mori quam confiteri illi, ſi proprius & imperitus obtineat ab eo licentiam, & ſi non poteſt uadit ad alium, ſi alius non reperitur, confiteatur cum proprio etiam imperito, ſi poteſt ſibi formari conſcientiam. Confiteri ſemel in anno, an ſufficiat, opiniones, Bonauentura dicit quod hoc capitulum non dat licentiam differendi, Mihi placet opinio S. Tho. cum ſit præceptum affirmatiuum obligat ſemper ſed non ad ſemper, ſed loco & tempore debito, ideo ſufficit confiteatur ſemel in anno, debet tamen conteri poſt peccatum ſtatim. Si peccatum dimiſſum per contritionem non confitetur, & confeſsio

ſit de iure humano, peccat mortaliter non obediendo eccleſiæ, ſed non redit peccatum. Si confeſsio eſt de iure diuino peccatum dimiſſum eſt conditionaliter. Ab.ubi ſupra.c.Omnis utriuſque ſexus. Confiteri debet quilibet proprio ſacerdoti etiam de commiſsis an aliena dioceſi ſi non eſt excommunicatus, & magis proprio ſacerdoti ſi ſit intelligens, quam mendicantibus. Abb. de rapto. c. De illis. Vide excommunicari poteſt ratione delicti.

Confeſsio facta parochiano qui eſt ex cauſa ipſo iure priuatus beneficio, ſi hoc non obſtante tolleratur in beneficio credo non ſit reiteranda de neceſsitate, quia ratione tollerantiæ uere abſolutus eſt. Abb. de elec.c.Dudum.

Clerici habentes parochias non poſſunt confiteri niſi epiſcopo & eius uicario quia immediate ſubſunt epiſcopo, Nec ualet conſuetudo eligendi confeſſorem ad libitum, quia non eſt rationabilis, eo quod cura non eſt committenda niſi diſcreto & examinato, & per illam dirumpitur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ. Si tamen conſuetudo haberet quod confiteretur exiſtenti in dignitate puta abbati, uel alteri prælato tunc ualeret quia iſta nomine dignitatis præſcriberet hanc curam, & pręſcriptione efficitur proprius ſacerdos. Ab.de offi. iudi. ordi.c.Conquerente.

Si rex reſidet in aliqua parochia tenetur de iure communi confiteri presbytero parochiali, quia eſt de parochia illa & capitulum omnis utriuſque ſexus loquitur generaliter. Si non reſidet in certa parochia tenetur confiteri epiſcopo. Ab.de maio.& obe.c.Omnes.

Qui habet licentiam a prælato ſuo confitendi alteri ſacerdoti debet eligere habentem curam habitu uel actu, quia ſic prorogatur iuriſdictio, non autem in non habente. Ab. de for.competen. c.Significaſti. Vide. Confeſſorem prouidum eligere.

Confiteri nullus debet hæretico etiam in morte. Ab.de ſponſa. c. Non eſt.

Confeſſorem prouidum poſſunt eligere epiſcopi & ſuperiores & prælati minores exempti. Ab.de pœni.& remiſ.c.Ne pro dilatione. Diſtantia localis non ſufficit ut quis poſsit eligere confeſſorem. De iure communi nemo poteſt ſibi eligere confeſſorem, quia nemo poteſt ligari, nec abſolui niſi a ſuo iudice. Epiſcopus debet confiteri archiepiſcopo & ille patriarche, & ille Papæ. Prælatus exemptus tenetur de iure communi, confiteri Papæ, uel eius pœnitentiario ſi eſt immediate ſub Papa. Si habet generalem ſuperiorem debet confiteri de licentia eius. Exemptus non prælatus non gaudet iſto priuilegio. Prælati hic dici poſſunt etiam rectores eccleſiarum parochialium & cum ſit beneficium principis nulli nocens debet fieri latiſsima interpretatio. Epiſcopus non exemptus poteſt ſibi eligere confeſſorem, ſecus eſt de prælato inferiori non exempto. Subditus non poteſt ex conſuetudine ſibi eligere confeſſorem quia priuata perſona non poteſt nomine ſuo præſcribere curam animarum. Poteſt autem nomine eccleſiæ ſi habet titulum, & bonam fidem, uel ſi non habet titulum, ſit poſſeſſor tanti temporis, quod de initio non habeatur memoria de contrario. Abb. ubi ſupra. c. Ne pro dilatione.

Qui habet auctoritatem eligendi confeſſorem non poteſt in confeſſorem eligere eum qui non audit confeſsiones, qui non habet actu iuriſdictionem, illam prolongare non poteſt. Curatus poteſt certam perſonam eligere & illi committere uices ſuas etiam ſi alias non habet iuriſdictionem & confeſsiones audiat ut eius delegatus. Qui habet priuilegium ut poſsit ſibi eligere

confeſſorem, an liberetur qui teneatur ſemel in anno confiteri proprio ſacerdoti, Quidam tenent quod non intelilge niſi confiteatur priuilegiatis. Sicut hodie ſunt mendicantes. Abb. de pœni. & remiſ. c. Omnis utriuſque ſexus.

Confeſsio non ualentis abſtinere a peccato eſt recipienda niſi ſit uſurarius manifeſtus licet uera pœnitentia requirat propoſitum non peccandi. Debet tamen non habenti animum pœnitendi imponi pœnitentia, & conſulendum eſt ei ut ſepe confiteatur, non tamen debet abſolui. Adueniente gratia debet iterum confiteri & ſatisfacere. Ab. de pœni. & remiſ. c. Quod quidam.

Confeſsio non negatur non ualenti ſatiſfacere ſine periculo. Ab. ubi ſupra. c. Officii. c. Vide. Vxoris ſupponentis partum.

Confitenti creditur de omnibus etiam ſi alleget ſuam turpitudinem, quia ibi ſolum de ſuo præiudicio agitur. Ab. de ſponſa. c. Tua nos. Creditur in foro animæ, quia tantum tractatur de fauore & præiudicio ſuo etiam ſecundum Glo. creditur cum agitur de ſalute alterius quo ad tollendum uinculum publicum. Creditur etiam ubi agitur quaſi in foro animæ. Dicitur quaſi forus animæ quando non accuſatur, nec denunciatur, nec inquiritur, ſed ſponte a ſuperiori petit cõſilium ſaluare cum uulla ratione cogente extrinſeca hoc facit, ſed pro ſalute animæ ſuæ ſibi credendum eſt. Confeſsio tamẽ ſua non nocet accuſatori nec ſuperiori uolenti inquirere ſi tantum prodeſt, uel nocet. Ab. de Homi. c. Significaſti.

Ex confeſsione ſacramentali non poteſt quis deponi neque ab officio cohereeri inuitus etiam ſi ſit facta epiſcopo, uel Papæ, quia neuter ſcit ut homo. Idem ſi confeſsio ſit facta coram iudice ſolo quia iudici non creditur confitente negante. Ab. de Simo. c. Ex.

In confeſsione non debent dici peccata aliorũ qui ſibi participauerunt in crimine ſi aliter confiteri poſſunt propria peccata. Ab. de pœni. & remiſ. c. Omnis utriuſque ſexus.

Confeſsio non debet diuidi ſic ut una pars dicatur uni & alia dicatur alteri ſacerdoti, quia oportet omnia dicere uni aliter non ualet. De pœni. & remiſ. c. Omnis utriuſque ſexus. Non poteſt Papa compellere ſacerdotem ad reuelandum confeſsionem quia in hoc eſt ſacerdos ſpecialis uicarius Dei, & conſequenter maior Papa, qui eſt uicarius dei generalis. Inſtituta autem eſt, quia in peccato eſt imprudentia, operis perpetratio, & delectatio. In ſunt tria uidelicet contritio, pœnitentia & ſatiſfactio item quia utile eſt habere iudicem qui ſciat diſcernere & diſtinguere peccata ne per ignorantiam ſæpius peccet. Abb. de pœni. & remiſ. c. Omnis utriuſque ſexus.

Qui in morte confitetur ordinario ſe accepiſſe male rapinam & promiſit reſtituere ad mandatum ordinarii, & quidam petit centum & ordinarius delato ſibi iuramento mandat ſibi dari centum, Hæres non poteſt appellare, quia hic non requiritur ordo iuris, exigitur tamen plena probatio. Ab. de appella. c. Cum ſpeciali. §. Porro.

Confeſſor licite recipit aliquid a pœnitente etiam ſi non ſubiiciatur reſtitutioni. Ab. de ſenten exco. c. Cum uoluntate.

Si quis meretur certam pœnam & confitetur, in foro penitentiæ non eſt ei pœna iniungenda etiam pro damno, niſi fuerit in dolo, uel lata culpa, & hoc ubi pœna uenit imponenda per iudicem, ſecus ubi impoſita eſt ipſo iure, ut in crimine læſe maieſtatis, uel hęreſis, quia cum bona conſcientia non poſſunt illa bona retinere. In foro contentioſo quando poteſt uel non poteſt exigi

pœna.

pœna. Ab.de arbi.c. Dilecti filii. In impoſitione penitentiæ quomodo poteſt ſe habere confeſſor & quid poteſt in hoc.Ab.de Homi.c.Sicut dignum. Vide. Pœnitentia in foro animæ.

Confeſſor prouidus eſt qui ſcit inquirere circumſtantias peccati & debet ſcire canones pœnitentiales cum nõ ſit recedendum a canonibus ſine cauſa,& ſi eligendus ſit in confeſſorem debet habere curam animarum ſic ut poteſtatem ligandi atque ſoluendi habeat in habitu uel in actu.Ab. de peni.& remiſ.c. Ne pro dilatione.

Confeſſor de licentia confitentis poteſt peccatum confeſſum alteri reuelare. Ab.de Simo.c. Matthæus.& de Adul.c.Significaſti.Poteſt etiã ingenere redarguere ea quæ habet in confeſſione non tamen nominatim dicere.Glo.& Ab.de ordina.c.Si ſacerdos.

Confeſſor ad reuelandum peccatum uel peccatorem compelli non poteſt. Ab de exceſ.præla.c.Dilectus.Non poteſt compelli etiam ſi reuelatio tendat ad utilitatem proximi, nec ut liberet animam confitentis niſi peccator confeſſorem ducat in teſtem. Nec poteſt Papa ad hoc cogere, quia in hoc ſacerdos eſt maior Papa, quia in hoc eſt ſpecialis uicarius Dei,nec debet dicere epiſcopo nec alteri in confeſsione, quia de eo quod ſcit ut deus non indiget confeſsione. Secundo peccatum non eſt ſuum. Si in iudicio adducitur in teſtem poteſt dicere ſe neſcire, quia teſtis producitur ut homo nõ ut Deus. Si aliter ſciret quam per confeſsionem puto quod reuelare tenetur uirtute iuramenti,uel ſi ſubeſſet magna neceſsitas, uel utilitas,uel imineret ſcandalum, ſi tamen aliter ſcit ut homo.Ab.ubi ſuprà.c.Dilectus.Si tamen confeſſor percepiſſet aliquid de illo furto tenetur reſtituere.Glo.de exceſ.prela.c. Dilectus. Vide.Secretum.

Confeſſores in ordine prędicatorum, & minorum poſſunt abſoluere ab omnibus a quibus poſſunt curati de iure. Si epiſcopus reſtringit caſus curatis reſtringit etiam quo ad mendicantes. Glo. & male quia iam mendicantibus eſt ius acquiſitum, & per reuocationem curatorum non reuocantur ipſi. Tertio Papa dat illis tantam auctoritatem quanta a iure eſt conceſſa curatis. Pondera uerbum a iure & tempus conceſſionis. Veniunt ergo omnes caſus pręter illos quos ius principaliter reſeruauit epiſcopis. Nec papa hic habet reſpectum ad conſtitutiones epiſcoporum quæ uariantur ſecundum loca & tempora & in facto conſiſtunt. Abb. Ne clerici uel mona.c. Super ſpecula. Auctoritas mendicantium poteſt reſtringi per epiſcopum, qui poteſt ſibi caſus reſeruare.Ab.de pœni.& remiſ.c.Deus qui.Vide pro primo priuilegium conceſſum ſtudio Bono.ſi Pro ſecundo Homicidium.

Caſus reſeruati epiſcopo de iure continentur in Glo.1 1.De pœni.& remiſ. lib. 6. ab omnibus aliis poteſt abſoluere ſimplex ſacerdos,niſi epiſcopus reſeruet. Ab.ubi ſuprà. c. Deus qui.

Confirmatio propria ſuperioris ſi ſit æqualis poteſtatis dicitur ratificatio.Ab. de Loca.c.Ex reſcripto. Confirmatio dicitur quaſi ſimul firmatio,quia per electionem iam habet ius,ſed per confirmationem habet plenum ius,ideo electio confirmatur. Inſtituere eſt ius in beneficio alteri transferre,ſic præſentatus inſtituitur non confirmatur. Quia ex præſentatione ius non habetur Ab.de iur.patro.c. Nobis.

Confirmatio innititur priori conceſsioni, unde ſi prima conceſſio ex aliquo priori eſt nulla, confirmatio corruit etiam ſi in confirmatione addatur. Suplentes omnem defectum de plenitudine poteſtatis. Vnde niſi Papa narret

ret conceſſionem & addat, ex certa ſcientia confirmauimus, iſta confirmatio non probat. Et generaliter ubi confirmatio reſpicit aliud oportet probare illud. Ab. de fid. inſtrum. c. Inter dilectos.

Confirmatio ex certa ſcientia eſt quando non narratur factum totum ſuperiori, & ſi narratur in generali confirmatio eſt in forma communi. Ab. de conceſ. præben. c. Quia diuerſitatem.

In confirmatione ex certa ſcientia, dictio ſicut ponitur cauſatiue, nec nocet ſi uerbum confirmationis præcedat tenorem confirmati. Ab. de confir. c. Vtil. uel inutil. Venerabilis. Vbi tenor rei confirmatę exprimitur, princeps dicitur confirmare ex certa ſcientia. Clauſula ſicut ſine omni prauitate in omnibus confirmationibus ponitur, Si in litteris confirmationis ponitur compoſitio de conſenſu partium, facit fidem ſine inſtrumento. Ab. ubi ſuprà.

Confirmatio facta per Papam nullum præiudicium infert tertio, ſi fiat in forma communi. Ab. de decim. c. Dudum. Confirmatio rei litigioſę eſt ipſo iure nulla, niſi in confirmatione fiat mentio de litigio. Si fiat per papam ex certa ſcientia, nec de ea, nec de eius ualiditate poteſt ordinarius cognoſcere. Ab. de confir. uti. uel inuti. c. Si quis.

Confirmatio quid operetur in qualibet re, Item quando poteſt peti inuita parte. Ab. ubi ſuprà. c. Si quis.

Confirmatio habet uim diffinitiue ſi fiat aliquo contradicente, ſecus ubi nullo contradicente, & extra iudicium. Ab. de appella. c. Conſtitutus.

Confirmatio quæ eſt ſacramentum non eſt de neceſſitate ſalutis, inſtituta tamen eſt ut homines ſint fortiores ad reſiſtendum diabolo. Apoſtolorum tēpore fiebat per manus impoſitionem tantum. Quia hodie non ſunt prælati ſic beati, fit cum criſmate, & imprimitur caracter, reſeruatur epiſcopis, quia perfectio actus reſeruatur communiter ſuperiori. Ab. de conſuetu. c. Quanto de benignitate.

Confirmationem contemnens non eſt plene Chriſtianus. Glo. de ſenten. exco. c. Reſponſa.

Confirmationem omni anno epiſcopus debet tenere, ut ſic confirmentur omnes recipere uolentes ſacramentum iſtud. Abb. de religio. domi. Nunc autem.

Coniunctorum nomine ueniunt tantum coniūcti ſanguine, licet Glo. includat canonicos ſi ipſe eſt canonicus, & intimos amicos. Ab. de poſtulan. c. Cum ſacerdotis.

Coniuratio dicitur quaſi conſpiratio facta cum iuramento contra aliquem in damnum ipſius, quandoque tamen fit in bona parte. Qui facit coniurationem contra epiſcopum ſuum, uel inſidias parat ſi eſt clericus deponi debet, & tradi curiæ ſeculari. Laycus eſt excommunicandus & communione priuandus. Glo. de teſti. cogen. c. Venerabili. Intellige quando clericus eſt incorrigibilis, & condemnandus in una libra auri. Si quis tumultum contra aliquem fecerit, uel ſeditioſas uoces emiſerit, pœna capitali eſt puniendus. Ab. ubi ſuprà.

Conſanguinitatis gradus inter collaterales quanto gradu diſtat alter a ſtipite, tanto diſtat a quolibet deſcendentium per aliam lineam. Quando collaterales ſunt in linea æquali, ſi ſint in inæquali computatio fit a remotiori. Ab. de conſangui. & affini. c. Qui dilectio. Vide. Impedimentum.

Conſcientia erronea contra eam non debet quis uenire niſi prius eam deponat, alias peccat mortaliter & edificat ad gehenam, etiam ſi ſit ſcrupuloſus.

ſus. Abb. de Simo. c. Per tuas ſecundum. Conſilium petat, ubi non eſt accuſator. Abb. de Homi. c. Exlitteris.

Conſecratio. Inanimata conſecrata æſtimari poſſunt, animata nunquam, quia effectus remanet in anima etiam poſt mortem. Ab. de conſecra. c. Ad hoc. Conſecrari poteſt eccleſia omni die. Ab. ubi ſuprà. c. Ad hoc.

Conſenſus quadruplex uidelicet negligentis, conſilii, cooperantis, auctorizantis, uel defenſoris. In primo caſu minus peccat conſentiens quam agens, niſi negligentia ſit nimis craſſa in prælato. In ſecundo plus punitur quam in primo, & minus quam in tertio, In tertio æqualtier peccant & puniuntur, in quarto defendendo & auctoritatem præſtando plus peccat, & plus punitur cõſentiẽs. Glo. de offi. & pot. iud. leg. c. Quia queſitũ. In ſecundo mẽbro ſi alias non erat facturus, ſed tantum per conſilium eius fecit, æqualiler puniuntur, ſecus quando ſine eo erat facturus, & tunc uerum eſt uerbum. Glo. Vbi quis punitur quia præſtat opem habetur reſpectus in pœna imponenda ad qualitatem quæ eſt in operante delictum, non ad eam quæ eſt in inferente opem, uel mandante, unde contingit quandoque ut grauius peccet & puniatur quam ſi actum illum ipſe perpetraret. Dictum quartum Glo. ueritatem habet in hæreſi in criminibus maioribus, quia in ciuilibus eſt par pœna. Ab. ubi ſuprà.

Conſenſus ubi requiritur in actu ſufficit quod interueniat ex poſt facto & poteſt interuenire poſt actum nullum, & actus ualebit ex nunc ſi non ex tunc non tamen trahitur retro, quia non ualet ex tunc. Ab. & Glo. de iure patro. c. Cura paſtorali. Conſenſus poſt factum quando conualidat actum. Ab. de his quæ fiunt a prel. c. Cum uos.

Conſenſus unius ubi deſideratur in fauorem alterius qui non uult conſentire ſine cauſa legitima, tunc poteſt ad ſuperiorem haberi recurſus ut ipſe det licentiam, uel conſentiat, uel compellat illum ad conſentiendum, & hoc facit ad multa ſtatuta. Ab. de iur. patro. c. Nullus.

Conſentiens certo facinori dicitur qui cooperatur ad delictum præſtando auctoritatem, ſecus uidetur in eo qui non adhibuit præſentiam, nec auctoritatem, nec cooperationem. Ab. de ſenten. exco. c. Quanto.

Conſenſus metu extortus ubi qualitas libertatis eſt de ſubſtantia actus non ualet. Idem dic de confeſſione. Vbi non eſt libertas de ſubſtantia actus conſenſus tenet ſed debet agi ad reſtitutionem. Si furore iracundię non tenet niſi detur perſeuerantia. Aliud forte dicendum ſi factus eſt metu tormentorum. Ab. de priuil. c. Cum olim.

Conſenſus ſubſequens tollit uitium pręcedens ideo ſi promiſit decem & poſt ſoluit tollitur uitium metus præcedentis. Ab. de rap. c. Accedens.

Conſenſus tacitus collegii ſufficit in pertinentibus ad prælatum & capitulum ex quo non agitur de alienatione perpetua, puta ſi ſciunt & non contradicunt prçſumendum eſt de conſenſu, & quando non, & cui incumbit onus probandi. Ab. de his quę fi. a præl. c. Ea nobis.

Conſilium ubi requiritur de iure niſi exhibeatur, actus eſt nullus. Vbicunque tenetur quis requirere conſilium alicuius, de iure communi non tenetur ſequi conſilium illius. Per requiſitionem conſilii non minus pendet actus ſub arbitrio illius. Ab. de capel. mona. c. In eccleſiis.

Quando quis tenetur aliquid facere cum conſilio aliquorum non tenetur ſemper ſequi eorum conſilium ſed ſatis eſt petere conſilium eorum & expectare reſponſum tempore debito, ſecus ſi dicatur de conſenſu Glo. & Abbas de elec.

elec.c Cum in ueteri. Intelligitur quando qui petit conſilium eſt ſane mentis, & qui dat conſilium particeps non eſt illius officij,cum dicitur quod faciat cum conſenſu illius quando tenet tam in eccleſiaſticis quam in ciuilibus, & quomodo ſit interpretandum. Ab.ubi ſuprà.& de offi.& pot.iudi.de leg.c. Venerabilis frater.& de prædictis omnibus.Ab.de arbi.c.Cum olim.

Conſilium in dubiis eſt inquirendum etiam ab illitteratis,quia etiam quandoq; in aliqua cauſa magis uigent ingenio quam ſapientes,ut patet de fatuo pariſienſi.Ab.de conſue. c.Cum uenerabilis.

Conſpiratio eſt propria confœderatio facta in præiudicium perſonæ uel dignitatis ſi ſit illicita quia aliqua eſt licita. Abb. de iur.iuran.c.Petitio noſtra. Conſpirator repellitur a teſtimonio & ab accuſatione contra eum in quem conſpirauit, licet quandoque conſpiratio ſit licita.Ab.de iudi. c. Exhibita.

Conſtiterit. præſupponit citationem partis aduerſæ, quia non poteſt conſtare aliter.Ab.de ſen.exco.c.Sane.

Conſtitutio capitularis quę non eſt communis omnibus non ualet,quia capitulum unum corpus extimatur,quod non debet duplici iure cenſeri. Item ſi auferat a ſucceſſoribus ne ſuccedant pares,uel ęquales ipſis ſtatuentibus. Item nõ ualet ſi ſit ſine conſenſu epiſcopi.Glo.& ab.de conſtitu.c.Cum omnes. Quæ non eſt omnibus communis per quam tollitur antiqua conſuetudo non ualet, ſic non ualet conſtitutio collegii in damnum aliquorum & commodum aliorum rationabili cauſa ceſſante,uel ſic,ſine rationabili cauſa non poteſt maior pars capituli tollere conſuetudinem utilitatem priuatam mutando & econtra. Contra conſuetudinem de non reſidendo ualet conſuetudo capitularis. Ab.ubi ſuprà.

Conſtitutio capitularis de certo numero confirmata per papam ſemper debet intelligi cum clauſula niſi reditus creſcant, etiam ſi non fuerit appoſita. Similiter in aliis conſtitutionibus aliæ clauſulæ conſuetæ.Idem in inſtrumentis etiam ſi non ponantur.Ab.de conſti.c.Cum M.Fer.

Conſtitutione caſſata non caſſatur effectus prius editus niſi dicatur quod conſtitutio habeatur pro infecta.& hoc ſi alias fuit ualida.Ab.de conſti.c. Quæ eccleſia.

Conſtitutionis poſſunt eſſe duæ cauſę una impulſiua, alia finalis,& prima ceſſante non autem ſecunda remanet conſtitutio in ſuo robore. Ab.de pœni.& remiſ.c.Cum infirmitas.

In conſtitutionibus papę clauſulæ conſuetę ſemper intelligendę ſunt etiam ſi non apponantur.Ab.de conſti.c.Cum M. fer.

Conſtitutio concilii quãdo materia illa examinatur a toto concilio ſit ſtatutum ſub nomiee totius concilii & non papę tantum,ſi originatur a ſolo papa, ſit ſtatutum a papa cum cõcilio. Ab.de ſponſa.c. De francia.

Conſtitutio per quam cultus diuinus diminuitur non ualet, etiam ſi interueniat confirmatio papę in forma communi, ſi fiat ſine cauſa.Ab.de conſti.c. Ex parte.

Conſtitutio quando dubitatur an ſit decretalis, an ſententia lata contra extrauagantem, ſit ipſo iure nulla,licet dicatur diſſona iuri. An conſulendus ſit princeps ſi de eo dubitatur. Abb. de fid. inſtrum. c.Quod ſuper. Si de extrauaganti dubitatur an ſit decretalis autentica ſi eſt iuri conſona iudicatur ſecundum illam, Si ſit diſſona,conſulitur papa. Ab. de fid. inſtrumen. c.Paſtoralis.

Conſtitutio continens aliquid non propter ſe ſed propter finem alicuius mali

uitandi

uitandi non illaqueat tranſgreſſores ad pœnam ſi finis ad quem principaliter tendit conſtitutio non uiolatur. Idem puto reſpectu peccati mortalis, ſi tamen conſtitutio non contemnatur. Nota hic, quia plura ſunt ſtatuta eccleſiæ quæ non mandant principaliter propter ſe, ſed ſunt inſtructiua bonorum, ut præcepta inducentia ieiunia & ſimilia. Ab. de proba. c. Quoniam contra.

Conſtitutio iuris antiqui declaratiua extenditur ad præterita licet reperiat conſuetudinem in oppoſitum ex quo declarat rationabilitatem conſuetudinis, & ſic geſta prætextu conſuetudinis non tenent. Tollerantur tamen quandoq; ex miſericordia. Ab. de conſecra. eccle. & alta. c. Aqua. Si ſecunda ponitur pœna non extenditur ad præterita, & ſic reſpectu illius pœnæ cenſetur noua conſtitutio. Ab. de Simo. c. Quoniam. An extendatur ad præcedentia licentia contrariam conſuetudinem, opiniones. Ab. de ſpon. duo. c. Tuas. Concernit preterita. Glo. de uſu. c. Cum tu. ſed hoc non uidetur ubi conſtitutio addit pœnam de nouo, quia quo ad hoc inducit ius nouum, ſecus ubi non apponit nouam pœnam ſed nouum modum, puta ad reſtituendum uſuras, ex quo nondum reſtituit, concernit uſuras præteritas & reſtitutionem earum, & ſic non reſpicit præterita ſed futura. Ab. de uſur. c. Cum tu. Quod non extendatur reſpectu pœnę. Ab. Ne præl. uic. ſuas. c. Preterea. Iuris antiqui declaratiua extenditur ad præterita. Ab. de appella. c. Paſtoralis. §. Verum quia.

Conſtitutio uniuerſalis diſponit idem quod ius commune & aliquid ultra. ſublato iure communi non tollitur conſtitutio ſicut hic non tollitur uotum de carnibus non comedendis, & tamen tollitur ius commune quod non comedantur carnes in 6. fer. quando in ea celebratur natiuitas domini, Ab. de obſerua. ieiu. c. Explicare.

Conſtituito diſponens in materia iuris non includit in ſe caſum alias exceptum a iure cõmuni uel a iure communi fictum. Vnde quod abſentes non percipiant fructus non includit familiares Papę, qui excipiuntur. Idem dic in ſtatutis. Conſtitutio diſponens regulariter id quod ius debet recipere limitationes omnes & interpretationes iuris, ubi ſtatutum eſſet præter uel contra ius & odioſum, tunc non uerificaretur in caſu ficto, nec oportet fieri mentionem de illo iure. Ab. de cle. non reſid. c. Cum dilectus.

Conſtitutio diſponens ſuper iure diuino reſpicit etiam præterita. Ab. de Hære. c. Cum Chriſtus.

Conſtitutio contra canones non ualet, ſed conſuetudo tolleratur, quia conſurgit ex tacito conſenſu Papæ & non eſt tanta ambitio ſecundo quia oritur ſcandalum ex approbatione conſuetudinis, quia concurrit tacitus conſenſus & longo tempore continuatur. Vrgente tamen cauſa poteſt fieri ſtatutum contra canones, ſi probabiliter non ſit prouiſum. Abb. de conſue. c. Cum tanto.

Conſtitutio intellecta dudum uno modo, non debet de nouo aliter intelligi. Abb. de conceſ. præben. c. Dilectus Filius. Quæ eſt edita ad moderationem non debet ita intelligi ut inducat grauamen, & excedat curſum ſolitum. Ab. de cenſi. c. Cum Apoſtolus.

Cõſtitutio, licet nõ liget auctorẽ puta papã, uel epiſcopum ligat tamẽ ſubditos cũ ſuis auctoribus eodẽ actu. Ab. de pręben. c. Execrãdę. in fine repetitionis.

Conſtitutio per modum conſilii quandoque ligat ad peccatum ratione materiæ. Glo. & Ab. de conſti. c. Canonum.

Con-

Conſtitutio papę ligat etiam quo ad occulta omnino. Ab. de cohabi. cle. c. Veſtra. & de præben. c. Extirpandæ. §. Quod uero. & ubi ſuprà in repetitione. Vide. Eccleſia ligat.

Conſtitutio papę contra legem diuinam non ualet. unde dictum alicuius Sancti fultum auctoritate ſcripturæ præfertur conſtitutioni Papæ, etiam in deciſionibus cauſarum, ſecus ſi ceſſaret lex diuina, quia conſtitutio papæ in uera cauſarum deciſione præfertur dicto cuiuslibet Sancti quibus non eſt data poteſtas condendi leges ſicut papæ. Ab. de accuſa. c. Qualiter & quando ſecundum.

Conſtitutio ut liget contra uenientes ſatis eſt quod ſollenniter fuit aut publicetur, nec oportet quod cuilibet ſigillatim intimetur. Conſtitutio generalis ſatis eſt quod generaliter promulgetur, ut conſtitutio eius in populo ſollenniter liget antequam ſollenniter publicetur. Ligat & ſcientem eam ante duos menſes, uel alterum tempus, ſed ſtatim a notitia. Quę fiunt publice in prouincia, præſumuntur ſciri ſi pertinent ad totam prouinciam, ſecus ſi non ad totam. Ad probandum ignorantiam factorum in ciuitate ſufficit probare quod tunc non erat in ciuitate, Idem dic ſi fuit extra prouinciam. Ad publicam promulgationem ſufficit edictum proponi in loco publico, etiam ſi ad citatum non perueniat, immo uidetur ſufficere quod per ſolam famam ad ipſum perueniat. Et quia ſic tantum intellexit ſi dubitauit potius interdictum debet ſeruare quam eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare. Ab. de poſtula. c. Ad hoc in beato Petro.

Conſtitutiones papæ, imperiales, prouinciales, ſynodales quantum tempus poſt promulgationem requirunt ut ligent quando de earum ſcientia eſt præſumendum, quando admittitur probatio quod ignorauit ſtatutum. Ab. de conſtitu. c. Cognoſcentes.

Cónſtitutiones miſſæ uni ciuitati quandoque ligant per uniuerſum. Glo. in prohemio. In uerbo Bono. Ligant de futuro ne quis puniatur ſine cauſa, nec ligant antequam perueniant ad aures Glo. de conſti. c. Cognoſcentes. Non de pręteritis niſi in eo, de præteritis caueatur. Abb. ubi ſuprà. c. Quoniam.

Conſtitutio trahitur ad præterita quando ſine ea ad illa tenetur per iura antiqua. Glo. de elec. c. Cum in cunctis. Quę indulget per uerba de pręſenti non reſtringitur per futura. Ab. ubi ſuprà. c. Quoniam.

Conſtitutio papæ non ligat infideles in prohibitione matrimonii, nec in aliis ſpiritualibus, ideo ſi in his peccant non ſunt puniendi, ſecus ſi contra legem diuinam. Ab. de diuor. c. Gaudeamus.

Conſtitutio papæ & epiſcopi quando obligat, & quando non. Ab. de conſangui. c. Quia circa uide. lex non recepta.

Conſtitutio odioſa ſpecifice procedens contra epiſcopum non debet extendi ad alios ſacerdotes, nec econtra. Ab. de præben. c. Referente.

Conſtitutio odioſa debet intelligi ſtrictiſſimè. Si continet odium, & ab alia parte fauorem clericorum, ubi concurrunt odium & fauor in conſtitutione magis attenditur fauor, quam odium. Item quando odium eſt rationabile in his non fit ſtricta interpretatio, ideo nomine monachorum ueniunt conuerſi in canone, ſi quis. Ab. de ſenten. exco. c. Non dubium.

Conſtitutio inferens pœnam ipſi delinquenti propter crimen afficit delinquentem quantumcunque occultum. Abb. de ſenten. exco. c. Porro. & Cum non ab homine. Vbicunque conſtitutio pœnalis dat modum exequutioni

tioni obligans concernit non ſolum obligationem poſt contrahendam, ſed etiam contractam ante conſtitutionem. Ab.de uſu.e. Cum tu.

Conſtitutio an ſit præceptoria recurrendum eſt ad materiam ſubiectam. Si illa de ſua natura non neceſſitat uidetur potius exhortatio, licet uerba aliud ſapiant. Ab.de uita & honeſta.cle.c.Vt clerici. Attende ad materiam, nec cures quibus uerbis utatur, ſi non conſtat de materia, aduerte uerba. Si dicit præcipimus ligat ad mortale, Si uerba ſunt imperatiua & materia ponderoſa inducunt mortale. Iſta diſtinctio locum habet in regulis religioſorum. Ab.de ui.& honeſta.cle.c.Clerici ſecundum. Vide. Verba imperatiui modi. Conſtitutio per modum conſilii quandoque ligat ad peccatum ratione materię. Glo.& Ab. de conſti.c.Canonum.

Conſtitutiones principum debent intelligi ſecundum uulgarem modum loquendi. Ab.de Torneam. c.Fœlicis.

Conſtitutio ſi concernit principaliter fauorem prohibiti aliquid facere tenet actus geſtus in contrarium, ſaltem quatenus obligatio acquiritur deo. Ideo profeſſio ante tempus probationis & contractus minoris ſine ſollennitate cum iuramento ualent, licet leges ſint horum prohibitiuę. Ab.de regula.c.Ad Apoſtolicam.

Conſtitutio papæ non eſt neceſſario publicanda in omnibus prouinciis. Satis eſt publicetur in curia Romana, maxime quando redacta eſt ad corpus iuris, quia nemo præſumitur illam ignorare. Abbas de ſenten. excom.c. Noueris.

Conſtitutio papæ ſi a principio non recipitur communiter papa ſciente, & tollerante, tunc tollerantia excuſat a peccato contrauenientes. Idem dic quando maior pars non recipit, ſed tantum minor, ſecus ſi econtra. In conſuetudine inducenda attenditur pars populi maior, non quod facit minor. Si a principio fuit recepta communiter, uel a maiori parte, & ex poſt facto alii tranſgrediuntur, ſi Papa ſcribit quod uelit certum actum tollerare, uel diſſimulare talis diſſimulatio habet uim diſpenſationis. Si nihil ſpecifice ſcribit non uidetur diſpenſare, niſi papa diſpenſet cum tranſgreſſoribus iſtis circa aliquem actum tanquam habilibus, Idem per omnia de quo ad epiſcoporum ſtatuta.Ab.de conſangui.c. Quia circa.

Conſtitutio ſecunda non tollit primam, niſi ſpecialiter caueat, uel ſit illi contraria.Ab.de uerb.ſigni.c.Ex parte.

Conſtitutio loquens per uerba præſentis temporis non eſt latæ ſententię, ſed ferendæ, cum hic dicitur ſit anathema.Ab.& Glo. de ui.& honeſta.cle. c.Si quis ex clericis.

Conſuetudo eſt ius quoddam moribus utentium approbatum, quod pro lege ſuſcipitur, quando deficit lex: uel, eſt ius quod eſt moribus ſeu uſibus populi totius, uel maioris partis ratione initiatum, continuatum, & conſtitutum habens legis auctoritatem, uel eſt ius moribus introductum eius qui poteſt legem condere auctoritate publica ut dicit Io. Andr.Ab.in rubri.de conſue.

Conſuetudinis nomine intelligitur præſcripta tantum niſi hoc eſſet prolatum in materia larga puta in libello. Quæ conſuetudo in maleficijs inducitur per duos actus. Ab.de elec.c.Cumana. In conſuetudine eſt temporis decurſus, tacitus conſenſus eius, cui præiudicatur & auctoritas iuris, idem in preſcriptione.Ab.de uerb.ſigni.c.Abbate.

Conſuetudo quod accuſator & accuſatus teneantur pugnare, ut ex uictoria belli

belli appareat de innocentia eſt praua, & damnata. Ab.de cle. pugnan.in duel,c.Henricus. Qui ſuperatur,propter hoc non conuincitur de crimine. Ab.ubi ſuprà.c.Porro.

Conſuetudo inimica canoni preſumitur prima facie irrationabilis. Ab.de conſue. c. Venerabilis, unde non poteſt operari quod non epiſcopus exerceat quę epiſcopalis ſunt ordinis, poteſt autem quę ſunt iuriſdictionis. Ab. ubi ſuprà. c. Quanto de benignitate.

Conſuetudo contra canones poteſt induci, non autem poteſt fieri ſtatutum ab inferioribus,quia conſuetudo aſſumit uires ex tacito conſenſu papæ,nō autem inferiorum. Valet tamen ſtatutum contra ius ciuile, quia ius ciuile ordinatur in bonum publicum, cui ſi aliqui renunciant,nō curat imperator, qui etiam concedit ut ius poſſint condere etiam in præiudicium ſui. Statutum contra canones præſumitur ambitioſum, & fini eterno contrarium, ideo non poteſt papa dare licentiam. Ab.de conſue.c.Cum tanto.Conſuetudo contra canones eſt maioris roboris quam ſtatutum, quia conſuetudo rationabilis contra canones ualet, non autem ſtatutum, ideo ubi conſuetudo reprobatur non ualet ſtatutum. Ab.de præben.c. Venerabile.

Conſuetudo ciuitatis &c. Si diuerſæ erunt ſeruabitur magis rationabilis, & aliis non præiudicans in attribuendis officiis nouæ dignitatis. Similiter conſuetudo Metropolitana eccleſie.Glo.de conſue.c.Cum olim.

Conſuetudo quod clerici poſſunt diſponere de bonis acquiſitis intuitu eccleſię & quod proquinqui eorum ſuccedant eis ab inteſtato, in huiuſmodi rebus ualet. Ab.de uerb.ſigni.c. Cum tibi.

Conſuetudo patriæ ligat clericos,quando communis eſt clericis & laycis. Ab. de eo qui mitti.in poſſeſ.c.Cum ueniſſet.

Conſuetudo contra naturam contractus non ualet,unde non poteſt induci conſuetudo, ut a uicario epiſcopi appelletur ad epiſcopum, quia cenſentur eædem perſonę. Et de noſtra appellationis eſt quod ſit a minori ad maiorem. Ab.de præca.c.Pręcarium.

Conſuetudo correctionis, & refrenationis morum impeditiua non ualet, in quantum tamen eſt poteſtatis translatiua ad alium ualet.Ab.de ordina.c.Irrefragabili.

Conſuetudo nō remittendi delinquentem in iudice delicti ualet,in alieno iudice non ualet, in primo delictum non remanet impunitum, in alio caſu ſic quia forte qui transfert ſe ad alium locum, nunquam ad locum domicilii, uel delicti iret. Ergo conſuetudo eſt irrationabilis. Abb. de rapt. c. De illis.

Conſuetudo per quam eccleſia acquirit dominium,& poſſeſſionem rei ſine ſolennitate legis ualet,uel ſic, Ex conſuetudine poteſt introduci uel ſolennitas per quam ſine apprehenſione rei reali transferatur poſſeſſio rei abentis. Ab. de conſue. c.Ex litteris.

Conſuetudinem eccleſię tenetur ſeruare qui impetrat gratiam a papa, puta quod canonicus iurat ſeruare ſtatuta. Abb. de conceſ. pręben.c.Ex parte Halienſis.

Conſuetudo induci poteſt ut aliquid detur eccleſię,uel ad cultum dei tam laycis, quam clericis & poſſunt cogi ad ſeruandum eam. Ab. de Simo.c.Sicut pro certo.

Conſuetudo quod aliquid detur eccleſiæ quando recipiunt ſacramenta,pro exequiis, pro benedictione nubentium, debet ſeruari. Nihil tamen poteſt

rector

rector eccleſiæ diſcernere de ea an ſit rationalis, nec cogere laycos ad eius obſeruantiam, quia iſta ad epiſcopum pertinent. Si dat inuitus non poteſt introduci conſuetudo ut aliquid detur pro ſacramentis, nec ualet conſuetudo ubi præceſsit exactio, quia initium fuit Simoniacum. Sic intellige modos qui annullant conſuetudinem. Valet tamen conſuetudo ut aliquid detur tempore collationis, uel ex poſt facto ubi ex mera liberalitate populi introducta fuit, ita tamen ut ſacramenta prius conferantur, & ſi non uult libere dare, poteſt compelli ad obſeruandam conſuetudinem per epiſcopum, non autem per rectorem eccleſiæ. Abb. de Simo. c. Ad Apoſtolicam. Conſuetudo quod detur temporale pro ſpirituali non ualet. Ab. ubi ſuprà. c. Cum in eccleſia.

Conſuetudo eccleſiarum uicinarum attenditur in procurationibus & aliis obſequiis pręſtandis quando non apparet de propria conſuetudine loci, quia illa præfertur conſuetudini aliarum eccleſiarum. Quando conſuetudo aliorum locorum non eſt multum oneroſa, quia negligentia unius loci non debet obeſſe alteri loco, quia non neglexiſſet idem eſt &c. Item præter quam in ſacramentis eccleſiæ & articulis fidei in quibus debet ſequi eccleſiam Romanam. Ab. de cenſi. c. Super eo.

Conſuetudo inferens grauamen eccleſiæ, uel ei oneroſa non tenet, & debet per iudicem tolli. Abb. de conſue. c. Conſuetudinis. Intelligitur de ea quæ multum dedit, quæ eſt erradicanda funditus. Glo. ubi ſuprà. c. Idem de ſtatuto quod differt a conſuetudine qui habet eorum conſenſum expreſſum & loquitur textus hic generaliter, nec reſtringitur ad libertatem eccleſiæ, & hoc inductum in fauorem religionis. Et quia conſuetudo debet eſſe rationalis conueniens fieri æterno, & religioni, nec intelligitur in patrimonio clericorum, nec de reditibus eccleſiæ ſed de grauamine eccleſię. Abbas ubi ſuprà.

Conſuetudo eccleſiæ Romanæ non ſemper eſt ab omnibus ſeruanda eccleſijs. Glo. de Ferijs. c. Quoniam in parte. Non tamen eam ſeruare tenemur ubi uerſatur extra articulos fidei, niſi Papa mandet quod obſeruetur. Ab. ubi ſuprà. In ſpectantibus ad fidem tenenda eſt, in alijs non tenemur niſi illa doceat & mandet obſeruari. Ab. de Hære. c. Ad abolendam. In aliis quęlibet eccleſia ſeruet conſuetudines ſuas. Ab. de reg. iur. c. Indignum.

Conſuetudo habet hos effectus. primo ſuccedit loco iuris ubi ius deficit. ſecundo interpretatur ius dubium. tertio derogat legi ubi conſuetudo eſt rationabilis. Ab. de ſepul. c. De uxore.

Conſuetudo non poteſt induci, ut electores eligant certum quia tollitur libertas. Papa tamen reſtringere electionem ad unum. Ab. de his quæ a maio. par. cap. Ex ore.

Conſuetudo quod electus conſequatur ius decanatus uel alias dignitates inferiores ſine confirmatione ualet. Abb. de elec. c. Cum iure peritus.

Conſuetudo in uno non extenditur ad alia etiam ſi ſint eiuſdem naturæ quia conſuetudo eſt oneroſa, & contra ius. Abb. de offi. & pot. iud. deleg. c. Quod tranſac.

Conſuetudo non habilitat prorſus inhabilem præſertim contra legem naturalem, aut diuinam. Ab. de elec. c. Cum cauſam.

Conſuetudo poteſt induci ut quis dimittat, uel quod electus poſsit adminiſtrare ſine auctoritate ſuperioris. Ab. de conſue. c. Cum uenerabilis. Poteſt autem

tem induci,ut una eccleſia eligat prelatum de gremio alterius. Vbi ſupra.c. Cum dilectus.

Conſuetudo non inducitur per unum actum niſi habeat continuationem per tempus, infra quod poteſt induci, quia per unum actum non uidetur haberi conſenſus interpretatus populi. Interpretatur tamen per unum actum quando non eſt conſuetudo completa, & perfecta. ſi ſit completa non tollitur per unum actum, ſed tantum eo modo & tempore quo inducitur. Tollitur autem quia iam lex eſt,& ſufficiunt anni decem. Ab. de conſue. c. Cum tanto. Ad inducendum conſuetudinem requiritur primo quod ſit rationabilis, ſecundo quod ſit præſcripta, & ſit obtenta per tempus acquiſitum ad præſcribendum. Vnde congruentius dicetur præſcribi lex Papæ, & ſufficit tempus decem annorum, ſi conſuetudo ſit præter ius, ſi detrahit iuri eccleſiæ,requiruntur anni quadraginta. Similiter ſi ſit contra ius canonicum. Si contra reſeruata principi requiritur quod oppoſitum non ſit in memoria hominum. tertio quod inducta ſit ex ſcientia certa nou errore tollente totum conſenſum populi. quarto quod ſit inducta eo ſciente qui poteſt legem condere. quinto quod ſit tale ius quod poſsit præſcribi. ſexto quod conſuetudo ſit obtenta in contradictorio iudicio, quia iudicatum eſt contra legem ſciente populo & non contradicente. ſeptimo quod homines uariis uicibus uſi ſint animo introducendi conſuetudinem, & ſufficit unus actus quando eſt ſucceſsiuus. octauo quod maior pars populi utatur eo uidelicet ſaltem duæ partes.Glo.& Ab.ubi ſupra.Non inducitur in his quæ mere ſunt facultatis & gratis conceduntur. Abb.de offi.& pot.iud.deleg. c.Quod tranſactionem.

Conſuetudo requirit tempus decem annorum in iure ciuili ſi ſit contra ius. Idem.de iure canonico ſi ſit præter ius.Si ſit contra ius eccleſiæ in communi aut in particulari requiruntur anni quadraginta, quia oportet quod præſcribatur. In reſeruatis principi ex ſpeciali priuilegio requiritur quod de initio illius non ſit memoria apud homines, & hoc in utroque foro. Si ſciente papa inducitur conſuetudo contra ius, & papa utitur ea ſufficit tempus decem annorum, nec ſufficit quod taceat. Abbas de conſue. c.Cum tanto.

Conſuetudinem oportet eſſe preſcriptam contra ius ciuile, & hæc omnia requiruntur ad eam quæ eſt contra ius canonicum, quia ciues poſſunt directe tollere legem inſtituendo contra ius ciuile, & imperator concedit, contra canones inferiores Papa non poſſunt ſtatuere. Abb. de conſue. c. Cum tanto.

Conſuetudo non poteſt induci ex facto minoris partis ciuitatis.Ab.de cenſi.c. Ex parte.

Conſuetudo non inducitur in his quæ ſunt mere facultatis, nec ex donatione annua gratis facta. Fallit primo quando aliquis de populo reſiſtit ab obſeruantia redargutus ab aliis obſeruauit aliorum morem, quia ex hoc apparet quod intendebant inducere conſuetudinem. ſecundo quando donatio pura non redacta ad certum quid, puta ſi datur in recompenſatione ſpiritualium. tertio fauore eccleſiæ fallit: etiam ſufficiunt decem anni. Ab. de Simo.c.Sicut Nobis. Non inducitur per actus meræ facultatis etiam multo tempore continuatos, ſed nec ſeruitus aliqua, cum non appareat quod per hunc actum uoluerit preiudicare iuri ſuo,quo utitur iure conceſſo, ut ſi acceſsit ad molendinum &c. Si te nolente iuſsit ut ires, ſi illi obtem-

peras

peras inducitur conſuetudo, quia nunc apparet quod ille intendebat uti ſuo iure, & tu facis actum non gratuitum, ſed meræ ſeruitutis. Ab. de uerb. ſigni. c. Abbate.

Conſuetudo non inducitur ex non uſu in ijs quæ ſunt meræ facultatis, puta ſi frequentarem molendinum unum per annos 40. qui ire ad aliud poſſem. Ab. de ui. & honeſta. cle. c. Quoniam. Si non uſus non habet in ſe actum tacitum contra diſpoſitionem iuris nec in ſubſtantia, neque in forma, ex non uſu non inducitur conſuetudo, nec abrogatur lex. In ijs quæ ſunt meræ facultatis non inducitur conſuetudo, quia nihil agitur contra legem permittentem. Si non uſus habet in ſe actum tacitum contra diſpoſitionem iuris inducitur conſuetudo. Ab. de cle. coniug. c. Ioannes. Actus meræ facultatis non inducit conſuetudinem liberæ poteſtatis reſtrictiuam. Ab. de conceſſio. præben. c. Ex parte Aſtenſis. Ex non uſu introducitur in remiſſione rei quando remiſſio pluries eſt petita delinquentium, & fuit denegata nihil aliud eſt ſecutum. Iſte non uſus habet actum contrarium diſpoſitioni iuris, ſecus ſi nunquam fuit petita remiſſio nec conceſſa, quia tunc non eſt introducta conſuetudo, cum nihil actum ſit contra ius commune. Ab. de foro competen. c. Licet.

Conſuetudo in indulgentiarum interpretatione multum ualet, ſicut interpretatur legem ſic & priuilegium, & eadem ratione ſtatutum. Poteſt etiam ad matrimonium habiles inhabilitare. Abb. de conſangui. c. Quod dilectio.

Conſuetudo quod a non ſuo iudice ſententia lata teneat non ualet, ſed nec conſuetudo in cauſis eccleſiæ quod dictum populi habeatur pro ſententia. Ab. de conſue. c. Ad ueſtram.

Conſuetudo uel ſtatutum iuramentum exigens ſine cauſa uel aliquid aliud ultra plenam probationem non ualet, ſecus legitima cauſa ſubſiſtente. Ab. de proba. c. Sicut. Conſuetudo.

Conſuetudo non dat iuriſdictionem etiam quo ad magnas cauſas. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Litteras. & de ſenten. & re iudi. c. Cum olim.

Conſuetudo de eo de quo eſt ius, roborat illud ut ſit maioris auctoritatis, ſi tamen ſit contraria iuri diuino non ualet, & ratione peccati papa poteſt eam tollere, ſicut & legem cæſaream. Abb. de teſtam. c. Cum eſſes. Contraria iuri in rebus eccleſiæ præſcribitur ſpacio annorum 48. quæ autem præter ius ſpacio decem annorum. Ab. de deci. c. Cum ſint. Quæ concurrit cum iure communi ſi ius commune tollitur per conſtitutionẽ contrariam tollitur per conſequens conſuetudo niſi ex eius omiſſione ſcandalum generetur, & tunc poteſt inhabilitare perſonas habiles ad contrahendum matrimonium. Ab. de cogna. ſpiritua. c. Verum autem.

Conſuetudo non derogat iuri naturali nec diuino, cuius transgreſſio inducit peccatum, ſed nec iuri poſitiuo, niſi ſit rationabilis, & præſcripta. Ab. de conſue. c. Cum tanto. Quo ad primum. Abbas de elec. c. Cum cauſa. Quæ inducit ad peccatum, uel ad diſsipandum bona propria non ualet & contra antiquam conſuetudinem poteſt quis ſe defendere allegando irrationabilitatem eius. Ab. de conſue. c. Ex parte.

Conſuetudo ſecundum leges, leges interpretando, uel affirmando legem ualet, etiam quando eſt præter legem. Contra legem Dei, non ualet niſi procedat rationabiliter. Vide. Ius diuinum uariabile. Contra legem naturæ non ualet niſi conſuetudo ſit de iure gentium ut dictum eſt de iu-

re diuino quia ius poſitiuum priuat aliquem dominio ſuę rei, & inducit ſeruitutem de perſona legitima. Si contra legem poſitiuam contra libertatem eccleſiæ & contra utilitatem publicam, non tenet, ſicut nec lex, ſi contra utilitatem priuatam & præcedit lex derogatoria ante conſuetudinem non ualet conſuetudo ſequens. Quando conſuetudo ſemel reprobata eſt non poteſt amplius induci niſi ex noua cauſa, quæ non fuit tempore legis condemnantis conſuetudinem. Si non habet legem derogatoriam, & lex præcedit, conſuetudo generalis uitiat legem generalem uniuerſaliter, ſi tamen conſuetudo ſit rationabilis & præſcripta. Si conſuetudo eſt particularis non uitiat legem uniuerſaliter, ſed tantum ubi conſuetudo uiget. Si conſuetudo præcedit & ſequitur lex, uincit lex & tollitur conſuetudo. Conſtitutiones papę ſecundum aliquos non tollunt particulares conſuetudines loci, eo quod ſibi non conſtet. Statutum ciuitatis contra conſuetudinem ciuium aufert ex toto conſuetudinem cum habet ſcientiam de ea. Ab. de conſue. c. Cum tanto.

Conſuetudo eſt legum interpres & in dubiis legis eſt ſequenda, habet etiam uim interpretatiuam, uel derogatiuam, quia legi derogat ubi eſt contra legem, & uim immutatiuam, quia ea immutantur leges. Ab. de conſue. c. Cum dilectus. Communis conſuetudo interpretando leges præfertur interpretationi doctorum. & magiſtrorum legis. Ab. de deci. c. Decima. Vide. In dubijs. Conſuetudo nota ſuperiori non tollit eius legem ſi ſit irrationabilis conſuetudo, uel quando lex ſeruatur a maiori parte, & tolerantur pauciores propter pacientiam ſuperioris in non puniendo tranſgreſſores, nec cauſatur diſpenſatio, nec permiſſio. Abb. de præben. c. Cum iam dudum.

Conſuetudo contra libertatem eccleſię non poteſt præſcribi, etiam ſi non ſit in memoria hominum de eius initio, unde conſuetudo non poteſt induci quod clerici ſoluant decimas etiam de patrimonialibus. Vnde layci ſic imponentes ſunt excommunicati, ſiue collectas exigant ſiue gabellas. Glo. & Ab. de ele. c. Meſſana. Conſuetudo in magnum præiudicium eccleſiæ etiam ſi ſit iuramento firmata non eſt ſeruanda. Ab. de elec. c. Cum inter uniuerſas. Contra libertatem eccleſiæ non ualet, nec poteſt tollere ſubſtantialia electionis & generaliter non ualet conſuetudo per quam tollitur ſubſtantia actus ipſo actu remanente, ſicut non ualet pactum ubi modus apponitur contra ſubſtantiam actus. Abb. de elec. c. Cum terra. Conſuetudo contra libertatem eccleſiæ non ualet. Glo. & Abb. de iudi. c. Clerici.

Conſuetudinem loci iura communia & priuilegia generalia interpretationem debent ſeruare, qualiſcunque ſit expoſitio ſemper debet intelligi ſecundum conſuetudinem loci & contra proprium ſignificatum uerborum. Ab. de ſepul. c. Certificari. Vbi de perſona habilitata uel uarietate actus inſpici debet conſuetudo loci, ubi quis oriundus fuit, uel ubi actus fuerit geſtus, non autem ad alterius loci conſuetudinem, ubi ille actus uenit applicandus perſonæ. Vnde filii ſacerdotis greci legitimi ſunt, & promouentur ad ordines & dignitates in eccleſia Latina. Abb. de cle. coniug. c. Cum olim. Conſuetudo unius loci non eſt ſeruanda in alio loco niſi reducatur ad ius commune per habentem poteſtatem. Abb. de clandeſ. deſponſa. c. Cum inhibitio.

Conſuetudo poteſt inhabilitare perſonas ad contrahendum matrimonium. Ab.

Ab.de cogna.ſpiritua.c.Verum autem.

Conſuetudo habilitans perſonas inhabiles ad contrahendum matrimonium per ius canonicum non ualet, quia non eſt rationalis. Ideo, niſi ſit approbata per Papam non poteſt ſoluere impedimentum publicæ honeſtatis. Si inhabilitat alios habiles, & habet ſolum quod impediat, non autem dirimat, matrimonium ualet. Si etiam ut ad tempus ſeparentur coniuges, ualet, peccat tamen contrahens contra conſuetudinem patriæ. Si habet quod coniuges ſeparentur in perpetuum, & per papam approbata eſt ſaltem tacite, ualet. Si non apparet de approbatione ſecundum Hoſti. non ualet. Credo quod ualeret quando cõtra conſuetudinem non cauſaret ſcandalum. Sicut papa poteſt ius interpretari, addere & diminuere, ita & conſuetudo. Conſuetudo generans ſcãdalum inhabilitat ad matrimonium ſpirituale quo etiam ad carnale. Si hodie conſuetudo eſſet in aliquo loco ut in tertio genere contrahi non poſſet matrimonium, & contractum generaret ſcandalum non ualeret matrimonium, licet lex concedat, quia conſuetudo currit cum iure antiquo, nec cenſetur ſublata per ius nouum ex quo non approbatur per illud ius concurrit ſecum ſcandalum. ſecundo Conſuetudo continens in ſe ſcandalum ex præteritione poteſt inhabilitare alias habiles. Vbi a principio nullum fuit impedimentum ſolum ſcandalum ſuperueniens non poteſt diſſoluere matrimonium, quia propter ſcandalum non eſt recedendum a ueritate iuris diuini. Ab.de cogna.ſpiritua. c. Super eo. Conſuetudo poteſt inhabilitare alias habiles, non autem habilitare inhabiles, Inhabilitatio eſt onus, Habilitatio honor. Conſuetudo habens fomentum iuris antiqui poteſt inhabilitare contra ius nouum, ſecus ubi conſuetudo nulla lege iuuatur. Conſuetudo etiam interpretatur ius diuinum. Abb. de conſangui.c. Quod ſuper.

Conſuetudo patriæ circa ſolennitates matrimonii ubi ex præteritione eius eccleſiâ redditur incerta de contracto, obligat ad mortale. Vbi uiri & uxoris conſuetudines ſunt diuerſæ quo ad ſolennitates conſuetudo loci uiri ſaluabitur quam peregrini uiolare non debent. Si conſuetudo diſponit ſuper exequutione, uel aliis ſeruandis poſt contractum, ſaluabitur conſuetudo domicili uiri, quia uxor ſequitur domicilium uiri. Si ſtatutum, uel conſuetudo habet quod uir ſuperuiuens lucretur dimidium dotis in patria mariti illa conſuetudo ſaluabitur, licet in loco ubi contraxit non ſit talis conſuetudo, nec tale ſtatutum, ſi uir mutaret domicilium, attenditur conſuetudo domicilii tempore contractus, & non domicilii ubi ſoluitur matrimonium. Ab.de ſponſa.c.De Francia.

Conſuetudo quod aliquid habeatur pro notorio. Abb. de fid.inſtrum.c.Cum dilectus.

Conſuetudo peccatum aggrauat quando pretextu conſuetudinis diu durat, & perſeuerat in peccato. Ab.de Simo.c.Non ſatis.

Ex conſuetudine ciuitatis poteſt exigi pœna pecuniaria pro delicto, etiam per iudicem eccleſiaſticum. Intellige poſt factum non ante, quia ante factum non debet pœna pecuniaria taxari. Conſuetudo uel ſtatutum imponentia pro furto homicidio & ſimilibus pœnam pecuniariam irrationabilia ſunt, quia homines exponuntur uenales, & ad delinquendum. Aliquis timet mortem eſt qui de pœna pecuniaria non curat. Ab.de delic.puero.c.Deferente.

Conſuetudinis prauæ prætextu agens contra ius ante declarationem quod ſit praua, non punitur ut tranſgreſſor legis, ſed tolleratur & excuſatur etiam

apud deum etiam a pœna, niſi ignorantia ſit craſſa. Ab.de conſue. c. Cum Venerabilis.

Conſuetudo praua non poteſt alterare pœnam inductam a regula, uel a iure communi, & hoc quando eſt nimis praua, niſi imponat minus leuem. Conſuetudo non praua poteſt alterare pœnam regulæ & iuris communis. Ab. de ſta.Mon.c.Ea quæ. Conſuetudo quæ eſt cum exemplo prauo non ualet. Ab.de cle. coniug.c.Cum decorem. Conſuetudo praua poteſt appellari lex mortis, lex quia ab impiis ut lex & priuilegium ſeruatur, ideo radicitus, & uiolenter eſt extirpanda, Infert etiam mortem eternam, & quo ad pœnam temporalem nullum excuſat. Ab.de Simo.c.Cum in eccleſia.

Conſuetudo non præiudicat iuri ſcripto, ubi conſuetudo obuiat rationi, uel quando conſuetudo inducta eſt per errorem. Glo. de proba. c. Sicut eſt conſuetudo.

Conſuetudo differt a præſcriptione quia conſuetudine acquiritur ius uniuerſale, & præſcriptione detrahitur iuri unius, & applicatur commodo alterius. Abb. de conſue. c.Cum dilectus. Præſcriptione acquiritur ius uni particulari homini, uel collegio, & requiritur titulus. Conſuetudine acquiritur ius in communi. Idem tamen ſecundum diuerſa, poteſt dici utrunque, ut cum epiſcopus præſcribit contra capitulum, quod ſolus poteſt corrigere omnes. Glo. & Ab. de conſue.c.Cum tanto.

Conſuetudo præſcribit in rebus eccleſiæ, ſi ſit contra ius ſpacio annorum quadraginta. Illa quæ eſt præter ius ſpacio annorum decem. Abb. de deci. c. Cum ſint. Vide. Conſuetudo non inducitur. Poteſt autem conſuetudo præſcribere uſum rei & non dominium. Ab.de Arbi.c.Dilecti filii. In conſuetudine & præſcriptione eſt temporis decurſus, tacitus conſenſus eius cui præiudicatur & auctoritas iuris. Abbas de uerbor. ſignifi. c. Abbate.

Conſuetudo parificatur priuilegio. Glo.de iudi.c.Nouit. Intelligitur data capacitate perſonæ, ideo nulla conſuetudine laycus poteſt conferre beneficium qui tamen poteſt ex priuilegio. Ab.de iudi.c.Quia.G. &.A.

Cõſuetudo uel ſtatutũ detrahens legitimę probationi ubi lex non habet clauſulam derogatoriam, ſi adſit rationabilis cauſa, ualet, non autem ſi deſit. Quando lex habet derogatiuam clauſulam ad ipſam conſuetudinem, non ualet conſuetudo uel ſtatutum, niſi ex cauſa noua inducatur non excogitata ueriſimiliter per legem damnantem conſuetudinem, uel ex antiqua non detecta, quæ ſi tunc detecta fuiſſet, principes ueriſimiliter non damnaſſent conſuetudinem, quia tunc conſuetudo damnata per legem poteſt induci, & poteſt de ea fieri ſtatutum. Conſuetudo reſtringens facultatem probandi ad certam ſpeciem probationis ex cauſa rationabili ualet. Ab.de proba.ſicut. c.Conſuetudo.

Conſuetudinem probat actus geminatus. Ab.de appella.c.Si iuſtus. Licet probetur conſuetudo quia obtenta eſt in contradictorio iudicio, non tamen ad conſuetudinem ducendam requiritur quod ſit obtenta in contradictorio iudicio. Ab.de uerb.ſignifi.c. Abbate.

Conſuetudo generalis prouinciæ extenditur ad loca particularia niſi ſit contra ius, uel alteri particulari oneroſa, quia tunc requiritur conſuetudo particularis. Ab. de elec.c. Cum eccleſia Vlterana.

Conſuetudo quæ ſit rationabilis, & quæ non, relinquitur arbitrio iudicis, quia informando animum ſuum an finis ſit bonus an non, habet rationem, & an

ſit

ſit contra uel præter ius, & an ſit inducta ex ratione iuſta, an ius approbet, uel reprobet conſuetudinem. Ab.de conſue. c. Cum quanto.
Conſuetudo non immutat diſpoſitionem regulæ regula remanente in ſuis ſubſtantialibus, ita tamen quod conſuetudo non multum deuiet ab honeſtate. Ab.de ſta.Mona.c.Cum ad monaſterium.
Conſuetudo a lege ſpecifice reprobata poteſt de nouo induci ex rationabili cauſa. Ab. de iura.& calum.c.Cęterum.
Conſuetudo quod quis reſidere non teneatur ualet, ſimiliter quod quis poſſit ſe abſentare ſine licentia epiſcopi non autem conſuetudo uagandi. Abb. de cle.non reſiden.c.Inter quattuor.
Contentio conſiſtit in uerbis, lis in iudiciis, rixa in factis ut percuſſionibus ad inuicem. Ab.Ne cle.uel Mona.c.Multa ſunt.
Contractus auctor & mediator illius non poſſunt contra contractum aliquem in ualiditate allegare. Glo.& Ab.de transla. c. Ex litteris.
Contractus ſub conditione ſi papa diſpenſauerit ubi contractus de iure prohibetur adueniente conditione an teneat, opiniones. Et concludit quod non, ſicut matrimonium inter conſanguineos, quia conſenſus primus eſt a iure reprobatus. Secundo quia conditio eſt ſibi impoſſibilis. Tertio quia ſit remedio extraordinario ideo dicitur impoſſibile. Quarto ut actus retro extēdatur oportet quod potuerit intereſſe a principio. Quinto ex facto reprobato a iure non poteſt oriri obligatio. Ab. de conditio. apposi. c. Super eo.
Si uterque contrahentium uenit contra contractum uterque poteſt exigere pœnam ad inuicem promiſſam. Ab.de pœnis. c. Conſtitutus. Vt pœna incurratur, exigitur quod alter trahatur in iudicium, uel uiolenter conueniatur. Ab. ubi ſuprà.
Contractus diſſoluitur propter neceſſitatem, uel cauſam ſuperuenientem altero etiam inuito, non autem ſi illa erat tempore contractus. Vnde contrahens cum homine parum diuite, uel qui labitur in facultatibus, uel male utitur ſubſtantia ſua non poteſt poſt facere illum capi ſuſpectum de fuga, quia conditio illa erat ſibi ſatis nota tempore contractus. Ab.de Loca c. Propter.
Contractus qui fit gratia unius tantum etiam leuiſſima culpa uitiatur. Ab.de Loca.c. Cum gratia. Vbi uerba poſſunt trahi ad diuerſas ſpecies contractus, non debent interpretari contractus ſecundum uerba, ſed ſecundum naturam contractus. Vnde licet uerba improprie ponantur in exceptione non uitiatur exceptio. Ab.de religio.domi.c.Conſtitutus.
Contractus cui opponitur modus, ſi modus ſit cauſa finalis, contractus poteſt agi ad reuocationem, ſi modus non ſeruetur. Si modus non fuit cauſa finalis, non agitur ad reuocationem, ſed ad obſeruandum modum. In donationibus factis eccleſiis præſumitur quod ſit facta propter deum, & in remedium animæ, non autem propter modum, ideo non reuocantur, niſi hoc ſit expreſſum in contractu. Ab.de conditio.apponen.c.Verum.
Contractus dicitur naſci tempore conſenſus & diſſolui cum contrarius diſſenſus interuenerit. Ab.de reg.iur. c. Omnes res.
Contractus nullus a principio poteſt iterum annullari. Ab. de reb.eccle. non alienam.c. Indicatum.
Contractus dicitur omnino purus & ſine omni additione ex quo non fuit certa conditio expreſſa, licet ſubſint plures tacitæ conditiones. Ab. de ſponſa. c. Præterea.

Contractus ſpecies non debent attendi ſecundum uerba tantum, ſed etiam ſecundum materiam contractus, & ſi uarietur nomen, & tempus. Ab.de Simo.c.In tantum.

Succeſſor non tenetur ſtare contractui prędeceſſoris. Vnde qui emit domum non tenetur ſtare locationi prædeceſſoris. Inſtitutus tamen in eccleſia patronata perſeuerat, quia ius ab inſtituente habet non a præſentante. Ab.de Iur. patro. c.Querimoniam.

Contrahentium turpitudo & deformitas pręcedens non poteſt allegari contra contrahentem ſed ſubſequens, ſic non poteſt allegare pauperem ſuſpectum propter paupertatem præcedentem, nec prælatus poteſt repelli propter crimen præcedens promotionem. Ab.de iur.iuran.Quemadmodum.c. Vide. Contractus diſſoluitur.

Contractus non uitiatur ſi contrahens loquatur in tertia perſona intelligendo tamen de ſe ipſo, ſi in propria perſona contrahat obligatur efficaciter, licet doloſe mutauerit ſibi nomen. Ex quo conſtat de corpore non eſt curandum de nomine, quia nomina gratia ſignificationis ſunt inuenta. Ab.de ſponſa.c.Tua nos.

Contractus ſunt uoluntarii a principio, poſt uero neceſſarii. Ab.de immuni. eccle.c.Iudicatum.

Contractus alicuius non poteſt auctor & mediator contra illum contractum aliquam inualiditatem allegare. Quod tene menti. Ab.de tranſactio.c. Ex litteris.

Contumax eſt, qui in iudicio dicit ſe nolle comparere, non autem ſi hoc dicit nuncio citanti, uel cuicunque alteri extra iudicium. Si tamen dixit nuncio, & in termino non comparuit, præſumitur contumax, & non citatur amplius, ſed proceditur ad ſententiam. Ab.de appella.c.Cum parati. Contumax eſt qui non comparet in termino peremptorio, qui ſe occultat, qui impedit ne citatio ueniat ad eum, nec oportet amplius eum citare. Ab.ut lite non conteſta.c.Quoniam frequenter.§.Porro. Qui non comparet in termino ſi iudex fuit impeditus ut ſedere non poſſet, non condemnabitur in expenſis. ſi non fuit impeditus condemnabitur, non tamen poteſt excommunicari niſi poſt trinam monitionem, niſi in prima citatione facta dixit ſe nolle comparere. Ab.de do.& contuma.c. Venerabilis. Contumax eſt qui nō ſe defendit, qui latitat, qui impedit ne citatio ueniat ad eum, qui minus inſtitutus comparet. Ab. de dol. & contuma.c. Ex litteris. Qui recedit a iudice ſine licentia quando citatus fuit ad totam cauſam, uel ſi ad unum articulum eo non expleto receſſit. Ab.ubi ſupra.§.Porro.

Contumax eſt reus, recedens a iudicio dimiſſo procuratore ſolum ad agendum & condemnatur in expenſis. Ab.de procura.c.Conſtitutus. Contumax etiam eſt qui citatus comparet & illicentiatus recedit, & condemnatur in expenſis, qui citatus mittit procuratorem ſine mandato, qui comparens in termino petit inducias ad faciendum fidem de procuratorio & condemnatur in expenſis abſq; alia citatione. Ab.ubi ſupra. Contumaces & inobedientes nō punire eſt peccatum prelatis. Ab.de poſtula.c.Ad hoc in beato. Condemnatum in expenſis, nec requiritur noua citatio. Ab. de procura. c. Querelam. Contumax poteſt quis eſſe ſine citatione quando occultat ſe ut non poſſit citari. Ab.de maiori.& obe.c.Inter quattuor. Vna citatione conſtituitur quis contumax ſic ut condemnetur in expenſis, non tamen excommunicatur, niſi poſt trinam monitionem, uel unam pro tribus. Abb. de

uerb.

uerb.ſigni.c. Ex parte. Contumax reputatur qui citatus perſonaliter comparet per procuratorem, etiam ſi alleget excuſationes friuolas. Ab.de accuſa.c.Veniens.

In appellatione pars citata a lege, uel ab homine, uel a præfixione termini ad appellationem proſequendam abſente appellatore poteſt appellatus proſequi appellationem in ultimo menſe anni, nec oportet appellatorem citare in partibus, ſed ſufficit requiratur in curia. Ab.de appella. c. Interpoſita §.Sane.

Contumax poteſt compelli ad præſtandum cautionem iuratoriam de parendo iuri, & licet clerici ſint priuilegiati ut non teneantur præſtare cautionem de iudicio ſiſti, data tamen contumacia poſſunt aſtringi ad iuratoriam cautionem.Ab.de do.& contuma.c.Prout.

Contumax condemnatur in expenſis ratione intereſſe.Vbi poteſt procedi contra abſentem non condemnabitur niſi in fine cauſæ, qua uictus condemnatur uictori. Ab.de appel.c.Sepe contingit. Non poteſt condemnari de contumacia niſi conſtet iudici, & ſi ignorat eius contumaciam proceſſus eſt nullus. Sufficit tamen relationem notario fieri. Ab. de proba.c. Quoniam contra.

Contumax excommunicari poteſt, ſi de eius contumacia coſtet, & poteſt procedi contra eum uſque ad ſententiam cauſæ, & poſſeſſionem dare abſque alia citatione, non tamen poteſt puniri pœna pecuniaria abſque citatione noua. Ab.de iudi.c.De quo uult Deus.

Contumacia minima eſt digna excommunicatione, & tanto contumacia eſt maior quanto ex minori re conſurgit.Ab.de teſti. cogen.c. Cum ſuper.& de uerb. ſigni.c.Ex parte. Contumacia eſt peccatum mortale,& excommunicatione digna & tanto maior quanto ex minori re conſurgit.Ab.de iudi.c. De quo uult Deus.

Contumax de iure canonico non eſt mulctandus nec multatur propter contemptum iudicis niſi periclitetur iuſtitia, nec iudex eccleſiaſticus tunc imponit multam. Ab.de do.& contuma.c.Ad hoc.Non debet multari ſtatim,ſed debet iterum citari. Ab.de de accuſa.c.Veniens.

Contumaciæ pœna eſt ut poſſit interdici inquilinus & colonus quatenus, non reſpondeant domino poſſeſſionis de reditibus, & quod nemo audeat colere agros & poſſeſſiones ſuas. Ab.de ſenten.excommunica.c. Graue. Conueniri poteſt quilibet ubi eſt res de qua agitur coram ordinario illo & coram delegato, nec habet locum exceptio de duabus dietis.Ab.de fo.competen. c.Ex parte b. Similiter ubi deliquit, ubi contrahit, ubi reſpondere promittit non obſtante priuilegio quod non poſſit conueniri in determinato loco & de duabus dietis. Ab.ubi ſupra.c.Dilecti filij. Vide. Delegatus non poteſt dari ultra duas dietas.

Conueniri poteſt ratione contractus uel quaſi contractus. Contractus eſt cum oritur obligatio ex utraque parte quaſi contractus quando ex una parte tantum. Si ſenis exiſtens promiſit ſoluere Bononiæ poteſt conueniri ubi habet domicilium & Bono. non autem ſenis. Subijcitur tamen contractus legibus ſenarum. Fallunt iſta in uxore quæ omnino ſortitur forum mariti, ideo ſtatuta & conſuetudines loci mariti ſeruantur circa dotem. Si ultra prædicta inſtrumentum perfectum eſt Florentię non ſortitur quis forum Florentiæ nec debet attendi Florentię quo ad aliquem effectum niſi Senis actum eſſet,ut de illo actu ſcriptura fiere, quia tunc non dicitur contra-

ctus

ctus niſi perfecta ſcriptura. Si ſenis exiſtens conduxit aduocatum, uel ædificatorem florentiam, ambo poſſunt conueniri Florentiæ. Ego ago qui promiſi ſoluere, ſi ex contractu apparet quod debeo ſoluere ubi promiſi ibi poſſum conueniri, ſin autem poſſum conueniri ad locum deſtinati effectus. Intellige iſta quando de proximo non ſunt receſſurus de loco ubi contraxi. Secus ſi erant ibi ut uiator. Viator ſortitur forum contractus quando contrahens probabiliter ignorabat illum eſſe uiatorem. Secundo quando uerisimiliter contractus debet impleri in continenti ut ſi emi equum a uiatore & ſolui pretium ubi me decepit poteſt conueniri. tertio. Viator non ſortitur forum ratione contractus quando alias non præſumitur habitus iuriſdictionis in loco. Quarto ſi quis acceſſit ad locum tantum ut ibi ſortiretur forum, uel ibi contrahit ut ſortiatur forum. licet inde ſit ſtatim receſſurus. Si talis reperiatur in loco contractus habet iudex omnimodam iuriſdictionem in perſona, & in rebus prout patitur qualitas contractus. Idem ſi fiat ibi conſtitutus in contumacia, licet poſt receſſerit. Idem ſi quandoque apparuit ibi in iudicio, ſi non reperiatur in loco contractus, nec unquam fuit ibi in iudicio, nec contumax poteſt citari etiam exiſtens extra territorium ad miſſionem fiendam in bonis eius, que ſunt in loco contractus, uel alibi, non tamen poteſt cogi inuitus ad comparendum coram iudice contractus. Nec poteſt excommunicari quia non comparuit ex quo non reperitur in loco non habet iuriſdictionem in perſona, ſed tantũ poteſt procedere contra bona. In contractibus non habet locum remiſſio regulariter ſicut ratione delicti. Fallit quando laycus renunciauit foro ſuo, Item in reddenda ratione uel adminiſtratione, Item quando ſeruus fugit ad alium locum ubi ſe uindicat in libertate. In prædictis ad locum remittitur. Ab. de foro competen. c. Licet.

Conueniri poteſt quis ubi aſſidue moratur ſiue ſit clericus ſiue laycus etiam pro contractibus, uel delictis alibi commiſſis, etiam ſcholaris. Ab. de for. competen. c. Quod clericis. Habens domicilium in uno loco poteſt conueniri ſi habet prædium in loco prædij, licet alias non ſit ſubditus. Ab. de priuile. c. Cum Capella. In curia Romana conueniri poteſt quilibe etiam laycus in his in quibus ſubditur eccleſiæ, quia papa eſt ordinarius in toto orbe, nec poteſt quis declinare ab eius iuriſdictione. Competit tamen eis ius reuocandi domum. Ab. de fo. competen. c. Licet.

Conueniri poteſt habens dignitatem ad tempus per ſubditum. Ab. de noui oper. nunc. c. Cum ex iniuncto. Vide. Clericus poteſt habere domicilium.

Conueniri poteſt coram epiſcopo qui habet priuilegium, quod ab eo non poſſit excommunicari. Ab. de priuil. c. Cum capella.

Conueniri poteſt uagabundus ubicunque reperitur. Idem eſt de bannito, & expulſo extra ciuitatem ſi non elegit domicilium, & non ſit ſpes quod cito reuertatur ad patriam, remittitur tamen pro magnis criminibus ad locum delicti puniendus ibi per iudicem. Ab. de for. compe. c. Licet.

Conuentio uel confeſſio facta in iudicio uno quo ad certum finem fidem facit in alio iudicio quatenus agitur de habilitate perſonæ, quia quatenus infecit perſonam ſequitur eam quocunque ſe uertat. Ab. de Teſti. c. Super eo

Conuicitur abſens de delicto dupliciter. Abb. de purga. cano. c. Cum. P. Vide. Ad ſe purgandum negligens.

Conuentus in cauſa in qua non poteſt agere ſine conſenſu ſui prelati, ſi ſine eius conſenſu &c. Impetratio per ſolum conuentum ualet, & ſufficit conſenſus

ſenſus prælati in actu agendi ſi non affuit conſenſus, & ſententia lata pro conuentu ualet. Ab.de iudi.c.Cauſam.

Conuitium alteri illatum etiam in abſentia eſt pœna dignum, & poteſt quis agere actione iniuriarum pro iniuria ſibi illata in abſentia. Detractio eſt magis deteſtabilis & pœna dignæ, quam conuitium, quod maius eſt quanto coram pluribus fit, & poteſt prælatus bona conſcientia procedere & punire ſuos detractores, nec tenetur remittere ſatisfactionem iniuriæ. Abb. de Maled.c.Innotuit.

Conuitium dicens alteri, uel iniuriam in accuſatione, in denunciatione, in libello, & probans illud non tenetur. Idem ſi dicit ut repellat a teſtimonio quia hoc fit auctoritate legis non animo iniuriandi. Si extra iudicium impingit falſum conuitium, tenetur, ſi uerum & expedit reipublicæ iſta eſſe nota, non tenetur, ſecus ubi non expedit ſcire quia non operatur niſi infamiam. Ab.de iniur.& dam.datis.c.Si culpa.

Conuitia non debent compenſari ad inuicem, nec percuſsiones, quia ſunt ſeparata & ad diuerſa facta. Item prouocatus qui dicit conuitia, uel percutit non compenſatur. Non licet inſequi fugientem percuſſorem, & qui eſt prouocatus incidit in pœnam ſtatuti. Ab.de iniur.& dam.dati.c. Si rixati.

Copula carnalis dicitur eſſe notoria ſi publice tenet concubinam. Ab. de eo qui cogno.conſangui.uxoris.c.De illo.

Correctio fraterna. Abbas de iudi. c. Nouit ille. Vide denunciatio eſt quadruplex.

Correctio morum, & reformatio non ſunt idem, ideo uno commiſſo alterum non committitur. Ab.de ordi.c.Irrefragabili.

Correctio peccati commiſſi non perdurantis pertinet ad prælatum ſi habet iterum committi quia peccatum eſt ſucceſsiuum quilibet habet alium corrigere. Glo. & Ab. de Hære.c. Qui alios. Correctio ſuperioris debet fieri ab inferiori. Ab.ubi ſuprà.c.Cum ex iniuncto.

Corpus unum quo modis dicitur. Glo.de exceſ.præl.c.Dilecta.

Corpora duo ubi conueniunt ad explicandum aliquid ut ſunt duo non ſufficit habere perſonas plures, ſed requiritur maior pars cuiuslibet corporis, ſi conueniunt ut unum corpus ſufficit ſint perſonæ plures numero tantum. Ab. de reſcrip.c.Paſtoralis.

Coronam habens eſt capax beneficij non autem qui ea caret, nec poteſt beneficium impetrare niſi in reſcripto Papæ fiat mentio ſpecialis, & tunc debet prius coronam accipere antequam ſibi conferatur beneficium ſine tali clauſula reſcriptum eſt nullum, non ualet etiam reſcriptum ſi ſupplicat ſe clericum cum non ſit. Ab.de tranſacti.c.Ex litteris. Reliqua. Vide clericus.

Crapula dicitur quaſi cruda epula quia ſic deuorantes magis indigeſtum emittunt. Glo.& Ab.de ui.& honeſta.cle.c.A crapula.

Credere in præiudicium alterius etiam infamis non debet quis faciliter. ubi alterius ceſſet præiudicium, non uituperatur. Ab. de Simo. c. Licet Hely. & ubi ſuprà.c.Per tuas ſecundum.

Credere an teneamus ſuperioribus. Vide. Cardinali.

Creditore dicitur qui ex aliqua actione poteſt petere. Abb. de deci. c. Parochianus.

Crimen dicitur cauſam contigere quando teſtis confitetur ſe inuolutum illo delicto de quo agitur. Hoc confitetur quando eſt quaſi circa idem factum, ſecus ſi ageret de Simonia in certa eccleſia commiſſa, & teſtis confiteretur ſe

com-

commiſiſſe ſimoniam in alio facto. Ab. de excep.c.Denique.

Crimen non imponitur ciuitati, uel collegio, licet omnes homines ciuitatis uel collegij hoc fecerint, ſed oportet quod prius in conſilio legitime congregato id fu erit obtentum. Ab.de elec.c.In Geneſi.

Crimen mere eccleſiaſticum eſt quod ab eccleſia tantum prohibetur, uel quia layci propter periculum intromittere ſe non poſſunt. Eccleſiaſticum non mere quia judex laycus non debet ſe intromittere, licet eccleſia ratione alicuius qualitatis poſsit punire laycos ut in ſacrilegio. Mixtum dicitur utroque iure prohibitum ſed non eſt aliqua qualitas iuriſdictionem tribuens iudici eccleſiaſtico, & layci per iudicem ſuum puniuntur, & clerici per ſuum. Mere ſeculare quod de iure ciuili tantum eſt inuentum cum in ſe non ſit delictum de ijs impedit ſe tantum iudex laycus directe qui poteſt punire omne delictum laycorum, niſi ſit mere eccleſiaſticum. Eccleſia intromittit ſe de crimine laycorum quando inuentum eſt de iure canonico, uel habet originatiuam prohibitionem a canone, non a legibus, uel ubi in canone pœna eſt impoſita laycis, etiam ſi ſit tantum excommunicatio, uel ubi certa qualitas tribuit iuriſdictionem eccleſiæ indirecte ratione peccati, poteſt ſe intromittere contra laycum de omni crimine. Ab.de for.competen. c. Cum ſit generale.

Crimen per exceptionem probatum an noceat, & quibus.Ab.de ordi.cogni.c. Cum dilectus.

Crimen per inſtrumentum quando patet ſic tamen quod non eſt confectum ſuper crimen, ut ſi canonici obligauerunt ſe ſuper cōmotione contra epiſcopum probari poteſt: item ſi quis prǣſtito iuramento de ueritate dicenda reſpondeat. Si agitur de probatione directe inſtrumentum ſcriptum eſt ſine conſenſu criminoſi, ideo non probat nec notarius habet officium, & teſtibus non citatis & iuratis in præſentia partis non creditur, ſi autem conſenſit quo ad pœnam cui poteſt ſe ſubijcere probat non autem quo ad pœnam cui non poteſt ſe oblignre, quia nemo eſt dominus membrorum.Ab.de maio. & obe.c.Cum in eccleſijs.

Crimen omne inducens irregularitatem eſt depoſitione dignum. Ab.de cle.ex-co.c.Lector. Digna ſuſpenſione ſunt ea quæ in iure ſunt expreſſa. Digna depoſitione quæ ſunt & an fornicatio & concubinatus digna ſint depoſitione. Quę digna degradatione & propter quæ clericus datur curię ſeculari. Ab.de iudi.c. At ſi clerici.

Crimina quando clareſcunt ſunt punienda ſecundum modum propoſitum, & probatum. Iuſtæ excipiendo de crimine non perdit beneficia priora. Ab. de accuſa.c.Super his.

Crimina quandoque puniuntur plus quam delicta exigant ne in multis craſſantibus ſit locus exemplo, Vnde plus punitur uxoricidium quam matricidium. Ab.de iudi.c.At ſi clerici.

Criminoſum repertum in domo ſua poteſt quilibet capere & ſpatio 20. horarum detinere ut ſic delictum ſuum patefaciat iudici. Ab. de iudi. c. Cum non ab homine.

Criminoſus licet a teſtimonio repellatur, non tamen repellitur ab electione, niſi forte capitulum faciat illum electorem, uel ſcrutatorem. Ab. de teſti.c. Teſtimonium.

Criminalis queſtio dicitur quando finis tendit ad uindictam publicam, ut delictum puniatur pœna debita & naturali. Ideo ſi agitur ut ſi clericus bene-

ficio priuetur propter crimen non eſt quæſtio criminalis, quia agitur de priuatione beneficij tantum propter inhabilitatem perſonæ, non autem principaliter ut delictum puniatur, hoc modo patroni & parrochianis poſſunt agere contra Clericum ut priuetur beneficio. Dicitur agi ciuiliter licet tendat ad bonum publicum quando non agitur ut imponatur pœna naturalis illius delicti, ſecus ubi eſſet pœna delicti ſola priuatio beneficij, quia tunc criminaliter ageretur cum eo. Ab.de accuſa.c.Super ijs.

Cruce ſignati in exterminium hęreticorum gaudent priuilegio cruce ſignatorum in ſubſidium terræ ſanctæ. Inter cetera habent indulgentiam plenariam & habet conſuetudo inducta per inquiſitores quod hoc priuilegio gaudent tempore pacis.Ab.de Hære.c.Excommunicamus.

Culpa in genere eſt deuiatio ab eo quod eſt bonum & per hominum diligentiam poteſt prouideri. Huius rei ſunt ſpecies lata, leuis, & leuiſſima. lata uel latiſſima ſecundum alios eſt uerus dolus latior dolus præſumptus, latiſſima eſt doloſa machinatio & circumuentio ad decipiendum, uel fallendum alium manifeſte adhibita, culpa latior eſt circumuentio fallax ad decipiendum aliquem præſumptiue adhibita,& licet dolus non poſsit probari niſi per coniecturas, tamen quando ſigna ſunt manifeſta, dicimus dolum uerum & quando non, dicitur dolus præſumptus, Culpa lata eſt deuiatio incircumſpecta ab ea diligentia quam habent communiter homines illius conditionis & profeſsionis. Culpa leuis eſt deuiatio incircumſpecta ab ea diligentia quam habent homines diligentes, leuiſsima culpa eſt deuiatio ab ea diligentia quam habent communiter homines diligentiores & diligentiſsimi. Abb.de commoda.c.Cum gratia.

Culpa dicitur delictum ſine dolo reatus cum dolo de utroque accuſari poteſt prælatus. Ab. de accuſa.c.Illa præpoſita.

Cultui diuino deputata non debent ad humanos uſus deputari, ideo de ueſtibus ſacris & religioſis non debent fieri burſæ, nec quid ſimile, nec ueſtes eccleſiæ debent accommodari ad humanos uſus, quia uidentur pollui, & poſt indigna ad cultum religionis. De ueſtibus dominarum etiam non debent fieri caſulę nec aliæ ueſtes eccleſiæ. Abb. de religio. domi. c.Ad hoc & infra.

Cuſtos eccleſiæ tenetur ad emendam ſi calix minus caute dimiſſus in eccleſia ſit ſubtractus. Similiter bidellus qui ex inſtitutione tenetur libros cuſtodire, ſi liber incaute dimiſſus in ſcholis fuerit ſublatus, niſi ipſe bidellus reſtituiſſet ſocio ſcholaris conſueto, uel familiari, & ille aſportauerit. Idem ſi aſsignauit librum deferenti aliquod ſignum ſcholaris, niſi res eſſet ualde præcioſa, quia tunc non eſt credendum de facili ſimplici ſigno. Ab.de fur. c.Ex litteris.

Ad damnum non tenetur ſciens ex hoc ſolo quod non reuelat malefactorem quod in ſolo ſuo non committitur, nec eſt culpa eius, niſi quando committendo delictum eſt aduerſus eum, cui conſcius erat ſubiectus, qui tenetur ex ſola ſcientia ſecuto maleficio, non autem ſi non eſt ſecutum, niſi eſſet crimen læſe maieſtatis.Ab.de reſtitu.ſpolia.c.Licet.

DAmnum dans in agris ut paſcendo animalia, uel capiendo tenetur ad extimationem niſi maxima neceſſitas excuſet. Si dominus non fuit in culpa liberatur dando animal, ſi ipſemet duxit in alienum campum, in ſolidum tenetur. Tenetur tamen animaliæ dimittere, quia ſine conſenſu domini res perue-

peruenit ad eum, & dominus præſumitur non conſentire. Abb. de iniur. & dam.c.Si læſerit.

Si ignis egreſſus comprehendit ſegetes in agro reddet damnum qui ſuccendit ignem.Ab.de iniur.& dam.c.Si egreſſus.Dans damnum ſuo uicino ſine dolo tenetur ex culpa ſua ad emendam, in foro contentioſo tenetur etiam ex leui, quia reſpectu inferentis eſt pœna quæ non habet locum in foro animæ extra dolum & latam culpam. Si de contingentibus non omiſit non tenetur, ut ſi uentus ualidus ſurrexit uel muſipula ignem in cauda portauit.Ab. ubi ſuprà. In foro animæ non tenetur qui non eſt uoluntarius,& licet ſatisfaciat de damno tenetur tamen ad pœnitentiam. De iure ciuili reddet quadruplum, de iure canonico debet deponi, & pœna eius maior uel minor erit ſecundum qualitatem delicti. Ab. ut ſuprà.c. Si quis Domum.

Dans cauſam quod quis damnificetur propter animalia.tenetur ad æſtimationem etiam ſi non fecerit ex propoſito,quia ex leui culpa punitur. Qui ponit uenenum in loco ut animalia uenientia inficiantur ſiue ex dolo ſiue ex leui culpa fecerit tenetur,quia non debet ponere, in loco publico, quæ poſſunt aliis eſſe nociua. Si homo incidit in foueam, tenetur cum apparuerit de eius intereſſe,ſecus ſi iſta fecerit in loco priuato,quia tunc non tenetur niſi fecerit fraudulenter. Abb. de iniur. & dam. c. Si quis. Vide. Qui damnum.

Ex damno dato per animalia tenetur dominus in ſolidum ubi ſciebat animal uitioſum & non cuſtodiuit, ſi animal non ſolebat eſſe uitioſum & damnum dedit ſine culpa domini non tenetur dominus in ſolidum, ſed poteſt ſe liberare dando animal quod læſit. Si heri & nudius tertius erat uitioſum præſumitur dominum ſcire, ideo punietur, In dubio qui primo fuerit aggreſſor etiam tenetur dominus animalis. Ab.de iniur.& dam.c.Si uos.

Damnum & expenſę differunt, damnum ſi dixeris deſtruitur poſſeſſio. fit ſterilis ſi negociari non poſſunt, damnum & intereſſe uidentur circa rem eſſe puta ſi ſubtraxit ſibi rem,expenſæ fiunt eundo & redeundo & ſumptis litis aduocatis. Glo.de iniur & dam.c.In noſtra.Damnum eſt diminutio patrimonii per alium facta,expenſæ fiunt propria uoluntate, licet forte coacte. Ab. ubi ſuprà.

Damnum ex negilgentia puta quia non cooperuit ignem licet in foro contentioſo ptopter negligentiam præcedentem teneatur ad ſatisfaciendum, in foro tamen animæ non iniungitur illi ſatisfactio, ſed tantum de negligentia punitur, quia non habuit animum damnificandi, niſi fuerit in lata culpa; uel a principio habet animum nocendi, quia tunc tenetur, licet non habuerit animum ita damnificandi, ſicut contingit, Abb. de Homi. c. Preſbyterum.

Damnum,qui iurauit non repetere,poteſt expenſas repetere.De iniur.& dam. c.In noſtra.

Qui damnum, uel iniuriam irrogantibus dat opem, aut ſi ex negligentia, uel imperitia eius euenit,ſatisfacere tenetur. Si animal aliquod damnum dat,& tamen ne damnum accideret de contingentibus nihil omiſit,nō tenetur.Ab. de iniur. & dam.c.Si culpa. Ex ſola negligentia, uel culpa etiam quacunque leuiſſima, licet non habeat uoluntatem damnificandi tenetur ſatisfacere etiam in foro animæ, quia lex principis eſt & rationabilis, & non eſt mere pœna, ſed intereſſe. Opem præſtans tenetur ſicut & principalis tam ad æſtimationem damni, quam ad pœnam,niſi ageret criminaliter. Ex imperitia

peritia medici, uel artificis, uel doctoris ſi damnum eſt illatum uel perdita cauſa tenetur ad emendam, & ad æſtimationem damni, Pro damno animalis non tenetur dominus in ſolidum ad emendam, ſed liberatur dando animal, niſi dominus ſit in culpa. Si ſit fera non liberatur dominus dando eam, ſimiliter ſi non erat naturaliter fera, & tamen ex conſuetudine ſolebat more feræ ut bos cornupeta, & equus &c. In his tenetur dominus in ſolidum ſi non cuſtodiuit diligenter, nec liberatur dando equum. Non omnis qui dat occaſionem damni tenetur, ſed ſolus qui poteſt obuiare damno, & non obuiat. Ab. de iniur. & dam. c. Si culpa.

Dat nemo quod non habet. Intelligitur de non habente actu uel potentia. Electores dant epiſcopatum & Cardinales Papatum. Ab. de iure patro. c. Cura noſtra.

Debet regulariter, ubi materia eſt indifferens importat neceſſitatem, quandoque tamen importat honeſtatem. Abb. de adult. c. Si uir. Importat proprie neceſſitatem ſecundum ſubiectam materiam. Glo. & Abb. de appellat. c. Propoſuit.

De de ſui natura implicat. Ab. de comoda. c. Cum gratia.

Contra debitorem extenditur primo manus ad mobilia, ſecundo ad immobilia, tertio ad nomina debitorum, non tamen poteſt homo pro debitis obligare ſe carceri renunciando ceſſionis beneficio. Ab. de pigno. c. Lector.

Debitor poteſt conueniri non ſolum ut ſoluat debitum ſed etiam ut ſatiſfaciat de intereſſe in eo quod non ſoluit in promiſſo loco & termino promiſſo, Locus concernit utriuſque utilitatem uidelicet actoris, & rei uſum. Non enim tenetur niſi in termino & loco promiſſo, Glo. & Ab. de offi. & poteſt. iud. deleg. P. & G. c. Per litteras.

Quando mittitur pecunia periculum itineris ſemper pertinet ad dominum, debitor tenetur ire ad domum creditoris quando ſic, & quando non tenetur & quando econtra. Ab. de pigno. c. Significante.

Debitor qui non eſt ſoluendo excommunicatus quia non ſoluit, abſoluitur cum cautione de ſoluendo, cum peruenerit ad pinguiorem fortunam. Ab. de ſolu. c. Oldradus. Impotentia ſoluendi reddit effectum inanem obligationis de præſenti, ſed non tollit ſubſtantiam ſolutionis, ſed differtur ſolutio in tempore potentiæ. Ab. ubi ſupra.

Debitum naturale tantum eſt quod iure gentium inducitur ſine probatione iuris poſitiui. Hæc obligatio quando oritur ex conſenſu in pacto nudo uel ex quibuſdam nutibus. Debitum ciuile tantum eſt quod inducitur ex diſpoſitione iuris ciuilis tātum ſine obligatione naturali. Naturale, & ciuile ubi eſt conſenſus & approbatio iuris poſitiui. Abb. de ſolut. c. His qui.

Debitum contractum in quantitate debet ſolui ſecundum monetam quæ erat tempore contracti debita, & ſi non reperitur, ſoluenda eſt eius æſtimatio. Si teſtator legauit centum Florenos & ſuperuixit, & mutata eſt moneta, ſoluendum eſt legatum ad æſtimationem monetæ, quia tempore teſtamēti erat, quia ita teſtator ſenſit. Idem in condemnationibus iudicis. Ab. de cenſi. c. Olim cauſam. & ubi ſupra. c. Cum canonicus.

Decanus eſt dignior pars capituli. Gloſ. de elec. c. Cum inter uniuerſas. Si tamen ſit canonicus uel hoc habet conſuetudo & non aliter. Abb. ubi ſupra.

Decima de acquiſitis male &c. Si turpitudo impedit translationem dominii, uel præſtat cauſam repetendi, non debet inde ſolui decima, nec elemoſina

fieri. ſi dominium transfertur, & repetitio non competit, debet ſolui decima, & elemoſina poteſt fieri. Eccleſia tamen non tenetur recipere, ne uideatur approbare delictum, niſi egerit pœnitentiam, quia tunc poteſt recipere. In decimis predialibus non ponderatur quantitas perſonæ. ideo omnes tenentur. Abb. de decima. c. Ex tranſmiſſa.

Negociator ſoluat decimam de lucro deductis expenſis quas fecit de pecunia decimata, Expenſæ quæ fiunt pro habendis fructibus non deducuntur, & de fructibus ſoluitur decima non deductis expenſis factis pro reſtauranda re. Ab. de decim. c. Paſtoralis. Debet ſolui decima cum uenditur res, uel in fine anni, ſi ſit exigua. Non ſolum ſoluenda eſt decima de iis quæ germinant de reditibus & de emptis negociationis gratia, ſi antequam uendantur reditus percipiunt expenſę prius factę pro retrahēda, uel pro fructibus nō deducta, quia onus decimarum eſt annexum rei ut tranſeat in quolibet poſſeſſore. Abb. ubi ſupra. c. Vide. Decima eſt annexa prediis. Decima debetur de omnibus quę fidelis homo acquirit, etiam de militia, uenatione, aucupatione, & piſcatione. Quæ de uenatione ante recluſionem pertinent ad decimam perſonalem, quæ poſt recluſionem ad prædialem. Ab. ubi ſuprà. c. Non eſt. Soluenda eſt de omni redditus de omni lucro perſonali. Abb. ubi ſuprà. c. Peruenit. De fructu apum, & de omni fructu. Abb. ubi ſupra. c. Nuncios. Si quis tantum collegiſſet quantum ſibi ſufficit, & familię ſuæ, & non ultra tenetur ſoluere decimas, quia ſunt debita eccleſiæ. Quia tamen eccleſia tenetur ſibi prouidere ideo reſtituere debet. Idem dic de donatis pauperi, cum de omni lucro teneatur ſoluere. Abb. de deci. c. Cum homines.

Clerici quibus aſſignantur certi redditus pro eorum ſuſtentatione non tenentur ad onera quæ communiter clericis, uel a clericis imponuntur, ſed pro eis tenentur qui cętera bona poſſident, ut epiſcopi & abbates. Abb. de præſcrip. c. Accedentes.

De decimis compoſitio facta auctoritate ſuperioris tenet. Abb. de tranſact. c. Statuimus. Non poteſt componi de decimis ſine auctoritate epiſcopi, uel ſuperioris qui præeſt eccleſiæ pleno iure, & intelligitur de compoſitione inter eccleſias tantum. Ab. de maio. & obe. c. Cum olim. Compoſitio decimarum fieri poteſt, ſi ſit perſonalis auctoritate epiſcopi, In predialibus componi poteſt ſuper pręteritis, ſuper futuris ad tempus poteſt componi auctoritate epiſcopi. In perpetuis ſi ius eccleſię eſt colatum, ſolus Papa poteſt componere. ſi ius dubium eſt poteſt committi compoſitio, & ad compoſitionem cum laycis inter eccleſias facilior eſt compoſitio. Ab. de tranſac. c. Statuimus. De decimis poteſt fieri tranſactio inter perſonas eccleſiaſticas etiam non gratuita. Abb. ubi ſuprà. c. Veniens. Compoſitio quo ad decimarum compoſitionem non poteſt fieri, niſi per papam. Abb. de confir. uti uel in util. c. Venerabilis.

Decimarum compoſitio non admittitur pro decimis futuris; ſed pro præteritis, & tenetur quis uendere totum patrimonium, ut ſatisfaciat, ſi aliunde non habet Eccleſia tamen debet eius miſereri. Abb. de reb. Eccleſiæ non alienan. c. Super. Inter clericos nomine eccleſiæ poteſt interuenire compoſitio pro ſoluendis in futurum ſine auctoritate ſuperioris, ſi compoſitio non excedit tranſigentium uitam. Compoſitio ſimpliciter facta reſpicit etiam prædia acquirenda. Abb. de deci. c. Ex multiplici. Inter clericos poteſt componi etiam ſine auctoritate epiſcopi; & inter laycos de præterito de. futuris

futuris non poteſt componi, quia layci non poſſunt decimas poſſidere, nec præſcribere, ſecus eſt de alia eccleſia. Ab.de deci.c.Cum homines.

In decimarum ſolutione attendenda eſt conſuetudo quo ad hoc cui ecclefiæ ſoluatur, quo ad retentionem laycorum non ualet conſuetudo. Ab.de deci. c. Ad Apoſtolicæ.

Decimas tenetur dominus, colonus ſoluere eccleſiæ cui debentur, & non alteri ſine deductione ſeminum & ſumptuum, nec de hoc excuſantur propter malitiam clericorum. Ab.de deci.c.Tua nobis. Statur conſuetudini an colonus ſoluat decimam eccleſiæ in cuius parochia ſunt prædia. An ubi audit diuina & percepit ſacramenta. Ab. ubi ſuprà.c.Cum ſint. Ceſſante conſuetudine nullo modo ſoluet decimas bis, & ſoluet eccleſię in cuius parochia ſunt prędia, ſiue ſit partialis colonus ſiue predia conduxerit. licet plures opiniones ſint. & uarię. Ad conſuetudinem illam cum non ſit contra ius ſed præter, ſufficit tempus decem annorum. Ab.ubi ſuprà. Et ubi ſuprà. c. Ad Apoſtolicæ. Si dominus à recipit aliquotam partem uterque tenetur, ſi colonus in omnem euentum habet certum quid dominus ſoluet integram. Si locauit pro certo fictu, ita quod omnes fructus tranſeant in conductorem dominus de hac penſione nihil ſoluet, ſed conductor ſoluet integram, quia intelligitur locaſſe cum onere ſuo. Si ſoluit domino, ratione tributi, uel aduocationis dominus decimam ſoluet de lucro. Ab.de deci.c.Tua nobis. Ad decimas locator, & conductor poſſeſſionum tenentur, niſi ſe exemptos oſtendant. Ab.de deci.c.A.nobis. Conductor tenetur tantum ad decimam prædialem, locator hic dicitur qui recipit certam partem fructuum. Abb. ubi ſuprà.

Decimæ ſunt eccleſiæ ante perceptionem uidelicet in agro unde poteſt clericus agere contra deſtructorem agri uel uineæ, niſi ex iuſta cauſa deſtruat, puta in bello iuſto, & dominus fructuum non poteſt uendere niſi ſaluata decima. Ab.de deci.c.Commiſſum. Si quis uendit prædium, in optione eccleſiæ eſt contra uenditorem, uel emptorem agere pro decimis præteritis. Compelluntur etiam domini prædiorum illis locare prædia a quibus eccleſia ſine contradictione conſequi poſſit, tenetur etiam ruſticus ſoluere quam citius poteſt. Ab. ubi ſuprà. c.Cum homines. Exigi poteſt & extorqueri etiam ab inuito, & dicitur decima quaſi debita. Abb.de deci.c.Parochianos. Poteſt etiam interdici ne colligantur in agro, niſi prę ſente ſacerdote. Ab.ubi ſuprà.c. Ex parte ſecundum.

Decima eſt in dominio eccleſię, & non ſolum debita, ideo ſi emitur ager de pecunia non decimata decima prædij eſt eccleſiæ. Qua actione ſit agendum exigendo decimas. Ab.de deci. c. Tua nobis. & c.Paſtoralis. Domini prędiorum cogi poſſunt ut prædia colenda dent talibus a quibus ſine contradictione. poſſit eccleſia decimas conſequi. Ab. deci.c.In aliquibus.

Decima debetur eccleſiæ parochiali, epiſcopo debetur decimarum quarta de iure communi. Ab.ut li.comi.c.Lite pendente.& c.Dilectus. Ad parochiam in qua prædia ſunt ſita. Ab.de præſcrip.c.De quartà. Pertinet ad eccleſiam baptiſmalem, decima autem perſonalis ubi quis audit diuina. Abb. ubi ſuprà.c. Ex tranſmiſſa.

Decimæ primitiæ & oblationes ſunt de iure eccleſiæ parochialis, Decimæ ſunt debitæ clericis ſiue ſint pauperes, ſiue diuites tam prediales, quam perſonales ſunt ſub prçcepto de iure diuino; prædicatores retrahentes a ſolutione decimarum ſunt excommunicati & confeſſores non facientes con-

ſcientiam peccant grauiter. Ab. in rubr. de deci.

Decimæ non pertinent ad epiſcopum de iure communi, ſed ad eccleſiam parochialem, Epiſcopo debetur quarta pars decimarum ab eccleſiis percipientibus decimas. Ab. de ordi. c. Conquerente. Soluenda eſt decima integra de omnibus undecunque uenientibus, Monaſterium non tenetur ad perſonales decimas. Vbi dominus eſt exemptus non tenetur ad decimas de lucratis per ſeruum. Ab. de tranſac. c. Veniens. Decimarum fructus poſſunt uendi, ſed non pro dote dari. Abb. de arbi. c. Peruenit. Decimarum quarta pars debita epiſcopo a parochianis poteſt præſcribi, quia tamen hoc eſt contra ius, requiritur uerus titulus, uel putatiuus, uel tanti temporis decurſus de cuius initio non habetur memoria. Ab. de præſcrip. c. De quarta. Epiſcopus ſi remittens alicui eccleſiæ decimas epiſcopales indefinite remiſiſſe uidetur non ſolum præteritas, ſed etiam futuras. Ab. de priuile. c. Quia circa. Si remiſſio eſt canonice facta puta ex cauſa & conſenſu capituli extenditur etiam ad ſucceſſorem. Ab. ubi ſuprà.

Decima fructuum ſtatim ſoluenda eſt, ſtatim cum collecti ſunt, nec deducuntur expenſæ. Ab. de deci. c. Cum homines.

De hæreditate filius non ſoluit decimam. Extraneus heres, legatarius, & donatarius an ſoluant decimas, opiniones. Stabitur conſuetudini. Ab. de deci. c. Paſtoralis.

Decima integra debetur eccleſiæ de omni redditu prouenienτe ex terra. Decimis leuitarum ſuccedunt decimę parochiales, his quæ ſeruabantur tempore uiſitationis templi ſuccedunt oblationes quæ fiunt clericis, His quæ pauperibus ſuccedunt eleemoſinæ. Sicut leuitæ ſoluebant partem ſacerdotibus ita parochiani epiſcopo, Quantitas primitiarum non eſt determinata ex lege, ſed primitiæ erant in pręcepto, & quantitas uoluntaria. Ab. de deci. c. Decimam.

Iudęi coguntur ſoluere decimas prædiales, aut prædia dimittere. Ab. de deci. c. De terris. Infideles tenentur ſoluere decimas etiam de prædiis quæ nunquam fuerunt Chriſtianorum, immo ſi redirēt ad fidem compelli poſſent ad ſoluendum decimas de iure pro tempore præterito. Si perſonales ſunt tenentur de iure poſitiuo pro quanto damnificant, quia loco eorum alij ſtarent in parochia. Si de iure diuino tenentur ſoluere ſicut hæretici. Ex eorum eſt defectu quod non audiant diuina & percipiant in parochiali eccleſia, & ex culpa ſua. Ab. de deci. c. De terris.

Decimæ ſunt de iure diuino & debentur eccleſiæ parochiali ubi ſunt prędia etiam a religioſis niſi ſint priuilegiati a papa quod non teneantur. Abb. de priuile. c. Si de terra.

Decima & ius decimandi quod debetur deo & eccleſiis eius in ſignum uniuerſalis dominii eſt quid ſpirituale, ſecus ſi alio iure debeantur. Ab. de iuram. & calum. c. Ex litteris. Quia eſt quid ſpirituale, ideo commutari non poſſunt cum temporali. Deus decimas ſibi reſeruat in ſignum dominii uniuerſalis, Ad tempus laycus poteſt habere fructus decimarum, in perpetuum uidetur uitium ſuper iure decimandi quod eſt ſpirituale, ideò fieri non poteſt. Ab. de rer. permuta. c. Exhibita.

Decimę iure hæreditario concedi non poſſunt. Ab. de deci. c. Ad hæc.

Decimarum prouentus locari poſſunt his quibus conditio eccleſiæ ſit melior ſtatuto epiſcopi contrario non obſtante, & eadem eſt ratio de aliis rebus eccleſię, ſic tamen ut iſta non extendantur ad feudum & alienationem. Ab. de loca.

loca.c.Veſtra. Ad decimas pro molendinis piſcariis, lana ſoluendis integre compelluntur per excommunicationem. Ab.de deci.c.Peruenit.Generaliter de omni redditu,& de omni lucro decima eſt ſoluenda. Ab.ubi ſupra.De molendinis ad uentum ſoluendę ſunt decimę. Ab.ubi ſupra.c. Tranſmiſſa. De omnibus licite acquiſitis ſoluendę ſunt decimę, non tamen tenetur de his quę acquirere potuerunt. Ab.ubi ſupra. De piſcariis & nemoribus ſoluuntur etiam ſi gratis concedantur, quia uidentur concessa cum onere ſuo. Ab. de deci.c.Commiſſum.

Decimarum mutatio qualitatis loci non alterat ſolutionem decimarum. ſi in platea ſeminatur, tenetur dominus ad decimam eorum quę ibi colliguntur non ſicut prius ſoluebatur decima ſecundum priorem ſtatum.Vnde poteſt dominus alterare terræ ſuæ conditionem contradicenti eccleſię. Satis eſt ſoluere decimam de ibi colligendis. Ab. de deci. c.Commiſſum.

Decimę noualium debentur eccleſię in cuius parochia fuerunt,Si in nulla ſunt parochia debentur dioceſano, qui poteſt ſibi retinere, uel alteri eccleſiæ concedere. Ab. de deci. c. Quoniam autem.Epiſcopus in hoc caſu poteſt decimas noualium concedere alicui eccleſiæ ſine conſenſu capituli.ut hic patet.Ita hoc non eſt alienare ſed non acquirere. Si tamen certum eſſet decimas pertinere ad unam duarum eccleſiarum, & ignoraretur ad quam, tunc non debetur epiſcopo ſed debet diuidi inter illas duas. Ab. ubi ſupra. Decimę noualium non pertinent ad laycos qui decimas habent in feudum. Imperator nullum habet eximere a decimis. Ab. de deci.c.Sua. Qui præſcribit decimas in aliena parochia ſi ibi inſurgunt noualia ipſorum decimas non habebit, ſed parochialis eccleſia.Ab.de deci.c. Cum contingat. Et ubi ſupra. Cum in tua.

Decimæ noualium ubi ex priuilegio non debent ſolui, tria requirunt. primo quod terra nouiter ſit redacta ad culturam, ſecundo quod non ſit memoria quod ex culta fuerit, tertio quod eccleſia parochialis nullum, uel modicum fructum perceperit. Intentio conferentis priuilegium eſt modicum præiudicium inferre eccleſiæ parochiali. Vbi a principio priuilegium noualium non erat multum nociuum, & poſt multum nocet, puta quia deſtructo caſtro religioſi colere ceperunt agros, poſt homines cęperunt habitare & eccleſia eſt ædificata debet princeps prouidere, & ad ipſum pertinet iudicare an eccleſia parochialis ſit nouiter læſa. Abb. de uerb. ſigni. c. Quid per nouale.

Qui habet priuilegium decimæ quod ſemel eſt nouale ſemper eſt nouale. Ab. de priuile. c. Conſultationi. Terra ſemel reddita ad culturam non debet ſemper dici noualis, ſed bene quo ad immunitatem decimarum. Vnde ſi ſit ſtatutum quod de noualibus non ſoluantur talia non debet intelligi in perpetuum terræ noualis, & credo uera ratio ſit quia priuilegia perpetua eſſe debent, ideo ſemper debent cenſeri iure nouales. Ab. ubi ſupra.

Decimas papa non poteſt exigere a clericis de poteſtate ordinaria, ut puto, quia ſtatutum eſt quibus debentur de iure,de poteſtate abſoluta poteſt.Ab. de deci.c.Nouum genus.

Ad decimas tenentur pauperes etiam leproſi niſi de hortis & nutrimentis animalium. Ab. de eccle. edifi. c.Cum dicat.

Decima perſonalis debetur eccleſię domicilii, prædialis ubi ſunt prædia, niſi aliud habeat conſuetudo,uidelicet quod debeatur eccleſiæ domicilii.Conſuetudo quod ex toto non debeatur, non ualet. Ab.de paroch.c.Significauit.

uit. Perſonalis eccleſiæ parochiali, licet alibi locum contingat. In prædiali ſtatur conſuetudini ſi in aliena parochia colonus agrum colat. Ab. de deci. c. Ad Apoſtolicæ.

Decima perſonalis ſpectat ad eccleſiam parochialem, ſi tamen baptizaretur in alia eccleſia illa habet partem prædialem, ubi epiſcopus habet parochiam. Item ſi non eſt in parochia alicuius. Item ſi non ſint diſtinctę pertinent ad epiſcopum in ſecundo & tertio caſu diſtribuet illas. Si eſt decima infra eccleſiam baptiſmalem de iure pertinet ad eam, & eius quarta ad epiſcopum, quæ pręſcribi poteſt. Si in capella pertinente ad plebenatum ſeruanda eſt conſuetudo. Si epiſcopus deputauit de conſenſu capituli decimas capellæ. tertio quando conſtat parochiam non eſſe antiquiorem capella. His excluſis quando non apparet de conſenſu neque ſit antiquior & reperitur capellam habere parochiam diſtinctam ab eccleſia baptiſmali, licet ſint opiniones. Videtur decima pertinere ad eccleſiam parochialem, non ad baptiſmalem. Ab. de deci. c. Cum contingat.

Decimarum onus eſt annexum prædijs ideo ſi prædia transferantur ad eos qui non tenentur ad decimas illi decimas ſoluere tenentur ex quo colligitur quod clerici hodie tenentur ſoluere tributum imperatori de poſſeſſionibus eorum, quia annexum eſt poſſeſſionibus ita quod poſſeſſiones ipſæ ſunt ad hoc obligatæ. immo poſſeſſor tenetur ad tributum etiam pro præterito tempore quo poſſeſſio fuit apud alium. Licet clerici fuerint exempti a dominio imperatoris tamen eorum poſſeſſiones quę olim oneratæ fuerunt debent tranſire cum onere ſuo, quod tamen hic non affirmo. Hoc onus eſt mere reale, licet in conſequentia obligentur perſonæ. Ab. de deci. c. Terris. Vide. Decimæ ſunt eccleſiæ. Si uenditur prędium ex quo non ſunt ſolutæ decimę de præterito in optione eſt eccleſiæ agere contra emptorem, uel uenditorem, & componere pro decimis debitis ante uenditionem. Si de pecunia decimata nemus emitur in uenditione debent prius detrahi expenſæ, & de reſiduo ut de lucro decimas ſolui, ſi pecunia non decimatur de toto prætio ſoluenda eſt decima. immo decima pars rei emptę eſt eccleſię, quia empta ex pecunia ſua. Lucrum non dicitur niſi quod ſupereſt deductis expenſis. Redditus & fructus ſunt omnia, quę ueniunt non computatis expenſis. Ab. de deci. c. Paſtoralis.

Ad decimas prędiales tenentur clerici ſi prædia ſunt in parochia aliena, etiam ſi data ſunt pro dote eccleſiæ, Poteſt tamen epiſcopus ex cauſa diuidere parochiam. Si prædia ſunt infra parochiam propriam puto quod canonici non teneantur ad decimam, De perſonalibus per ipſos acquiſitis ſi diuina percipiunt in aliena eccleſia, uel propria tenentur, quia lucrantur, ſicut layci cum debeant honorare Deum ex lucro perſonæ. De acquiſitis eccleſiæ ſi uiuunt in communi & recipiunt ſacramenta ab alia eccleſia tenentur ad decimas, ſi non percipiunt non tenentur de acquiſitis ſoluere decimam perſonalem alteri eccleſiæ. Canonicus in alia eccleſia audiens diuina non tenetur de præbenda dare decimam, quia præbenda datur, ut inde uiuat, & quod ſupereſt, det in pios uſus. Vnde non facit fructus ſuos. ſtandum tamen eſt conſuetudini. Abb. de deci. c. Nouum genus. Perſonæ eccleſiaſticæ poſſunt ſine peccato non ſoluere decimam integram. Hoc tamen dictum eſt mihi durum, licet fiat ex conuentione, conſeruantur etiam in ſubſidium pauperum. Abb. de deci. c. Ex multiplici.

Monachi

Monachi tenentur ſoluere decimas prædiales de prędiis nouiter cultis pro quibus decimæ prius ſoluebantur. Ab. de deci. c. Commiſſum. De noualibus non ſoluunt. Noualia dicuntur quorum non eſt memoria quod culta fuiſſent & prius erant quaſi inutilia, uel modici ualoris. Ex quibus parochianus eccleſiæ ita modicum habebat quod ſine læſione poterat illud amittere. De prædictis religioſi ſunt exempti a ſolutione decimæ. Gloſ. ubi ſuprà.

Decima prædialis pertinet ad eccleſiam in cuius parochia prædia ſunt ſita. Quidam ſeminauit porros in una parochia, & demum plantauit in alia ad quem pertinet decima; Hæc quæſtio pulchra eſt & difficilis. Vide. Anto. Andre. in Mercuriali lib. 6. in regula, qui prior eſt tempore. Ab. de deci. c. Cum non ſit in homine. Pertinet ad eccleſiam parochialem infra cuius terminos prædia ſunt ſita, non autem ad plebem. Ab. de eccle. edifi. c. Ad audientiam.

Decima unius prædii poteſt pertinere ad plures eccleſias puta una habet decimam frumenti, alia uini ex præſcriptione perſeuerante ſolutione decimæ nulli alteri eccleſiæ. Ab. de deci. c. Cum in tua.

Decima prædialis quę non eſt in certa parochia pertinet ad epiſcopum, ſimiliter ubi non ſunt parochiæ limitatæ & diſtinctæ, ubi diſtinctę ad eccleſiam parochialem de iure communi ſed quarta decimarum debetur epiſcopo quæ tamen poteſt præſcribi. Ab. de deci. c. Quoniam. Eſt autem ſoluenda non deductis expenſis. Vbi ſuprà. c. Non eſt.

Decima ſolui debet de prædiis dotalibus eccleſiæ illis eccleſiis quibus ſoluebatur prius, ſiue ſint oblata, ſiue empta pro monaſteriis fundandis. Ab. de deci. c. Nuper.

Decima prædii debetur de omnibus fructibus ei qui ibi decimas præſcripſit, ſed ad prędium præſcriptiô non extenditur. Ab. de deci. c. Cum in tua. Licet præſcripſerit tantum de uno fructu, puta frumento pręſcripſit tamen quo ad omne genus quod oritur, non tamen præſcripſit prædium aliud, ex quo nihil excepit, quia non poſſedit. Ab. ubi ſuprà.

Decima unius eccleſiæ poteſt præſcribi ab alia eccleſia, nunquam tamen a layco, quia non eſt capax, & quia contra ius diuinum, & una eccleſia præſcribere poteſt iura parochialia infra limites alterius eccleſiæ, licet non poſſit præſcribere limites parochiæ, uel iura eis coherentia ne ſequatur confuſio, poteſt tamen preſcribere omnes decimas parochiæ. Ab. de deci. c. Cum contingat. Pręſcriptio adeo eſt ſtricti iuris ut licet quis præſcripſerit decimas prædiorum omnium uno excepto pręſcriptio ad illud non extenditur, quia præſcriptio non procedit ſine poſſeſſione. Ab. ubi ſuprà. Decimæ poſſunt præſcribi ab habente parochiam ſiue ſit religioſus, ſiue ſit clericus ſecularis, qui in hoc ſunt pares, ſi non habet parochiam, non præſcribit, quia ius commune eis reſiſtit. Abb. ubi ſuprà. c. Nuper.

Priuilegium ſuper decimis non ſoluendis conceſſum eccleſiaſticæ perſonæ noualia comprehendit. Abb. de deci. c. Ex parte Priuilegium de hortis, & nutrimentis animalium intelligitur de hortis deputatis ad eorum uſum, alias priuilegium eſſet ualde nociuum. Si fratres minores uendunt olera tenentur ad decimam. Nutrimenta animalium intelliguntur animalia, quæ nutriuntur propriis expenſis. Abb. de eccle. edifi. c. Cum dicat.

Ad decimas non tenentur religioſi pro hortis. Abb. de exceſ. prẹl. c. Nu-mis praua.

Decimas non ſoluentes, uel differentes ſoluere quia non petuntur ab eis, peccant etiam non moniti. Perſonales debent ſolui in fine anni, prẹdiales antequam a paleis ſeparentur, niſi conſuetudo habeat oppoſitum. Etiam debent portari ad domum ſacerdotis expenſis eorum qui ſoluunt decimas. Ab. de deci. c. Peruenit. Eſt autem ſoluenda integra de fructu prædii. Non ſoluentes integram de omnibus peccant mortaliter ſi petantur. Decimas tenetur ruſticus deferre ad domum ſacerdotis expenſis ſuis, quia de iure diuino ſunt deferendæ in horreum eccleſiæ ſuæ. Rector eccleſiæ poteſt facere interdici colono uel quod ex agro non remoueat eo uel eius nuncio præſente. Ab. ubi ſuprà. c. Ex parte. Qui ſoluit non integram poteſt excommunicari, licet aliter dicat magiſter ſenten. Hodie neceſſario ſoluendæ ſunt decimæ de iure diuino. Nec ualet ſecundum Glo. contraria conſuetudo, niſi ſit approbata per papam de minori quota ſoluenda. Vbi de conſuetudine non ſoluitur non ſoluentes non peccant, niſi propter obſtinationem animi, quod ſi eccleſia præciperet, non ſoluerent, quia tunc peccarent mortaliter. Debentur tamen de iure diuino. In hoc eſt magis ſtandum determinationi papæ, quam theologorum. Ab. de deci. c. In aliquibus.

Decima non debet ſolui ſuſpenſo notorie, ſoluuntur tamen non ſuſpenſo actu, licet ſit ſuſpenſione dignus. Ab. de deci. c. Tua nobis.

Decimæ prius ſoluendæ ſunt quam tributum & cenſus. etiam ſi illa prius ſoluuntur, poſt debent decimari. Ab. de deci. c. Cum non. Colonus uel dominus ſoluunt decimam ante diuiſionem, & poteſt alter altero inuito ſoluere. Ab. ubi ſuprà. Decima comparatur tributo, quia contra cenſum non admittitur appellatio, nec præſcriptio per laycos, nec compenſatio. Item prædia ſunt obligata multis aliis. Ab. de deci. c. Tua nobis.

Decretum non eſt approbatum per eccleſiam. Ab. in prolo. Rex pacificus & de reſcrip. c. Ex parte.

Defenſio in qua pars non agit, ſed tantum negat, non poteſt tolli etiam per principem, illa qua reus uult aliquid conſequi ſi illa eſt de iure naturali non poteſt tolli, ſi de iure ciuili ut exceptio præſumptionis rei iudicatæ & ſimiles poſſunt tolli per ſtatutum. Ab. de excep. c. Dilecti filii.

Defendere ſe cum moderamine inculpatæ tutelæ &c. ſenſus eſt, quod defendendo ſe debet adhibere moderamen cuiuſdam defenſionis inculpatæ, ut illa defenſio non excedat fines meræ defenſionis, nec cedat ad uindictam ut hic dicit Glo. Quod ſeruatur moderamen cum illud tantum ſit quo omiſſo uiolentia repelli non poteſt. Si ergo uiolentiam poteſt repellere cum leuiori percuſſione non adhibuit moderamen, & ſic eſt in culpa. Si ex propoſito exceſſit modum, ſecus ſi indeliberate, & furore ſuccenſus quaſi diſcernere non potuit. Abb. de homi. c. Significaſti. Quid ſit defendere ſe cum moderamine inculpatę tutelæ, & circa hoc plures quæſtiones pro excommunicatione, & irregularitate, & an quis teneatur fugere ſi poteſt. Ab. de reſtitu. ſpol. c. Olim.

Degradatio, uel depoſitio actualis non eſt, niſi ubi quis relinquitur ſeculari iudici, & afficitur pœna mortis. Ab. de crimine fal. c. Ad audientiam. Perdit ſtatim omne priuilegium clericale, & efficitur de ſeculari foro, & pro delicto ualde graui & pernitioſo exemplo, & debet fieri actualis degradatio citra incorrigibilitatem, & debet eccleſia intercedere non ficte ſed uere

pro

pro eo qui traditur curiæ ſeculari. Ab.de uerb.ſigni.c. Nouimus. Vide. Clericus. Degradatus uerbaliter non priuatur omni priuilegio, nec priuilegio fori, niſi ſequatur incorrigibilitas talis remanet ſub iuriſdictione eccleſiæ, ſecus eſt de degradato actualiter. Ab.de pœn. c. Tuæ diſcretionis. Poteſt autem clericus cuiuſcunque ordinis degradari. Ab.de purg.cano. c.Si quis. Degradari debet qui eſt in minoribus ordinibus tantum. Ab.de ui.& honeſta.cle.c. Clerici ſecundum.

Delegari poteſt abſolutio ab excommunicatione qualibet ab habente poteſtatem ordinariam, ſimiliter audientia confeſſionum & nudum miniſterium, & quæ ſunt meri imperii & quæ mixti ut abſolutio ab excommunicatione ut hic. Item nudum miniſterium competens alicui ex priuilegio quando ex commiſſione alteri non præiudicatur. Delegatus poteſt abſolutionem committere dummodo ipſe habeat iuriſdictionem puta quia fuit delegatus in cauſa qua tulit excommunicationem, ſecus ubi eſt delegata nuda poteſtas abſoluendi. Ab.de ordi. c. His quibus.

Delegari non poſſunt quę ſunt ordinis non habenti ordinem illum. Ab.de con ſecra.eccle. & alta.c.Aqua.

Delegatus maior uiginti annis poteſt a quocunque dari. De conſenſu partium maior 18.& non aliter, Infra decimumoctauum nullus poteſt dari niſi a prin cipe. Ab.de offi.& pot.iud. deleg.c.Cum uigeſimum. Maior uigeſimoctauo poteſt compelli ad acceptandum. Maior uigeſimo infra uigeſimumquintum poteſt acceptare ſed non compelli. Minor decimo octauo non poteſt compelli, nec acceptare niſi de conſenſu partium. Maior decimoquarto ſi a papa delegatur, poteſt acceptare, ſed non cogi ad acceptandum. Infra decimumquartum annum non poteſt papa delegare cum non poſſit defectum naturæ tollere, Infra uigeſimum non poteſt eſſe arbiter, nec iudex niſi de conſenſu partium, etiam ſi ſit maior decimooctauo anno, nec impeditur quia ſit filius familias. Infra decimumoctauum oportet quod princeps committat ex certa ſcientia. Ab. ubi ſuprà.

Delegatus eſt cui committitur aliqua cauſa decidenda, uel exequenda uices alterius repreſentans proprium in iuriſdictione nihil habẽs. Ab.de offi. & pot. iud.deleg.c.In titulo. Quãdo papa, uel alius prælatus committit inferiori ea ad quæ agenda tenetur de iure, ille non eſt delegatus. Si mandat habenti poteſtatem qui non tenetur illud facere ſaltem ita præciſe ut mandatur, tunc faciet illum delegatum. Idem uidetur quando in mandato apponitur aliquid ſpeciale non ſpectans ad ordinariam poteſtatem, puta ſi dicatur appellatione remota quando hoc dicit in cauſa non eſt appellatio remota de iure. Idem ſi dicatur auctoritate noſtra facias hoc uel illud, uel delegamus & committimus hanc cauſam, Ab.de ordi.c.Licet in corrigendis. Delegati Apoſtolici poſſunt eſſe priores mendicantium. Ab. de Maio.& obe.c.Cum olim. oportet etiam delegatum habere dignitatem.

Delegatus abſente reo non per contumaciam cum ſit datus ad diem certum non reſtituet actorem, licet probare uelit poſſeſſionem, & donationem. Ab. de offi.& pot.iud.deleg.c.Conſultationibus. Iudex & actor in tali caſu quid faciat reo. Glo.& Abb.ubi ſuprà.

Delegatus non poteſt abſoluere ab excommunicatione reſeruata papę etiam ratione acceſſorii cauſæ ſibi commiſſæ, quia non tranſeunt reſeruata principi in alium, niſi ex ſpeciali gratia, etiam quando cauſa non poteſt explicari ſine illo. Abb.de officio & poteſt iudicis deleg.c.Prudentiam.§. Sexta.

Cui mandatur quod abſoluat eum qui dicit ſe iniuſte excommunicatum ante probationem debet illum abſoluere, ſi non dicit excommunicationem eſſe nullam probationem nullitatis ante pronunciationem admittet. Poteſt autem facere aliquem abſolui ab excommunicatione ad cautelam. Ab. de appella.c.Ad præſentiam. Qui delegatus eſt ad decidendum cauſam infra menſem ſi excommunicat tranſacto menſe non poteſt abſoluere quem excommunicauit. Ab.de ſenten.& re iudi.c.Quo ad conſultationem.

Delegatus poteſt appellanti præfigere terminum ad proſequendam appellationem, quo elapſo reaſſumit iuriſdictionem. Abb.de appella.c. Ad aures. Iſta tenent etiam ſi detulit appellationi. Ab.ubi ſuprà.In cauſa appellationis ab interlocutoria poteſt finito articulo appellationis cognoſcere de cauſa principali ſibi non ſpecialiter delegata. Ab.de appella.c.Vt debitus.

Delegatus poteſt eſſe arbiter. Ab.de arbitris.c.Cum olim.& ubi ſuprà. Innotuit. Vide. Compromiſſum.

Delegatus ut bona eccleſiæ alienata recuperentur iuriſdictionem habet in rebus inuaſis & alias male detentis.in quibus tamen poſſeſſio in alios tranſit,non habet ius dominii. Ab.de reb.eccle.non alienan.c.Epiſcopi.

Delegatus ad prouidendum alicui de beneficio cum clauſula ſi per eum repertus fuerit idoneus, non tenetur procedere cum ſolennitate iudiciali,nec accipere a teſtibus iuramentum, ſed poteſt formare inquiſitionem in generali, non autem de ſpeciali crimine .Ab.de poſtul.c.Ad hoc in beato Petro, in fine.

Delegatus ea cauſa criminali non poteſt commutare pœnam ultimi ſupplicii in pœnam pecuniariam, uel aliam temporalem ubi ſubiacet ſcandalum, uel ubi non eſt cauſa commutandi, uel ubi ageretur ad pœnam legalem fieri non poteſt plena commutatio. Ab.de rapto. c.In archiepiſcopatu.

Delegatus in cauſa matrimoniali ſi fert ſententiam diuortii pronunciare debet dotem reſtitui.Ab.de dona.inter uir.& uxo.c. De prudentia. Si pronunciat matrimonium nullum, & nihil ſuper dotem ſecundum Glo.functus eſt officio ſuo, ex prima delegatione nihil amplius poteſt ſuper dotem,mihi uidetur quod non, quia prædictis competit actio, cum non reſtituantur officio iudicis. Ab.ubi ſuprà.

Delegatus in cauſa principali ſi in diffinitione ipſius nihil dicit de acceſſorio, non poteſt amplius de illo ſe intromittere ſine noua commiſſione. Gloſ. de dona.inter uir & uxo.c.De prudentia. Intellige quando pro acceſſorio non competit actio ſed expletur officio iudicis, quia ſi actio competit poteſt de ea cognoſcere & iudicare. Ab.ubi ſuprà.

Delegatus ad cauſarum uniuerſitatem poteſt corrigere ſententiam ſuam etiam diffinitiuam ſi in iudicando errauit, quia cenſetur quaſi ordinarius, ſecus ſi ſit ad unam cauſam tantum,quia deſinit eſſe iudex.Glo.de accuſa.c.Qualiter & quando. Iſta glo.habet difficultates plures, quæ hic declarantur. Ab. ubi ſuprà.

Delegati plures ad uniuerſitatem cauſarum in prouincia, uel ciuitate debent ſimul conuenire, nec unus poteſt procedere ſine alio, quia neuter habet poteſtatem in ſolidum cum ſint loco unius,Iſti foranei officiales habent poteſtatem & iuriſdictionem delegatam non ordinariam.Ab. de ſen. & re iudi. c.Duobus.

Subdelegatus ad uniuerſitatem cauſarum poteſt aliquam cauſam ſubdelegare, non autem ſi ſit ſubdelegatus ad unam cauſam tantum. Gloſ. &

Ab.

Abbas de appella. c. Cum cauſam.

Delegatus cauſam remittens ad delegantem poteſt conſtituere tempus in quo partes compareant coram delegante, etiam ſi non ſit expreſſum in litteris delegationis. Ab. de elec. c. Dudum.

Delegatus ciuiliter non poteſt committere quæ ſunt meri imperij, ut eſt inquiſitio criminum de iure canonico, quæ ſunt meri imperij, & quæ mixti omnia ſunt ſubdelegabilia. Ab. de offi. & poteſ. iud. deleg. c. Venerabili frater. N.

Delegatus cum clauſula ſi non ambo. Non tenetur admittere ſubdelegatum ſui collegæ impediti. Ab. de offi. & pot. iud. deleg. c. Coram dilecto. Vno recuſato. alius ſolus poteſt procedere, nec tenet proceſſus ſi cũ recuſato procedit. Ab. ubi ſupra. c. Cum ſuper. Clauſula ſi nõ ambo poſſunt intereſſe uerificatur dato impedimento recuſationis, Ad ueritatem actus uoluntas & poteſtas debent ſimul concurrere, Si facio actum quando non poſſum eo modo quo poſſum non ualet, quia quod potui non uolui, & quod nolui potui, In iudicialibus aſſociando ſibi inhabilem ad actum ad quem eum habilitare non poſſunt, nihil agere poſſunt, quia inutile uitiat utile in iudiciis. Si tamen qui non recuſatur procedat credens ſe habere totam poteſtatem, licet uocet collegam & proteſtetur quod ſi ſolus eſt delegatus intendit procedere ut ſolus, & ſi non habet poteſtatem niſi cum recuſato intendit cum eo procedere & non aliter, tenet ſententia lata per eum in omnibus, quia ceſſat contrarietas inter poteſtatem & uoluntatem. Iſta ſeruanda ſunt in dubio prædicto. Iſta uera ſunt quando proceditur coram ordinario uero & falſo eo quod quilibet eorum habet poteſtatem in ſolidum. Non habet ueritatem ubi apparet quod intentio procedentis eſt quod actus omnino ualeat, ideo hic modus frequentatur in teſtamentis. Ab. de officio & poteſtate iud. deleg. c. Cum ſuper.

Delegatus cum clauſula ſi non omnes duo ueſtrum &c. niſi prius appareat de impotentia non poſſunt duo procedere, & ſi procedunt, nihil agitur. Ab. de offi. & pot. iud. deleg. c. Prudentiã. §. Res. Si dicitur omnes uel duo ueſtrũ aut unus procedat, quilibet poteſt procedere etiam ſi nõ conſtet de impedimento alterius, quia ponitur clauſula denotans prærogatiuam, ut cum dicitur ſi omnes nequeunt intereſſe. Tu frater epiſcope procede, alii ſine epiſcopo non poſſunt procedere, ſed ipſe ſine aliis poteſt impedimento dato, quia ubi ponitur certa forma commiſſionis, proceſſus corruit. Vbi datur certa forma, paria ſunt agere citra & agere contra eam. Ab. ubi ſuprà. Citatus tamen a duobus licet non teneatur comparere, ſi tamen in comparatione eſt tertius, tenetur reſpondere. Ab. ubi ſuprà. c. Cum cauſam. Quando dicitur ſi non omnes alii non poſſunt ipſum citare, reprehendere, uel punire ſed debent rogare ut ueniat ter, ſi non uenerit, uel excuſauerit, alii procedant. Glo. & Ab. ubi ſuprà.

Delegatus cum clauſula appellatione remota recuſare poteſt ſi conſanguineus eſt impetrantis, uel ſi fuit aduocatus in cauſa illa. Ab. de appella. c. Poſtremo. Idem puto in ordinario. Idem eſt de affine. Cauſa omnis ſufficiens ad reuocandum procuratorem, uel arbitrum ſufficit ad recuſandum iudicem. Item qui conſuluit in cauſa. In prædictis recuſatio fit uſque ad ſeptimum, uel decimum gradum inter agnatos & cognatos ſicut eſt ſucceſſio. In ſtirpe maſculina recuſatio admittitur indifferenter. Vbi eſt cognomen idem. Quandoque ſola origo loci ſufficit niſi pari gradu attineat utrique. Recuſari poſſunt etiam prælati a conſanguineis in cauſa eccleſiæ. In prædi-

ctis

ctis ut quis poſſit recuſare oportet perſonam eſſe talem ut poſſit eſſe ſuſpecta. Ab. ubi ſuprà. Recuſari etiam poteſt dominus impetrantis. Item ſi ab eo appellauit in alia cauſa. Glo. ubi ſuprà.

Delegatus cum clauſula contradictores per cenſuram compellendo &c. aliam pœnam in iure poſitam poteſt apponere, & ſi non eſt expreſſa, poteſt apponere arbitrariam, & hoc non uirtute clauſulę, ſed delegationis. Cum hæc clauſula apponetur ad ampliandum poteſtatem delegati, non debet eſſe reſtrictiua, ideo poteſt punire contumacem per impoſitionem multę, uel alterius pœnæ, nec reſtringitur ad exercendum cenſuras, niſi quantum uult, & clauſula apponitur in litteris ex ſuperabundanti, uel ut iudex magis timeatur, quia ſi non exprimeretur poſſet tamen legatus uirtute ſimplicis delegationis excommunicare, ſuſpendere, & interdicere. Ab. de uerb. ſigni. c. Querente.

Delegatus in aliquo caſu cognoſcit non ſolum quod uenit acceſſorie ad cauſam principalem, ſed etiam de eo quod uenit acceſſorie ad acceſſorium cauſæ ſibi commiſſæ, ut cum cognoſcit de cauſa propter quam actu fuit excommunicatus ab alio qui non abſoluit, nec uult de hac cauſa cognoſcere. Ab. de offi. & poteſ. iud. deleg. c. Prudentiam. §. ſi uero.

Delegatus non tenetur admitterre collegam ſibi adiunctum per litteras ſubreptitias, nec eius ſubdelegatum. Abb. de offi. a poteſt. iud. delega. c. Coram dilecto.

Delegato non creditur niſi probet ſuam delegationem, nec tenetur quis parere mandatis aſſerentis ſe eſſe delegatum, niſi mandatum probet. Abb. de offi. & poteſt. iud. deleg. c. Cum iure peritus ſi delegatus non uult facere fidem de mandato ſuo, & excommunicat eum qui non uult parere mandatis, non tenet excommunicatio cum non habeat iuriſdictionem ſuper aliquem niſi ſit rebellis, ſed petendo fidem de mandato facit quod ſibi a iure permittitur, ideo non eſt rebellis, & ſic excommunicatio non tenet ex defectu iuriſdictionis. Mandatum probatur primo per originale. ſecundo per exemplum ſolenniter ſumptum ex originali. Vnde ſi proceſſu temporis conueniret, & oſtenderet ſententiam ſine commiſſione, non ualeret ei niſi probaret eius commiſſionem, ſecus eſt de ſententia ordinarii. Qui habet ſententiam pro ſe a delegato non minus cuſtodiet commiſſionem, quam ſententiam. Ab. ubi ſuprà.

Delegato non committitur cauſa ultra duas dietas. ſi eſt delegatus Papæ non oportet ſit in eadem prouincia, dum tamen ſit infra duas dietas. Inferioris delegatus oportet ſit in eadem prouincia, Nec tamen oportet quod ſit illius dioceſis, ſed ſufficit ibi commoretur, & hoc in reſcripto ponatur. Ab. de iudi. c. Significauerunt. Iura de duabus dietis non extenduntur ad prelatos inferiores, quia epiſcopus non poteſt extra dioceſim nec archiepiſcopus extra prouinciam committere, & ipſi in tota ſui iuriſdictione cognoſcere poſſunt. Ab. de fo. competen. c. Sane. Non debet dari ultra duas dietas delegatus, nec poteſt approquinquare, quia non poteſt cognoſcere, niſi ubi datur. Dari tamen poteſt ubi eſt res de qua agitur, & tunc non ualet exceptio de duabus dietis, quia ibi conueniri poteſt coram ordinario. Ab. de fo. competen. c. Ex parte B. Ita poteſt conueniri quilibet ubi deliquit, & ubi contrahit tam coram ordinario, quam coram delegato papæ. Item ſi promiſit reſpondere in certo loco, etiam ſi habet priuilegium quod non poſſit conueniri niſi in certo loco, quia intelligitur priuilegio renunciaſſe illi, & pri-

priuilegio de duabus dietis. Si promiſit reſpondere in certo loco ſine li-centia epiſcopi non poteſt reſpondere ibi ſub ordinario, quia non habet iuriſdictionem, tenetur tamen reſpondere ſub delegato papæ, qui ubique habet iuriſdictionem. Ab. ubi ſupra. c. Dilecti filii. Vide. Citatus.

Delegatio facta dignitati non expreſſo nomine perſonæ tranſit in ſucceſſoré. Ab. de offi. & pot. iud. deleg. c. Quoniam Abbas. Nec oportet de nouo præſentare reſcriptum, impedimento ſtáte poteſt ſolus procedere, & eo remoto tenetur uocare collegam ad complendum ea quæ deſunt. Licet perſonæ particulares moriantur, dignitas tamen in nomine appellatiuo ſignificatur eo quod pluribus conueniat ſucceſsiue, ideo non moritur. Epiſcopus præcedens, & epiſcopus ſequens licet non ſint uuum indiuiduum, ſunt tamen idem epiſcopus, ſicut & populus idem licet aliqui moriantur, & aliqui naſcantur. Ad coniecturandam qualitatem diſpoſitionis an ſit collata perſonæ, uel dignitati, ſi ſit expreſſa per nomen appellatiuum attendenda ſunt etiam alia uerba contenta in diſpoſitione ad materiam ſubiectam. Si papa committit epiſcopo ſub nomine dignitatis, & dicit ſe hoc facere propter uitam tranſactam, uel ſcientiam, conſtat quod committit perſonæ. Verba ſeruiunt intentioni & econtra. Si excommunicatur epiſcopus ſub nomine dignitatis non tranſit ad ſucceſſorem, qui non eſt contumax ſicut prius & hoc eſt ratione materiæ. Reſcriptum datur contra prælatum ſub proprio nomine intelligitur ſubiecto conceſſo contra dignitatem. Si nec propter materiam, nec propter uerba poteſt eſſe euidens an detur commiſſio dignitati, uel perſonæ. Si nomen dignitatis præcedit, & nomen perſonæ ſequitur, & papa non habet notitiam perſonæ, committitur dignitati, ſecus ſi delegatus, eſſet familiaris papę, ſi nomen præcedit, commiſsio eſt facta perſonæ, licet alii dicant in utroque caſu commiſsionem eſſe factam dignitati, quia eius nomen eſt potius. Commiſsio facta canonico non tranſit ad ſucceſſorem, quia canonicatus proprie non habet ſucceſſorem in honore & onere, ſed ei ſuccedit capitulum. Commiſsio facta uicario epiſcopi uidetur tranſire ad ſucceſſorem, licet non habeat proprie dignitatem, tamen eius oppoſitum poteſt ſuſtineri. Commiſsio delegato facta eo abſoluto ipſe non cognoſcet de cauſa, ſed nec ſucceſſor, quia illam non habet ſed extinguitur eo mortuo, ſicut dictum eſt de nicario, cum nunquam ſit dare uacationem eius, ſed ſemper de nouo creetur. Si propoſito & capellano tranſit in ſucceſſorem præpoſituræ, quia capellanaria non eſt capax delegationis ſi ſcribitur præpoſito & archidiacono qui utrunque habet ex diſpenſatione. ſi duo ſuccedunt in prædictis dignitatibus, ambo ſuccedunt in delegatione cauſæ & non unus tantum. Si ſcribitur epiſcopo qui poſt ibi ſit archiepiſcopus poteſt procedere in cauſa, quia additio dignitatis uon mutat ſubiectum perſonæ, nec honorem priſtinum, & in caſu uon deſinit eſſe epiſcopus. Subiectum eſt cui committit ſimplex miniſterium ſicut quando committitur iuriſdictio, niſi cauſa ſit adeo ardua quod appareat induſtriam perſonæ electam non dignitatem, quia tunc non tranſit ad ſucceſſorem. Abbas ubi ſupra.

Delegatus non poteſt exercere iuriſdictionem extra dioceſim ſuę dignitatis niſi in reſcripto dicatur in tali loco commoranti, quia tunc poteſt ibi exercere. Ab. de re. permuta. c. Exhibita. Delegatus in certo loco deputatus poteſt ex cauſa neceſſaria committere articulum extra locum ſuæ delegationis, puta examinationem teſtium, & licet hoc hic non probetur eſt tamen

æqui-

æquiualens. Abb. de fideiuſ. c. Conſtitutus.
Delegatus datus contra epiſcopum ſuper exceſſibus poteſt illum remouere ab epiſcopatu. Ab. de procu. c. In noſtra.
Delegatus ſiue erret in facto ſiue in iure dummodo ſeruauerit formam commiſſionis, ſi tulit ſententiam diffinitiuam, nō amplius ſe intromittere poteſt, quia functus eſt officio ſuo ſiue bene ſiue male. Ab. de ſen. & re iudi. c. Sententiam. Si ſententiam pronunciauit ſuper totam functus eſt officio ſuo, non autem ſi tantum ſuper partem. Ab. ubi ſupra. c. Cum. I. & A.
Delegatus poteſt excommunicationem generalem facere quando noſcit perſonas particulares. Ab. de teſti. c. Conſtitutus. Poteſt excommunicare & quantum durat eius poteſtas. Ab. de præben. c. Pro illorum. Vide in reſcripto. Clauſula contradictores.
Delegatus quilibet eius qui poteſt ſententiam ſuam exequutioni mandare poteſt ſuam propriam exequi etiam ſi non committatur principaliter & expreſſe. Ab. de fo. compe. c. Si quis contra.
Delegati poteſt exequutor ſententiæ ordinarii & delegati principis de iure canonico. Ab. de ſenten. & re iudi. c. De cetero.
Delegatus non tenetur exequi delegationem ſibi commiſſam a papa cum graui periculo rei familiaris, quia non eſt ueriſimile quod papa hoc intendat niſi appareat præciſe de intentione papæ, quia & ſi mandatum ſit graue interpretandum eſt. Ab. de offi. & poteſ. iudicis deleg. c. Prudentiam. §. Adijcimus. & Glo. de offi. & potes iudi. delega. c. Coram dilecto in fine.
Delegatus debet ſequi formam ſibi datam a delegante. Ab. de reſcrip. c. Super litteris. Si mandatur quod procedat ſecundum rationem, & ſententia eſt contra illam, tenet, quia clauſula generalis non dat formam ſententiandi nec iudicandi. Ab. ubi ſupra. c. Ex inſinuatione. Si non datur quod iudicet ſecundum iura poteſt iudicare ſecundum ſtatuta, & ſecundum conſuetudinem loci, quia ius habet quod cauſa decidatur ſecundum ſtatuta & conſuetudines loci. Ab. de electio. c. Cum nobis olim. Debet autem ſemper ſequi formam iuris & rationabiles exceptiones admittere, ubi non apparet contraria uoluntas papæ. immo ſi ſimpliciter ſcribit delegato certa forma expreſſa debet tamen rationabiles exceptiones admittere. licet de eis nihil dicatur in reſcripto. Ab. de offi. & pot. iud. deleg. c. Ex parte tua Delegatus poteſt a forma reſcripti recedere etiam per tacitum conſenſum partium, ſi forma concernit fauorem partium, non autem ſi fauorem publicum. Ab. de offi. & poteſt. iud. deleg. c. Cum olim.
Delegati interlocutoria qua pronunciat ſe non iudicem habet uim diffinitiue quia prorſus extinguit iuriſdictionem pronunciantis, adeo ut interlocutoriam non poteſt reuocare. A tali ſententia qua pronunciauit ſe non eſſe iudicem poteſt appellari etiam de iure ciuili, licet ſit interlocutoria. & infra. Si de iure habet iuriſdictionem & pronunciat ſe non iudicem, iuriſdictionem perdit, & imputatur parti non appellanti. Nam res iudicata facit ius inter partes. Ita pronuncians ſe iudicem qui tamen non eſt iudex, acquirit iuriſdictionem, quam tamen prius non habuit, niſi pars appellauerit. Abb. de offi. & pot. iud. deleg. c. Suſpitionis. Pronuncians ſe nō habere iuriſdictionem non reaſſumit eam de conſenſu partium. Ab. ubi ſuprà. c. Significantibus.
Delegati iuriſdictio non extenditur niſi ad contenta in reſcripto. ſi ſuper aliis rebus procedit, cautela eſt, & contradicatur, ut ſupra dictum eſt in cap. Prudentiam. Si non appellat, ualet iudicium incohatum ſuper aliis rebus. Iuriſdictio

riſdictio delegati poteſt prorogari de re ad rem de conſenſu partium ſicut de tempore in tempus, non autem de perſona in perſonam. Ad prorogandum eius iuriſdictionem ſufficit tacitus conſenſus partium, ut probat hic littera. Ad prorogandum iuriſdictionem in loco ubi deputatus eſt ad alium locum requiritur conſenſus expreſſus partium, niſi in reſcripto aliqua ſpecialia exprimantur. Iuriſdictio ad ea extenditur & acceſſoria expreſſis ubi uerba ſunt generalia attenditur iuriſdictio ad ea quæ ſub uerbis illis comprehendi poſſunt, cum dicitur talis iniuriauit illi in tali fundo poteſt hic agere de fundo, de renunciatione, poſſeſſione, & petere fructus perceptos ante litem conteſtatam, quia omnia iſta comprehendi poſſunt ſub illis uerbis generalibus. Ab. de offi. & poteſt. iud. deleg. c. Cum olim.

Delegata iuriſdictio nō poteſt prorogari ad perſonas non expreſſas. Ab. de offi. & pot. iud. deleg. P. &. G. c. Per litteras. & hoc ſiue ſit prorogata ad uniuerſitatem cauſarum ſiue ad ſpecialē cauſam, quia iuriſdictio eſt delegantis non delegati, ideo non poteſt prorogari, niſi ad certas perſonas per conſenſum delegantis cuius eſt. Iuriſdictio ordinaria poteſt prorogari, ſi habens utranque iuriſdictionem intendit prorogare unam ſpeciem iuriſdictionis, quæ prorogabilis non eſt ceſſat prorogatio in alia ſpecie in quam poteſt, quia in prorogatione requiritur conſenſus prorogantis. Delegata iuriſdictio non eſt prorogabilis, etiam ſi concurrat in eandem perſonam. Cum ordinaria. Ab. ubi ſuprà.

Delegati poteſtas extenditur non ſolum ad partes ſed etiam ad impedientes & perturbantes iuriſdictionem quocunque modo, impeditur iuriſdictio ſiue peccet in perſonam delegati, ſiue in partes, ſiue in perſonas neceſſarias in iudicio & in officiales, & poteſt eis imponere pœnam extraordinariam, cum prædictis poteſt exercere cenſuram eccleſiaſticam, & ſi non ſit expreſſum in reſcripto, quia uno commiſſo committuntur omnia ſine quibus iuriſdictionem exercere non poteſt, ſi turbatio eſt notoria indubie procedit, ſi ſit tantum cum coniectura, poteſt compellere ad præſtandum cautionem de non impediendo, ſi occulta, poteſt procedere ſummarie inquirendo. Ab. de offi. & poteſt. iud. deleg. c. Quia quęſitum.

Delegati iuriſdictio non expirat per compromiſſum, nec quando itur ad ordinarium ſed compromiſſum expirat quando itur ad delegatum, uel ordinarium. Ab. de præſcrip. c. Litteras. Quando delegato iuriſdictio ſuperuenit. Ab. ubi ſuprà. c. Ex offici. Vide. Iudex poteſt ordinariam. Poſt abſolutionem rei ab inſtantia propoſita quæ inepta eſt, iuriſdictio durat ſi actor infra annum aliam aptam propoſuerit. Ab. de iudi. c. Examinata.

Delegati iuriſdictio morte mandantis expirat re integra. Ab. de deleg. c. Licet dudum. Non perpetuatur niſi delegatus cœperit uti ea. Subdelegare non eſt uti iuriſdictione delegata, ſed ordinaria, cum ſit a lege. Vt perpetuetur, oportet ſaltem ſubdelegatus citet. etiam ſi citauit ad omnes cauſas, perpetuatur ad omnes, ſi ſuper una tantum quæ habet connexionem cum aliis, quo ad omnes perpetuatur, ſi ſint ſeparatæ, perpetuatur quo ad cauſam pro qua citauit, ſi emanauit citatio ſuper cauſa generali contenta in reſcripto declaranda perpetuatur quo ad omnia contenta in ea. Si delegatus deponitur re integra expirat mandatum, Si ad aliam dignitatem transfertur, & commiſſio ſit facta dignitati, quæ non moritur, mandatum tenet. Si delegans excommunicetur re non integra, ſubdelegatus tamen procedit, & ualet proceſſus. Abb. ubi ſuprà. Morte delegantis iuriſdictio expirat niſi ſit

lis

lis conteſtata. Ab. de offi. & pot. iud. deleg. c. Relató. Citatio neceſſario requiritur ante mortem delegantis, licet Hoſt. teneat oppoſitũ, quia per ſubdelegationẽ non transfertur iuriſdictio effectualiter, ideo re integra poteſt commiſſionem reuocare & cum per mortem iuriſdictio ſua extinguatur, conſequenter extinguitur in ſucceſſore, ſed ante mortem ex ſubdelegatione effectualiter radicatur in ſubdelegato. Credo idem de iuriſdictione delegata ad uniuerſitatem cauſarum quod expiret, niſi ſit ſpecialiter expreſſum, ut de inquiſitore in fauorem fidei. Ab. ubi ſuprà. Quando ſunt delegati, uel arbitri plures uno eorum mortuo expirat poteſtas eorum, niſi in commiſſione, uel compromiſſo ſit expreſſum. Ab. de offi. & pot. iud. deleg. c. Vno delegatorum. Vide delegatus excedens fines mandati.

Delegati iuriſdictio expirat infra tempus ſibi commiſſum ſi nõ decidit cauſam, niſi partes prolõgent terminũ. Ab. de offi. & pot. iud. deleg. c. De cauſis. Quãdo datur certus numerus dierum, uel menſium, tempus incipit a præſentatione, ſecus cum dicitur ante paſcha terminetur, Si tempus ſit breue poteſt iudex abbreuiare dilationes iuris prolongatio temporis a partibus debet fieri ante terminum, quo completo non poteſt fieri. Si terminus ſit præfixus iudici tantum non expirat iuriſdictio, ſed iudex eſt puniendus, ſi eſt præfixus iuriſdictioni, expirat iuriſdictio, ſi in fine termini profert ſententiam mandabit ipſemet illam exequutioni, quia licet expiret poteſtas cognoſcendi, non tamen exequendi. Si terminus præfigitur parti, & per eam non remanet, non debet ei obeſſe. Glo. & Ab. ubi ſuprà. Vſque ad annum integrum poteſt exequutioni demandare. Ab. ubi ſuprà. c. Quærenti. Poſt terminum expirat iuriſdictio, & intelligitur de anno continuo non de anno utili. Vbi ponitur tempus ſemper intelligitur continuum, niſi contrarium reperiatur, & hoc quo ad exequutionem ſententiæ, ſi infra annum ob aliam cauſam turbetur in poſſeſſione non poteſt aſſumere cognitionem cauſæ ſuper nouiter attentatis, quia non habet iuriſdictionem niſi circa exequutionem. Poteſt tamen querelas admittere quatenus turbatio concernit articulum exequutionis indifferenter poteſt ſe intromittere per ſolum annum, & hæc eſt opinio. Glo. Si delegatus aliquem excommunicat elapſo anno non poteſt illum abſoluere ſed remittit ad delegantem. Intelligitur etiam hoc de delegato ordinarii. Ab. ubi ſuprà. c. Quærenti. Iuriſdictio expirat per diffinitiuam exequutioni mandatam per ſe, uel per alium. Ab. ubi ſuprà. c. Ex litteris. Per ſententiam non dicitur iudex functus officio ſuo, ſed tantum quo ad cognitionem cauſę, ſi mandauit exequutionem per alium re integra poteſt reuocare & per ſe, uel per alium exequutioni mandare. Si non eſt integra non poteſt ſe intromittere, quia iuriſdictio ad alium translata eſt uidelicet in eum cui uices ſuas ſubdelegauit. Delegatus nec ordinarius poſſunt retractare ſententiam, ſi ſententia tenuit, ſed nec ſi ſit nulla, niſi ſit nulla ex forma mandati, quia iudex non dicitur pronunciaſſe ſi non ſeruauit mandatum. Ab. ubi ſuprà. Expirat iuriſdictio delegati ſententia lata & exequutioni mandata. ſecundo mortuo iudice cui proprio nomine ſcribitur. tertio per mortem eius contra quem litteræ impetrantur re integra. quarto reuocato mandato ſi ſecundæ litteræ mentionem faciunt de primis expreſſam. quinto ſi iudex remittit cauſam ad ſuperiorem. ſexto elapſo commiſſionis termino. ſeptimo ſi re integra delegans moritur. octauo per legitimam recuſationem. nono per appellationem legitimam. decimo per delationem appellationis. Glo. ubi ſuprà. Si iuriſdictio expirat in termino

pereunt-

peremptorio aſſignato a partibus poſt congruam horam termini delegatus non expectabit contumacem, ſi non expirat in poteſtate iudicis eſt in diem alterum ſimiliter de nouo citare, non tamen tenetur. Ab. de offi.& poteſt. iud. deleg.c. Conſuluit.

Delegatus cui committitur cauſa de iure præſentandi cum clauſula appellatione remota etiam ſub eadem forma ad præſentationem eius ordinet eccleſiam per hoc non habet inſtituere ſed pronunciare, & ille ad quem pertinet, inſtituet, & ſi iuri ſuo detrahitur, iuſte appellat. Ab.de offi.& poteſt. iud. deleg.c.Super eo. Poteſt tamen illi mandare quod inſtituat, & ſi non fecerit, poteſtas deuoluitur ad eum. Si habens inſtituere conſentit uel non contradicit, ualet inſtitutio delegati. Si iuſte eſt deuoluta ad papam, poteſt inſtituere, quia uerba ſunt late ſumenda in prę iudicium mandantis & poteſt declarare per quem debet fieri inſtitutio, & hoc propter uerbum illud Ordines. Si committitur non inter contendentes, ſed ex plenitudine poteſtatis ut prouideat.N.de beneficio & ordinet eccleſiam. De miniſtris an mandatarius poſſit inſtituere, & in poſſeſsionem mittere, ſunt rationes ad utranque partem. Ab. de offi.& poteſt.iud.deleg.c.Super eo.

Delegatus cum diuerſæ litterę ſub eadem data præſentantur in forma contraria ſuperſedeat, donec conſulatur papa. Idem faciet ſemper ſi conſurgit probabile dubium de ualiditate litterarum, nec decidibili per eum. Ab. de offi. & poteſt.iud.deleg.c.Sane.

Delegatus excedens fines mādati de cōſenſu partiū prę iudicat eis.Glo.de offi. & pot.iud.deleg.c.Cū olim.Quando excedit formam reſcripti proceſſus eſt nullus. Vbi ſuprà.c.Venerabilis frater.N.A.forma reſcripti cōcernēte utilitaté partis poteſt delegatus recedere de conſenſu partium tacito, non autem ſi forma ſit data principaliter propter utilitatem publicam, quia in caſu non ſufficit ad ſaluandum proceſſum taciturnitas partium. Ab.ubi ſuprà.Debet ſe regulare ſecundum regulam delegantis. Ab.de reſcrip. c. Super litteris. Delegatus papę non tenetur citare per nuncios publicos ordinarii, ſed poteſt eligere & committere cui uult. Contumacem, & contemptores punire & compellere omnes officiales ſibi neceſſarios in cauſa expedienda. Ab. de offi.& poteſt. iud.deleg.c. Paſtoralis.§. Cum in totum. Citatus ante mortem delegantis perpetuat iuriſdictionem. Ab.de off. & pot. iud. deleg. c. Gratum gerimus. Nec tamen oportet quod citatio perueniat ad aures partis. Morte delegantis interueniente re integra etiam ſi ſubdelegatus omnino ignoret, expirat iuriſdictio, quam nunquam ignorantia nec error dat. Vbi ſuprà. Qui delegatum eſt per ſimplicem commiſsionem cauſæ poteſt, citare contumacem, punire, & reliqua facere quæ ſpectant ad cauſam, etiam ſi non ponatur in cōmiſsione. Ab.de offi.& pot.iud.delega.c.Præterea. Poteſt punire per cenſuras & extraordinarie non inducere multam, & aliam pœnam extraordinariā. Conceſſo uno cōmittuntur omnia ſine quibus id expleri non ualet. Cum dicitur quod habeat plenitudinem poteſtatis poteſt ui delegationis eligere ſibi nuncium, conſtituere officiales, teſtes delinquentes coram eo, & alios per quos impeditur eius iuriſdictio, punire. Ab.ubi ſuprà.

Delegatus papæ cui committitur quod procedat cum conſilio tertii, an poſſit procederem eo mortuo, uel abſente, uel præſente & nolente conſulere. Ab.de conſtitu. c. Ex parte. Poteſt tamen ſubdelegare & tunc commiſſarius tenebitur petere conſilium, ſicut primus. Idem cum dicitur in fine

ſuper quo oneramus conſcientiam tuam, ſecus ſi dicit, deciſionem cauſæ relinquo conſcientiæ tuæ. Ab. de elec. c. Cum in ueteri.

Delegatus papæ poteſt excommunicare, licet in litteris nihil dicatur quod poſsit compellere per cenſuram eccleſiaſticam. Ab. de reſcrip. c. Abbate.

Delegatus papę pro exequutione ſuæ delegationis, poteſt inuocare auxilium brachii ſecularis. Ab. de exceſ. præla. c. Tanta. Quod poſsit uirtute ſuæ delegationis. Ab. de uerb. ſigni. c. Quærenti.

Delegatus papę exequitur ſuam ſententiam, quam exequi non ualet aut non poteſt is cui cõmiſit exequendam. Ab. de offi. & pot. iud. deleg. c. Significaſti. Poteſt mandare ordinario ut ſuam ſententiã exequatur, quia in pertinẽtibus ad cauſam ſibi commiſſam eſt maior eo & omnibus poſt papam, quam poteſtatem exequendi recipit ex commiſsione ſimplici cauſæ. Vnde ferens ſententiam ultimo termino dato poteſt per triennium exequi illam, niſi in commiſsione præfigatur terminus iuriſdictioni, & hoc uel per ſe, uel per alium, ſecus ſi non eſſet delegatus papæ. Item poteſt punire omnes exiſtentes ibi cuiuſcunque ſint conditionis, quia gerit perſonam papæ, cui omnia ſubiiciuntur, nec cenſetur functus officio ſuo ex ſola commiſsione, ſed quando interuenit actualis exequutio commiſsionis cum effectu. Si committit exequutionem poteſt reuocare, ſimiliter ſi ſubdelegauit re integra. Si ſubdelegatus cœpit exequutionem & non perfecit non poteſt reuocare. Poteſt autem a prætore petere familiam ſuam ad exequutionem ſententiæ, uel ut aliquem capi faciat & inuocare brachium ſeculare, ipſe non debet tenere uiros armatos, ſicut princeps recurrit ad eccleſiam pro ſpiritualibus, ſic clerici ad principes ſeculares pro iuſtitia exequenda, non tamen poteſt delegatus indicere bellum, quia eſt de reſeruatis ſpecialiter principi. Ab. ubi ſuprà. Si de cauſa delegata ſit factum compromiſſum citra ſententiam in tertium non poteſt delegatus ſententiam arbitri mandare exequutioni, etiam ſi auctoritate ſua compromiſerunt, ſed recurrendum eſt ad ordinarium. Ab. de arbi. c. Per tuas. Qui prius pronunciauit ſententiam, quam delegatus ſecundus confirmauit poſt appellationem nihil addendo nec diminuendo, primus exequitur ſententiam, ſi ex noua cauſa, uel quouis modo mutata fuit ſententia, ſecundus delegatus cuius in hac cauſa eſt ſententia illam exequitur & non primus. Ab. de offi. & poteſt. iud. deleg. c. Paſtoralis. §. Prætereа.

Delegatus cui papa committit cauſam contra clericum &c. papa uidetur adimere iuriſdictionem inferiorum quo ad illam cauſam, adeò ut non ualeat proceſſus coram inferiori iudice agitatus. Ab. de purga. cano. c. Cum dilectus ſecundum.

Delegatus papæ habet iuriſdictionem ſuper exemptos, nec oportet in reſcripto fieri mentionem de exemptis. nec de exemptione. Ab. de ordi. c. Graue. Nec perdit iuriſdictionem, licet ſit doloſus in procedendo, uel negligens & ſi culpa ſua foueat peccatum, in quo caſu ordinarius ſuplet eius negligentiam. Glo. & Ab. de offi. & poteſt. iud. deleg. c. Significauit.

Delegatus pape in cauſa laycorum an poſsit eſſe laycus de iure, opiniones. Ab. de appella. c. Qua nobis.

Delegatus papæ antequam recipiat litteras ſi preuenitur ab ordinario ſtat cauſa coram ordinario, ſi prius citetur a delegato, ſtat cauſa iudicio eius. Ab. de appel. c. Vt debitus.

Delegatus papæ eſt maior quolibet alio in cauſa ſibi commiſſa, in aliis tene-

tur

tur obedire ſuperioribus. Ab.de offi.& pot. iud.deleg.c.Paſtoralis.In cau ſa ſibi commiſſa habet iuriſdictionem ſuper ordinarium & quencunque maiorem citra papam. Ab.ubi ſuprà. c.Sane. Non poteſt conueniri coram ordinario. Si deliquit in non procedendo, quia exceſſit tantum contra papam, ideo non punitur per inferiorem. Si deliquit peruerſe agendo punitur per ordinarium, quia conuenitur non ut delegatus, ſed ut criminoſus, licet. Io. And. teneat oppoſitum, ex eo quod maior in eſt cauſa ſibi delegata. Ab.de reſcrip.c.Quia nonnulli.

Delegato mandanti aliquem in poſſeſſionem induci non reſiſtit ordinarius uiolenter, ſi ſciat eum non canonice inſtitutum, ſed præcibus inſtabit ut differat donec conſulatur papa. Ab.de off. & pot. iud. deleg.c.Si quando.Si procedit iniuſte in ſibi non commiſſis poteſt ei reſiſtere, ſi in commiſſis non debet reſiſtere ſed appellare.Si grauamen quod imponitur non poteſt per appellationem releuari quilibet poteſt per uiolentia reſiſtere, & cuiuſcunque auxilium implorare, ſi autem poteſt per appellationem releuari, appellandum eſt. Si iudex extra iudicium criminoſæ iniuriatur tanquam pars poteſt uiolenter ſibi reſiſti. Si certum eſt appellationem tenere, cum non ſit iudex poteſt ſibi reſiſti, ſecus ſi non eſt certum. Ab. ubi ſuprà.c. Si quando. Vide quod ſequitur immediate. An poſſit legatum compellere ad exequutionem ſuæ ſententiæ, opiniones. Ab.de off.& pot.iud. deleg.c.Studuiſti. Delegatus in cauſa ſibi commiſſa eſt maior legato. Ab. de præben.c. Pro illorum.

Delegatus papę ſemper poteſt ſubdelegare ſi eſt tantum unus & non habet impedimentum iuris. ſi ſunt plures & unus habet impedimentum, & alius non, poteſt ſubdelegare, puta ſi eſt ſeruus. ſi impeditur impedimento facti & delegati ſunt plures a principio, uel unus poſt alium adiunctus per litteras & ſine ſpeciali clauſula uterque poteſt ſubdelegare, & alter tenetur admittere ſubdelegatum, aliter non ualet proceſſus. Si cum clauſula uos, uel alter ueſtrum, non tenetur admittere ſubdelegatum alterius, ſi cum clauſula quod ſi non ambo, uel ſi non omnes ſi alter eſt impeditus impedimento perpetuo non poteſt ſubdelegare, quia plurificata eſt clauſula. Idem ſi impedimentum eſt temporale, & ineuitabile ſi eſt euitabile non cum prædictis clauſulis ut cum dicitur, ſi non omnes, tu frater ipſe pręlectus non tenetur ſubdelegatum alterius impediti admittere, ſed alius non poteſt procedere ſine ſubdelegato pręlecti. Si igitur ſimpliciter. Si non omnes tenentur admittere ſubdelegatum. Si cum clauſula appellatione remota non tenetur admittere ſubdelegatum impediti, ne uulneretur ſua iuriſdictio. Ab. de offi. & poteſt. iud.deleg. c. Coram dilecto.

Delegatus papæ poteſt principium, medium, & finem cauſæ & diuiſim ſubdelegare. Ab. de off & pot.iud.deleg.c.Super quæſtionem. Si ſibi committitur appellatione remota non poteſt cum illa clauſula ſubdelegare, quia hoc eſt de reſeruatis principi, & reſpicit ſolam perſonam cui committitur, ſi totam iuriſdictionem ſubdelegat, non remanet iudex. Ab. ubi ſuprà.c. Si uero.§.Porro? ſi ex iuſta cauſa recuſatur ſubdelegatus re integra redit iuriſdictio ad ſubdelegantem. Non poteſt dari ſubdelegato quod poſſit ſubdelegare, quia hæc facultas eſt perſonæ delegati, nec tranſit acceſſorie. Vide. c. Legationis. Cum dicitur delegatus inferioris poteſt ſubdelegare ſi hoc ſit ſibi indultum a delegante intelligitur quando delegans eſt ordinarius, quia delegatus non habet iuriſdictionem ultra ſibi commiſſam, ſed or-

dinarii habent poteſtatẽ uniuerſalẽ,ideo uirtute iuriſdictionis poſſunt dare ſubdelegato quod poſſit ſubdelegare. Ab.de offi.& pot.iud.delegato.c.Super quæſtionem.§.ſi uero.Si delegati ſunt duo cum clauſula appellatione remota,& unus ſubdeleget nõ poteſt alter procedere appellatione remota,qui tamen ante poterat, etiam ſi tantum in parte ſubdelegauit. Ab.ubi ſuprà. Nec tamen poteſt ſubdelegare niſi illis,quibus ipſe papa delegat.c.Paſtoralis. Delegatus papæ poteſt committere partem ſuæ delegationis puta citationem. inferioris delegatus nullum articulum iuriſdictionalem. Ab.ubi ſuprà.§.Cum in eo. Subdelegare poteſt inuitis partibus & irrequiſitis, Nec poteſt ſubdelegatus recuſari niſi oſtendendo cauſam legitimam coram delegante, quo non admittente appellatur ad papam. Ab.ubi ſuprà.c. Super quæſtionem.§.Eius uero. Si ſubdelegat tantum partem, uenit ad eum iuriſdictio. Similiter ſi totum re integra, non ſi res non eſt integra etiam ex cauſa ſupetueniente. Ab.ubi ſuprà.

Delegatus cui committitur quod negotium perſonaliter exequatur poteſt ſubdelegare conſentientibus partibus, niſi committatur inquiſitio, uel prouiſio prælatorum. Ab.de off.& pot.iud.deleg.c.Cum Apoſto.ſed. Non poteſt ſubdelegare quando eligitur induſtria perſonæ, quia tunc tacito inhibetur fieri per alium. Eligitur induſtria perſonæ cum dicitur perſonaliter exequaris confidentes de induſtria tua, uel ſimilia, ſiue negocium ſit magnum, ſiue paruum. Item quando commiſſum negocium non eſt pariter expedibile per alterum, Item quando committitur nudum miniſterium, in prædictis non poteſt ſubdelegare, niſi ſit legatus de latere. Cum dicitur ſuper quibus oneramus conſcientiam tuam, poteſt ſubdelegare. Ab.ubi ſuprà.Cui committitur prædicare crucem, in irregularitate diſpenſare,pœnitentias iniungere,non poteſt ſubdelegare, quia ſibi non committitur iuriſdictio, ſed certum miniſterium. Ab. de off. & poteſt. iud.delega.c.Quoniam Apoſtolica ſedes.

Delegatus poteſt committere nudum miniſterium expediendum, non autem ſubdelegare, niſi ſit legatus ſedis Apoſtolicæ. Ab. de off. & poteſt. iud. deleg. c. Quoniam Apoſtolica ſedes.§. Cæterum. Similiter cui committitur nudum officium ſine iuriſdictione. Iſte tex. reſtringitur quando miniſterium requirit induſtriam, & quando nudum miniſterium induſtriabile committitur auctoritatẽ publica; uel a ſuperiore. Is tamen cui committitur nudum miniſterium poteſt excommunicare omnes impedientes exequutionem. Quando apponitur clauſula contradictores auctoritate Apoſtolica compeſcendo tunc poteſt iuriſdictionem committere non nudum miniſterium, & ſi fiat commiſſio ſub nomine dignitatis,tranſit ad ſucceſſorem. Ab. ubi ſuprà.

Delegatus papæ impeditus poteſt ſubdelegare cauſam quæ ſine eo commode determinari poteſt. Ab. de off.& pot. iud. deleg. c. Si pro debilitate. Subdelegare poteſt etiam ſine neceſſitate, quia eſt delegatus principis. Quod hic dicitur de neceſsitate intelligitur quo ad hoc ut poſsit cogere ſubdelegatum ad acceptandum, Nec tamen poteſt ſubdelegare niſi perſonis diſcretis, & idoneis. Poteſt etiam ſibi reſeruare quod ſubdelegatus teneatur petere conſilium ab ipſo, non tamen poteſt graues cauſas ſubdelegare, & dicuntur graues, quando eſt electa induſtria perſonæ. Epiſcopus eñi delegatur matrimonialis cauſa, non poteſt committere non epiſcopo. Cum ſub delegat reſeruando quod ab eo petat conſilium, non poteſt eſſe iudex

ſed

ſed ſubdelegatus tenetur petere conſilium ab eo ut a uiro probo, quia per conſilium nihil ſibi iuriſdictionis reſeruauit. Non tamen tenetur ſequi conſilium eius niſi ſibi reſeruauerit conſilium ut iudex. Si ſubdelegatus procedit ſine conſilio. ſententia eſt nulla, quia non ſeruauit formam mandati. Nunquam tamen debet iudicare contra conſcientiam, nec propter conſilium alterius ut ſi committat quod iudicet ſecundum conſilium alterius, uel etiam quia ſtatutum eſt iniuſtum, licet Hoſti. teneat quod ſic. Ab. ubi ſuprà. c. Pro debilitate.

Delegatus principis poteſt ſubdelegare quæ ſunt merè imperii. Ab. de ordi. c. Quod ſede. Poteſt plures ſubdelegare in ſolidum, & non in ſolidum, etiam ſi habeat collegium in delegatione. Ab. de off. & pot. iud. deleg. c. Cum te conſulente.

Delegatus qui non eſt in ſolidum, ut quando committitur pluribus ut procedant ſimul poteſt ſubdelegare eum iudici ſuo & alteri. Abb. de officio & poteſtate iudicis deleg. c. Quamuis. Cum iudex qui ſubdelegatur non poteſt ferre duas ſententias unam pro ſe, & aliam pro ſubdelegante, quia quod iuſtum eſt nomine proprio, cenſetur iuſtum nomine alieno. Abbas ubi ſuprà.

Delegatus papæ poteſt ſubdelegare etiam ſi ſit datus de conſenſu partium, uel cauſa clauſula prælectionis. Ab. de off. & pot. iud. deleg. c. Quoniam ſedes. Hoc eſt ſpeciale delegato principis ut poſsit ſubdelegare etiam inuitis partibus, Qui eſt delegatus tertius, uel principalis licet de honeſtate non debeat ſubdelegare, poteſt tamen de iure, non tamen college electo ab una parte ſi dicitur in reſcripto ſi non omnes. Tu frater epiſcope non poteſt epiſcopus ſubdelegare propter geminata illius tu, ſecus ſi tantum ſemel dicitur tu. Ab. ubi ſuprà. Non poteſt etiam delegatus committere exceſsiuam inquiſitionem nec prouiſionem eccleſiæ, quia uidetur electa induſtria perſonæ, ſi inquiſitio perſonalis fiat, & quando mandatur alicui quod prouideat eccleſiæ de perſonis principalibus, ſecus ſi de coadiutore. Glo. & Ab. de off. & pot. iud. deleg. c. Venerabilis frater. N.

Delegatus poteſt ſubdelegare eo modo quo habet iuriſdictionem, ſi in habitu, in habitu, ſi in actu, in actu. Ab. de reſcrip. c. Paſtoralis.

Delegatus ſubdelegans cauſam in totum non remanet iudex nec amplius poteſt reaſſumere cauſam, nec ad eum appellatur, ordinarius tamen in omnibus prædictis remanet iudex, & poteſt reaſſumere cauſam & ad eum appellatur. Ab. de teſtib. c. Dilecto.

Delegati recuſatione propoſita, quia ſuſpectus non poteſt cauſam principalem committere niſi de conſenſu partium, ſed nec ordinarius ipſis inuitis. Antequam proponatur de recuſatione poteſt totam cauſam committere, nec poteſt impugnari commiſsio ſi ſibi nihil reſeruet, ſed poſt propoſitionem non poteſt committere. Ordinarius ſemper poteſt committere, nec requiritur conſenſus partium niſi de æquitate nec procedatur in infinitum recuſando delegatos, ſi commiſit & non totum appellabitur ad delegatum primum donec diſcutiatur de cauſa recuſationis. Ab. de fo. competen. c. Si quis contra. Recuſatus delegatus poteſt committere cauſam de conſenſu partium. Ab. de appella. c. Cum ſpeciali.

Delegatus niſi malitioſe ſe exoneret, compellit ſubdelegatum ad ſuſcipiendam delegationem. In coactione tamen defert eius dignitati, & perſonæ. Ab. de off. & pot. iud. deleg. c. Paſtoralis. Quando ſunt plures delegati ad

S ij unam

unam cauſam non in ſolidum, quilibet eorum poteſt ſine alio cogere ad acceptandum delegationem. Ab. de off.& pot. iud. deleg.c.Quoniam Apoſtolicę ſedis.

Delegatus non poteſt reuocare ſubdelegatum ſi cœpit uti iuriſdictione.Glo. & Ab. de offi.& pot.iud.deleg. c.Venerabilis frater.N. ſi ſubdelegatus acceptauit non poteſt reuocare illum antequam conſtet de uolnntate ſua etiam re integra. ſi non acceptauit poteſt delegatus uti iuriſdictione. Glo. de off.& poteſt. iud.deleg. c.Super quæſtionem.

Delegatus papæ in cauſa laycorum an poſſit eſſe laycus de iure opiniones Abb.de appella.c.Sua nobis.

Delegatus papæ ſi antequam recipiat litteras præuenitur ab ordinario ſtat cauſa coram ordinario, ſi prius citatur a delegato, ſtat cauſa iudicio eius. Abb. de appella.c. Vt debitus.Poteſt procedere in cauſa ſibi commiſſa non obſtante lapſu triennii. Ab. de iudi.c.Venerabilis.

Delegatus dum præcipit utitur his uerbis, auctoritate qua fungimur. Ab. de offi.& pot.iud.deleg.c.Cum ſis iure peritus.

Delegatus parti non parenti mandatis ſuis ſi non eſt pœna appoſita in iure ponit arbitrariam. Ab. de off. & pot. iud.deleg.c.De cauſis. Vbi ſunt plures pœnæ ponit minorem, & gratificabit ſibi partem. Glo. ubi ſuprà. Non poteſt delegatus diſpenſare in pœna impoſita a iure ſed ſemper debet eam imponere. Ordinarius ſecundum Glo. poteſt. Non credo ultimum eſſe uerum indiſtincte, quia iudex apponens maiorem uel minorem pœnam quam ius efficitur infamis, unde delegatus exequendo poteſt minuere, & augere pœnam non per modum diſpenſationis, ſi tamen iure cautum ſit quod ex cauſa poſsit augeri pœna, uel minui. Ab.ubi ſuprà.

Delegatus principis ſecularis poteſt eſſe clericus etiam in cauſa criminali, qui licet regulariter ſit capax non;tamen debet acceptare. Ab. de rapto. c. In archiepiſcopatu.

Delegati poſſunt eſſe religioſi priores mendicantium conuentuales etiam obedientiarii qui habent dignitatem. Monachi in eccleſia cathedrali ubi in monachis reperitur qualitas qua clerici cenſentur habiles. Ab. de priuile.c. Cum olim ſecundum.

Delegatus etiam papæ ex noua cauſa remouetur etiam poſt conteſtationem litis & alius ſubrogatur. Ab. de off.& pot.iud. deleg.c.Inſinuante. Si noua cauſa oritur poſt litis conteſtationem quia acceptatum iudicem aliter reſpuere non poteſt. Glo. & Ab. ubi ſuprà.

Delegato recuſato arbitri electi ad cauſam recuſationis aſsignant partibus terminum ad probandum cauſas ſuſpitionis, ſed iudex recuſatus compellit arbitros ad cauſam fouendam. Abbas de officio & poteſtate iudicis delega. c. Suſpitionis. Eo recuſato propter ſuſpitionem. Omnia pertinentia ad articulum recuſationis ſpectant ad arbitros. Ipſi citant, examinant teſtes, puniunt delinquentes, condemnant in expenſis & pronunciant an ſit legitima. ſi non concordant compelluntur eligere tertium ſicut in arbitris uolountariis, & tertius pronunciet cum duobus, uel altero. Quando committitur duobus uoluntarie non aſſumitur tertius, ſi diſcordant, quia non ſunt proprii iudices, ſed quaſi perſonetæ amici utriuſque partis. Abbas ubi ſuprà. Si qui eligitur a duobus non acceptat, uel ſi duo malitioſæ prolongant negocium, in utroque caſu compelluntur per iudicem. Glo. ubi ſuprà.

Dele-

Delegatus poteſt ferre ſententiam ultimâ die termini præfixi. Ab. de offi. & poteſt. iud. deleg. c. Conſuluit. ſi impeditur dies ſtatuta parte hoc procurante puniet illam, & quo ad diem illam cauſam committet appellatione remota niſi partes negocia prorogent. Ab. de offi. & poteſt. iud. deleg. c. Paſtoralis. §. Cauſam. Hic eſt caſus ſpecialis in quo ſubdelegatus procedit appellatione remota. Abb. ubi ſuprà. Hoc eſt in pœnam, quia procurauit. Glo. ubi ſuprà.

Delegatus eius qui non recognoſcit ſuperiorem de iure, uel de facto, ſiue in temporalibus, ſiue in ſpiritualibus poteſt uices ſuas alteri ſubdelegare, non autem ſi ſit delegatus inferioris. Hæc iuriſdictio non eſt delegata, ſed ordinaria, cum ſit a lege. Ideo poteſt hunc actum cum non exerceat iuriſdictionem ſibi delegatam non definit negocium eſſe integrum. Quia iuriſdictio ſemper habet annexam inſtitutionem aliquam poteſt cogere maiores ad acceptandum, licet cum eis mitius ſit agendum, quam cum aliis, compellere eos poteſt ex iuſta cauſa, uel ſi non uult ſe litigiis immiſcere, & ille cui ſubdelegatur, tenetur acceptare. Si malitioſe ſubdelegat ualet ſubdelegatio, ſed non poteſt compellere renitentem ad acceptandum. Excommunicatio tamen lata contra renitentem qui eius malitiam prætendit, tenet, niſi prius appellauerit, quia licet ſententia ſit iniuſta contra ius partis, non tamen eſt error expreſſus, nec præſumitur malitia in actu ſubdelegationis niſi probetur ex coniecturis. Dicitur malitioſe ſubdelegare ſi ſubdelegat amico partis, & parti præiudicet, Item ſi hoc facit ne ipſe incurrat odium partis & ſubdelegatum ponat in illo periculo, uel ſimilia. Ab. de offi. & poteſt. iud. delega. c. Paſtoralis.

Delegatus inferioris a principe non poteſt ſubdelegare, & an hoc poſſit ſibi committi ab eo. Ab. de appella. c. Cum cauſam. Licet non poſſit ſubdelegare uices ſuas, poteſt tamen committere articulum non iuriſdictionalem. Ab. de do. & contum. c. Venerabilis. Non poteſt ubi ſuprà. ſi datus eſt in ſpeciali cauſa, datus ad uniuerſitatem cauſarum poteſt aliquam cauſam committere, ideo delegatus legati Cardinalis poteſt ſubdelegare. Delegatus principis ſi committit uices ſuas totaliter non poteſt dare illi auctoritatem ſubdelegandi, quia definit eſſe iudex, ſi ſibi reſeruauit aliquam iuriſdictionem poteſt dare ut ſubdeleget, quia tunc ipſe uidetur committere dando ſpeciale mandatum committendi. Notarius deputatus a papa ad examinationem teſtium poteſt committere alteri, ſi ab inferiori poteſt committere nudum miniſterium. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Cum Bertoldus. Duo prima. Ab. de appella. c. Cum cauſam.

Quando duo dantur delegati ad unam cauſam unius tantum ſententia non ualet. Ab. de offi. & poteſt. iud. deleg. c. Cauſa matrimonii, Quando autem per diuerſa reſcripta. Vide. Iudicis ſententiam.

Subdelegatus ad unum articulum habet iuriſdictionem & coactionem ad articulum ſibi commiſſum. Ab. de offi. & pot. iud. delega. c. Ex litteris. Compellere poteſt omnes quos delegans poteſt compellere, quia gerit uices eius. Ab. ubi ſuprà. c. Paſtoralis. Iuriſdictionem habet, & poteſt compellere impedientes. Ab. ubi ſuprà. c. Ex litteris. Cognoſcere poteſt an iuriſdictio ſit ſua, quando negatur iuriſdictio ſubdelegantis, & tunc non poteſt ad ſubdelegantem appellari. Ab. ubi ſuprà. c. Cum ei conſulente. Iuriſdictio eius perſeuerat mortuo, uel amoto delegante, ſi ſubdelatus cœpit uti iuriſdictione, cum citatio ſit primus actus per illam, & non per actum in-

teriorem perpetuatur iuriſdictio, & ſufficit commiſſio citationis. Ab. ub ſuprà. c. Nemini.

Subdelegatus ad uniuerſitatem cauſarum poteſt aliquam cauſam ſubdelegare, non autem ſi ſit ſubdelegatus ad unam cauſam tantum. Glo. & Ab. de appella. c. Cum cauſam.

Demones non ſciunt cogitationes hominum, nec futura. licet quattuor cauſis prædicet futura. Ab. de iudi. c. Nouit ille.

Denunciatio eſt quadruplex. Euangelica, iudicialis, canonica, regularis, & de omnibus. Ab. de iudi. c. Nouit ille. Euangelica ſub præcepto cadit etiam ſi credatur quod denunciatus efficiatur deterior propter bonum quod in aliis ſequitur. Corrigi ſic etiam poteſt prælatus, & ad hoc tenetur ſubditus. Crimen etiam papæ poteſt denunciari teſtibus etiam ſi non poſſit accuſari. Quilibet peccator admittitur ad denunciandum, dummodo non perſeueret in peccato, qui tamen ſi humiliter corriperet, nec peccaret. Fieri debet non de peccato omnino occulto, ſed de eo quod probari poteſt. Si peccatum eſt publicum, non oportet monitionem præcedere. Si occultum nocens aliis temporaliter, & ſpiritualiter ut proditio ciuitatis, hæreſis, non requiritur monitio, ſed peccat in alios, niſi de eius correctione conſtet propter admonitionem, in aliis debet præcedere admonitio, ſi denunciatum non pœniteat, prælatus poteſt illum excommunicare, & beneficio priuare. Quomodo denunciatio euangelica differat a iudiciali, & quare dicatur iudicialis. Ab. ubi ſuprà. c. Nouit ille.

Ad denunciandum admittitur peccator. Ab. de iudi. c. Nouit ille. Vide. Denunciatio eſt quadruplex. & Denunciare quilibet tenetur. Denunciatio quandoque requiritur ad ſimplicem notitiam habendam, & hæc non oportet fieri ſcienti, quandoque ad aliquid faciendum, & oportet fieri etiam ſcienti ut illud faciat, ſicut uenditori ut defendat. Ab. de uendi. & emptio. c. Si uenditori.

Denunciatio canonica ſpecialis illi ſoli conuenit cuius intereſt habere bonum prælatum, uel bonum eccleſiaſticum ſubditum, & ad hoc fit ut quis remoueatur a beneficio. Generalis & publica fit quando ad malum diſſoluendum impenditur. Qui & quando tenentur ad eam, quæ & quot requiruntur ad utrumque. Ab. de iudi. c. Nouit ille. Canonicam denunciationem debet præcedere admonitio caritatiua, etiam in crimine Simoniæ. Ab. de Simo. c. Licet Hely.

Denunciator criminis non ſe inſcribit, quia ad correctionem tendit. Ab. de accuſatio. c. Super his, quia tendit ut deſiſtat a peccato, & pœniteat. cogitur tamen ſatisfacere ſi aliter non poteſt ſe corrigere, ſed hoc aduenit per quandam conſequentiam. Ab. ubi ſuprà. Præſumitur criminator eo ipſo quod crimen non probet, & punitur niſi in certis caſibus. Ab. de calum. c. Cum dilectus. Denunciatus probato crimine non ſuſpenditur, nec priuatur beneficiis, ſed cogitur pœnitere. Ab. de iur. iuran. c. Quemadmodum.

Denuncians qui non præmonuit repellitur. Ab. de accuſa. c. Si quis Epiſcopus. Poteſt tamen emendare & monere. In accuſatione non oportet monitionem præcedere, licet bene ſit quod præcedat. Hæc uerificantur in epiſcopis & aliis omnibus. Ab. ubi ſuprà. Concubinarius publicus excommunicatus, conſpirator & qui non præmonuit, a denunciatione repellitur. Ab. de accuſa. c. Cum dilectum. Denunciatio poteſt fieri per alium etiam poteſt interuenire procurator, & ſi impeditur aliquo modo denunciationis

pro-

proceſſus fiendus debet ſuperior ab opere ceſſare. In aliis tenetur ſubditus ei obedire,& cauſam ſub eo agere, licet ſubditus poſſit eum tanquam ſuſpectum recuſare, quia ex hac denunciatione ſolent inimicitiæ capitales oriri. Abb. de accuſa. c. Cum dilectus. Excommunicatus qui non præmonuit, & ei communicauit repellitur. Abb. de ſenten. excom. c. In præſentia.

Quando ſunt plures denunciatores dignum eſt ut magis idoneus eligatur ad expeditionem cauſæ. Idem dic de accuſatoribus. Ab. de colliſ. c. Scripta. Quando denunciatur prælatus religioſus. Ab. de accuſa. c. Olim. Vide Rligioſi ſententia.

Denunciatio regularis eſt quando ſecundum diuerſarum religionum inſtitutiones expeditur, & proceditur de plano, & ſimpliciter, & non appellatur. Qui ſunt eius effectus. Ab. de iudi. c. Nouit ille.

Denunciare quilibet tenetur quando poteſt obuiare futuro peccato, ne committatur. Qui excluditur ab accuſatione matrimonij, quia tempore debito non comparuit edicto admittitur per uiam denunciationis, quia hic agitur ad pœnitentiam, quam non poteſt facere, niſi relicta coniuge. ſic admittitur quilibet qui non eſt criminoſus, multa tamen ſunt in contrarium, ſed primum quod eſt Glo. poteſt dici quod uerum eſt, ſi edictum non emanaſſet. ſi emanauit, uidetur quod non poſſit denunciare. Ab. de cogna. ſpiri. c. Tua nos. Admittitur ad denunciandum quilibet doli capax ad delictum alterius iuxta formam euangelicam. Qui matri. accuſa. poſſunt. c. Cum in tua. Admittitur denunciator occultus pro peccato uitando, licet criminoſus ſit & ſuam turpitudinem alleget; ſed pro peccato commiſſo non admittitur criminoſus. Ab. de ſponſa. c. Præterea ſecundum.

Depoſitio uerbalis ab ordine dicitur degradatio, quia a gradu ſuo dicitur remotus. Ab. de accuſa. c. Qualiter & quando.

Depoſitus uerbaliter poteſt reſtitui per epiſcopum, tamen non recuperat beneficium alteri collatum, & hoc in caſibus a iure conceſſis. Si depoſitio ſit actualis, & allegetur cauſa legitima puta quia ſit facta per teſtes falſos, poteſt epiſcopus reſtituere, ſi non allegatur cauſa talis, uel ſimilis, ſed ex ſola gratia petitur reſtitutio, non poteſt epiſcopus diſpenſare, quia iſte degradatus actualiter eſt priuatus omni priuilegio clericali, & relictus iudicio ſeculari. Ab. de cler. non reſid. c. Ex tuæ deuotionis.

Ex depoſito facto clerico non obligetur eccleſia niſi in eius utilitatem ſit uerſum. Abb. de depoſi. c. Grauis. Si depoſitum eſſet factum apud eccleſiam tenetur eccleſia, & dicitur factum eccleſiæ quando ſit in præſentia prælati & capituli, uel quando datur deputato per eos ad cuſtodiam depoſitorum. & tenetur eccleſia, ſi ex hoc recipit aliquam utilitatem, non autem ſi datur cuſtodia uaſorum, uel ſi nullam recipit utilitatem. Abbas ubi ſupra.

Depoſitario regulariter culpa non imputatur, quia depoſitum ſit gratia deponentis tantum, ideo tenetur ſolum de dolo uero, uel præſumpto, qui dicitur lata culpa. Fallit. primo quando depoſitarius obtulit ſe deponenti, quia tenetur de culpa leuiſſima, & uidetur depoſitum factum gratia depoſitarii. ſecundo quando depoſitarius recipit aliquid pro cuſtodia, & tunc tenetur de leui culpa non de leuiſſima. Caſus fortuitus non imputatur depoſitario, niſi præceſſerit mora in reſtituendo, uel culpa, uel pactum. Depoſito non admittitur compenſatio, ne allegetur cauſa differendi reſtitu-

tionem depoſiti, cui incumbit onus probandi depoſitum etiam amiſſum, uel quod affuerit dolus. Si dicit depoſitum ſe perdidiſſe rebus ſuis ſaluis præſumitur in dolo. Idem ſi probat de perditione depoſiti oportet probet caſum fortuitum, uel per alias præſumptiones excludet dolum præſumptum. Imminente incendio non tenetur uiliores res depoſitas præferre ſuis præciosis, immo poteſt res ſuas uiliores magis conſeruare, quam præcioſas depoſitas. Ab. de depoſi. c. Bona fides.

Depoſito utens contra uoluntatem deponentis, & qui depoſitum denegat, furtum committit & condemnatus efficitur infamis. Idem eſt de pignore, & ſi eo quis utitur contra uoluntatem domini, committit uſuram. Ab. de depoſi. c. Grauis.

Deus remunerator eſt aduerbiorum non nominum. Ab. de ui. & honeſta. cle. c. Clericis.

Diaconus, cui in ordinatione non fuerunt impoſitæ manus corporaliter tangendo, non debet reiterare ordinationem, ſed in alia ordinatione debet ſuppleri quod in prima defecit. Ab. de ſacramen. non reiteran. c. Paſtoralis. Interim nullum actum ordinis debet exercere. Idem eſt de ſacerdote cui non fuerunt impoſitæ manus. Glo. ubi ſuprà.

Dies more romano incipit a media nocte & terminatur media nocte ſequenti. Ab. de offi. & pot. iud. deleg. c. Conſuluit. & ubi ſuprà. Coram dilecto. Similiter quo ad eſum carnium incipit & terminatur dies ut ſupradictum eſt, ſed quo ad treguam incipit ab ortu ſolis. Abb. de fer. c. Quoniam. Dies dicitur poſt ortum ſolis, & ante occaſum. Verior conſideratio eſt, ut dicatur quando eſt tanta claritas, ut poſſit quis diſcerni, & nox quando tenebre ſunt, ſic ut non poſſit quis diſcerni, & ſecundum hoc iudicantur maleficia diurna, uel nocturna niſi eſſet aliquod ſignum campanæ, uel alterius diuidens diem a nocte ex conſuetudine patriæ. Abb. de Homici. c. Si perfodiens.

Dies omnes denominantur a planetis exceptis die ſolis, qui appellatur Dominica propter excellentiam, & ſabbato, quod non a ſaturno, ſed a ſaba quod eſt requies, appellatur. Ab. de Fer. c. Quoniam.

Dietæ uulgares ſecundum conſuetudinem regionis accipiendæ ſunt, non autem dietæ legales, quia computantur per uigintiquinque miliaria. Si iudex qui habitat ultra duas dietas, citet infra illas, tenetur citatus reſpondere in loco illo. Glo. de reſcri. c. Nonnulli gratia ſedis. Vbi non apparet de uulgaribus recurrendum eſt ad arbitrium iudicis, ut eas moderetur, quia aliter in hieme, aliter in æſtate, uel ad dietas legales, ut dicit hic archidia. In omni diſpoſitione in qua fit mentio de dieta ſic intelligendum eſt de dieta. Ab. ubi ſuprà. Dieta uulgaris ultrà quam non tenetur reus, quomodo computatur. Ab. ubi ſuprà. & Glo. de reſcrip. c. Cum dilectus filius. In electionibus dieta una eſt uiginti miliarium. Glo. de electio. c. Cum inter uniuerſas.

Diffinitio eſt ſubſtantiæ demonſtratio, & euacuat naturam diffiniti per genus & differentias ſubſtantiales, & conuertibilis eſt cum diffinito. Ideo omnis diffinitio in iure periculoſa eſt, quia propter circumſtantias negocii multum uariatur factum, ideo difficillimum eſt diffinire ſecundum ius. Ab. in rubri. de ſenten. excom. Diffinitioni ſemper eſt ſtandum, & magis quam ethimologiæ, quia diffinitio datur per genus & differentias ſubſtantiales, non autem ethimologia. Ab. de uerbo. Signi. c. Quamuis.

Digni-

Dignitas dicitur perſonatus in eccleſia. ſecundo ſecularis prærogatiua. tertio poteſtas. quarto ordo. quinto Conditio. Glo. de cle.non reſid. c. Quia nonnulli.

Dignitatis nomine in ſtatuto odioſo non uenit epiſcopatus, cum ſit non dignitas,ſed culmen dignitatum. Ab.de præben. c.Venerabilis,& de conceſ. præben. Cum noſtis. In fauorabilibus ueniunt omnes dignitates eccleſiaſticæ. In odioſis non ueniunt epiſcopatus nec ſuperiores ideo inhabilis diſpenſatus ut poſſit promoueri ad dignitates non poteſt promoueri ad epiſcopatum, & diſpenſatus ut poſſit exercere omnia ſpiritualia eccleſiaſtica, non poteſt ea quæ digna ſunt ſpeciali expreſsione, Diſpenſatus ad epiſcopatum non propter hoc poteſt fieri archiepiſcopus, & ſi ad archiepiſcopatum,non propter hoc poteſt fieri patriarcha, unde papa uolens facere gratiam uberiorem diſpenſat uſque ad Cardinalatum excluſiue. Ad Cardinalatum communiter non diſpenſat, poteſt tamen,ſi uult. Ab.de præben.c.Dilectus filius.

Dignitatem habent omnes qui habent iuriſdictionem, ideo omnis Prior conuentualis & etiam rector eccleſiæ collegiatæ, etiam Abbatiſſa habet dignitatem.ſecundo attende an nomine illo exprimatur dignitas in iure ut archidiaconus, ſi tamen prærogatiuam habet præ aliis. tertio ſi ſecundum recuſationem loci reputatur dignitas. quarto inſpiciatur ſi fuit inſtituta ut eſſet dignitas. Dignitatem oportet eſſe perpetuam, unde Vicarius epiſcopi non habet proprie dignitatem. Ab. de præben.c.De multa in additionibus. Habent dignitatem omnes,qui proprie habent iuriſdictionem. Abb. de iudi. c.Decernimus.

Dignitatem non habentes, & ſimulantes ſe habere. Abb.de cle. non ordi. c. Si quis. Vide, infra Pœnam falſi.

Dignitatibus inferioribus prouidendum eſt de coadiutore ubi quis perdit loquelam. Ab. de cle. egrotan. c. Conſultationibus.

Dignitas corpus reſpiciens poteſt conferri poſt mortem per principem, ideo poteſt princeps nobilitare mortuum & dare gradum militiæ, non autem poteſt doctorem facere, quia hæc dignitas potius reſpicit animam,quam corpus, cum approbetur actus,& idoneus ad docendum. Ab. de ſenten.exco. c.A. Nobis.

In dignitate poſitus ſi alienauit bona dignitatis, alienatio non tenet, & ipſemet reuocari debet non obſtante iuramento de non reuocando, maxime ſi prius iurauit non alienare. Ab. de iur. iuran. c. Intellecto.

In dignitate, uel officio prætendens habere ius ſi exhibet reuerentiam intruſo tanquam legitime conſtituto in dignitate, uel officio uidetur tacite renunciare iuri ſuo, ideo non dicit illum prælatum, ſed aſſertum prælatum, & ſufficit hic tacitus conſenſus tam in renunciante, quam in prælato non contradicente. Ab. de his quę ſi. a maior.par. c. Ex ore.

Dignitas omnis eccleſiaſtica eſt onus etiam papalis, licet ratione eius cuius ipſe uices gerit,ſibi debeatur honor. Ab. de præſump. c.Mandata.

Ad dignitatem infra epiſcopalem qui promouetur, uel eligitur non oportet eſſe in ordine ſacro, ſed ſufficit ſit in minoribus conſtitutus. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Cum olim. Repelluntur a dignitate obtinenda uſurarii & publici aleatores. Ab.de exceſ. prælá. c. Inter dilectos.

Dignitas uileſcit ex numeroſitate ut patet in doctoratu in Italia, quia ad illam omnes paſſim promouentur. Ab. de priuil.c.Epiſcopalia.

Di-

Dignum magis trahit ad ſe minus dignum. Vniuerſitas ſecularium quæ uenit principaliter, eſt dignior iure patronatus, Quandò acceſſorie uenit, licet in ſe ſimpliciter ſit dignioris, ratione tamen acceſsionis eſt minus dignum & tranſit cum principali, ſed eccleſia quę eſt mere ſpiritualis, non tranſit cum uniuerſitate ſeculari. Item tenet regula prædicta in liquoribus qui mixtione confunduntur. Ab. de conſecra, eccle. & alta. c. In dubiis. Quandoque eſt econtra uidelicet minus dignum trahit ad ſe magis dignum ſi quando uni minus iudicatur. Glo. & Ab. de offi. & pot. iud. deleg. c. Super quęſtionem. §. Si uero.

Dilapidationis ſuſpitio probatur ex coniecturis etiam ad effectum ſuſpendendi prælatum ab adminiſtratione, & hoc propter præiudicium imminens, in aliis coniectura non ſufficit ad probandum crimen, conuincitur prælatus de dilapidatione ſi conſtat eccleſiam diuitè in ſe, & tamen apparet eam debitis oppreſſam. Licet prælatus ſit nobilis, debet tamen facere expenſas ſecundum quantitatem reddituum eccleſiæ, nec expendere quicquid percipit ex redditibus propter neceſsitates occurrentes, In conſumatione mobilium dicitur quaſi dilapidator, ſed circa immobilia dicitur eſſe proprie dilapidator iura dant uarios modos procedendi contra dilapidatores, & arbitrio iudicis debet relinqui, quis modus ſit ſequendus. Modi procedendi hic ponuntur. Abb. de Simo c. Licet Hely. Quomodo ſit procedendum contra prædictos. Glo. & Abb. de officio & poteſt. iud. deleg. c. Venerabili. F. N.

Dioceſis nomine in materia ſtricta nunquam intelligitur ciuitas, ſecus in materia larga. In indifferenti uel fauorabili, Ciuitatis nomine intelligitur quod eſt intra menia. In materia ſtricta ubi diſpoſitio concepta in ciuitatis appellatione eſſet inutilis. uel poſſet fieri fraus, niſi cõtinerentur ſuburbia tunc appellatione ciuitatis intelliguntur etiam ſuburbia ſubiecta præcepto. In materia larga, uel indifferenti uenit ciuitas cũ territorio ſuo. Ciuium nomine ueniunt non ſolum qui de comitatu. ſed etiam qui de territorio. In materia larga non in materia reſtringibi. Contatus nomine non ueniunt in materia larga. ſi datur priuilegium contatui, uel dioceſi puto quod comprehendatur tota dioceſis in ſuo genere. Ab. de reſcri. c. Rodulphus. Dioceſis nomine uenit ciuitas etiam in materia odioſa. Ab. de fo. competen. c. Cum contingat. Dioceſim & territorium nullus habet epiſcopo inferior, unde ſi quis deliquit in monaſterio, non ſubiicitur Abbati, ſed epiſcopo ratione criminis. Ab. de ordi. c. Cum ab eccleſia.

Dioceſis dicitur parochia epiſcopi quia ſibi partita & diuiſa a dioceſi alterius epiſcopi, & quilibet de dioceſi eſt parochianus epiſcopi, & hac ratione quia epiſcopus communicat in terra cum quolibet presbytero parochiali, Conſequitur epiſcopus canonicam portionem delegatis inferioribus eccleſiis ſibi ſubiectis. Ab. de dona. c. Apoſtolicæ.

Dioceſani nomine in materia noua & ſtricta ita quod uériſimiliter uidetur ponderatum officium epiſcopi, uenit ſolus epiſcopus. In materia larga, & fauorabili ſic quod uideatur ponderata iuriſdictio magis quam officium ueniunt inferiores iuriſdictionem habentes epiſcopalem. Abb. de teſtam. c. Ioannes. Dioceſani nomine uenit ſolus epiſcopus, quia ſolus præeſt dioceſi, ordinarii nomine quicunque habent ordinariam iuriſdictionem. Ab. de preſcrip. c. Cum olim.

Diſſoluitur res per quaſcunque cauſas naſcitur. Ab. de reg. iur. c. Omnis res.

Fallit

Fallit in matrimonio quod non diſſoluitur per diſſenſum. ſecundo in omnibus in quibus imprimitur caracter, & ubi contrarius actus interuenire non poteſt, ut in uirginitate. An poſſeſsio perdatur ſolo animo. tertio fallit in caſibus contentis in ea. Cum inferior. Ab. de maio. & obe. Quarto in multis caſibus poteſt quis ligare, qui non poteſt ſoluere. Ab. ubi ſuprà.

Diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio cum cognitione cauſę ab eo qui habet poteſtatem diſpenſandi. Ab. de ſciſma. c. Fraternitatis. Eſt iuris relaxatio ubi ſuprà: unde non debet fieri ob cauſam priuatam, ſed tantum propter publicam, alias eſt diſsipatio. Si papa diſpenſet ex ſola uoluntate ſuper ius poſitiuum, quo ad eccleſiam militantem poteſt, quo ad Deum puto non poſſit ſine cauſa. Ab. de præben. c. De multa.

Si princeps confert beneficium inhabili ſcienter cum illo uidetur diſpenſare, & ad hoc ſufficit eius uoluntas. Inferior qui tamen poteſt diſpenſare ſi ſcienter conferrat eo prius non diſpenſato non uidetur diſpenſare, quia diſpenſatio eſt cum cognitione cauſæ ſubſiſtentis, quam oportet præcedere, ideo collatio eſt nulla, & reuocanda, non per ipſum quia actum approbauit, ſed per ſuperiorem. Ab. de cle. coniug. c. Diuerſis. In beneficio diſpenſati poteſt ubi collatio non tenet. Ab. de cle. exco. c. Poſtulaſti. Ad dignitates diſpenſatus. Abbas de pręben. c. Dilectus filius. Vide. Dignitatis nomine.

Diſpenſatio ſine cauſa legitima non ualet. Ab. de præben. c. Quia in tantum. Vbi diſpenſatio conceditur a prælato inferiori papa, intelligitur ex cauſa, alias cauſa non exiſtente non ualet. Abbas de ſta. mona. c. Cum ad monaſterium.

Contra concilium diſpenſat ſolus papa. Glo. & Ab. de præben. c. Dilectus filius. Vide. Diſpenſatio circa ætatem ordinandorum.

Diſpenſatum ſe dicenti non creditur, ſed oportet probetur diſpenſatio, & quod ſit facta ab habente poteſtatem, ſi poteſtas conceſſa ſit alicui de ſpeciali iure non receptis litteris diſpenſationis, ſed nec copia auctentica poteſtatis ſibi conceſſæ ſuper diſpenſatione fienda non creditur dicenti ſe habuiſſe auctoritatem diſpenſandi. Ab. de ſciſma. c. Tuæ fraternitatis.

Diſpenſare nemo poteſt inferior epiſcopo niſi in caſibus in iure expreſſis. Ab. de uo. c. De peregrinationis. Abbas & inferiores epiſcopo non poſſunt regulariter diſpenſare, niſi in caſibus in iure expreſsis, quia grauiora ſunt reſeruata epiſcopis. Ab. de eo qui fur. recepit ord. c. Cum. N. lator. Vbi diſpenſatio conceditur in iure, & non dicitur per quem intelligitur epiſcopo conceſſa. Ab. de cle. exco. c. Poſtulaſti. & Ab. de Pœnis. c. In Quibuſdam Vide. Epiſcopus. Diſpenſatio ordinandorum.

Diſpenſatio conceſſa in uno caſu dum inuenitur non extenditur ad caſum ſimilem, nec ad habentem maioritatem rationis, quia materia deuiata iure communi. Poteſt tamen dici quod ſi caſus præmiſſus habet expreſſe rationem permiſsionis extenditur ubi eſt eadem ratio, quia includitur tunc ex tacita mente permittentis, nec proprie extenditur, unde hoc intelligitur de gratioſa diſpenſatione, non de odioſa. Ab. de iudi. c. At ſi clerici. In materia diſpenſationis licet arguere a maiori & econtra, opinio, quod non, licet concedatur epiſcopo aliquis caſus non propter hoc uidetur ſibi data poteſtas ut in minori poſsit diſpenſare. Si uis tenere illam opinionem, dic quod papa loquitur allegando. Ab. qui ſi ſunt legi. c. Per Venerabilem. Vide. Diſpenſatio contra ius.

Diſpen-

Diſpenſatus in aliquo feſto ut laboret, & qui de ieiunio eleemoſinam debet dare. Ab. de fer. c. Licet.

Diſpenſationem inducit principis diſsimulatio in actu a iure prohibito, & quando. Abbas de conſangui. & affini. c. Circa. Vide. Conſtitutio non recepta.

Diſpenſatio non poteſt impetrari per alium niſi habeat mandatum ſpeciale, ſecus eſt de beneficio. Ab. de elec. c. Innotuit.

Diſpenſatio contra ius licet ſit ſtricti iuris, & fienda ſit ſtricta interpretatio, extenditur tamen ad neceſſario conſecutiua, uel dependentia ab eo ſuper quo eſt diſpenſatum, ut hic dicit Glo. ideo diſpenſatus ſuper pluralitate beneficiorum eſt diſpenſatus ſuper reſidentia, & diſpenſatur cum minori quod habeat parochiam, non tenetur ad ſacerdotium promoueri infra annum, & diſpenſatus in pluribus eccleſiis habet in ſua optione an uelit ſemper uni ſeruire per ſe, & alteri per uicarium, uel per interpolatum tempus. Abb. de præben. c. Quia in tantum. Diſpenſatio contra ius non poteſt fieri niſi in caſibus a iure expreſsis, quia inferiori non licet uiolare iura ſuperioris. In materia diſpenſationis non debet argui a caſibus maioribus præmiſsis ad minores non permiſſos, quia quæ exorbitant a iure, non ſunt ad conſequentiam trahenda. Ab. de cle. coniug. c. Ioannes.

Diſpenſatio eſt ſtrictiſsimi iuris, ideo reſcripta ſuper diſpenſationibus ſunt ſtrictiſsime interpretanda. Ab. de ele. c. Dudum. Si diſpenſatio fiat motu proprio debet late interpretari, licet ſit odioſa, ſecus ſi ſit facta ad inſtantiam, quia non extenditur ad actum conſecutiuum. Ab. ubi ſupra. c. Cum in cunctis. §. Cum uero. Eſt ſtrictiſsimi iuris & odioſa quo ad illos cum quibus diſpenſatur, ſed quo ad eum cui committitur facultas diſpenſandi perſonas non expreſſas eſt late interpretanda, quia quo ad eum uidetur beneficium. ſecus ubi exprimuntur perſonæ, cum quibus eſt diſpenſandum. Ab. de Simo. c. Mandato. Licet ſit iuris ſtrictiſsimi debet tamen recipere interpretationem a iure communi, ex quo loquitur in materia iuris. Ab. de conſangui. c. Quod dilectus.

Habens poteſtatem diſpenſandi in certo caſu cum ſubditis diſpenſare non poteſt cum eo qui deliquit antequam eſſet ſubditus, niſi ſpecifice hoc concedatur. Ab. de ſenten. exco. c. Cum illorum.

Diſpenſatio in matrimonio in gradibus prohibitis humana lege fit per ſolum papam, nec poteſt diſpenſare legatus de latere, quia contra concilium non poteſt. Ab. de conſangui. & affini. Qui dilectio & de tranſactio ex parte & Glo. ubi ſupra. Quia circa. Diſpenſatio in matrimonio ſuper affinitate non tollit impedimentum publicæ honeſtatis, niſi illa neceſſario ſub affinitate comprehendatur ex narratione uerborum. Ab. ubi ſupra. Non debet. Obtenta diſpenſatio a papa ſuper matrimonio inter conſanguineos contracto non ualet, ſi cauſa falſa ſit expreſſa, niſi etiam poſt papa confirmet. Ab de conſangui. & affinitate. c. Quia circa. Cauſa ſufficiens diſpenſandi eſt proles ab eis genita uiuens, uitatio ſcandali & bonum pacis. Onus probandi eorum quæ continentur, & uerificatio eorum quæ continentur in narratione incumbit ei qui impetrat, non autem opponendi. Veritas narratorum conſideranda eſt ſecundum tempus impetrationis, nec ſufficit narrata uera fuiſſe ante, uel poſt impetrationem. Surreptio in impetratione cauſæ falſæ uitiat diſpenſationem ipſo facto, immo taciturnitas, Idem dic in omni gratia, & priuilegio. Ab.

Di-

Diſpenſatio circa ætatem ordinandorum, uel etiam epiſcoporum ſi fiat ſine cauſa etiam per papam eſt diſsipatio. Ab.de elec.c.cum in cunctis. Diſpenſare non poteſt epiſcopus de ętate in beneficio curato, nec cum illegitimo ut promoueatur ad honores, ſed nec hoc concilium generale. In prædictis ſolus papa diſpenſat. Glo.de elec.c.Cum dilecti filii. Ex magna cauſa poteſt diſpenſare ſi ſit magnæ neceſsitatis, uel utilitatis, immo etiam tunc poteſt ſtatuere contra concilium generale, ſi tamen cauſa ſit urgens orta de nouo incognita ueriſimiliter tempore æditæ conſtitutionis per concilium ſic quod non eſt probabile quod princeps illam conſtitutionem admiſiſſet ſi illam cauſam cognouiſſet. Ab.ubi ſupra. Diſpenſatio ſuper pluritate beneficiorum curatorum, uel pluralitate dignitatum poteſt fieri tantum per ſedem Apoſtolicam. Ab. de elec.c.Dudum. Diſpenſatus ad minorem dignitatem & approbatus non intelligitur diſpenſatus nec approbatus ad maiorem, immo in promotione ad maiorem, & ęqualem examinatur ne ſuperuenerint noua. Glo. & Ab. de ele.c.Scriptum eſt.

Diſpenſatio reſeruatur papæ. primo eius qui ordinatus eſt in apoſtaſia, ſecundo ſi iterata unctione fuit maculatus. tertio rebaptizatus. quarto qui in ſubuerſione fidei ordinem accepit ab hęreticis. Glo. de apoſta.c.Conſultationi. quinto qui ſcienter fecit ſe ordinari ab excommunicato, uel ſuſpenſo. ſexto Simoniacus, uel Simoniace ordinatus ſecundum Hoſti.c. Melius. Solus papa diſpenſat contra canones niſi ubi tacite, uel expreſſe diſpenſatio committitur inferiori. Ab. ubi ſupra.

Diſpenſationem eſſe factam cum aliquo non probat quis, quia a tali ordinatus eſt qui ſciebat eum eſſe indignum, & poterat diſpenſare. Exigitur ergo quod intēdat diſpenſare quod expreſſe non præſumitur. Diſpenſatus occulte publice accuſari poteſt. Glo.de ſciſma.c.Tuę Fraternitatis. Si præceſſit cognitio cauſæ uidetur ſecum diſpenſare, & ſi non præceſſit, non diſpenſat, quia de ratione diſpenſationis eſt cognitio cauſæ, ſi tamen quis promoueretur per principem uidetur diſpenſatus, quia princeps non aſtringitur legibus. Ab. ubi ſupra.

Diſpenſatio facilius fit cum regulari excedente ex ignorantia quam cum ſeculari, ſimiliter abſolutio. Ab.de ſent.exco.c.Cum illorum.

Diſpenſare in uotis poteſt epiſcopus & ſuperiores, non autem inferiores prælati, niſi habeant in ſubditos iuriſdictionem epiſcopalem. Ab.de uo.c.Peregrinationis.

Diſpenſatio, uel commutatio uoti terræ ſanctæ emiſſi pro illius ſubſidio ſoli papæ reſeruatur, nec diſpenſare poteſt in eo legatus de latere, quia requiritur ſpecialis delegatio. ſi uoui uiſitare ſepulchrum domini deuotionis cauſa, uel ire ad.S. Iacobum, epiſcopus poteſt hæc uota commutare, In omnibus uotis præterquam in uoto pro ſubſidio terrę ſanctę epiſcopus poteſt diſpenſare. Glo. & Ab. de uo.c.Ex multa.

Diſpoſitio uetans aliquid acquirere de nouo non uetat poſt acquiſitum retinere. Ab. de iude.c.Iudæi.

Diſpoſitio concernens tempus belli uidetur concedere tempus treguæ, quia non eſt extinctum bellum ut etiam in pœnalibus tempus belli concernat tempus treguæ quo ad hoc ut inimicis nullum ſubſidium ueniat. Ab.de iude. c. Significauit.

Diſpoſitio loquens de epiſcopis non habet locum in presbyteris & alijs clericis, niſi fiat extenſio per legislatorem. Ab.de Hære.c.In eos.

Diſpo-

Diſpoſitio in Abbatibus & monachis extenditur ad Abbatiſſas, & moniales quo ad eis proportionabilia tantum, ſed non econtra, quia quod in mulieribus diſponitur non habet locum in maſculis. Abbas de ſta. mona. c. Ea quæ.

Diſpoſitio loquens de templo, uel domo non extenditur ad porticum domus, uel templi. Abb. de deci. c. Decima. Concernens uniuerſos extenditur ad ſingulos. Ab. ubi ſuprà. c. Interdicimus.

Diſpoſitio contenta ſub generali diſpoſitione non eſt ſuperflua, quia quandoque fit ſpecialis ut plus timeatur. Ab. de Hære. c. Si aduerſus.

Diſpoſitio inhabilitans ad aliquod officium nó inhabilitat ad eligendum alium ad illud officium. Ab. de Hære. c. Excommunicamus.

Diſpoſitio tempore habili, uel inhabili paria ſunt, dummodo effectus conferatur ad tempus habile, & econtra. Non licet diſponere tempore inhabili, ita nec tempore habili ſi effectus conferatur ad tempus inhabile. Quando ius prohibet aliquid attento effectu non eſt differentia utrum fiat tempore ut habili, uel inhabili ex quo effectus confertur ad tempus habile. Quando prohibet aliquid non ſolum attento effectu ſed etiam attento initio non ſufficit quod conferatur ad tempus habile, ideo licet religioſus abſoluatur a iugo religionis per mortem, tamen in uita non habet uoluntatem, unde non poteſt eam declarare, & ſic prohibetur ſibi electio ſepulturæ non ſolum attento effectu ſed etiam attento initio. Ab. de ſepul. c. De uxore.

Diſpoſitio qua cauetur ne ignorantię allegatio admittatur non excludit eum qui allegat & affert probationes ignorantię, alias puniretur quis ſine culpa. Et hoc procedit ubi ſtatutum punit factum doloſum, ſecus ubi punitur factum ſine dolo. Ab. de crimi. fal. c. Ad falſum.

Diſpoſitio indefinita equipollet uniuerſali. Si ſit multum præiudicialis non extenditur ad futurum. ubi agitur de modico præiudicio extenditur etiam ad futura. A primo membro uidetur excipiendum quando diſpoſitio indefinita eſt in priuilegio, & præiudicat concedenti, quia licet ſit graue pręiudicium, tamen extenditur ad futura, quia in beneficiis fit largiſſima interpretatum. Ab. de priuil. c. Quia circa.

Diſpoſitio habens plures orationes debet uniformiter intelligi. Vnde cauda non eſt ſeparanda a capite ut ad alind referatur principium & finis. Ab. de Baptiſ. c. Maiores.

Diſpoſitio loquens perſonaliter, & concernens actum perſonæ comprehendit facientem & mandantem fieri quantuncunque conſtitutio ſit pœnalis. Si conſtitutio pronunciet facientem perſonaliter tunc faciens per alium peccat, tamen non incidit in pœnam, ſecus ſi non apponitur perſonaliter, quia tunc faciens per alium incidit in pœnam. Ab. de Iude. c. Significauit.

Diſtributor nihil poteſt accipere eorum quæ habet diſtribuere, ſed nec a ſuo uicario, quia ſemper debet eſſe diſtinctio inter agens & patiens. Ab. de inſtitu. c. Ad noſtram.

Diſtrictionis eccleſiaſticæ nomine uenit excommunicatio. Abb. de præben. c. Illorum.

Diuiſio omnis eſt bimembris. Ab. de cohabita. cle. c. Veſtra.

Diuiſio rerum non ſemper debet fieri per maiorem ætate, ſed per eum qui maiori tempore habuit adminiſtrationem bonorum. Abbas de parochi. c. Si epiſcopus.

Ad docendum quis ſit idoneus requiritur peritia docendi, ſecundo facundia dicendi, tertio ſubtilitas interpretandi, quarto copia diſſerendi, quinto quod ſit approbatus ab habente poteſtatem. ſexto debet non ſolum excellere ſcientia, ſed debet ſe ingenio diſcipulorum adaptare. Scolares legere poſſunt ut adiſcant, non ut deceant, ideo non poſſunt cathedram tenere. Si tempore probationis doctor qualitates debitas habebat, & poſt effectus eſt inutilis debet degradari. Ab. de magi. c. Quoniam.

Doctoratus eſt dignitas ideo non poteſt conferri iudęis. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Propoſuiſti. & de teſti. c. Super eo. Doctoratus eſt dignitas ſaltem legens in continenti, cum habeat iuriſdictionem ordinariam ſuper ſcolares a lege. Si legit continue per niginti annos acquirit dignitatem comitatus, ideo doctor maxime qui diu legit eſt præferendus militi qui in ueritate nullam dicitur habere dignitatem, & maxime qui ſunt temporibus noſtris qui non ſunt ueri milites, ſed turba doctorum, & ingens inopia facit eos contemptibiles. Ab. de magiſtr. c. Quanto. Doctores dicuntur fulgere ſicut ſplendor firmamenti. Vir literatus ſcientia ſua illuminat totum mundum ſemper manet propter memoriam præſtitę ſcientiæ, & quia inſtruit multos diſcipulos quia merebuntur aſcendere cathedram, & conſeruare famam ſui doctoris. Scolares tenentur opinionem ſui doctoris defendere quantum poſſunt. Abb. de magi. c. Super ſpecula. Doctores in eccleſia ſunt ualde honorandi, unde ipſorum ordo pręcipuus dicitur & multa priuilegia habet ab imperio. Abbas de Hære. c. Cum ex iniuncto. Et ubi ſuprà. Sicut in ueteri.

Ad doctorandum aliquem debent eſſe doctores ſeptem de iure. Qui pręſentat poteſt in illorum numero computari. Quomodo quis doctoretur, quæ ad doctorandum requiruntur & ad doctorantes. Ab. de proba. c. Propoſuiſti. & de ſenten. & re iudi. c. Non poteſt.

Vendens licentiam docendi, aut interdicens idoneum ad legendum beneficio priuatur. De magis. c. Quoniam. Hæc licentia nulli idoneo eſt agenda niſi exiſtente cauſa, aut quia eſt magna copia magiſtrorum, & unus impeditur per alium. In omni re cauſa attendenda eſt. Vendens licentiam docendi dicit hic Glo. eſſe ſimoniam, quæ licet largo modo committatur ſimonia non tamen ſtricto modo. Ab. ubi ſuprà. c. Quoniam. Pro licentia docendi nihil exigi debet aut promitti, & exactum debet reſtitui, & promiſſum remitti. Inferiore prælato negligente ad conſtituendum magiſtrum ſuplebit ſuperior. Ab. de magis. c. Prohibemus. Pro licentia docendi non debet exigi pœcunia, etiam ſi hoc habeat conſuetudo, & qui tranſgrediuntur, priuantur beneficiis, & dignitatibus. Ab. de magis. c. Quanto.

Doctor collegii quando habet numerum determinatum ſi recipitur ut ſit ſupernumerarius nec uocem, nec commoditatem aliquam habet in collegio. Ab. de præben. c. Dilectus filius.

Doctor dans conſilium per errorem & imperitiam ſuam, ſi ſecuta eſt ſententia ad ſatisfactionem tenetur illi contra quem eſt lata ſententia, Idem de aduocato qui docet clientulum mentiri. Ab. de Homi. c. Tua nos.

Viri litterati non ſemper ſunt exempti ab obſequiis & inſtitutionibus conſuetis exhiberi domino temporali. Ab. de cle. coniug. c. Ex parte.

Doctores ſunt honorandi. Vide ſuprà. Doctoratus eſt dignitas. Doctor theologiæ præfertur doctori iuris canonici. In electione epiſcopi ubi pullulant hæreſes, & in locis proquinquis hęreticis. Vbi uentilatur multitudo cauſarum

ſtrum præfertur canoniſta, mixtus tamen præferendus eſt utrique. Ab. de conſangui. & affini.c. Ex litteris & de cle. non reſiden.c. Tua fraternitas. & de præben.c. Licet uobis.

Doctores & magiſtri poſſunt interpretari legem dubiam, & eorum interpretatio ſeruanda eſt ſi aperte non conuincitur de errore, præualet tamen contra eorum interpretationem communis conſuetudo contraria, quia conſuetudo eſt optima legum interpres. Ab. de deci.c. Decimam. quam poteſtatem habet interpretandi leges. Ab. de appella.c. Cum ſpeciali.

Doctor non poteſt ſe obligare ad legendum extra ciuitatem ſuam ad certum tempus ſine licentia principis, & ciuitatis ſuæ. Abbas de iur. iurau. c. Venientes.

Doctores legentes poſſunt facere recollectam ubi eſt conſuetudo etiam ſi habent ſalarium, licet a pauperibus non debeant exigere. Si non eſt conſuetudo & eis prouidetur de beneficio poſſunt a diuitibus non clericis illius eccleſiæ petere præmium laboris ſui, quia beneficium conſtituitur tantum a clericis illius eccleſiæ & pro pauperibus, alias docere non tenentur. Si habent de publico ſalarium ut fit in ſtudiis generalibus nihil poteſt petere; quia ſalarium datur pro omnibus & maxime indigenis. Hodie ſalarium inſtituitur ut forenſes ueniant ad bonificandum ciuitatem & ampliandam & famoſam reddendam, quę ratio uendicat ſibi locum plus in diuitibus, quam in pauperibus. Ab. de magis. c. Quia nonnulli.

Doctor licet fuerit approbatus, ſi poſt reperitur inſufficiens reprobari poteſt propter publicam utilitatem, & ſi bis in examine fuit approbatus in tertio poteſt reprobari. Ab. de præben.c. Cum ſecundum.

Doctor poteſt ferre teſtimonium de uita, & peritia ſcholaris, & ſemper aſſumentur in numero examinantium qui eius fuerunt magiſtri, nec tanquam ſuſpecti ſunt repellendi, quia eo ipſo quod præſentant ipſum ut idoneum, uidentur probare. Ab. de Simo. c. Nemini.

Dolus non annullat actum ſi interueniat in ſpiritualibus. Ingreſſus religionis & matrimonium tenent, licet dolus præceſſerit. Ab. de emptio. & uendi. c. Cum dilectus. Licet dolus in ſpiritualibus interueniat, contractus tamen tenet. Glo. ubi ſupra. In ſpiritualibus non eſt ſemper licitus, excuſatur tamen quando quis ducitur ad meliorem uitam, quia tunc proprie non eſt dolus. Ab. de conuerſio. coniug. c. Venientes. & Glo. ubi ſupra. c. Dudum.

Doli capax dicitur conſtitutus infra annum diſcretionis, qui eſt proximus ſeptemnio, uel ſaltem poſt ſeptemnium, in qua ætate multa peccata committuntur. Ab. de pœni. & remiſ. c. Omnis utriuſque ſexus.

Ex dolo nullus debet commodum reportare, ſed nec debet illi prodeſſe, ſi ſuperior procurat ut ex negligentia non fiat electio non deuoluitur ad eum poteſtas prouidendi. Si quis procurauit delictum bona delinquentis non debent uenire ad eum, qui procurat bannum alterius ut poſſit illum occidere, non gaudet illo priuilegio. Ab. de conceſ. præben.c. Poſtulaſtis.

Dolum paſſo non ſubuenitur, niſi fuerit talis qui uirum conſtantem & peritum decepiſſet. Si dolo quis inducatur ad religionem tenet ingreſſus, ſed ſi dolus fuit propter bona temporalia, religio non debet habere illa. Dolus eſt bonus quo quis utitur ad uitam meliorem. Aduerſus iuramentum non ſubuenitur dolum paſſo, niſi dolus habuiſſet fallere prudentiſſimum. Si dolus non fuit talis quod tollat conſenſum, non deſtruit matrimonium. Dolus prępondera leui culpę, iura non ſubueniunt niſi contra matrimonium doloſum

loſum qui eſt calliditas, & machinatio ad decipiendum circumueniendum, & fallendum. Ab. de his quæ ui. me.cau.fiunt.c.Cum dilectus.

Domeſtici dicuntur omnes quibus imperare poteſt ratione patriæ, uel dominicæ poteſtatis. Glo.& Ab. de teſti.c.In litteris.

Domicilium alicuius eſt ubi habet maiorem partem bonorum ſuorum,& conuerſatur aſſidue uel ubi uendit, emit, & contrahit & dies feſtos celebrat. Videtur quis habere duo domicilia ſi in utroque ęqualiter commoratur,non autem dicitur qui ibi habet beneficium, uel decimam. Gloſ. de reſcrip.c. Cum dilectus filius.

Domicilium de nouo contrahit qui declarat animnm ſuum quod perpetuo uelit ibi habitare. ſecundo ſi uendit omnia quæ alibi habet, & cum omnibus ſuis rebus ſe transfert ad certum locum, & ibi emit poſſeſſiones, in aliis arbitrabitur bonus iudex. Ab de paroch.c.Significauit.

Domicilium originis ad quæ obligat. Ab.ubi ſuprà. Vide. Si parochianus uel dioceſanus.

Dominus dicitur quis reſpectu omnium qui ſuut de familia ſua. Ab. de off. & pot. iud. deleg.c.Cauſa quæ inter.

Dominus non tenetur de facto ſuæ familiæ niſi quando deliquit in illo officio, uel miniſterio in quo eſt propoſitus dominus, & ipſe miniſterio illo utitur opere familiæ, & tenetur ciuiliter non criminaliter. Si poteſtates, rectores, Cuſtodes, tenentur ex facto ſuæ familiæ. Ab. de reſtitu. ſpol.c.Licet.

Dominus territorii tenetur de robaria ibi facta ſi ſciuit & potuit prohibere. Idem dic de uilla & caſtro. Ab. ubi ſuprà. c. Licet.

Donatio eſt rei licitæ nullo iure eogente mere ex liberalitate facta collatio ſecundum Hoſti. Ab.in rubr. de donationibus. Hæc poteſt donatio fieri niſi exiſtenti & pręſenti. Ab. de eccleſi.edifi. c.Ad audientiam.

Donata ambaſciatoribus an ſint eorum, uel mittentium debet attendi qualitas donorum & præſumptionum quibus illa magis conueniunt. Ab. de conceſ.præben.c.Poſtulaſtis.

Donationi conſentiens uidetur concedere ius quod habet in re donata, ſicut patronus ſi conſentit donationi epiſcopi, uidetur concedere ius patronatum quod habet in ea. Ab.de dona.c.Paſtoralis.

Donatio debitoris libera occaſione mutui non prodeſt creditori qui mutuauit habenti mentem deprauatam, qui alias non mutuaſſet niſi ſperaſſet conſequi aliquid. Vnde remiſſio uſurarum etiam liberaliter facta ab eo qui ſoluit non prodeſt uſurario habenti mentem corruptam & propoſitum reſtituendi non facta remiſſione. Ab. de uſu.c. Conſuluit.

Donatio facta a non domino eſt nulla.ſi laycus donat eccleſiæ de conſenſu epiſcopi, tranſit ad ius patronatum, ſi ſine conſenſu epiſcopi, nihil transfertur per regulam, quod noluit potuit.ſi habens ius in re intendit donare rem totam non ſolum ius quod habet in re,non ualet donatio etiam reſpectu ſui iuris, ſecus quando intendit donare ipſam rem & omne ius quod habet in ea. Ab. de iur. patro.c. Quidam.

Donatum eccleſiæ dicitur conſecratum Deo et ſanctis eius, & pręſumitur pro remedio animæ donatum, & omnis donatio pręſumitur cauſa pietatis. Ab.de rer.permuta. c. In noſtra.

Donatio quam facit laycus eccleſiæ de ſolius dioceſani conſenſu de decimis quas ab alia eccleſia habet in feudum ante concilium lateranenſe non tenet. Ab.de his quæ fi. a præla.c.Apoſtolica.

In donatione facta eccleſiæ inter uiuos ultra quingentos aureos non requiritur inſinuatio.i. ut fiat coram iudice & ſcribatur in actis publicis ut ius ciuile requirit. Idem dic de donatione ad pias cauſas generaliter, quia iſta ſolennitas eſt allata per leges ciuiles etiam eſt eadem ratio, ſicut de in teſtamentis. Ab. de teſtam. c. Relatum. Si non ſit ad pias cauſas donatio ultra quingentos aureos ſine prædicta ſolennitate non ualet. Abb. de dona.inter uir. & mulie. c. Donatio.

Donatio centeſimæ uel quinquageſimæ quam facit epiſcopus cum graui detrimento eccleſiæ ſuæ poteſt legitime reuocari, Nec poteſt ultra centeſimam conferre etiam ceſſante læſione eccleſię. Ab. de dona. c. Apoſtolicæ. Hoc priuilegium eſt tantum epiſcoporum qui hanc donationem poſſunt facere tantum monaſterio ſuę dioceſis etiam exempto, non autem extra dioceſim. Hanc donationem poteſt epiſcopus facere de bonis ſuæ menſæ, & de pertinentibus ad eccleſiam cathedralem. Licet epiſcopus non poſſit monaſterium de nouo conſtruere ſine capitulo, poſtquam tamen eſt conſtructum poteſt ſine capitulo hanc donationem facere, etiam de poſſeſſionibus & hoc in uita ſua, non autem in teſtamento, quia non habet effectum, niſi poſt mortem, & tunc epiſcopus non habet adminiſtrationem. Quando reuocatur donatio, reuocandum eſt id quod ultra quam potuit donauit. Si plures factæ ſunt donationes reuocantur ultimæ. ubi non apparet ordo de qualibet donatione, aliqua portio aſſumetur. Ab. ubi ſupra.

Donata res eccleſiæ ſub modo ſtatim eſt eccleſiæ, nec reuocatur non ſeruato modo, niſi hoc in contractu ſit expreſſum. Ab.de conditio.apponen.c. Verum. Qui donat eccleſiæ poteſt modos & conditiones apponere reſolutiuas contractus. In conditione reſolutiua ante aduentum conditionis non poteſt reuocari. ſed poſt conditionem exiſtentem poteſt. Si modus additur donationi eccleſię factæ qui modus non ſaluatur non reuocabitur donatio niſi hoc ſit expreſſum in donatione, ſed agetur ad obſeruantiam modi contra eccleſiam, quia finis principalis donantis præſumptus eſt quod donet propter Deum, & in remedium animæ ſuę, non autem modus, ſecus in aliis donationibus. Si non fuit dictum quod non ſeruato modo poſſet reuocare ex quo ſolus prælatus non ſeruauit modum non poteſt reuocare, ſecus ſi prælatus cum capitulo non ſeruauit. Licet delictum ſolius prelati nocet in acquirendis eccleſiæ, non tamen in acquiſitis. Conditio quod donata eccleſię non poſſint alienare, poteſt apponi. Si tamen neceſſitati eccleſiæ non poteſt aliter conſuli, licite alienabitur, quia ſi donator aliter ſenſiſſet non uideretur compos mentis, cum inſtante tali neceſſitate pia ipſe debuiſſet hoc facere. Hęc intellige ſi eccleſia non habet alia bona quæ poſſint alienari. An donator poſſit propria auctoritate adire poſſeſſionem rei quando reuocanda eſt poſſeſſio. Ab.de conditio.appo. c. Verum.

Donatio facta eccleſiæ per Conſtantinum approbatur & huic eſt ſtandum, licet legiſtę de ea diſputent. Ab.qui fili ſint legi.c. Per Venerabilem.

Donatio eccleſię pro ornamentis altaris, & pro libris eccleſiaſticis æquipollent. Ab.de exceſ. prel.c. Nimis iniqua.

Donatio non extenditur ad conceſſionem remuneratiuam, unde prohibitus donare poteſt pro ſeruitio dare. Ab. de uendi.c.Per tuas.

Donatio non poteſt fieri niſi exiſtenti & requiritur pręſentia perſonæ, cui donatur. Ab.de teſtam.c.Nos quidem, & de eccle.edifi.c.Ad audientiam. Vide. Priuilegium rei quæ nondum eſt.

Dona-

Donatio ſi eſt præſumenda gratuita debet attendi qualitas dantis & recipientis Facilius præſumitur quod diues donet pauperi quam econtra. Secundo quantitas quia non præſumitur donari de facili quod eſt magni precii. Tertio tempus donationis. præſumitur quis donare inſtante neceſsitate alterius magis quam ubi nulla eſt neceſsitas Siquis dicit tolle hanc pecuniam ex prædictis poteſt præſumi an ſit donatio, mutuum, uel depoſitum. In dubio prædictis ceſſantibus debet præſumi mutuum uel depoſitum quia nemo præſumitur iactare ſuum. unde teſtis probat mutuum ſi dicit uidi pecuniam ſic numerari ſed neſcio an mutuauerit uel donauerit. Quarto præter prædictam debet attendi conſuetudo capientis & uerba precedentia. Ab. de Simo. c. Et ſi quæſtiones.

Donatio ob ingratitudinem donatarii poteſt reuocari per donatorem non autem per hæredem eius. Si in donatorem manus iniecit, ſi atroces iniurias, uel graue damnum rerum ſuarum, uel uitæ periculum in ferre præſumpſerit. Ab. de dona. c. Propter. Intellige hic de iniuria uerbali, uel ſi donatorem fugauerit, uel captum tenuerit. Quarto uidelicet periculum uitæ non oportet quod effectus ſit ſecutus puta parauit donatori uenenum uel inſidias. Quinto extra textum ſi non fuit adimpletus modus in donatione adiectus. Sexto ſi donatarius neglexit alere donatorem inopem, propter ingratitudinem commiſſam in perſonam hæredis, non priuatur, ſimiliter non poteſt agi contra hæredem donatarii, niſi donator ignorauit, uel non habuit tempus ad reuocandum. Donatione tamen non priuatur propter prædicta ipſo iure, ſed poteſt priuari. Collator beneficii non poteſt remouere collationem propter ingratitudinem cum non ſit propria donatio, quia tenetur conferre, licet non illi. Iura ſtricte de donatione loquuntur nec reuocatur donatio facta propter merita præcedentia, propter ingratitudinem, quia non eſt propria donatio. Donatio reuocatur quandoq; ex præſumpta uoluntate donantis ceſſante ingratitudine ut ſi de nouo oriantur filii. ſecundo quia officioſa eſt reſpectu filiorum exiſtentium, quando parum aut nihil relinquitur filiis. & de hoc ſunt opiniones. Si ſit facta monaſterio, non reuocatur in totum propter natiuitatem filiorum, quia monaſterium eſt loco filii, ſecundo quia in fauorem animæ eſt facta, quæ non eſt minus cara, quam filius. Ab. ubi ſuprà. c. Propter.

Si princeps ædificauit monaſterium & dotauit. Abbas & capitulum commiſerunt ingratitudinem contra illum in caſibus ſic expreſsis. Quidam tenent quod monaſterium deſtruetur, alii melius uidelicet quod monaſterium non deſtruetur, ſed expellentur perſonæ & aliæ inſtituentur, ſic puniuntur perſonæ, non eccleſia. Idem dicendum de alia donatione facta eccleſiæ. Ab. de dona. c. Propter.

In donationibus interpretatio fit pleniſsima & ob hoc clauſula oneroſa poſt donationes multas appoſita proximam donationem tantum reſpicit. Ab. de dona. c. Cum dilecti. De clauſula ultima appoſita, ſecus eſt de aliis donationibus in quibus refertur ad omnia præcedentia etiam ſi ſint diuerſa negocia. Littera hæc loquitur quando ultima donatio habet onus annexum ad determinationem incertam, quia reddit coniecturam quod clauſula oneroſa referatur tantum ad ultimam donationem oneratam. Si donatio ſit pure facta non uideo quare clauſula debeat magis referri ad præcedentem, quam ad ſuperuenientem. Vbi plura negocia inſeruntur in eadem diſpoſitione quarum aliqua habent ſuas clauſulas determinatas. Clauſula in fine

poſita non refertur ad precedentes iam qualificatas. Ab. de dona. c. Cum dilecti.

Donatio facta ultra legitimum modum ſine legitima inſinuatione ſi ſit confirmata iuramento obligat ad obſeruationem, quia prouiſio talis facta eſt ut ſubueniretur deceptionibus priuatorum. Abb. de iur. iuran. c. Cum contingat.

Donatio facta loco conſtruendo non tenet, quia requiritur præſentia perſonę, ideo abſenti nihil acquiritur, poteſt tamen legatum fieri abſenti & incertæ perſonę, dummodo ex euentu ea poſsit certificari. Abb. de teſtam. c. Nos quidem. & ult. uol.

Donatio facta mulieri ante contractum matrimonium ualet, & res donata poteſt capi in dotem a marito. Si non ſortitur effectum de præſenti ſed in tempore matrimonii confertur, puta ſi uir animo donandi dicit ſe recepiſſe mille in dotem, & nihil recepit, non ualet donatio, quia dos non poteſt ſine matrimonio conſtitui. unde uidetur collata iſta donatio in tempus matrimonij quo ad tempora prohibita eſt donatio inter uirum & uxorem, ideo donatio debet fieri antequam contrahatur matrimonium. Glo. de adul. c. Si quis ſeduxerit. Glo. uidetur errare quia cum uxorem deflorauerit ad hoc tenetur, ideo non eſt pura donatio, in aliis caſibus procedere poteſt dictum Gloſ. Inter uirum & uxorem licet ſit prohibita pura donatio non tamen remuneratiua, ideo ſi uxor ſit de nobili genere poteſt dos augeri per uirum, quia acquirit ſibi amicos potentioris generis. Abbas ubi ſupra.

Cogitur mulier ex officio iudicis donata ſibi a uiro propter nuptias pro conſecutione illiciti matrimonii relaxare, ſi talis donatio preſtet impedimentum diſſolutioni talis matrimonii. Ab. de dona. inter ui. & uxo. c. Et ſi.

Donatio facta inter coniuges conſtante matrimonio non ualet ſi donatione efficiatur pauperior, & recipiens locupletior. Vbi iſta non ſunt ualet donatio & quando hoc ſit Glo. hic ponit. Confirmatur tamen morte donantis eo exiſtente in eadem uoluntate niſi prius ſit reuocata tacite, uel expreſſe, uel præmoriantur donatores. Donatio omnino pura quæ fit cauſa liberalitatis tantum prohibetur omnino inter uirum & uxorem, non autem remuneratiua, ut ſi nobilis mulier nubat plebeo. Dicitur fieri pauperior quando diminuitur patrimonium, ſecus ſi repudiet hæreditatem ut uenit ad uxorem ſubſtitutam. Locupletior quando conſeruat rem ſibi donatam, uel expendit in utilem cauſam. Donatio tamen hæc confirmata iuramento ualet Item facta concubinæ ualet, niſi donator ſit miles, uel clericus. In matrimonio putatiuo eſt eadem ratio ſicut in uero. Si donator uel uterque ſciebat matrimonium tenere, donata applicantur fiſco. Ab. de dona. inter ui. & uxo. c. Dona.

Donatio facta propter nuptias ſoluto matrimonio redit ad hæredes uiri, & dos ad hæredes uxoris. Ab. de emptio. & uendi. c. Peruenit.

Si quis donet omnia ſua, an teneat donatio. Ab. de conceſ. præben. c. Nulla eccleſiaſtica.

Donatio inter parentes & liberos eſt prohibita ſi filius eſt in poteſtate patris & non tanquam benemerito, ſecus ſi eſſet mancipatus, uel benemeritus, uel ratione Caſtrenſis peculii. Donata ſcholari pro libris & ſumptibus computari poſſunt pro legitima. Abbas de dona. inter ui. & uxo. c. Dona.

Dona-

Donatio quam facit prælatus inconſulto capitulo in damnum eccleſię non ualet. Ab. de dona. c. Fraternitatem. Non poteſt donare etiam modica niſi ſit conſuetudo, nec poteſt damnificare eccleſiam etiam cum conſenſu capituli. Glo. ubi ſuprà. Si donatio facta eſt in caſu illicito eſt ipſo iure nulla, licet conſenſerit capitulum, ſecus ſi in caſu licito, ut ſi cauſa pietatis donauit rem eccleſiæ, quæ non eſt multum damnoſa. Si donauit ubi caſus non erat licitus puta diuiti, uel in caſu uon conceſſo a iure, reuocabitur. Ab. ubi ſuprà. Attendenda eſt qualitas rei donata & conſuetudo loci. Ab. de dona. c. Cęterum.

Donatio facta ſocio occaſione ſocietatis cedit ſolido notario & non ſocietati. Idem eſt de damno ſi occaſione ſocietatis patitur, quia ſibi imputatur. Ab. de conceſ. præben. c. Poſtulaſti.

Si donatio uſque ad certam ſummam prohibetur non poſſunt fieri plures donationes ſucceſſiue uſque ad illam ſummam, quia in fraudem legis uidetur actum, ideo non ualet donatio non tamen reuocabitur in totum ſed uſque ad debitum modum. Si plures factæ ſunt ordine quodam reuocabuntur poſteriores. ſi non apparet ordo, de qualibet portio accipietur. Ab. de dona. c. Apoſtolice.

Donatio ultra quingentos aureos non ualet ſine inſinuatione, Inſinuatio eſt deſcriptio ipſius donationis in actu publico coram iudicem, Inuentum eſt hoc ne homines multum fraudentur. Ab. de dona. inter ui. & uxo. c. Donatio. Si tamen ſit firmata iuramento ſine prædicta ſolennitate obligat ad obſeruantiam. Ab. de iur. iuran. c. Cum contingat. Si etiam fiat eccleſiæ, uel ad pias cauſas ſine prædicta ſolennitate, quæ introducta eſt per leges ualet, ſicut etiam ualent teſtamenta quia eadem ratio eſt de utroque. Abb. de teſtam. c. Relatum.

Donator tenetur de euictione donatario ſi de euictione promiſit, ſimiliter ſi primo promiſit & poſt donauit. Si incepit a traditione & donatio dolo facta fuit, ſi uult agere ad particulare intereſſe ut de expenſis factis ratione huius donationis tenetur. Si non affuit dolus ad totale intereſſe rei donatæ agere non poteſt. Ab. de emptio. & uenditio. c. Si uenditori.

Donum dicitur ſine cauſa munus ex cauſa, Donum exile & tenuum munus precioſum. Ab. de Simo. c. Si quęſtio.

Vir agens pro dote non excluditur ex eo quod uertitur ad inopiam nec præciſe ſatis dare ultra propriam facultatem, ſed dos aſsignabitur ſibi ſub cautione qua aſsignari poteſt. Si per illam cautionem non eſt ſufficienter prouiſum conſumptioni dotis deponetur dos apud mercatorem, ut de honeſto lucro uir ſuſtentet onera matrimonii. Abb. de dona. inter ui. & uxo. c. Per ueſtras.

Dos non eſt filiorum ſi mater præmoritur patri ſuo & non ſit mancipata. Ab. de dona. inter ui. & uxo. c. Donatio.

De dote uxoris ſoluto matrimonio uir nihil lucratur de iure communi, ſed dos integra ad uxorem & eius hæredes reuertitur, ſimile eſt de uxore quo ad donationem propter nuptias & ſi mulier conſtituit ſibi dotem quia ſi ab extraneo redit ad eum pro quo ſtipulatus eſt. Si pater conſtituit dotem & ſtipulatus eſt pro ſe ad ipſum reuertitur, ſi pro filia ad filiam, ſimiliter ſi mancipatur ad filiam. Si filia præmoritur actio competit patri, etiam ſi extant filii ex ea, ſi tamen filia prius non fuit mancipata. Ab. ubi ſuprà.

Dotem uxor poteſt petere a uiro ſecundum ius ciuile. primo ſi uir uergit ad

inopiam etiam ſine culpa ſua poteſt uxor agere ad dotem. ſecundo ſi ſubſtancia uiri non ſufficit ad ſatisfactionem dotis, & aliorum creditorum. tertio ſi uir ita ſe gerit quod ad inopiam uergit poteſt uxor repetere dotem. quarto ſi cœpit uti male ſubſtantia ſua poteſt uxor petere dotem & fructus accipere contra iuramentum petere dotem, in arbitrio tamen iudicis erit, an uiro ſit reſtituenda, uel apud mercatorem deponenda, ſi tamen uxor cõtraxit cum uiro aliquod prædictorum faciente uidetur nõ poſſe agere ad repetitionem dotis quia ſemel approbauit mores illius, ſed non poteſt mulier per tacitum pactum prȩiudicare ſibi. Vtilitas publica eſt ut dos maneat integra mulieribus. Ab. de dona. inter ui. & uxo. c. Per ueſtras.

Dotem perdit mulier ſeparata a uiro propter adulterium. Abb. de dona. inter ui. & uxo. c. Plerique. Item contrahentes matrimonium contra leges ciuiles. Glo. ubi ſuprà. c. Si neceſſe. Idem ſi contra canones. Abbas ubi ſuprà.

De dote reſtituenda iudex eccleſiaſticus ſe intromittit ubi difficultat diſſolutionem matrimonii illiciti. Ab. ubi ſuprà. In fauorem uiri ſe intromittit. Ab. ubi ſuprà. c. Per noſtras.

Dotis quæſtiones ſunt mixti fori, leges ergo ſeruantur in foro ſuo & canones in ſuo. Ab. de conſtitu. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. In dote reſtituenda poteſt adiri iudex eccleſiaſticus & ſecularis & quando eſt principalis quæſtio. Ab. de dona. in. ui. & uxo. c. Prudentia.

Dos eſt reſtituenda ſeparato licite matrimonio. Ab. de dona. inter ui. & uxo. c. Mulieres. Iſta lex habet locum in ſeparatione quo ad thorum & mutuam ſeruitutem. In caſu in quo non eſſet mulier dote priuanda ut ſi ſeparetur propter ſeuitiam iuri, uel quia ad fidem conuerſa, uel in caſu ſimili debet dos reſtitui integra, nec debet aliquid diminui propter expenſas, quia ſibi etiam fructus non conceduntur niſi propter onera ſupportanda. Vbi matrimonium eſt nullum, totam dotem reſtituet, ubi teneat non conuenitur maritus niſi quantum poteſt. Hoc priuilegium non tranſit ad hæredes extraneos mariti. Attendi ergo debet quantum poteſt maritus habito reſpectu Ab. ubi ſuprà. Separato matrimonio immobilia ſtatim reſtituuntur, mobilia autem infra annum, ubi matrimonium habito reſpectu ad tempus condemnationis, alias immediate. Interim donec reſtituantur debet alimentari uxor ab hæredibus uiri. Ab. ubi ſuprà. c. De prudentia. Vir cogitur ſoluto matrimonio reſtituere dotem & bona diuidere, quȩ communiter eis obuenerunt. Vbi ſuprà. c. Significauit. Obuenta quæ diuidi debent dicuntur acquiſita ex bonis utriuſque, uel donata, uel relicta utrique, uel ubi ſecundum Conſuetudinem acquiſita per alterum coniugum conſtante matrimonio ſunt diuidenda ſoluto matrimonio, quia conſuetudines & ſtatuta habent locum in matrimonio putatiuo. Ceſſantibus ſimilibus cauſis ſola dos reſtituitur, quia præſumuntur omnia ex bonis uiri acquiſita. Si mulier aliquid habet ultra dotem illud poteſt per maritum uindicari, quia præſumitur acquiſitum de bonis uiri niſi iſta contrarium doceat, nec debet præſumi quod illicito modo acquiſiuit. Ab. de dona. inter ui. & uxo. c. Significauit.

Dotare filiam tenetur pater ſi in ſua præſentia contraxit. Si filia elegit ſibi ſponſum ſuo generi & moribus indignum pater non tenetur illam dotare, Si non conſtituta aliqua dote nupſit, pater non tenetur dotare, quia ceſſat cauſa ex qua tenetur, ex quo recepit uirum, qui tenetur ad onera matrimonij

monij. Vbi puella conſtituit certam dotem, quia aliter uir eam nolebat, pater tenetur dotare, & hæc cautela eſt in matrimoniis clandeſtinis. Ab. de adulte. c. Si ſeduxerit.

In dubiis concernentibus periculum animæ debemus ſemper tenere, quod certius eſt, & quod ſine periculo animæ explicari poteſt. Abb. de ſponſa. c. Iuris qui.

In dubiorum deciſione licite recurritur ad nouum & uetus teſtamentum. Ab. qui fi. ſunt legi. c. Per Venerabilem. Ita ad rationem naturalem. Vbi opinantium eſt conflictus difficile eſt proferre ſententiam, & in hoc caſu recurrendum eſt ad conſuetudinem loci quæ interpretatur legem dubiam, quando opiniones ſunt probabiles, alias poteſt quis ſequi opinionem ſingularem contemnendo communem, quam poteſt etiam iudex contemnere, ſi eſt euidenter falſa, uel conuinci poteſt ratione probabili. Quandoque ſententia unius etiam deterioris poteſt plurium & meliorum ſuperare. Ab. de deci. c. Cum ſint.

Dubia iuris ciuilis debent declarari per papam. Ab. qui fi. ſunt legi. c. Per uenerabilem.

In dubiis in foro contentioſo non debet quis reputari culpabilis uel irregularis, in foro animæ debet, quia tutior pars eſt eligenda. Idem ubi agitur in foro quaſi pœnitenaiali, quia non agitur ad pœnam, ſed ut ab altaris miniſterio abſtineat, uel a contractu matrimoniali, uel alio actu exercendo in quo ſubiacet peccatum, & tunc interpretari debet in partem ſecuriorem, licet ſit durior. Ab. de Homi. c. Ad audientiam. & ubi ſupra. c. Significauit ſecundum.

Dubia in meliorem partem debent interpretari. Ab. de reg. iur. c. Eſtote. Imperator dicit ſi uideret clericum amplexantem mulierem præſumeret quod hoc faceret cauſa benedictionis. Intellige quando præſumptio pro parte ſiniſtra non eſt uehementior, quæ ex conſuetudine uel qualitate perſonarum colligi poteſt, quia tunc ſit in partem deteriorem. In contractibus & priuilegiis interpretari debemus rem ut potius ualeat, quia hæc eſt pars melior. In odioſis, in pœnis, in puniendis, pars melior dicitur, quæ eſt benignior, in concernentibus periculum animæ pars melior eſt quæ eſt ſecurior. Ab. ubi ſupra. Non ſemper ſunt interpretanda dubia in partem mitiorem. Vbi frequentius malum inuenitur iura adaptantur his quæ ut in pluribus inueniuntur. Glo. de elec. c. Oſius epiſcopus.

Dudum importat qualitatem temporis de præterito, & remouet de preſenti. Quandoque tamen ponit de præſenti. Verſus olim, iam dudum quondam, tunc tempora ſignat. Abb. de cleri. excom. c. Si quis epiſcopus.

EBrietas dicitur ab & quod eſt ſine, & bria menſura, quia potus ſine menſura, nec eſt peccatum mortale niſi ſit aſſidua. Ab. de ui. & honeſta. cle. c. A crapula. Aſſidua eſt peccatum mortale, & frequenter inebriantur qui ſcienter & uoluntarie inebriantur. Ab. de reliq. & uenera. Sancto. c. Audiuimus.

Exceſſus dicitur grauis quando iſti ſunt homicidæ uel quando imminet ſcandalum in commutatione mortis in aliam pœnam, uel quando pro accuſatione agitur ad pœnam mortis. Ab. de rapto. c. In archiepiſcopatu.

Ecclesia grece dicitur uocatio latine. Sinagoga apud iudeos interpretatur congregatio, quia ibi congregantur. Noſtræ nomen eſt præſtantius, quia

congregatio etiam pecoribus conuenit Samaritani appellant muſchetam. Ab. de iud. c. Iudei.

Eccleſię nomine uenit cathedralis in fauorabilibus, non autem in odioſis. Ab. de ſepul. c. Cum ſuper. Venit corpus inanimatum ipſius eccleſię, capitulum & ſucceſſor. Ab. de teſtam. c. Relatum ſecundum. In ſtricto nomine non uenit monaſterium, neque hoſpitalia, licet gaudeant priuilegio eccleſiarum. Ab. de conſue. c. Ex litteris.

Eccleſiaſticum negocium dicitur ratione perſonæ quæ eccleſiaſtica eſt quæ ſequendo forum rei litigat coram iudice ſeculari. ſecundo ratione delicti puta quia eccleſia conuenit aliquem coram iudice ſeculari ut ſacrilegus puniatur. tertio quia res de quo agitur eſt eccleſiæ. In prædictis clericus poteſt eſſe aduocatus in foro ſeculari. Ab. de poſtul. c. Clerici.

Eccleſia in ſuis actibus debet ſine fraude puritatem adhibere, unde non debet recipere precium oblatum ultra ualorem rei. Ab. de dona. c. Per tuas.

Eccleſia poteſt agere actioné iniuriarum pro iniuria illata clerico, ſicut pater pro iniuria illata filio, & uir pro illata uxori, & erit actio ciuilis, ideo pecunia applicabitur eccleſiæ, Nec poteſt ſolus epiſcopus actionem iniuriarum competentem remittere: Abb. de ſenten. exco. c. Contingit. Inferior eccleſia poteſt agere pro iniuria illata epiſcopo ſuo. Abb. de iniur. & dam. dato. c. Olim. Eccleſia poteſt agere ratione ſacrilegij commiſſi in ea & ſi iniuria eſt illata clerico tantum ſatisfactio cedit eius lucro, & ſi eſt facta eccleſiæ, cedit eccleſiæ. Ab. de ſenten. exco. c. Cum pro cauſa.

Agrorum cultores, ruſtici aſtricti eccleſiæ non poſſunt poſſeſſiones deſerere Ab. de immunita. eccle. c. Iudicatum.

Eccleſia acquirit dominium & poſſeſſionem ex conſuetudine loci ſine ſolennitate legali. Ab. de conſue. c. Ex litteris.

Eccleſia ſita in aliquo archidiaconatu ſi eligitur in cathedralem, eximitur a iuriſdictione archidiaconi. Ab. de maio. & obe. c. Cum inferiorum. Cum inferior eccleſia eligitur in cathedralem eximitur ipſo facto ab inferiorum poteſtate, qui prius in ea habebant iuriſdictionem. Ab. ubi ſupra.

Eccleſia poteſt bellum indicere contra excommunicatos & inobedientes. Ab. de ſenten. exco. c. Sacris.

Eccleſię bona non poſſunt alienari, niſi ex iuſta cauſa, etiam ſi conſentiant clerus & populus & prælati, aliter alienantes tenentur ex propriis eccleſiam conſeruare indemnem. Ab. de elec. c. Quod ſicut ex litteris. Alienatio non tenet, niſi ſit legitimus conſenſus perſonarum ſecundum leges, & canones informatus, ideo non tenet, niſi ſeruata forma a iure data, & in caſu a iure conceſſo, alias non eſt legitimus conſenſus. Glo. & Ab. de conſtitu. c. Quę eccleſiarum. In alienatione, uel compoſitione requiritur quod ſuperior examinet & cognoſcat an expediat eccleſiæ, alias ſi ſit de re immobili non tenet. Secundo requiritur auctoritas ſuperioris, non tamen requiritur decretum, ſed ſufficit eius conſenſus. Abbates & inferiores prelati poſſunt interponere hanc auctoritatem quando eccleſiæ eis ſubiiciuntur pleno iure, quia in eis habent auctoritatem epiſcopalem, & in eis exercere poſſunt iuriſdictionē epiſcopalem. nec oportet hos prælatos eſſe exemptos. Ab. de tranſac. c. Statuimus. Quando alienant quot & quæ requiruntur ſeruanda. & quod non ualet alienatio niſi in caſu licito & ſeruata forma, & petitur reſtitutio in integrum a iudice eccleſiaſtico. Si tamen non ſeruetur debita ſolennitas, & in caſu licito coucurrit conſenſus omnium, in foro animæ eſt tutus,

tus,licet non in foro contentioſo. Ab.de reſtitu. in integ.c.Requiſiuit.

Bona eccleſiæ alienari non poſſunt ſine ſolennitatibus a iure introductis ab habente poteſtatem in alienatione rerum eccleſię, nec iſta poſſunt conſuetudine tolli, immo ſi non ſeruentur, emptor non poteſt repetere præcium ſed amittit,& tenetur reſtituere fructus. Ab.de ſenten.& re iudi. c. Cum cauſa. Permittuntur alienari cauſa neceſſitatis, pietatis & utilitatis incommoditatis & minoris utilitatis ſeruata ſolennitate. Ab. de proba. c. In præſentia.

Eccleſię bona uacante eccleſia cathedrali ſi ſint bona quæ ſeruando ſeruari non poſſunt qui habet onus ſeruandi poteſt alienare, quæ poſſunt ſeruari alienari non poſſunt ſine licentia papæ. Si ad epiſcopatum pertinent iu eccleſia inferiori non poſſunt fieri per epiſcopum niſi deputetur prius adminiſtrator per eccleſiam inferiorem. Contractus finitus in damnum eccleſiæ nunquam ualet, ſi in utilitatem eccleſiæ, uel eſt dubium, in optione epiſcopi eſt, an uelit ratum habere, etiam ſi contractus ſit alienationis, nec ualet iudicium agitatum ſuper rebus eccleſię uacantis. Abb. de ſed. uacan. c. Nouit.

In rerum eccleſiæ alienatione temporali quam facit prælatus,taciturnitas capituli habetur pro conſenſu. Ab. de his quæ ſi. a præl. c. Continebatur. Si res ſit modica nou requiritur ſolennitas, ſi conceditur alicui ad uitam æquiparatur alienationi perpetuæ. Si res eſt modici ualoris poſſeſsionem poteſt prælatus concedere indigenti in uita ſua cauſa pietatis. Ab ubi ſuprà.

Eccleſiæ bonorum alienatio ſine conſenſu capituli non tenet. De his quę fiunt a prela. c. Irrita. Requiritur conſenſus expreſſus, nec ſufficit taciturnitas nec conſilium. Si ſint bona eccleſiæ cathedralis requiritur conſenſus canonicorum cum epiſcopo, non autem conſenſus archiepiſcopi, uel papæ, niſi epiſcopus iuraſſet non alienare ſine licentia papę, requiritur etiam ſubſcriptio epiſcopi & canonicorum & tractatus. Si epiſcopus eſt author in alienatione rei eccleſiæ inferioris requiritur conſenſus capituli ſui. Si author eſt rector eccleſiæ non habentis collegium ſufficit quod rector alienet cum auctoritate epiſcopi, nec requiritur decretum. Si habet collegium requiritur conſenſus collegii & ſubſcriptio collegii cum auctoritate epiſcopi. Alienatio tamen facta per capitulum poteſt ratificari per epiſcopum & econtra. Si epiſcopus non habet capitulum eorum loco accipiet aliquos clericos honeſtiores. Idem dic de prelato eccleſiæ collegiatę in alienatione parua rei requiritur conſenſus capituli tacitus. Ab. ubi ſuprà. c. Irrita. Alienatio facta ſine conſenſu capituli ſi ſit temporalis per ratificationem eius roboratur. Vbi ſuprà. c. Cum nos. Nec requiritur in alienatione rei temporalis conſenſus canonicorum abſentium,ſed uocantur tantum preſentes. Ab. ubi ſuprà. & ut ſuprà. c. Nouit.

Ad alienationem rei eccleſiæ requiruntur quattuor,primo tractatus inter prælatum & capitulum, ſecundo utriuſque conſenſus, tertio quod fiat in utilitatem eccleſię, quarto ſubſcriptio. Conſenſus capituli cathedralis requiritur etiam in alienatione rei eccleſiæ inferioris collegiatæ. Ab. de his quæ fiunt a prel. c. Cum Apoſtolica. Bona mobilia & immobilia quæ ſeruari poſſunt ęquiparantur,ſi ſint præcioſa quo ad ſolennitatem exhibendam in rerum alienatione. Vt alienatio teneat requiritur ſolennitas introducta per canones non autem requiritur ciuilis, ſecundo quod fiat in caſu licito, alias non tenet. Caſus liciti habentur in Glo. 12.q.2.quibus ſeruatis ſi lædatur eccleſia enormiter, poteſt peti reſtitutio in integrum, & ſufficit unus

tra-

tractatus ſolennis. Ab. ubi ſuprà. c. Tua. Nuper. Vbi imminet alienatio rei neceſsitate iuris non eſt ſeruanda ſolennitas,ſecus ubi eſt uoluntaria. Ab. ubi ſuprà.c. Paſtoralis.

Eccleſiæ unius bona non poteſt prę latus alteri eccleſiæ dare, nec poſſunt ad inuicem res commutare ſine amborum conſenſu. Ab. de reb. eccle. non alienan.c.Non licet. Nec epiſcopus hoc poteſt, nec canonici poſſunt commutare domos aſsignatas ſine licentia ſuperioris, poteſt tamen epiſcopus nouæ eccleſiæ dare de bonis eccleſiæ cathedralis ſi illi partem ſuæ parochiæ dat,& cauſa ſubeſt,& ſeruatur ſolennitas. Ab.ubi ſuprà. Qui recipit rem eccleſię ultra modos a iure approbatos ei nullum penitus ius acquiritur,licet dicatur recuperari. Ab. de reb. eccle. non alie. c. Epiſcopus.

Eccleſiæ res alienari non debet. Ab. de reb.eccle.non alie. c.Nulli.Inter immobilia computatur ſeruus ruſticanus. In ſpecie non poteſt prælatus obligare bona eccleſiæ poteſt autem in genere pro obſeruantia cõtractus etiam ſine licentia epiſcopi. Alienatio largiſsime accipitur & comprehendit contractum quo transfertur utile dominium, licite tamen alienantur primo in neceſsitate ut ſi debita urgent eccleſiam, nec poteſt de fructibus ſatisfieri, ſecundo utilitas quia poteſt rem alienare ut meliorem recipiat, tertio cauſa pietatis pro redimendis captiuis. quarto incommoditas, ut quia res eſt magis damnoſa quam utilis eccleſiæ,oportet etiam ſeruetur forma,uidelicet quod præcedat tractatus,auctoritas ſuperioris, conſenſus capituli, ſubſcriptio clericorum, qua non ſeruata,& niſi in caſu a iure permiſſo alienatio eſt nulla. Solus prælatus alienat mobilia, quæ non poſſunt ſeruari. Quæ commode ſeruari poſſunt,non alienantur ſine ſolennitate, ſi ſint pręcioſa,quia in hoc æquiparantur immobilibus. Ceſſio iurium ad immobilia inter immobilia computatur. Idem dic de iuribus incorporalibus. Pecuniæ non cõputantur inter ea quę ſeruari poſſunt,ideo ſolus prælatus poteſt diſpenſare & diſponere de pecunijs eccleſiæ,ſicut de aliis fructibus. Ab. ubi ſuprà c Nulli.

Eccleſiæ res immobiles ruſticum mancipium obligari titulo ſpecialis hipothece non poſſunt. Alienatio continet conductionem,donationem, uenditionem, permutationem emphioteoticum contractatum perpetuum. Abb. de reb. eccle. non alie. c. Nulli.

Eccleſiæ res alienari poteſt propter debita,quando ex fructibus non poteſt ſatisfieri,& poteſt dari in amphiteoteſim. Ab. de reb.eccle.non alie.c.Ad noſtram. & ubi ſuprà.c.Nulli.Alienari & pignorari poteſt pro redimendis captiuis ab infidelibus & pro alendis pauperibus quando aliter non poteſt eis ſubueniri,aliter non tenetur,niſi ad quæ poteſt ſalua proprietate rei. Ab. de pigno.c.Nullus. Non ſunt res alienandæ ſine licentia ſuperioris.Ab. de eccle.ædifica.c.Tua nos.

Eccleſia contra alienationem per quam enormiter eſt læſa petit reſtitutionem. Ab.de reb. eccle. non alie. c. Ad noſtram. Recurret ad iudicem eccleſiaſticum etiam contra laycum petendo reſtitutionem in integrum ſuper rebus eccleſiæ. Idem ubicunque adiuuatur eccleſia priuilegio reſtitutionis in integrum, nec tamen debet laycus defraudari de ſumptibus & laboribus ſuis petit reſtitutionem in integrum ex cauſa poſt quatriennium. Ab.ubi ſuprà. Si prælato interdicitur poteſtas alienandi bona eccleſię,niſi aliud addatur,poteſt alienare bona, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, alias eſſet contra utilitatem eccleſiæ. In generali prohibitione alienationis quę fit tutori non

uenit

uenit interdictum præductarum rerum. Si fiat alienatio poſt interdictum de alienando alienatio non ualet. Si non ualet alienatio contra legem mortuam, ergo nec contra uiuam, & hæc eſt mandatum principis. Secus ſi alienat ante interdictum cum debita ſolennitate. Ab. de accuſa. c. Prælatorum.

Alienatores bonorum eccleſiaſticorum quando alienatio non tenet niſi reſtituant excommunicantur, & quilibet clericus poteſt contradicere & rem cum fructibus repetere. Abb. de reb. eccle. non alie. c. Si quis. Emptor uel donator rei eccleſiæ in caſu non conceſſo a iure compellitur ad reſtitutionem per excommunicationem & in caſu a iure non conceſſo alienatio eſt nulla. Ab. ubi ſuprà. c. Si quis. & c. Ad noſtram. Clericus quilibet, ſine alio mandato poteſt agere ad reſtitutionem per excommunicationem & parochiani layci quia ſua intereſt, ne in defectu eorum propter inopiam teneantur ad ſuſtentationem ſui ſacerdotis de proprio. Ab. ubi ſuprà.

Eccleſiæ res non poteſt donare princeps ſecularis, & qui ab eis recipiunt excommunicantur, & perdunt omnia, quæ alias legitime ab eccleſia obtinebant. Ab. de reb. eccle. non alienan. c. Qui res. Alienatio rei eccleſię ſine legitimo conſenſu perſonarum non tenet, licet approbetur per conſtitutiones laycorum. Ab. de pręben. c. Dilectus filius. Vide. Layci ſi res conferant eccleſiæ.

Eccleſiarum bona ſunt communia nec poteſt quis illa tanquam propria uendicare. Ab. de præben. c. Ratio nulla. Communia. i. communicanda pauperibus ſi clericus recipit ultra neceſſaria. Ab. ubi ſuprà.

Si quis iurauit non alienare res eccleſiæ, iuramentum non extenditur ad res modici ualoris, nec ad alienationem neceſſariam, nec ad utilem. Si iurauit non alienare papa inconſulto, uel non ſine licentia, tunc nec licitam poteſt alienationem facere. Abb. de reb. eccle. non alienan. c. Vt ſuper. Qui iurauit non alienare ea quæ ſunt de menſa ea de quibus dubitatur an ſint de menſa alienare non debet. Vbi ſuprà. c. Vt ſuper. Eccleſiæ poſſeſſiones ad menſam capituli uel epiſcopi pertinentes alienare non debet, nec eccleſias in quibus monachi miniſtrare ſolebant clericis laycis aſſignare. Vbi ſuprà. c. Poſſeſſiones. Poteſt tamen epiſcopus donare capitulo & econtra de menſa ſua. Ab. ubi ſuprà.

Eccleſiæ patronatæ alienatio non requirit neceſſario conſenſum patronorum ſed de honeſtate. Ab. ut eccle. beneſi. ſine dila. conferantur. c. Vt noſtis.

Emptor rei eccleſiæ in caſu non conceſſo a iure poteſt compelli ad reſtitutionem per excommunicationem, & emptio eſt ipſo iure nulla & emptor non facit fructus ſuos, & tenetur eos reſtituere. Si fuit in mala fide perdit præcium & omnem utilitatem, & applicatur eccleſię, niſi in contractu proſpexerit ſibi de euictione, quia tunc agitur contra alienantem. Si in bona fide repetit pręcium ab alienante & ſi non eſt ex ſoluendo agit contra eccleſiam quatenus facta eſt locupletior ex illo prætio. Abb. de reb. eccle. non alie. c. Si quis.

Eccleſię immobilia poteſt permutare quilibet rector eccleſiæ data rerum æqualitate. Ab. de rer. permutà. c. Si princeps. Vide. Permutatio.

Eccleſię bona relicta uel donata in dubio uidentur donata pro remedio animæ, & ſic debet iudicari tanquam ad pias cauſas relicta. Ab. de fo. competen. c. Conqueſtus. Si donentur aliqua bona ſub conditione quod ſi eccleſia non ſubierit onus impoſitum licet layco donatori propria auctoritate illa bona capere. Opiniones plures, an ualeat donatio. Ab. de fo. compe. c. Verum.

Si

Si layci dant bona. Ab. de pręben. c. Dilectus. Vide Layci ſi res eccleſię conferant.

Canonicus eccleſię prędium perpetuum locare non poteſt. Ab. de reb. eccle. non alie. c. Ad audientiam. Immo nec prębendam ſuam, unde ſi moritur ante finitam locationem, expirat locatio niſi interueniat auctoritas ſuperioris. Ab. ubi ſuprà.

Eccleſię terra poteſt in amphiteoſim ſi ſit ſterilis ei cuius ſtudio ad culturam reducatur. Ab. de reb. eccle. non alie. c. Ad aures. Poſtquam ſunt fertiles nō poteſt dari niſi hæredibus eorum qui coluerunt, & hoc propter promiſſionem. Contractus de rebus eccleſię non eſt ualidus ſaltem in effectu ſi poteſt habere ab aliis maiorem utilitatem, & debet prelatus contrahere cum eo a quo poteſt maiorem utilitatem habere. Ab. ubi ſuprà.

Eccleſiæ bona quę per deuolutiōnem redeunt ad eccleſiam non poſſunt eidem qui cecidit concedi ſine ſolemnitate. Abbas de reb. eccle. non alienan. c. Vt ſuper.

Eccleſię bona contradicantur de menſa prelati. Abb. de reb. eccle. non alie. c. Vt ſuper. Si ſpectat ad menſam prælati delinquentis punietur prælatus in uita ſua, ſi ad prælatum & ad capitulum punientur & ipſi in deliquentium uita. Si bona erant eccleſię & non de menſa, condemnabuntur ipſi de proprio ad extimationem. Si non habent unde ſoluant luent in corpore. Ab. de do. & contum. c. Ad hoc. Vide Prælati delictum.

Eccleſiæ bona non obligantur ex mutuo. Ab. de fideiuſ. c. Quod quibuſdam. Ex contractu punito cum perſona particulari puta cum canonico uel capellano non tenetur eccleſia niſi quatenus uerſum eſt in utilitatem eccleſiæ, & tunc ex facto proprio perſonę poteſt conueniri eccleſia. Abbas de depoſi. c. Grauis. Contractus de rebus eccleſię non eſt ualidus ſi poteſt habere ab aliis maiorem utilitatem. Ab. de reb. eccle. non alie. c. Ad aures.

Eccleſię bona ſunt pauperum. Glo. & Ab. de præſump. c. Nihil. Nunquam uacant etiam non exiſtente prælato cuius ſunt, ideo non poſſunt capi ut derelicta. Ab. de cauſa poſſeſſi. & propri. c. Cum ſuper.

Eccleſię bona non ſubduntur ſtatutis ſecularium, etiam ſi ſeculares habent dominium utile in rebus eccleſię ſed nec alia in quibus habent eccleſia habet directum dominium. Abb. de conſtitu. c. Quę eccle. Siue temporalia ſiue ſpiritualia non ſubduntur laycis, nec tenet de prædictis compromiſſum factum in laycum cum in his non poſſint habere iuriſdictionem, nec poſſunt iudicare de bonis eccleſię nec clericorum etiam ſi conſuetudo eſſet in oppoſitum. Glo. de conſtitu. c. Cum. N. Ferrarienſis.

In bonis eccleſię non ſucceditur iure conſanguinitatis. Abbas de pręben. c. Vt nullus.

Eccleſia cathedralis aliqua non habet niſi Abbatem epiſcopum & monachos canonicos ſicut in Sicilia Panormum. Tales monachi ſunt loco canonicorum & poſſunt eſſe delegati papę. Ab. de iudi. c. Cauſam. Eccleſia carthuſienſis eſt monachalis & archiepiſcopus eſt loco Abbatis. Ab. de appella. c. Dilecti filii. Syracuſana cathedralis olim erat monachalis. Ab. de ui. & honeſta. cle. c. Deus qui.

Eccleſia cathedralis debet prouidere magiſtro de beneficio pro clericis eiuſdem eccleſiæ qui etiam doceat alios pauperes gratis. Abb. de Magiſtr. c. Quoniam. Ex quo ſeruit eccleſię de redditibus eccleſię debet uiuere etiā ſi eius patrimonium ſit diues. Ab. ubi ſuprà. In qualibet cathedrali uel

alias

alias ſufficienti in facultatibus debet a prælato, uel capitulo eligi unus magiſter cui redditus prębende unius debet aſsignari. In metropolitana debet eligi Theologus, & ſi non ſufficit ad gramaticum & Theologum prouidere ipſi prouideant theologo, & gramatico faciant prouideri in alia eccleſia ſuæ ciuitatis, uel dioceſis. Ab. de magi. c. Quia nonnullus.

Eccleſia cathedralis quandoque habet parochiam diſtinctam in qua debent habere iura parochialia quæ ad capitulum & non ad epiſcopum pertinent. Abb. de ſepul. c. Cum ſuper. Sede uacante ſtatus eccleſiæ cathedralis non debet immutari. Ab. de ſed. uacan. c. Nouit.

Eccleſia incaſtellari poteſt tempore neceſſitatis & cuſtodiri contra inimicos. Abb. de cuſtod. euchare. c. Reliqui. Non debet incaſtellari ad offenſionem aliorum, ſed ut a malis defendantur boni, & tempore hoſtilitatis quis licite hoſpitatur in eccleſia. Ab. de immuni. eccle. c. Cum eccleſia.

Eccleſiæ cauſam quis poteſt agere ubi ſit pręlatus ſuperior & proprius ſede uacante uel non uacante. Ab. de iudi. c. Cum deputatus. Debet autem decidi per ius ciuile in defectum iuris canonici. Ab. de no. oper. nuntia. c. Intelligimus. Non debet autem cauſa diffiniri per ſtatuta laycorum, quia eorum ſtatuta generalia ad eccleſias ſiue perſonas eccleſiaſticas aut ad eorum bona in præiudicium eorum non extenduntur, ſed nec ſtatutum ſpeciale etiam ſi eorum commodum uel fauorem concernat. Ab. de conſti. Eccleſiæ. S. Mariæ. In præiudicium eccleſiæ dicitur lex quę habet eius incommodum non autem ſi habeat commodum & incommodum. Ab. ubi ſupra.

Eccleſiæ cauſa non eſt cauſa ſui rectoris. Ab. de poſtul. c. Cum ſacerdotes. Vnde poteſt rector eccleſiæ ſuas expenſas repetere, & de eis teſtari. Ab. de pro cura. c. Cum pro cauſa.

Eccleſiæ cauſa poteſt iudicialiter tractari in eccleſia, in palatio, in camera epiſcopi. Iudicium tamen ſeculare agitatum in eccleſia non ualet contractus ualet in eccleſia. Sed contrahentes peccant & pœna poſita in contractu non extenditur ad contractum. Abb. de appella. c. Qua fronte. Cauſa eccleſiæ non æquiparatur cauſis publicis, in quibus ſententia retractatur ex probatione nouiter reperta. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Suborta.

Eccleſiæ collatio ſemper pertinet ad epiſcopum, nec poteſt ius commune per patronum quencunque tolli. Ab. de eccle. ædifica. c. Ad audientiam. Eccleſiaſtica poſſeſſio a laycis legitimo titulo poteſt cõferri eccleſiæ alteri quam ei ad quem pertinet interueniente epiſcopi ſui conſenſu. Ab. de his quæ ſi. a præla c. Cum Apoſtolica.

Eccleſiæ collegiatę dicuntur conuentuales, etiam ſi ſint ſecularium. Ab. de cauſa poſſeſſio. & proprie. c. Cum eccleſia. Quælibet collegiata poteſt dici cõuentualis. Cognoſcitur ex prima inſtitutione ſi inſtituta eſt ut plures eſſent ibi. Cathedrales omnes & regulares omnes de iure communi ſunt collegiatæ. ſecundo uidendum ſi eccleſia habet priuilegium ſuper iure collegii. Si iſta deſunt & ſunt in poſſeſſione collegii habetur pro collegiata niſi contrarium probetur. Videtur eſſe in poſſeſsione collegii ſi exerceat iura pertinentia ad ſolum collegium puta ſi conſueuit ſindicum facere & per eum iurare uel habet ſigillum commune ſi conſueuerunt eligere prælatum, nec ſufficit quod ſint plures clerici, quia poſſunt eſſe ut ſingulares. Ab. de iur. patro c. Nobis.

In eccleſia collegiata ubi redditus ſufficiunt debet inſtitui magiſter & in monaſterio qui monachos doceat imperitos ſcientias. Donec uacauerit præbenda

benda debent canonici prouidere de ſuis præbendis ſi eis redditus ſuperfluunt. Quando præbenda uacauetit, prouidebitur magiſtro de ea, nec tamen erit canonicus. Canonici magiſtro præſente & docente non eligent alium canonicum, quia non uacat præbenda auctoritate huius conſtitutionis. Iſte magiſter nihil percipiet de quottidianis diſtributionibus, quia reſidentibus tantum dari conſueuerunt. Abbas de miniſtr. c. Quia nonnullus.

Eccleſię rebus quæ iam ſunt eccleſiæ non poſſunt imponi collectæ, ſed antequam tranſeant ad eccleſiam poſſunt conſtitui tributariæ, ita quod tranſeant poſt cum onere tributi. Ab. de fo. compcten. c. Quod clericis.

Eccleſię conceſſio non pręiudicat rectori exiſtenti, ſed ſortitur effectum poſt eius mortem etiam ſi concedatur non in titulum ſed in proprietatem. Ad epiſcopum pertinet dare poſſeſsionem eccleſiæ datę in proprietatem etiam a papa, poteſt etiam epiſcopus concedere eccleſias religioſis ut conuertant in proprios uſus cum auctoritate capituli ſi ſubeſt cauſa, puta quia ſunt religioſi multum indigentes. Ab. de priuil. c. Paſtoralis.

Eccleſia ſi conceditur per papam loco religioſo debent illam conſeruare in ſtatu ſuo & tantum ſuperexcreſcentus fructus accipere, ſecus ſi redditus non ſufficiunt. Ab. de religio domi. c. Quia monaſterium.

Eccleſiæ prima conceſsio quæ fit iure proprietatis ualet, non autem ſecunda licet uigore ſecunda fuerit poſſeſsio tradita. Conceſsiones iurium ſpiritualium aſſumunt uim & effectum non ex traditione poſſeſsionis, ſed ex titulo habili. Idem eſt quando eccleſia confertur in titulum, ſecus ſi conceſsione rei prophanæ quia præualet illa per quam ad traditionem rei eſt peruentum. Ab. de iur. patro. c. Sugeſtum eſt. Si epiſcopus in eccleſia quam conceſsit pio loco de conſenſu capituli percipiebat certos prouentus, illos donaſſe uidetur, & omnes præter cathedraticum cedunt pio loco. Si conceſſit de conſenſu patroni intelligitur patronus donaſſe loco pio ius patronatum. Ab. de donatio. c. Paſtoralis. Non tamen poteſt epiſcopus ſine conſenſu capituli ius quod habet in eccleſia inferiori transferre in pium locum, etiam ſi ius conſiſtat in perceptione temporalium, nec ualet conſuetudo contraria. Licet poſsit præſcribere contra capitulum ius conferendi eccleſiam in titulum ſine capitulo, quia in ſecundo caſu non fit alienatio. Ab. ubi ſuprà. Quantuncunque epiſcopus eximat eccleſiam generaliter ſemper intelligitur correctionem ſibi reſeruaſſe, procurationem, uiſitationem & cathedraticum. Glo. de dona. c. Paſtoralis.

Eccleſię quando conceditur proprius uſus conceditur regimen eccleſiæ in temporalibus, & ſpiritualibus conſeruata eccleſia in gradu priſtino, ex cauſa auctoritate epiſcopi poteſt ſtatus mutari, & deficiēte populo poſſunt canonici diminui, & redditus conuerti in pios uſus. Ex hac donatione conſequuntur religioſi ut ſuperfluos redditus conuertant in proprios uſus & portionem eorum ſeruabunt uicario ibi ponendo. Si eccleſia eſt annexa menſę eorum & pleno iure ſubiecta non tenentur ponere uicarium perpetuum, ſed ſufficit ponere rectorem temporalem, quem poſſunt remouere ad libitum, ex hac conceſsione non eximitur eccleſia a iuriſdictione epiſcopi. Si conceditur religioſis pleno iure ex hac conceſsione habent regimen eius in temporalibus, & ſpiritualibus, & habent iura quaſi epiſcopalia, ſed non poſſunt conuertere redditus in uſus proprios. Si donator cœpit fructus pro utilitate propria, & poſt concedit pleno iure uidetur conceſſum eſſe etiam quo ad fru-

ad fructus ut interpretatio fiat largiſsima quo ad donatorem. Si eccleſia donata eſt in una dioceſi & donatur in alia ſi debeat alienari prædium illius eccleſiæ interueniet auctoritas epiſcopi ipſius eccleſię. Cautum tamen eſſet habere auctoritatem utriuſque epiſcopi. Ab. de priuil. c.Paſtoralis.

Eccleſiam non conſecrabit epiſcopus qui prius in uno loco exercebat epiſcopalia, ſi dubitatur in cuius dioceſi ſit baſilica conſecranda. Ab.de religio. domi.c.Nunc autem. Si neuter epiſcoporum exercet ibi ſacramenta, & locus eſt in prouincia determinabit archiepiſcopus & dabit cui uoluerit, uel etiam retinebit ſibi. In diuerſis prouinciis determinabit papa. Vt unus eorum conſecret ſufficit quod epiſcopus unum prædictorum ſacramentorum ibi miniſtrauerit alio nihil miniſtrante in loco illo. Ab.ubi ſuprà.c.Vide.Præſumitur dominus.

Eccleſia non eſt dedicanda niſi habeat dotem pro duobus ad minus. Glo.de ui. & honeſta.cle.c.Vt quiſque.

Eccleſia eſt conſecranda primo quando neſcitur quod fuerit conſecrata, & leuis probatio ſufficit pro conſecratione, quia de nullius agitur præiudicio.ſecundo ſi parietes ſunt combuſti,quia conſecratio conſiſtit in extrema parte. tertio ſi parietes corruerunt ſic quod oporteat de nouo reficere, ſecus ſi ſucceſsiue ſecundum aliquos, ſed non credo uerum. In ſpiritualibus debet attendi ueritas & non fictio. Non eſt amplius prima eccleſia, ideo debet de nouo conſecrari. Ab.de conſecra.eccle.& alt 1.c.Propoſuiſti. Non conſecratur corruente tecto & illęſis parietibus menſa altaris non enormiter fracta, uel mota. Vbi ſupra. c.Ligneis. Qui eccleſiam facit conſecrare tenetur eam dotare. Ab.de conſe.eccle.& alta. c.Cum ſicut.

Eccleſia non conſecrata gaudet immunitate eccleſiarum, & excommunicantur effractores. Glo.& Abb.ubi ſuprà. c.Si eccleſia. Pro conſecratione eccleſiæ epiſcopus nihil debet exigere præter procurationem. Ab. de Simo. c.Cum ſit. Datur procuratio etiam ſi eccleſia ſit proquinqua epiſcopatui,& non datur propter laborem ſacramenti, quia daretur pro ſacramento cum ſit annexa, ſed in ſignum cuiuſdam ſuperioritatis, & ut facilius inducantur prælati ad uiſitandum & conſecrandum.Vbi eccleſia eſt pauper epiſcopus debet eam conſecrare ſumptibus ſuis propriis. Ab. ubi ſuprà.

Eccleſia reconcilianda eſt expenſis eius qui uiolauit. ſi neſcitur uel non eſt, ſoluendo ſtabitur conſuetudini ex ſtatuto eccleſiæ, quibus deficientibus rector & parochiani debent procurare epiſcopum. In defectum omnium epiſcopus reconciliabit expenſis ſuis. Abb. de conſecra. eccle. & alta. c. Propoſuiſti.

Eccleſia ſi polluitur reconcilianda eſt non per ſimplicem ſacerdotem, etiam ſi aqua per epiſcopum ſit benedicta. Ab. de conſe. eccle.& alta. c. Aqua. Si etiam non ſit conſecrata, & tamen polluta reconcilianda eſt. Vbi ſuprà.c.Si eccleſia. Nec miſſa nec officium aliquod debet celebrare ibi ante reconciliationem. Celebrans tamen in ea non eſt irregularis. Non conſecrata eccleſia reconciliabitur per ſimplicem ſacerdotem cum aqua exorcizata per eum, & non cum aqua benedicta cum uino & cinere cum qua reconciliatur eccleſia conſecrata. Gloſ. & Abbas de conſe. eccleſi. & alta. c. Si eccleſia.

Eccleſiæ conuerſę de nouo in procurationibus & aliis ſeruabunt conſuetudinem aliarum eccleſiarum uicinarum. Ab.de cenſi. c. Super eo.

Eccleſię damnum inferens tenetur ad emendam & ſatisfactionem pro iniuria.

Ab. de

Abbas de ſentent.excommu. c. Conqueſti.

Eccleſia delictum perſonæ etiam procuratoris non nocet.Ab.de excep.c.Cum uenerabilis.

Eccleſia deſtructa auctoritate ſuperioris non debet poni in ſtatum priſtinum, ideo non poſſunt amplius clerici dici canonici qui eccleſiæ non poſſunt habere prouentus. Si ciuitas deſtruitur ibi nati non poſſunt appellari ciues, & omnia priuilegia ciuitatis tolluntur ſecus ſi ex facto tyranni eccleſia, uel ciuitas deſtrueretur, quia retinerent omnia priuilegia & eis mortuis poſſent ſubſtitui alii. Ab.de no. oper. nunciatio.c.Cum ex iniuncto

Eccleſiæ dignitas ſublata per ſtatutum capituli confirmatum per papam ultra non cenſetur uacare,niſi per contrarium actum ſtatuentium ſit reuocatum. Ab.de conſtitu. c.Cum acceſiſſet.

In dioceſi dicuntur eſſe eccleſiæ exemptæ. Hę exiſtentiæ conſiſtunt in facto quod non poteſt haberi pro infecto niſi quo ad iuris effectum,ideo ſi mandatur epiſcopo per papam ut prouideat alicui de beneficio in ſua dioceſi poteſt illi prouidere in eccleſia exempta. Abb. de officio iu.ord.c.Graue. Eccleſiæ dioceſis uel prouinciæ nomine ueniunt etiam exemptę. Ab.de pręben.c.Pro illorum.

Eccleſia ſita in dioceſi in ſpiritualibus pertinet ad epiſcopum in temporalibus, tamen non poteſt diſponere ad libitum, nec licet ei in ſuos uſus conuertere,niſi aliter probetur de iure ſpeciali. In ſpiritualibus non fundat intentionem ſuam quo ad poſſeſsionem, ſecus quo ad proprietatem. Ab.de religio. domi.c.Cum Venerabilis.

Eccleſia ſita in dioceſi tenetur epiſcopo reſpondere de procurationibus, de quartis decimarum,& de aliis epiſcopalibus. Ab.de cenſi. c.Cum olim.Tenetur reſpondere epiſcopo in epiſcopalibus,niſi iſta eſſet remiſſa legitimę, & poteſt epiſcopus renunciando epiſcopalia ſibi cenſum retinere. Ab.de religio.domi. c.Conſtitutus. Epiſcopo petenti iura epiſcopalia ſufficit probare quod eccleſia ſit in ſua dioceſi, quo probato obtinet,niſi aliud probetur iure ſpeciali. ideo religioſi non poſſunt eccleſias ſeculares tenere quin reſpondeant epiſcopo in epiſcopalibus,licet monaſteria a pluribus ſint exempta. nec poteſt epiſcopus eximere eccleſiam in totum; a iuriſdictione ſua. Ab.ubi ſuprà.c.Conſtitutus. Si eccleſia unius dioceſis unitur eccleſiæ alterius dioceſis per papam nihil iuris deperit epiſcopo in cuius dioceſi ſita eſt. Ab.de religio.domi. c.Quia monaſterium. Poteſt tamen epiſcopus inferiori eccleſiæ dimittere ſeruitia ſibi debita ex cauſa, uel conſenſu capituli imponere penſionem. In generali remiſſione non intelligitur uiſitatio,nec quæ accedunt uiſitationi. Non poteſt epiſcopus eccleſiam eximere quo ad octo quæ ſunt hæc, Correctio, uiſitatio, procuratio ratione uiſitationis, cathedraticum. reuerentia ſibi debita ab eccleſia inferiori, caritatiuum ſubſidium, inſtitutio auctorizabilis quo ad curam populi quę ſunt epiſcopalis ordinis, iura alia poteſt epiſcopus remittere de conſenſu capituli. Eccleſia tamen poteſt eſſe plene exempta, primo ſi epiſcopus conſentit & papa confirmat ex certa ſcientia. ſecundo ſi eſt lata ſententia contra epiſcopum, & non appellauit. tertio ſi ſit præſcripta. quarto ſi papa exemit, poteſt tamen facere uicarium perpetuum qui omnia prædictam. exercens ſuo nomine preterquam cathedraticum, reuerentiam & caritatiuum ſubſidium, Eo autem negligente poteſt epiſcopus ſuplere, & ſic non ſunt omnino abdicata. Ab.de cenſi.c.Cum uen. Quæ uſibus eccleſię deputantur

putantur quo ad fundationem eccleſiarum cimiterium & domos hortos iuxta poſita debent eſſe immunia ab omni exactione cætera tranſeunt ad eccleſiam cum ſuo onere. Glo. de immuni. eccle. c. Non minus.

Eccleſiæ donata cum conditione quod. non poſſint alienari, poſſunt alienari. Abbas de condi. non apponen. c. Verum. Vide. Donata eccleſiæ.

Eccleſię dos deſignanda eſt in eius fundatione,& ſi non eſt aſſignata debet aſſignari in eius conſecratione, & ſi nec tunc,poteſt agere contra eum qui fecit conſecrare,& ſi nec iſte poteſt, debet agi contra epiſcopum, ut illam dotet ex bonis eccleſiæ,ſi poteſt ſine læſione magna, uel de patrimonio, & hæc obligatio tranſit in hæredem. quanta debeat eſſe dos. Ab. de conſecra. eccle. & alta. c. Cum ſicut. Eccleſiæ fundandæ debet attribui manſus liber a quolibet ſeruitio temporali,ad eccleſiaſticum tamen tenetur.Si aliquid confertur eccleſiæ ultra manſum tenetur eccleſia ſoluere eorum onera conſueta. Ab. de cenſi. c.Sancitum. Si collata eccleſiæ erant tributaria patrono uidetur cum feudo illa eccleſiæ renunciaſſe onera.Si de nouo illa imponit,uel retinet,non ualet,niſi dos ſit ultra neceſſitatem eccleſiæ, & de epiſcopi conſenſu quando fundatur eccleſia. Si prædia tributalia erant patrono alteri qui conſenſit in traditione dotis neceſſariæ uidetur renunciaſſe iuri ſuo.alias uidetur conſenſiſſe ut tranſeat cũ onere ſuo.fundus tamẽ eccleſię debet omnino eſſe liber. Idem eſt de cimiterio & agro ubi colligitur panis & uinum pro euchareſtia, Ad decimas ſi prædia prius erant tributalia alteri eccleſiæ tenetur, Ad tributum imperatoris tenetur quia omnia prædia ad hoc obligata ſunt & tranſeunt cum onere ſuo non tenetur ad extraordinaria, nec poſſunt layci donare in præiudicium imperatoris,& eccleſia ex gratia habet prædia,quæ non habebant leuitę in lege. Ad onera non annexa non tenetur eccleſia etiam ſecundum leges ciuiles. Ab. de cenſi.c.Sancitum. Non tenetur ad taleas nec ad collectas, Abb. de ui. honeſta. cle.c.Ex litteris. Vide. Clerici ad onera.

Eccleſiam nouam poteſt epiſcopus ædificare propter indigentiam populi non obſtante iuramento de rebus eccleſię non alienandis. Ab. de eccle.ędifi.c. Tua nos. Immo tenetur ad conſtitutionem nouæ eccleſiæ propter indigentiam populi. Ab. ubi ſuprà. Regulariter non permittitur ædificari in parochia alterius. Ab. ubi ſuprà.c. Cum dicat. Propter diſtantiam poteſt eccleſia noua ædificari in parochia & certa portio de antiqua ſibi deputari. Abb. ubi ſuprà. c. Ad audientiam. Sine cauſa non debet fieri quia eſt alienatio iurium eius cum una eſt & tempore diſcriminis diuino officio non poteſt cõuenire. debet eccleſia ſic ædificata matrici aliquem honorem exhibere puta cenſum annuum. Si eſt magna neceſſitas puta populus moritur ſine ſacramentis, & parochialis eccleſia eſt pauper prouidebit epiſcopus nouæ eccleſiæ, & ſi non poteſt,ædificabit illam ſine dote. Sine magna neceſſitate non ædificabit illam. Ab. ubi ſuprà. c. Tua nos.

Eccleſia uel capella non debet ædificari infra limites alterius eccleſiæ quia omnia ſpiritualia illius parochiæ ſunt attributa eccleſiæ parochiali, ideo generat illi præiudicium ſaltem facti, ſicut ſi unus epiſcopus uellet epiſcopalia in dioceſi aliena exercere. In denunciatione eſt auctoritas propter quam debet ædificans omnino deſiſtere donec infra tres menſes probet de iure ſuo, & quia tractatur de modico præiudicio & in breui terminandum,ideo ſtatutum eſt ut omnino ceſſetur ab ædificatione, ſecus in capella ubi datur

annus unus, & ſecundus additur ex cauſa. In dubio ædificium eſt deſtruendum an ille poſsit ædificare de iure, ubi eſt notorium ædificanti ius non competere, non debet deſtrui, quia non eſt probabile quod iura uelint figmentis dare locum. Vna eccleſia non debet ædificari in parochia alterius, ne uſurpet eius iura, ex quo tamen conſtructa eſt, debet remanere, ſine tamen præiudicio antiquioris eccleſiæ. Ab. de noui oper. initiatio. c. Intelleximus. Ædificans ante remiſsioné denunciationis debet expenſis ſuis ædificium deſtruere. Ex facto prælati ædificantis nomine eccleſiæ tenetur ad impenſam præſtandam pro deſtructione operis, etiam ſi fuerit alia eccleſia ędificata. In dignitate exiſtenti poteſt denunciare nouũ opus, & debet deſtrui eo exiſtente in dignitate, ſi illa ſit perpetua, ſecus ſi eſſet temporalis. Denunciatus non eſt audiendus niſi prius deſtruendo omnia reſtituet in gradum priſtinum ſicut qui expoliatur. Vbi periculum eſt propter dilationem non habet locum denunciatio noui operis, ut in colligendis meſſibus. Denunciatio ualet etiam ſine iuramento. Abb. de no. ope. initiatio. c. Cum ex iniuncto.

Eccleſia ædificata poſt nunciationem noui operis deſtruenda eſt expenſis conſtruentis. Ab. de noui. ope. initia. c. Intelleximus.

Eccleſia ſi ædificata eſt in parochia aliena ſine licentia epiſcopi cedit iuri epiſcopi ſicut alię eccleſiæ, ędificans tamen non acquirit ius patronatus, quia ædificauit ſine licentia epiſcopi. Abbas de priuileg. c. Cum olim. Quia ædificata eſt in parochia non propter hoc parochialis eccleſia acquirit ius patronatus in ea niſi ſuis expenſis fundet conſtruat & dotet. Si laycus in eccleſia conſtruat capellam quia eccleſia ponit fundum eccleſia fit compatrona. Si clericus ex redditibus eccleſię conſtruit, uel dotet capellam ius patronatus non ſibi, nec conſanguineis ſuis acquiritur, ſed eccleſiæ cuius erant redditus, ſemper tamen collatio pertinet ad epiſcopum. Abb. de eccle. ædifi. c. Ad audientiam.

Ad eccleſiarum conſtructionem, uel reparationem rectores earum poſſunt compelli ut de redditibus quæ ſuperſunt teneantur conferre. Ab. de eccle. ædifi. c. De his. Rector non tenetur ad reparationem niſi deductis neceſſariis. Beneficiati omnes tenentur contribuere ſecundum quantitatem redditúum, ſi rector aliquid expendit de patrimonio pro fabrica poteſt illud repetere, niſi fecerit animo donandi. Abbas ubi ſupra. c. Tua nos. Vide. Beneficiatus.

Eccleſia pro excommunicatis non debet orare etiam ſi iniuſtę. Generales tamen orationes quæ fiunt pro defunctis eis proſunt. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Per litteras. Excommunicatos poteſt punire. Ab. de pœn. c. Graue. Vide Excommunicationem contemni.

Eccleſia exempta non poteſt compromittere in præiuditium exemptionis. Ab. de arbi. c. Cum tempore.

Eccleſia ſubiecta monaſterio non exempto tenetur epiſcopo quo ad iura epiſcopalia, licet monaſterium non teneatur ad omnia illa, & quando in capellis non habitant monachi ſed clerici ſeculares. Ab. de off. iud. ord. c. Conquerente. Vide. Iura epiſcopalia.

Eccleſiæ fabrica & ornamenta ponuntur diuerſa, ex quo colligitur quod redditus deputati ad fabricam non poſſunt conuerti in ornamentis eccleſiæ quæ ſunt calices ueſtes &c. Vnde epiſcopus non releuatur fulciendo eccleſiam ornamentis propter redditus fabricæ. Abbas de teſtam. c. De his.

Eccle-

Eccleſia habens feudum a principe præſtabit illi omagium, non autem ſi habet alia conceſſione. Ab. de accuſa. c. Veniens.

Eccleſię fructus ſub annuo cenſu concedi poſſunt. Ne pręla. ui. ſu. c. Querelam. Vide. Eccleſię rector.

Eccleſia dicitur immunis ab i. quod eſt ſine & munus quod eſt onus. ſ. ſeculare. Ab. in rub. de immuni. eccle.

Eccleſia non conſecrata gaudet immunitate, & excommunicantur effractores. Abbas de conſecr. eccle. & alta. c. Si eccleſia. & de immuni. eccle. Eccleſia. In ea licet celebrare de licentia epiſcopi non aliter. Si etiam non celebrentur diuina in ea dummodo ſit dedicata Deo, epiſcopo ibi primarium lapidem ponente gaudet iſto priuilegio. Abbas ubi ſuprà. c. Eccleſia.

In eccleſiaſticis domibus non debet iudex iudicare, nec hoſpitium quærere. Abbas de immuni. eccle. c. In domibus. Domus eccleſiaſtica gaudet imunitate quo ad onus hoſpitandi perſonas publicas. In eccleſiis & earum domibus non debent hoſpitari legati principum, laycorum officiales, comites, capitanei armorum quia eſt contra immunitatem eccleſiæ, & propter diſſolutiones, & laſciuias eorum. Nec ualet conſuetudo quod layci poſſint ſibi uendicare ius hoſpitandi in domibus eccleſiarum ut patet hic. Item quia conſuetudo eſt onerofa eccleſiis, poteſt tamen epiſcopus in fundatione eccleſię reſeruare hoſpitium patrono. Abbas ubi ſuprà.

Eccleſiarum domorum ianuas non licet layco frangere etiam ſi ibi habet hoſpitium de iure, & prohibeatur intrare. An pręlato habenti iuriſdictionem in eccleſia uenienti ſi non admittitur liceat rumpere oſtia contra uolentem illum expellere uiolenter. An canonico liceat rumpere oſtia domus eccleſię & expellere uiolentiam. An Abbati liceat oſtia capellæ domus ſibi ſubiectę ſi quis apponit ſe ſubuenienti claue ad utendum iure ſuo quod habet in eccleſia an poſsit per uiolentiam illum diſtrigere, comprimere, & expellere, an pręd ícta habeant locum in prophanis rebus, uel punitione ſeculari. ut ſi quis diceret ſe habere ſeruitutem in fundo alterius & ſic eſſe in poſſeſsione illius & alius facit murum an poſsit rumpere, uel ſeipſo frangere, opiniones. Abbas de immuni. eccle. c. Vt in domi bus.

In eccleſiis uel cimiteriis cauſa ſanguinis, aut pœnę corporalis agitari non debet. Abbas de immuni. eccle. c. Cum eccleſia. Actus qui ſpectant ad uoluntariam iuriſdictionem per iudicem ſecularem tenent, ſed exerceri nō debent niſi contineant pietatem. Contractus celebrati in eccleſia ualent. Si actus eſt per uiam contentioſæ iuriſdictionis non ualet, etiam ſi concernit pietatem. In eccleſia poteſt quis doctorari & magiſtrari. Societas laycorum poteſt ibi congregari pro actu ſpirituali aut pietatis, aliter non. Ab. ubi ſuprà. c. In eccleſijs.

Ad eccleſiam fugiens reus criminis non eſt ab ea uiolenter extrahendus, nec debet amplius reſpectu criminis admiſsi condemnari ad mortem, nec criminaliter ad aliam pœnam corporalem. eſt tamen aliter legitimè puniendus. Fallit primo ſi ſit publicus latro. Secundo nocturnus depopulator agrorum. Tertio ſeruus fugiens timore domini qui domino iuranti de illius impunitate eſt reſtituendus. Abbas de immuni. eccle. c. In-

ter alia. Iudæus fugiens ad eccleſiam non gaudet hac immunitate, licet Gloſ. dicat oppoſitum. Reus non poteſt uiolenter trahi de eccleſia, poteſt tamen citari ut compareat per ſe uel per procuratorem. Iudex poteſt layco ibi exiſtenti etiam inuito pœnitentiam imponere propter delictum. Iſta locum non habent in iudice eccleſiaſtico reſpectu clerici qui poteſt ibi illum uerberare, ui extrahere, & incarcerare. Qui faciunt obſeruare ut recedentes capiant peccant, uel ſi ſubtrahunt uictualia & prælati non permittentes illos puniri in pecunia, peccant. Immunitate iſta gaudet qui occidit in eccleſia, ſed non malicioſe ſub ſpe immunitatis. Qui debito pœcuniæ fugit ad eccleſiam non extrahitur inuitus qui fugit ad eccleſiam expenſas ſibi facit ſi habet patrimonium, uel laborando illis deficientibus prouidebit eccleſia ut pauperi. Quando extrahi debet quis de eccleſia hoc facit iudex ſecularis, quia eccleſia non habet territorium niſi reſpectu pertinentium ad forum eccleſiaſticum. Incarceratus uadens ad miſſam cum iuramento redeundi non poteſt extrahi de eccleſia uiolenter, etiam ſi ipſe teneatur redire, ſi de facto extrahatur, poteſt eccleſia compellere extrahentem per excommunicationem ad reddendum & interdicere a tota domo ſua, ne recipiantur oblationes. Nec ſufficit præſtare iuramentum de impunitate ſed debet ſatisfieri iniuriæ eccleſiæ. Abbas ubi ſupra. c. Inter alia. Qui in cimiteriis uel eccleſiis delinquunt ſub ſpe immunitatis, immunitate non gaudent. Abbas de immunita. eccle. c. Immunitate. Qui deliquit in eccleſia licet non ſub ſpe ut defendatur ab eccleſia non gaudet iſto priuilegio, quia committit in legem. Secundo debet quis in quo deliquit puniri. Hoc capitulum habet locum in omnibus enormibus delictis propter idemptitatem rationis & rationes hic poſitę ſunt generaliter ad omnia delicta. Qui trahit exiſtentem in eccleſia per partem mantelli extra eccleſiam & qui in loco introitus exiſtens percutit exiſtentem in illum locum non gaudet immunitate. Delictum tamen uidetur commiſſum ubi eſt ſecutum. Abb. ubi ſupra. c. Immunitatem.

Immunitate gaudet eccleſia non conſecrata ſi auctoritate epiſcopi ſit conſtituta ibi ponentis per manum lapidem. etiam ſi ibi diuina non celebrentur. Oratoria priuata non gaudent; quia poteſt dominus illa reducere ad humanos uſus, quæ autem conſtructa auctoritate epiſcopi non poſſunt reduci ad prophanos uſus, Interdicta eccleſia & domus epiſcopi etiam ſi ſit extra cimiterium, & cimiterium eccleſiæ, & eccleſia cum cimiterio ſuo gaudent hoc priuilegio, & eccleſia maior debet habere per circuitũ quatraginta paſſus. Capellæ minores triginta, porticus adherentis eccleſiæ gaudent hoc priuilegio. Ab. de immuni. eccle. c. Eccleſiæ. Fugiens ad euchareſtiam gaudet hoc priuilegio, quia corpus Chriſti longe dignius eſt eccleſia, ſecundo hoc priuilegium eſt datum eccleſię propter clericum, tertio Currentes ad imaginem imperatoris gaudent hoc priuilegio. ſecus de ſumente qui reperitur captus ideo dimittitur captus, fugiens autem liber eſt ideo ob reuerentiam euchareſtiæ debet liber conſeruari. Ab. de celeb. miſſa. c. Sane.

Eccleſiæ immunitatis uiolatores tenentur de iure ciuili crimine leſæ maieſtatis de iure canonico debet excommunicari, & condemnari in pecunia, & imponi pœnitentia publica, nec debent reſtitui niſi captum de eccleſia reſtituant. Ab. de immuni. eccle. c. Eccleſia. Delictum uidetur commiſſum ubi ſecu-

ſecutum eſt, non autem ubi mandatur fieri uel incohatur. Ab. ubi ſupra. c Immunitatem.

Quę uſibus eccleſiæ deputantur in fundatione eccleſiæ cimiterium, hortus, domus iuxta poſita debent eſſe immunia ab omni exactione, cætera tranſeunt ad eccleſiam cum onere ſuo. Gloſ. de immuni. eccle. c. Non minus.

Eccleſiæ inferiores & pia loca communionem habent cum epiſcopo, ideo non poſſunt facere ſtatuta, nec locare bona eccleſiæ ad longum tempus, nec ardua negotia explicare ſine conſenſu epiſcopi. Abbas de teſtamen. c. Requiſiſti.

Si eccleſia nō cathedralis uendicat ſibi ius in alia eccleſia obtinebit ſolum quo ad ea quę probabit ſibi debita ex preſcriptione, uel alio legitimo modo acquiſita. Ab. de capel. monach c. Dilectus.

In eccleſiis non oportet inſtituere extraneos, nec debent inſtitui clerici certæ originis tantum ſed undecunque ſint dum tamen ſint idonei. Ab. de inſtitu. c. Ad decorem.

Eccleſia nulla de iure communi fundat intentionem ſuam ſuper ſubiectione eccleſiæ alterius, etiam ſi ſit fundata in parochia ſua, & tantum obtinebit quantum probabit excepta eccleſia cathedrali. Ab. de eccle. ędifi. c. Ad audientiam.

Eccleſia non iudicat de his quæ foris ſunt ut pœnam ſpiritualem imponat. In caſibus tamen iudicat de eis quia repellit iudæos a communione Chriſtianorum, & ab actibus legitimis & officiis publicis nec poſſunt emere Chriſtiana mancipia, nouas ſinagogas facere, & in diebus lamentationum in publicum exire. Soluunt decimas de terris quas colunt, nec Chriſtiana mancipia circumcidant quod ex teſtamento Chriſtiani nihil capiant, mandat quod & excedentes uerberibus ſubiiciantur, excommunicat eos indirecte quia excommunicat Chriſtianos habentes cum eis commertium. Glo. de iude. c. Iudæi.

Eccleſia habet iuriſdictionem in infideles ſodomitas, & poteſt eos punire. Idem poſſunt epiſcopi. Ab. de rap. c. In archiepiſcopatu. Si iudei peccant contra legem eorum & contra naturam uſuras exercendo poſſunt licite compelli per iudicem eccleſiaſticum. Vt tamen facilius cogantur ad iudicem ſecularem recurritur. Iudæus ratione delicti ſortitur forum eccleſiæ quando delictum eſt contra eorum legem in moralibus, ſicut & Chriſtiani ſeculares quando contra legem diuinam delinquunt ut contra iuramentum item quando peccant contra naturam, infideles omnes poſſunt puniri per eccleſiam. Idem dic ratione rei, uel contractus uel domicilii cum iſta æquiparentur. Ab. de uſu. c. Poſt miſerabilem.

Eccleſia in laycos iuriſdictionem exercet quando diſponit in finem ſalutis animarum, licet non principaliter diſponat circa animas illorum quos intendit aſtringere ſicut hic pro animabus egrotantium aſtringit medicos. Abb. de pœni. & remiſ. c. Cum infirmitas. Iuriſdictionem exercet in laycos quando delinquunt contra naturam ut in actu uenereo adorando idola & huiuſmodi quæ ſunt contra naturam. Hæc crimina ſunt mixti fori, ideo etiam contra infideles peccantes contra naturam iuriſdictionem exercet. Deus eos punit & contra Deum ſunt qui eſt author naturæ ideo eius uicarius punire eos poteſt. Ab. de exceſ. præl. c. Clerici. Item exercet iuriſdictionem ubi delictum concernit Chriſtianitatem totam uel decorem fidei. Ab. de iude. c. In quorundam. Item in uſurpante ſibi iuriſdictionem in clericos

& illos iniuriantes quia tales ſacrilegi ſunt & uiolatores eccleſiaſticæ libertatis. Ab. de iniur. & dam. c. Olim. Item prohibet laycos audire iura in fauorem Theologiæ, & ſic compellit quandoque laycum ad bonum, quod occaſionaliter prouenit ex ſtatuto ſuo. Ab. de priuil. c. Super ſpecula. Item poteſt laycum malefactorem punire, non obſtante priuilegio fori. Abb. de priuil. c. Sicut. Item turbantes iura eccleſiæ poteſt cohercere & punire. Ab. ubi ſuprà. Impedit ſe de peccato layci non ſolum quando eſt commiſſum, ſed etiam ante ut uitetur, ideo pro futuris culpis poteſt fieri excommunicatio ſi eſt præſumptio aliqua de præſenti. Ab. de ſponſa. c. Ex parte ſecundum. Poteſt etiam laycum priuare militia, doctoratu; imperiali & regali dignitate ratione delicti, ut illas dignitates de cætero non habeat. Ab. de pœni. & remiſ. c. Qui presbyterum. Cogit laycum ut redeat ad uxorem ſuam & eam tractet affectu maritali. Ab. de ſponſa. c. Ex parte ſecundum. Habet iuriſdictionem ubicunque excommunicat & poteſt ponere aliam pœnam ubicunque ponit excommunicationem. Item in laycos publice delinquentes & maxime contra nauigantes, naufragium patientes & itinerantes cum ſint quaſi miſerabiles perſonæ. Ab. de rap. c. Excommunicationi. In terris ſibi ſubiectis quo ad iuriſdictionem temporalem uendicat ſibi iura principis. unde camera papæ tenet locum fiſchi. Abb. de Hære. c. Vergentis.

Eccleſiæ quæ eſt ius patronatus alienatio non requirit conſenſum patronorum niſi de honeſtate tantum. Ab. Vt eccle. bene ſi. ſine dimi. conferantur. c. Vt noſtrum. Collatio ſemper pertinet ad epiſcopum, nec poteſt ius commune per patronum tolli. Ab. de eccle. edifi. c. Ad audientiam. Patronus etiam tempore fundationis non poteſt diſponere de bonis eccleſiæ in præiudicium epiſcopi, ut transferre ius confirmandi in alium prælatum, poteſt tamen epiſcopus transferre hoc ius confirmandi in alium ad petitionem patroni in fundatione eccleſiæ, licet id ius ſibi competat. Abb. de conſue. c. Cum dilectus.

Eccleſia ligat peccata & peccatores occultos omnino. Ab. de cohabita. cle c. Veſtra. Punit & afficit delinquentem omnino occultum, & licet pœnæ non habeant locum quo ad nos, habent tamen locum re ipſa & quo ad Deum. Abbas de præbend. c. Extirpandæ. & §. Qui uero. & ubi ſuprà. c. Repetitione.

Eccleſia habet tria loca uidelicet chorum in quo cantatur qui diuiditur ab altari per capellas. Secundo locum inter cancellos qui dicitur ſanctuarium, Diaconium. Sancta Sanctorum, Presbyterium. Tertio nauim. In Sancta Sanctorum hodie layci intrant tantum ad orandum & communicandum. Glo. de ui. & honeſta. cle. c. Vt layci. Hæc ultima pars communiter non tenetur quia omnes poſſunt intrare niſi ſint excommunicati, & niſi tempore celebrationis. Alii dicunt quod Sancta Sanctorum eſt capella Conſtantini Romæ ubi ſunt capita Apoſtolorum ſed non credo eſſe uerum. Abbas ubi ſuprà.

Eccleſiaſticæ libertatis uiolator eſt qui uiolat priuilegium eccleſiæ, & ſic patet quando ſtatuta ſunt contra libertatem eccleſiæ. Abb. de exceſ. præl. c. Sane. Qui facit ſeruare ſtatuta uel conſuetudines contra libertatem eccleſiæ. Statuentes, ſcriptores ſtatutorum, conſules, rectores locorum ubi aliter ſunt ſtatuta, conſiliarii qui iudicant ſecundum hæc ſtatuta qui iudicata redigunt in publicam formam omnes ſunt excommunicati. Ab. de ſenten. exco.

exco.c.Nouerint. Non euitant excommunicationem qui ponunt in fine ſtatutorum. Siqua eſſent ſtatuta contra libertatem eccleſię habeantur pro non ſcriptis, ſed exigitur ut ſtatuta deleantur de libris. Statuentes ſunt ipſo facto excommunicati, eorum ſucceſſores non, niſi quamprimum ſciuerint fecerint ſtatuta delere de libris, debet tamen dari tempus, quia non in continenti poſt ſcientiam debet currere. Ab. ubi ſuprà. Excommunicantur officiales locorum in quibus ſunt ſtatuta prædicta niſi ea deleri fecerint, & ſtatuentes feudis eccleſię ſunt priuati ipſo iure abſque alia priuatione. Ab. de ſenten. excommu. c. Grauem. Vide. Statuta contra libertatem eccleſiæ.

Eccleſiæ matricis nomine intelligitur cathedralis non Romana. Ab. de uerb. ſignifi. c. Venerabili. Intelligitur in priuilegiis ubi conceditur inferiori ſaluo iure matricis eccleſiæ quia inferiores eccleſię tenentur cathedrali & non aliis eccleſiis. Vniuerſalis eccleſia & quælibet baptizans dicitur matrix eccleſia. Ab. ubi ſuprà.c. Vide. Eccleſia plebenalis.

Eccleſia obſequio debito priuatur quando non eſt in ea numerus determinatus uel conſuetus religioſorum. Ab. de electio. c. Cum eccleſia.

Eccleſia non tenetur ad onera. Vide. Clerici. & Eccleſiæ dos.

Eccleſiæ ordinatio communis per contradictionem & appellationem eius cuius non intereſt, non debet impediri. Abbas de his quæ fi. a maio. par. ca. c. Ex ore.

Eccleſiæ parochialis nomine ſtricte & in materia odioſa non uenit eccleſia collegiata, quia ſupra curam habet qualitatem collegii. In materia odioſa ſemper comprehenditur. Ab. in rubr. de ui. & honeſta. cle. & de Simo. c. Mandato. Et dicitur parochialis quando rector eius habet curam animarum populi infra limites eius congregati. Parochianus dicitur qui habitat infra parochiam animo manendi ita quod ſit ibi uere translatus etiam ſi ibi non audit diuina. Ab. de præben. c. Extirpandę. §. Quia uero in additione. Vide. c. Parochia.

Eccleſia parochialis poteſt acquirere ſubiectionem in aliquibus iuribus epiſcopalibus in eccleſia ſitis infra plebenatum, & poteſt hæc iura petere ſi præſcriptione uel alio legitimo titulo acquiſiuit. Abbas de capell. monach. c. Dilectus.

Eccleſia habet pœnam carceris perpetui & hoc de intruſo ſit ad pœnitentiam agendam, nec debet imponi niſi pro grauiſſimo delicto, Carcer non debet eſſe ſic artus ut uerisimile ſit clericum extingui in paucis diebus, alias contrafacientes ſunt iregulares. Licet propter diuturnitatem carceris & paucitatem cibi uita ſit abbreuianda non tamen taliter quod non poſſint ſuſtentari, ideo panis & aqua ſunt ei miniſtranda in tanta quantitate, ut uita poſſit ſuſtentari, Nulla pœna imponenda eſt per eccleſiam per quam uerisimiliter poſſit quis incurrere periculum mortis. Ab. de uerb. ſignifi. c. Nouimus. Item poteſt imponere pœnas ſeruitutis, & ſic Chriſtiani propter delictum ſuum poſſunt redigi in ſeruitutem. Ab. de iude. c. In quorundam. Habet etiam pœnam exilii & impreſſionis caracteris ut quis diſcernatur ab aliis. Epiſcopus poteſt compellere clericum ad abrenunciandum dioceſi. Sic ut non amplius intret in eam ſed exulet. Non tamen poteſt imponere pœnam capitalem, ex qua uerisimiliter ſequatur mors. Ab. de crimi. fal. c. Ad audientiam. Habet pœnam exilii contra clericos & ſeculares, & quando epiſcopus non poteſt hanc pœnam imponere inuocat brachium ſeculare. Ab. de cle. excom.

c. Si quis presbyter. Habet pœnam uerberum etiam reſpectu clericorum ita tamen quod non tendit ad ſanguinis effuſionem. Poteſt ergo clericum delinquentem publice uerberare, & in exilium mittere. Ab. de calumniatoribus. c. Cum fortius.

Eccleſia poteſt peccatorem compellere ad pœnitentiam & ſi peccatum eſt publicũ publica debet eſſe ſatisfactio. Ab. de pœni. & remiſ. c. Manifeſta. Quandoque non compellit, ſed patitur ſtare in peccato ut euitetur maius malum futurum & uidetur probari quod tollerandum eſt minus malum de pręſenti de quo eccleſia certa eſt ut euitetur maius uerisimiliter futurum, licet poſſit id non contingere. Ab. de ſponſa. c. Requiſiuit.

Eccleſia plebenalis poteſt tenere capellanum in ea non autem rectorem. Quę ſic ſub ſe habet capellas poteſt dici matrix eccleſia largo nomine, ideo non uitiatur libellus, nec ſententia, ſi eccleſia inferior epiſcopali uocetur matrix. Ab. de reſcrip. c. Ex parte.

Eccleſia polluitur propter homicidium, uel uulnera hominum in ea, & propter iſta reconciliatur. Ab. de conſecra. eccle. & alta. c. Propoſuiſti. Intelligitur de homicidio uiolento, uel iniurioſo etiam ſi ſine effuſione ſanguinis, ſecus de caſuali. Effuſio ſanguinis ut polluat eccleſiam oportet ſit magna, quia hoc importat nomen effuſionis. Ex iniuria corporali citra effuſionem ſanguinis non polluitur eccleſia. Vbi homicidium uel ſanguinis effuſio eſſent occulta non eſt opus reconciliatione quia ceſſat cauſa inductiua uidelicet horror peccati. Glo. & Ab. ubi ſuprà. c. Propoſuiſti. & in Glo. Si eccleſia Polluitur per ſanguinis effuſionem. Secundo per emiſſionem ſeminis. tertio ſi fuit ſucceſſiue reparata. Nec polluitur propter iſta ſi ſint occulta ſic quod indigeat reconciliatione. Abb. ubi ſuprà. c. Propoſuiſti. Non polluitur pollutione nocturna quia hoc habet conſuetudo, ſecundo quia hoc eſt occultum. Ab. ubi ſuprà. c. Si eccleſia.

Eccleſia & cimiterium polluuntur ſi excommunicatus in eis ſepeliatur & debet reconciliari. Ab. de conſecra. eccle. & alta. c. Conſuluiſti. Si eccleſia non eſt conſecrata, debet reconciliari, & parietes radi, & corpora excommunicatorum ſunt reijcienda. Si eccleſia eſt conſecrata non raduntur parietes, polluitur ſi excommunicatus notorie in eis ſepellitur. Item ſi conſecratur per excommunicatum notorie. Ab. ubi ſuprà. Nec polluitur eccleſia quin polluantur altaria, & econtra. pollutio concernit totum corpus eccleſiæ, cum ſit unitum & indiuiduum, ideo non poteſt celebrari ante reconciliationem, ſecus eſt de conſecratione & execratione altaris, quia ſunt diſtincta & reſpiciunt diſtincta. Ab. de conſecra. eccle. & alta. c. Propoſuiſti.

Eccleſia polluitur ſanguinis emiſsione, & debet reconciliari etiam ſi ex poſt facto uenit in notitiam hominum ſi delictum eſſet ſemper occultum non eſſet neceſſaria reconciliatio. Si adultera uel eius confeſſor publicet hoc, licet adulter neget, reconciliabitur. Ab. de adulte. c. Significaſti.

Rector eccleſie ſine capitulo uidetur tantam poteſtatem habere ſolus quantam habet pręlatus cum capitulo ubi eſt collegium. Ab. de do. & contum. c. Ad hęc.

Eccleſię rector poteſt locare fructus eccleſiæ etiam omnes obuentiones uſque ad decem annos non interueniente auctoritate ſuperioris, & poteſt compelli ad ſtandum præciſe contractui locationis. Poteſt etiam locare fructus toto tempore uitæ ſuæ. Si locatio ſit facta ad longum tempus uidelicet ultra decem annos non tenet locatio, nec locator tenetur ſtare, niſi ſit facta in caſu

licito

licito & cum ſolennitate quæ debet interuenire in perpetuis alienationibus & locationibus, etiam ſi iſta interuenerint, ſucceſſor tenetur ſtare, & ſi eſſet eccleſia læſa poſſet petere reſtitutionem in integrum aduerſus contractum. Si locatio facta eſt ad modicum tempus uidelicet uſque ad decennium per clericum non habentem adminiſtrationem ut eſt ſimplex canonicus non tenetur ſucceſſor ſtare contractui, quia non poteſt canonicus nec alius non habens adminiſtrationem obligare beneficium ultra tempus uitæ ſuæ. Datur præbenda ut inde uiuat, & æquiparatur uſufructuario & hæc uera niſi ex cauſa rationabili & auctoritate epiſcopi ſit facta locatio ad maius tempus, quia tunc locatio tenet, & ſucceſſor tenetur ſtare quia uidetur facta ab habente adminiſtrationem. Si ſit clericus habens adminiſtrationem ut plebanus, uel alius curator & locauit nomine proprio non tenetur ſucceſſor ſtare, & ſi quid perceptum fuerit poſt mortem ante collationem beneficij poteſt ſucceſſor petere ab hærede clerici, uel a conductore, quia fructus poſt mortem uenientes ſeruantur ſucceſſori. Si locauit nomine eccleſiæ, & in utilitatem eccleſiæ tenetur ſucceſſor ſtare locationi, Si inutiliter ſeruata ſolennitate ſolita in alienatione tenetur ſucceſſor ſtare, alias ſecus. In prædictis ſi quis ſoluit ultra tempus uitæ rectoris ſibi imputatur. Locari poſſunt non ſolum prædia ſed etiam obuentiones eccleſiæ, & ſic quicquid obuenerit eccleſię cedit conductori. Iſta locatio non poteſt fieri layco niſi ponat aliquem loco ſui pro recollectis obuentionum eccleſiaſticarum, ne contingat laycum aliquid ſpiritualitatis attingere. Ab. ne præl. ui. ſuas. c. Querelam. Vide in beneficium. Rector eccleſiæ.

Rector eccleſiæ habens impedimentum perpetuum debet inſtituere uicarium perpetuum de conſenſu epiſcopi, ad modicum tempus ipſe poteſt inſtituere uicarium ſed ad longum tempus non debet ſine conſenſu epiſcopi. Ab. ne præla. ui. ſuas. c. Quoniam.

Eccleſię regularis nomine ea tantũ intelligitur in qua clerici uel conuerſi profitentur regulam approbatam. Ab. de elec. c. Ne pro defectu. Debet autẽ reformari de religioſis tantum, non autem de ſecularibus. Ab. de religio. domi. c. Inter quattuor. Nullus citra papam poteſt alterare ſtatum eccleſiæ religioſæ ut regatur per clericos ſeculares, niſi deficientibus regularibus non ſolum eiuſdem ordinis, ſed etiam aliorum, quia tunc in defectum omnium poteſt epiſcopus ponere clericos ſeculares. Ab. ubi ſuprà.

Eccleſia ſecularis ſine præiudicio clericorũ poteſt ad ſtatum regularem reparari. Ab. de eccle. ædifi. c. Ad audientiam ſecundum. Nunquam econtra eccleſia regularis poteſt fieri ſecularis, niſi quando deficiunt regulares, Quando ſit regularis, clerici ibi exiſtentes non debent mutare ſtatum, nec priuari neceſſariis in uita eorum. Epiſcopus poteſt ſecularem eccleſiam facere regularem inuitis clericis ex cauſa puta ſi uiuunt inhoneſte. Non autem ex cauſa uoluntaria eis inuitis in uita eorum, ſed quod poſt uitam eorum ſit regularis poteſt epiſcopus cum capitulo etiam clericis contradicentibus in uita. Ab. de eccle. ædifi. c. Ad audientiam.

Eccleſia quando poteſt petere reſtitutionem in integrum. Ab. de reſtitu. in integr. c. Requiſiuit. Vide. Reſtitutio in integrum. Eccleſia utitur priuilegio minoris & reipublicæ. Ab. ubi ſuprà. c. Auditis. In priuilegiis imperii omnia iura minoris in materia reſtitutionis debent trahi ad eccleſias. Petit reſtitutionem contra contumaces in quibus aliis reſtituitur ſicut minor. Ab. ubi ſuprà. Petit eccleſia reſtitutionem in integrum ex cauſa poſt quatriennium.

nium. Ab. de reb. eccle. non alienan. c. Ad noſtram.

Eccleſiæ omnes ſunt una eccleſia. Hinc eſt quod una eccleſia præſcribit contra aliam. Ab. de tranſactio. c. Statuimus.

Eccleſiæ Romanæ nomine ueniunt papa & Cardinales, unde qui iurat illi obedire tenetur obedire collegio Cardinalium non autem ſingulis ut patet de epiſcopis. Ab. de iur. iuran. c. Ego. Eodem nomine intelligitur papa, uel ubi ſede uacante eſt pœnitentiaria. Ab. de ſenten. exco. c. Quod de his.

Eccleſia Romana gaudet præſcriptione centum annorum in rebus priuatis ipſius & in omnibus iuribus & poſſeſſionibus ſibi competentibus ratione libertatis datæ tam mobilibus quam immobilibus corporalibus & incorporalibus, unde uſucapio triennalis in rebus mobilibus non habet locum contra eccleſiam Romanam. Exemptus qui eſt immediate ſub papa, poteſt præſcribi ſpacio annorum quadraginta quatenus ſibi priuilegiato præiudicat, ſed quatenus præiudicat papæ requiritur tempus centum annorum. Ab. de confir. uti. uel inuti. c. Cum dilecta.

Eccleſia dicitur eſſe ſubiecta alicui pleno iure quando ſolus in ea exercet iura epiſcopalia. Ab. de elec. c. Querelam. & de præben. c. In Lateranenſi. Dicitur pleno iure ſubiecta Abbati, quando epiſcopus nullum ius epiſcopale in illa exercet ſed utraque lege uidelicet dioceſana & iuriſdictionis ſubiicitur Abbati. Ius totum epiſcopale eſt perſcriptibile in cæteris eccleſiis per inferiores. Ab. de præſcrip. c. Auditis. Sic ſubiecta ſubiicitur quo ad inſtitutionem & deſtitutionem illi prælato ad fidelitatem, obedientiam, correctionem præſentationem ad ordines quo ad criſma & letanias, & quo ad ea quæ in capitulo Conquerente de officio ordinarii dicuntur. Abb. de ſenten. & re iudi. c. Cum inter. Si conceditur alicui eccleſiæ pleno iure in ea epiſcopus nullum ius epiſcopale poteſt exercere. Abb. de priuileg. c. Cum & plantare. Concedere eccleſiam pleno iure & utroque iure paria ſunt. Glo. de priuil. c. Quoniam. Vbi epiſcopus percipit ius epiſcopale eccleſia non eſt ſubiecta inferiori prælato pleno iure, ſed ubi prelatus inferior habet iura epiſcopalia, & iuriſdictionem, illi eſt ſubiecta pleno iure. Abbas de priuileg. c. Quoniam.

Eccleſiæ ſuccurritur quando timetur periculum de iure uel de facto, in præſenti uel futuro unde ſi locauit poſſeſſionem potenti, poteſt petere reſtitutionem in integrum aduerſus illum contractum. Abbas de arbi. c. Peruenit.

Eccleſia non uacans non poteſt concedi in beneficium in proprietate religioſis concedi poteſt auctoritate epiſcopi ſine preiudicio prælati. Ab. de dona. c. Conſultationibus. Poteſt epiſcopus unam eccleſiam unire alteri non uocato rectore ſi ad ipſum ſpectat collatio ſi ad prælatum inferiorem requiritur eius conſenſus. Si collatio eſt deuoluta ad papam propter negligentiam poteſt epiſcopus illam unire, quia eccleſia unitur iure proprietatis & alio iure confertur. Ab. ubi ſuprà.

Eccleſia uacante ſuo immediate prælato non poſſunt eius bona alienari, nec preſcribi, licet habeat alios ſuperiores. Ab. de iudi. c. Cum deputati.

Eccleſiæ uacantis cuſtodia ſi cathedralis eſt ſpectat ad icomicum generalem, & eo deficiente ad capitulum. ſi non ſint canonici de facto uel negligentes pertinent ad archiepiſcopum, ſi inferior collegiata ad capitulum quo ad adminiſtrationem, niſi prælatus ſit amotus propter malam adminiſtrationem tacente capitulo, quia tunc prouidebit epiſcopus. Si habet ſolum rectorem & patro-

patronus eſt eccleſiaſticus ad patronum pertinet cuſtodia. In aliis cuſtodia pertinet ad eum ad quem ſpectat conferre beneficium. Vacante ſede ubi collatio pertinet ad prælatum, poteſt capitulum illa cuſtodire, donec illi ſit prouiſum. Ab. de appella. c. Bonæ memorię.

Eccleſiæ uaſa ueſtimenta corporalia præcipiuntur conſeruari munda, In eccleſiis ſupellectilia teneri non debent niſi neceſsitas urgeat. Abb. de cuſtod. euchare. c. Reliquia.

Eccleſia uacante iudicium habitum contra illam non tenet. Ab. de ſed. uacan. c. Conſtitutus. Iudicium non poteſt de nouo inſtitui, nec inſtitutum continuari, & debet expectari ſubſtitutio epiſcopi. Si teſtes ſunt ſenes, & ualitudinarii & timetur de lõga abſentia, poſſunt recipi, & ſi cauſa ſpectat ad capitulum tantum poteſt agitari. In inferioribus ſi eccleſia non eſt collegiata poteſt epiſcopus agere & defendere, ſi eſt collegiata agit capitulum auctoritate epiſcopi quando eſt neceſſitas, uel longa uacatio, alias debet expectari prelatus ad quem defenſio iurium primo loco ſpectat. Abbas ubi ſuprà.

Eccleſia una unitur alteri quattuor modis. Primo quo ad ſpiritualia tantum ſicut quando exequiæ mortuorum utriuſque in ea celebrantur. Secundo quando una ſubiicitur alteri. Tertio ut idem ſit prelatus utriuſque. Quarto una eccleſia unitur uni uel altera alteri, uel ambo ſimul. Quinto quando eccleſia erigitur in cathedralem aut unitur cathedrali & ponuntur conditiones & iura earum. Ab. de ſed. uacan. c. Nouit.

Eccleſia una poteſt uniri alteri quando propter paupertatem non ſunt qui uelint acceptare, uel non ſunt perſonæ idoneæ quę uelint. Non tamen propter unionem alterari debet ſtatus eccleſiæ unitę quin conſueto modo ſeruetur. Si ſit ſufficiens uicario & canonico non debet annecti, ſi non ſit ſufficiens debet epiſcopus prouidere de ſuo. Augeri poſſunt præbendę per unionem ut dictum eſt. Secundo in beneficio pingui aſſignando penſionem quam ſoluat canonico, Vnde propter paupertatem unius eccleſiæ licet auferre membrum eccleſię exuberantis. Si capella annectitur præbendæ, canonicus eſt prælatus in capella, & habet curam animarum in habitu, & inſtitutus ibi eſt loco uicarii. Si canonicus habet penſionem inſtituendus eſt prælatus, & habebit curam animarum. Ab. de præben. c. Expoſuiſti.

Eculeum in quo puniuntur homines, quid ſit. Ab. de his qui occid. fili. c. Veniens. Vide in homicidio. Mulier occidens filium.

Ædificum in præiudicium alterius. Ab. de no. oper. initia. c. Intelleximus. Vide. Eccleſia uel capella non debet ædificari.

In optione eſt iniciantis nouum opus infra tres menſes de præiudicio, ſuo debet oſtendere, & interim ceſſetur ab opere, aut cautione accepta de opere demoliendo, ſtatim ędificari permittat. Ab. de no. oper. initiatio. c. Significantibus. Denuncians nouum opus tenetur probare de iure ſuo infra tres menſes ſi uult impedire ædificium poſt tres menſes poteſt procedi in ædificium recepta cautione de opere demoliendo, & proceditur in cauſa nec oportet quod doceat infra tres menſes. Clericus poteſt proſequi mutationem noui operis contra laycum in iudicio eccleſiæ. Ab. ubi ſuprà. Oblatio cautionis non dat facultatem procedendi in ædificio non conſentiente denunciatore niſi poſt tres menſes, quia non tenetur ultra expectare cum ſui præiudicio. Iſta promiſſio utilis eſt utrique parti, ne perdant expenſas & graue præiudicium uitetur. Ab. ubi ſuprà. c. Is cui.

Ædifi-

Ædificii noui conſtructio cui prohibetur non eſt propter hoc prohibita antiqui ædificii reformatio, ſi prohibetur eligere caſtrum poteſt antiquum renouare & corrupta poſſunt reformari in tantum ut noua reparatio non mutet formam antiquam, quia ubi mutatur priſtina forma uidetur nouum ędificium & cadit ſub prohibitione noui ædificii. Si antiquum funditus corruit non poteſt reędificari, quia uidetur nouum. Ab. de iude. c. Conſuluit.

Ædis nomine uenit omne ædificium. Ab. de iniur. & dam. c. Si quis domum.

Egregii dicuntur doctores & presbyteri quibus ſcribitur egregio. Ab. de teſti. c. Si qui teſtium.

Electio eſt alicuius perſonæ ad prælationem uel ſocietatem fraternalem canonice facta uocatio. Licet olim poſtulatione pro electione uteretur, hodie tamen plurimum defecerunt. Si electores poſtulant eum qui poteſt eligi de iure nihil agunt, quia prouidere debent eccleſiæ de meliori & meliori modo quo poſſunt, qui eligunt conſentiunt in electum, ut in ſponſum & per electionem initiatur uinculum matrimoniale, non autem ſic ſi poſtuletur. Ab. in rubr. de poſtula.

Electio tripliciter celebratur per compromiſſum, communem inſpirationem, & per ſcrutinium. In eccleſiis cathedralibus aliter non ualet electio & electores ea uice priuandi ſunt poteſtate eligendi. Ab. de elec. c. Quia propter. Iſta conſtitucio habet locum in electione, in qua prouidetur eccleſiæ uiduatæ ut ſunt cathedrales, regulares & collegiatæ habentes generalem iuriſdictionem. Glo. & Ab. ubi ſuprà. Hæc forma ſeruanda eſt in poſtulatione in qua per admiſſionem poſtulantis conſequitur poſtulatus ius prælaturæ, quia admiſsio facta per ſuperiorem habet uim electionis, in aliis poſtulationibus non oportet præmiſſa ſaluentur. Ab. ubi ſuprà. c. Quia propter.

Electio per compromiſſum ſi compromittitur in eo qui habet auctoritatem confirmandi non facit utrunque uno actu ſed duobus. Gloſ. & Ab. de elec. c. Cum inter canonicos & ubi ſuprà. Scriptum eſt. Compromittentes in aliquem ut eligat re non integra non poſſunt reuocare. Si cepit habere tractatum non eſt res integra. Ab. de elec. c. In cauſis. Eligi etiam poſſunt aliqui per quos eligantur compromiſſarii, poſſunt & compromiſſarii a principio eſſe certi, Idem eſt de litigantibus in foro ſeculari, nec eſt ius de numero compromiſſariorum qui iuramento aſtringi poſſunt quod fideliter tractabunt negocia electionis. Non poteſt compromitti uno electorum diſcordante, nec ſufficit quod electores taceant, ſed requiritur conſenſus expreſſus ſicut & in aliis pertinentibus ad capitulum. Compromiſſarii debent publicare electionem in capitulo, licet non oporteat quod ibi eligant. Dicitur res non integra quando cœperunt tractare de perſona eligenda, ſecus ſi expleta ſunt tantum pertinentia ad ſolennitatem ut miſſa. Si compromittitur de electione hoc nomine uenit etiam poſtulatio & omnis modus quo poteſt eccleſiæ prouideri. Si res eſt integra & compromiſſum eſt fauore perſonæ puta ut aliquem honorent, nō poteſt reuocari, ſecus ſi fauore eccleſiæ. In dubio ubi aliter non apparet, præſumitur factum fauore eccleſię, Quando fit reuocatio debet fieri expreſſa & compromiſſariis intimari, alioquin eorum tenet electio, ſi prior ſit electione capituli. Ad reuocationem requiritur maior pars capituli. Si unus ex compromiſſariis eſt excommunicatus publice, non tenet electio, ſi occulte & plures ſunt non excommunicati, tenet electio, ſi pauciores, non tenet. Ab. ubi ſuprà. c. In cauſis. Quod oportet omnes uocales conuenire in compromiſſo. Abb. ubi ſuprà. c. Scriptum eſt.

eſt. Electio a maiori parte compromiſſariorum tenet etiam minori parte pręſente & contradicente. Idem eſt de electoribus ad officium exercendum ſi prædicto modo fiat electio. Ab. ubi ſuprà. c. Cum dilecti. Electores poſſunt cohartare compromiſſarios ut eligant unum de collegio quem maior pars nominauerit. Electores tenentur accipere electum a compromiſſariis ſi dignus ſit, niſi appareat illum electum contra formam compromiſſi. Ab. ubi ſuprà. c. Cum dilecti. Electores poſſunt concedere poteſtatem eligendi forenſibus ſi omnes in hoc conueniunt ſicut & compromittere, ſed uno diſcrepante non poſſunt, quia cuiuslibet intereſt an eius minuatur poteſtas. Ab. ubi ſuprà. c. Scriptum eſt. Si pars maior compromiſſariorum eligit ſcienter indignum poteſtas eligendi ad capitulum redit non ad ſuperiorem. Abb. de poſtul. c. Gratum. Electionem oportet ex omnibus compromiſſariis fieri, & compromiſſum ab omnibus nullo diſcrepante, alias non tenet. Non tenentur compromiſſarii ſeruare aliquā formā in electione fienda per eos, unus tamen uice omnium eligit per uerba ſingularis numeri. Compromiſſarii habent poteſtatem abſolutam, uel limitatam prout compromittentes eis tribuunt, non ualet tamen compromiſſum ut eligatur ille in quem maior pars conuenerit, niſi illa pars eſſet maior. Nec compromiſſum ualet de eligendo perſonam certam. Debent eligere in eccleſia uacante, licet locus non ſit de ſubſtantia electionis. Abb. ubi ſuprà. c. Quia propter. Non tenentur facere collationem numeri ad numerum. Ab. ubi ſuprà. c. In geneſi. c. Vide. Electores. Compromiſſarii quando ſunt plures non poſſunt unum ex ipſis eligere ſi datur eis poteſtas eligendi abſolute, ſecus ſi quod eligant unum ex ipſis uel alium. Gloſ. de ſortile. c. Eccleſia. Communiter tenetur oppoſitum. Ab. ubi ſuprà.

Electio per communem inſpirationem habet de ſui ſubſtantia quod fiat ab omnibus uno ore nullo contradicente, quia uno contradicente uidetur facta nō a Deo inſpirante, ſecundo quod ſit facta abſque uitio ſimoniæ, uel alicuius tractatus, quia ſi pręcedit tractatus de aliqua ſpeciali perſona non ualet electio, nec tenentur ad formam ſcrutinii, ſed pro forma habet quod fiat ab omnibus & abſque uitio. Ab. de elec. c. Quia propter.

In electione per ſcrutinium celebranda oportet ſint ſcrutatores qui ſcribant uota, duo ſcrutentur tertium, & ſic ſcrutabuntur ſeipſos, & hoc eſt utile ne ab eis dependeat electio, uel dabitur tabellio qui ſcrutabitur illos tres. Prima uia eſt melior & communior. Vota eligentium poſſunt ſcribi per ſcrutatores, uel per tabellionem ut dicit hic Glo. Littera tamen uidetur uelle quod ipſi ſcribant. Notarius poteſt eſſe laycus, quia in hac re ſpirituali purum miniſterium, uel officium exercet, non autem ſpirituale aliquod ſicut procurator laycus. Collatio debet fieri per eum quem eligit capitulum quando eligunt duos. Idem dicitur de electione fienda per illum, & bonum eſt quod capitulum hanc poteſtatem ſcrutatoribus conferat ante electionem. Quando omnes eligunt eundem non fit collatio numeri ad numerum, ſed fiet de numero merito uidelicet dum habet ſufficientem numerum, quia forte non ſunt duę partes capituli, uel forte non habent uocem de merito electi an ſit idoneus ad illam dignitatem. Ab. de zelo an propter præces uel alia illicita conſenſerint in eum. Electio fiet per unum per uerba ſingularis numeri uice totius capituli, & ſufficit ſit de capitulo etiam ſine mandato capituli, dum tamen capitulum non contradicat ut dicit Glo. Scrutatores debent ſcribere, uota. i. deſideria quia debent interrogare in quem

conſen-

conſentire uolunt, & quare ſic uolunt, & quo zelo & de meritis & qualitate electi. alias non poteſt fieri collatio meriti & zeli ut oportet. Secundum Ioannem Andre. Scrutatores debent iuramento aſtringere electores ſingulos ad prædicta. ſed cum hoc non ſit iure cautum melius dicitur quod poſſunt eos coniurare ſub periculo animę ſuæ, & per Deum ut in eum quem putant meliorem conſentiant, & per quem melius prouideatur eccleſiæ & tunc ſic ſcribitur. Talis interrogatus, uel abiuratus reſpondit nomine, uel conſentio, uel eligo talem. Duo prima uidentur melius quia unus ſolus debet eligere uice capituli, Tertium tamen non uitiat quia ſequitur communis electio. Ab. de ſubſtantia electionis & neceſſaria ſunt hæc, primo quod electio fiat per congregatos in unum. eſt generale hoc in omnibus explicandis per collegium, ſic tamen quod ſint duæ partes. Secundo quod ſint tres ſcrutatores tantum, nec pauciores. Credo non oporteat eos aſſumi per capitulum quia ſi res incipiens ſcrutari & alii uidentes non contradicant tenet electio. Nullus tamen debet ſe ingerere quia præſumitur fraus. Tertio quod ſint de collegio eligentium, & non ſufficit de collegio eccleſiæ uacantis ſit. Quarto ſingulorum uota exigantur in ſecreto quo ad alios electores non quo ad teſtes & notarium. Quinto inquiſitio debet fieri ſigillatim. Sexto. Vota omnium exquirantur. Septimo. Vota debent redigi in ſcriptis publicis, uel priuatis. Octauo. Vota ſcripta publicentur in communi in capitulo. Nono hæc publicatio fiat mox poſtquam fuerit in ſcriptis redacta. Decimo publicatione facta fiat comparatio numeri, meriti, & zeli ut ſupra dictum eſt. Vndecimo collatio fiet mox publicato ſcrutinio nullo actu extraneo interueniente. Duodecimo collatione facta ſequatur electio ut ſupradictum eſt. Decimotertio electio fiat ſtatim poſt collationem nullo actu extraneo medio interueniente. Decimoquarto electio fiat de eo in quem maior & ſanior pars conſenſerit. Decimoquinto quod collatio fiat uerbalis. Decimoſexto quod ſolenniter publicetur in capitulo. Decimoſeptimo ut omnium pręmiſſorum ſeruetur ordo. Alia ut quod ſcrutatores ſint fide digni, locus & quod fiat poſt ſepulturam non ſunt neceſſaria, nec de ſubſtantia electionis. Gloſ. & Abb. de elec. c. Quia propter. Vocare omnes uocandos non eſt de ſubſtantia, ſi contempti conſentiunt, poteſt electio confirmari. Numerus ſcrutatorum non eſt de ſubſtantia, ſufficit tot ſint quod non poſſit fieri fraus, nec oportet ſcrutatores eſſe de collegio, ſufficit ſint uiri religioſi. Glo. ubi ſupra. c. Quia propter.

Electio facta poſt appellationem prima non caſſata, uel contra priuilegia eccleſiæ eſt caſſanda. Ab. de elec. c. Conſiderauimus. Eligentes contra priuilegia eccleſię & contra appellationem legitimam non ſunt priuati poteſtate eligendi, ſed poſſunt de nouo eligere, electio tamen ſecunda non caſſata prima non tenet. Ab. ubi ſupra. Celebrata poſt appellationem ſed non contra appellationem, ſi uocati nolunt uenire, ius eligendi remanet apud uocantes. Ad confirmatorem pertinet examinare electum etiam nullo opponente. Ab. de elec. c. Cum uobis olim. Non impedit electionem nominatio nec appellatio eius, cuius non intereſt. ſi uocales contemnuntur & proſequuntur contemptum caſſatur electio etiam confirmata, & poſſunt proſequi niſi conſenſerint electioni. Quod etiam poſſint ex poſt facto, omnia declarat. Abbas de elec. c. Quod ſicut ex litteris. Qui electioni renunciauit de ſe factæ non poteſt appellare ad impediendum electionem alterius.

rius. Abbas de elec. c. Cum inter.

Electio per canonicos & laycos facta eſt nulla, etiam ſi ſit conſuetudo quo ad electionem epiſcopi. Ab. de elec. c. Meſſana. Intelligitur quando ſeculares coeligunt non autem ſi uocetur tabellio, uel alii ad defenſionem. Quando eſt metus cadens in conſtantem uirum niſi ſeculares admittantur tenet. Canon introductus eſt in odium clericorum tunc ceſſat, ideo utile eſt quod faciant ſuam proteſtationem. Ab. ubi ſuprà. & ut ſupra. c. Cum Vitonens.

Electio tentata poſt mortem coelecti eſt ipſo iure nulla. Abbas de arbi. c. Ex parte.

Electio poſt collationem celebrata ex interuallo eſt nulla. Ab. de elec. c. Cum poſt. Intelligitur ſi diuertunt ad extraneos actus, unde naturalis mora non impedit. Item ſi tractaretur concordia, & cantaretur miſſa de Spiritu ſancto Glo. ubi ſuprà. Idem ubi deficit collatio, publicatio, inquiſitio & in continenti electio & ſcriptura. Glo. de elec. c. Eccleſia ueſtra. & ubi ſuprà. Cumana. Si tardaretur electio in fraudem electi tenet electio, non autem ſi propter negligentiam eligentia. Ab. ubi ſupra. Publicato ſcrutinio. A maior parte facta & omiſſa collatione non ualet. Ab. de elec. c. Cumana. & in Geneſi. Electio quam non præcedit collatio uel non fit a maiori parte capituli uel non eſt communis non ualet quia requiritur quod fiat a maiori & ſaniori parte capituli copulatiue. Ab. ubi ſuprà. c. In geneſi. In unanimi electione collatio fienda eſt, licet non numeri ad numerum. Abb. de elec. c. Cum poſt. Vide. Electio per ſcrutinium.

Electio confirmanda eſt ſi ſit canonica, ſuperior ante confirmationem debet inquirere de conuerſatione & uita electi. ubi conuerſatus eſt. Abb. de elec. c. Poſtquam. Si renuerit illum confirmare, cogendus eſt per ſuperiorem, qui debet ſtatuere tempus infra quod confirmet, alioquin cadit a ſuo iure. Ad electum pertinet probare quod ſit idoneus. Ab. ubi ſuprà. Electus non poteſt confirmari niſi ipſe conſentiat. Glo. & Ab. ubi ſuprà. c. Innotuit. Confirmatus ante conſecrationem poteſt ea quæ ſunt iuriſdictionis. Ab. ubi ſuprà. c. Tranſmiſſa. Si nullus eſt in poſſeſſione ante ſui tranſlationem poteſt miniſtrare, Non autem ſi eſt in poſſeſſione gerens ſe pro prælato, niſi conſuetudo eſſet in oppoſitum. Idem de prouiſo per papam, Cognoſcere etiam poteſt in criminibus clericorũ non tamen de quo quis eſſet degradandus ſi ſententiam intendit proſequi, quia hoc eſt ordinis ut dicit hic Glo. licet alii contradicant. Ab. de elec. c. Tranſmiſſam.

Electionis confirmatio licet exigat conſilium capituli, non tamen conſenſum. Ab. de appella. c. Qua Fronte.

Si caſſatur confirmatio ex confirmantis defectu, uel propter iudiciarium ordinem non ſeruatum electio remanet in priſtino gradu. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Ad probandum.

Electio tentata contra conſuetudinem, uel contra priuilegium eccleſiæ eſt reprobanda, & ſic non eſt nulla ipſo iure. Induci tamen poteſt conſuetudo ut eligatur prælatus de aliquo conuentu, & ualet. Abb. de uerbo. ſigni. c. Abbate.

Electio ubi unus contemnitur eſt caſſanda, nec tamen ad ſuperiorem deuoluitur ius eligendi. Ab. de elec. c. Bonæ memoriæ. Non eſt ipſo iure nulla niſi deficiat ultra tertiam partem, eſt tamen irritanda, ſed nec electores uoce priuantur ſed conſumpto primo poſſunt electum reaſſumere, & tenet electio, quia non uenit caſſanda uitio perſonæ. Si eligunt indignum ſunt priuati ea

ti ea uice uoce. ſi peccant circa ſubſtantialia ſunt priuandi, ſed non priuati, ſi aliquem contemnunt, cum uocatio non ſit de ſubſtantialibus non poſſunt priuari niſi per papam ex plenitudine poteſtatis, ſed tantum retractatur electio. Si contemptus proſequatur contemptum ſuum. Ad iuſtitiam pertinet quod omnes uocentur non ad ſubſtantiam electionis. Ab. ubi ſuprà. c. Bonę memoriæ. Non eſt nulla ſed caſſanda ad petitionem contempti. Ab. de poſtul. c. Gratum. Si contemptus proſequitur contemptum, ſolum caſſatur electio, quia pertinet ad commodum priuatum, & iudex non poteſt allegare contemptum niſi contemptus proſequatur contemptum, nec ſucceſſor eius ſi interueniente morte ſit factus canonicus ante confirmationem electi poteſt allegare contemptum. Si electio facta ſit non a pluribus medietate omnium computatis contemptis ſed a pluribus exceptis contemptis non ualet etiam tacentibus contemptis. Ab. de elec. c. In geneſi. Superior poteſt inquirere de contemptu & forma electionis. Glo. ubi ſuprà. Electioni plus obeſt contemptus unius quam contradictio multorum. Abb. ubi ſuprà. c. Venerabili. Tam electio quam poſtulatio caſſandæ ſunt, ſi habens uocem non uocatur illo proſequente contemptum ſuum. Abbas de poſtul. c. Bonæ memoriæ.

Electio non conualeſcit ex acceſſu alicuius quando non eſt a ſufficienti numero niſi ea quæ eſt electio papæ. Abbas de elec. c. Licet de euitanda. Facta de indigno tempore electionis non conualeſcit ſi ſuperueniant ea quæ illum dignum reddant ut ætas, ſcientia, mores. Glo. de elec. c. Dudum.

Electionis decretum debet continere ſeriem & formam electionis nomine eligentium & eorum conſenſum ſubſcriptiones cuiuslibet hoc modo. Ego. N. interfui electioni, conſenſi & ſubſcripſi me de mandato talis, Item nomen electi & dignitatis ad quam eligitur. ſcriptura debet fieri manu publica, uel per ſcriptores duos & debet apponi ſigillum capituli. Item debet continere uoluntates ſingulorum publicationes, & collationes, & electionem, ſic quod per decretum appareat formam ſeruatam fuiſſe. Hodie ſic eſt decretum in ſubſtantia quod niſi fiat publicatio uoluntatum inquiſitio, collatio, & incontinenti ſequatur electio, caſſatur ipſa electio. Glo. de elec. c. Innotuit. Si decretum fiat per publicum notarium non eſt neceſſe quod apponatur ſigillum, & ea quæ recitantur in Glo. non ſunt de neceſſitate decreti ſed electionis. immo non eſt decretum neceſſarium ſi electio poteſt probari. Ab. ubi ſuprà.

Electione deuoluta ad ſuperiorem poteſt ſuperior eligere iure deuoluto & confirmare iure proprio. Poteſt etiam uno actu explere omnia prouidendo, & talis prouiſio habet uim electionis, & confirmationis. Ab. de conceſ. preben. c. Dilectus filius.

Electio in eccleſia collegiata pertinet ad capitulum. Abbas de excep. c. Cum uenerabilis. Ad capitulum pertinet electio, & ſi ſuperior noluerit confirmare, debet adiri ſuperior per appellationem, quia non eſt tempus determinatum ad confirmandum ſtatutum, ſicut ad eligendum. Ab. de excep. c. Significauerunt. In electionibus dignitas non præfertur numero, niſi quando parum deficit unus numerus ab alio. Glo. de elec. c. Dudum.

Electio eius qui habet plures dignitates, uel qui miniſtrat ante confirmationem, uel poſt caſſatam electionem caſſatur. Abb. de præben. c. Cum iam dudum. Caſſanda eſt, ſi electus habet plures dignitates & plures prębendas incompoſsibiles. Tertio propter ambitionem. Quarto propter auaritiam.

tiam. ſi ſe ingeſſit uel adminiſtrauit. ante confirmationem quodlibet horum ſufficit ad caſſationem. Ab. ubi ſuprà.

Electio ad epiſcopatum debet fieri de digno ſcientia & moribus completo eius trigeſimo anno & legitime nato. Ab. de elec. c. Cum in cunctis. Debet habere quę his uerſibus continentur. anni 30. ſacer ordo pura uoluntas. Et morum grauitas ſapientia ſponſa parentis. Concurrens fama Decus hoc dat Pontificalem. Concurrunt etiam quę ſcribit. Pau. ad Timothe. Ab. ubi ſuprà. & Glo. de æta. & quali. ordinan. c. Quamuis.

Electio poſt depoſitionem epiſcopi qui reſtituitur per papam facta antequam canonici habeant litteras reſtitutionis non tenet. Glo. de elec. c. Innotuit. Intelligitur quando papa prius reſtituit quam illi eligerent neſcientes. Ab. ubi ſuprà.

Electio in qua admittuntur excommunicati maiori excommunicatione, corruit tota ſi excommunicati nolunt recedere, alia uice congregabuntur ſine illis. ſi eis currit tempus proteſtabuntur quod nullum excommunicatum intēdunt admittere, & tenebit electio. Celebrata per excommunicatos minori excommunicatione tenet, non tamen poſſunt eligi ſic excommunicati, quia priuati ſunt eo ad quod eliguntur. Gloſ. & Abbas de elec. c. Illa & cottidiana. Excommunicatus minori poteſt eligere ſed non eligi. Abbas de excep. c. Apoſtolicæ. Vide. Excommunicatus. Electio ad quam admittitur inhabilis puta excommunicatus, an ualeat. Abbas de procura. c. Conſuluiſti.

Expenſę neceſſariæ quas facit capitulum pro electione prælati debent fieri de bonis prælaturę. Ab. de elec. c. Vt preterita. Intelligitur de factis pro electione fienda & facta communiter. Funeralia quæ fiunt in ſolatium animæ fiunt ex bonis eccleſiæ etiam ſi habeat patrimonium, ſi ad ſolatium uiuorum ut maior apparatus non debet fieri de bonis prelaturæ, oportet etiam quod maior pars capituli proſequatur electionem illius, & quod non occupauerit illius prælaturæ bona poſt mortem prelati. Abbas ubi ſuprà. Si ad alia aliis ſuis negociis uadunt non ſoluet eccleſia. Gloſ. ubi ſupra.

Electio in qua forma data in capitulo Quia propter de elec. ſi non ſeruatur eſt nulla ipſo iure. Vbi ſunt pauciores & non poſſunt ſeruari poſſunt eligere per compromiſſum, uel per communem inſpirationem, non tamen tenentur ſed poſſunt electionem facere coram teſtibus & publicare, quia lex non ligat ubi ſeruari non poteſt. Non ſeruantes formam non ſunt priuati uoce ſed priuandi, ſi omnes peccauerunt in eccleſiis cathedralibus poteſtas deuoluitur ad papam in aliis ad proximum ſuperiorem. ſi non omnes peccauerunt deuoluitur ad eos qui non peccauerunt in forma eligendi. Mortuo electo contra prædictam formam uel non acceptante ſi maior pars peccauit & poſt procedit ad electionem cum aliis tenet electio, quia poteſtas non deuoluitur ad minorem partem niſi ipſi priuentur per ſententiam per quam acquiritur ius minori parti. Cuius appellatio eſt nulla ſi appellant ante ſententiam ne procedatur ad electionem cum poſſit maior pars impetrare reſtitutionem à ſuperiori & aliis pœnis puniri. Ab. de elec. c. Quia propter. Non ſeruantes prædicta ſunt priuandi uoce, etiam ſi nullus ſit electus a pleniori parte. & licet electio non habeat effectum rei tamen ſunt puniendi. Vbi ſuprà. c. Cumana.

Electio ignorantis & eius qui non habet ſcientiam ſufficientem eſt caſſanda,

X ſimi-

ſimiliter eius qui adminiſtrat ante confirmationem. Abb. de elec. c. Qualiter poſt. Si permittit ſe inſtitui non incidit propter hoc in hanc pœnam. Vbi conſuetudo eſt excuſari poteſt non autem ab adminiſtratione. In epiſcopo requiritur conueniens ſcientia & ſufficit quod tolleretur, licet eminens deſideretur. Non conualeſcit electio poſt ſi tempore electionis non fuit ſufficiens in ſcientia. Eius qui miniſtrauit ante confirmationem electio non eſt nulla ſed annullanda, & talis eſt ineligibilis in ea & in alia eccleſia. Si papa pronunciet illum, & ignorat eum adminiſtraſſe non habet uerum titulum, ſed ſubretitium, cum intruſus indigeat diſpenſatione, quam papa non facit, cum ignoret geſta per eum. Ante confirmationem omnia ſunt nulla etiam ſolutores debitorum. Ab. de elec. c. Qualiter poſt.

In electionibus inuocatio Spiritus S. Veni Creator, non eſt de ſubſtantia. Ab. de cau. poſſeſ. & proprie. c. Cum eccleſia.

Electionis ius ſi maior pars fuerit priuata uoce reſidet in paucioribus etiam in uno. Gloſ. de poſtul. c. Gratum. Idem iudicium eſt de omnibus aliis actibus in particulari quando maior pars eſt inhabilis ad ea quæ pertractanda ſunt. Abbas ubi ſuprà. Electoribus omnibus mortuis, uel negligentibus ius eligendi transfertur ad eum qui habet confirmandi auctoritatem, ſiue fuerit epiſcopus, ſiue alius prælatus. Abbas de elec. c. Nullus in eccleſia.

Electio non pertinet ad laycos, & quæ fit eorum clamore caſſatur. Abbas de elec. c. Oſius epiſcopus. Vocatur populus ad aſſentiendum. unde eo non conſentiente confirmatur prælatus, niſi ſit ſcandalum in populo, quo exiſtente nullus debet præfici ad prælationem. Poteſt conſuetudine induci quod non eligatur niſi prius denuncient principi mortem ſui prælati. Abbas de elec. c. Nullus in eccleſia. Electio non poteſt cadere in laycum cum ſit quid ſpirituale nec per conſuetudinem, quę non facit laycum capacem iuris ſpiritualis. Ius patronatus permittitur ut layci inducantur ad fundandum & dotandum eccleſias. Electio eſt magis ſpiritualis cum per eam acquiratur ius & incohetur matrimonium ſpirituale, non ſic in præſentato. Abbas de elec c. Quod ſicut ex litteris. & Gloſ. & Abbas de elec. c. Quiſquis.

Electionis ius non cadit in laycum etiam ſi ſit patronus in eccleſia collegiata, etiam ſi facta eſſet compoſitio cum prælato & capitulo. Abbas de elec. c. Sancitum. Tenet etiam in eccleſia non collegiata, nec poteſt epiſcopus diſpenſare quod ius ſpirituale cadat in laycum. Poteſt tamen laycus præſentare, quia ſpirituale non acquiritur per præſentationem, ſed ex inſtitutione epiſcopi. Electo acquiritur ius ſpirituale, unde conſuetudine de cuius initio non habetur memoria, non poteſt fieri, quod laycus habeat ius ſpirituale, poteſt tamen fieri quod electio facta præſentetur patrono, quia ex iuſta cauſa poteſt contradicere, & non aliter. Pactum factum cum patrono quod habeat ius eligendi eſt ipſo iure nullum. Parochiani non habent ius præſentandi niſi ſint patroni. Ab. ubi ſuprà. c. Sancitum. & ut ubi ſuprà. Meſſana.

Electio per abuſum poteſtatis laycorum eſt nulla, & illi de ſe factæ conſentiens eſt ineligibilis ad dignitatem, & eligentes per tres annos ſuſpenduntur a beneficiis & ſunt priuati poteſtate eligendi. Abbas de elec. c. Quiſquis. Si etiam electio per abuſum ſecularium fiat per clericos qui recipit dignitatem per abuſum poteſtatis ſecularis non poteſt promoueri ad dignitatem,

niſi

niſi diſpenſetur, ſi illam habet, poſſidet iniuſte, niſi papa illam det ſcienter, non autem ſi inferior. Intelliguntur prędicta de omni dignitate communiter, poſſunt tamen promoueri ad canonicatum & ad beneficia quæ non ſunt dignitatis, & ad eccleſiam curatam niſi habeat iuriſdictionem in foro contentioſo. Excipiuntur layci qui ex priuilegio habent ius eligendi, non autem ſi eligant ex conſuetudine etiam ſi de eius initio non ſit memoria. Abuſus poteſtatis ſecularis triplex. Primo, quando clerici requirunt ſeculares ut interſint electioni. Secundo quando requirunt conſenſum principis ſuper aliqua perſona eligenda. Tertio quando eligitur minis ſecularium. Quo ad omnia prædicta. Abbas de elec. c. Quiſquis. Si clerici ui & non ſponte admittunt ſeculares, non puniuntur. Electio prędicta eſt irrita ipſo iure, & per ſententiam ſuſpenduntur ea uice, & per triennium ſequens priuati ſunt uoce electores. poteſt tamen epiſcopus diſpenſare. Glo. ubi ſuprà.

Electio debet eſſe libera. Si coguntur eligere unum certum electio eſt nulla ipſo iure, ſi coguntur eligere unum de certo genere perſonarum, quia non aufertur libertas, ſed reſtringitur, tenet electio de iure. Idem in collegijs ſecularibus habentibus ius eligendi. unde omnia facta per principem primo modo electum ſunt nulla ipſo iure. Abbas de elec. c. Licet de uitanda, & de his quæ ui. me. cau. fi. c. Abbas. Debent eſſe in libertate eligentium, nec ualet conſuetudo contraria. Abbas de elec. c. Cum terra. Poteſt tamen poſt aſſenſus principis peti qui poteſt opponere contra electum ſi dubitat de proditione, uel reuelatione ſecretorum. Si eccleſia habet patronum licet inquirere eius conſenſum poſt electionem non ante, quo non conſentiente ſine cauſa rationabili non caſſabitur electio. Per conſuetudinem induci poteſt quod requiratur conſenſus alicuius poſt electionem, ſed ipſe non conſentiente non retractabitur electio. Conſuetudo poteſt reſtringere libertatem eligendi, ut quod teneantur eligere prælatum de aliquo collegio, uel quod teneantur admittere forenſes ad eligendum, poteſt etiam tollere totam poteſtatem eligendi. Electio per uiolentiam quando fit ad certum genus perſonarum, non ad certam perſonam ualet. Idem credo poſſe tentari de matrimonio contrahendo per metum. Induci poteſt etiam ut mortuo prælato principi prius intimetur, uel de conſenſu eius procedatur ad electionem propter intereſſe principis, ne quid prauitatis incidat in electione. Induci etiam poteſt ut fiat in certo loco, non ſit uis dummodo & ſit honeſtus. Abbas ubi ſuprà. c. Cum terra. Conſenſus regis poſt electionem requiri poteſt ex conſuetudine, uel quia eſt patronus, non tamen tenentur quando prouident eccleſiæ. Abb. ubi ſuprà. c. Cum inter uniuerſas. Libertas tollitur ſi compelluntur eligere unum præciſe, & electio eſt nulla, non autem, ſi compelluntur eligere unum de certo genere perſonarum, cum ad hoc ualeat conſuetudo. Obligatus ad ſic eligendum in dubio intelligitur ſi & in quantum reperiatur perſona idonea. Ab. de uerb. ſigni. c. Abbate.

Electionis locus eſt eccleſia, uel capitulum. Si tamen fiat in aliquo loco honeſto tenet. Abbas de elec. c. Cum terra. Facta extra territorium eccleſiæ cathedralis ſine cauſa legitima non ualet. Ab. ubi ſuprà. c. Quod ſicut ex. In loco interdicto facta tenet, licet electio papæ ſpecialiter non debeat fieri in loco interdicto facta tamen tenet. Abb. de poſtul. c. Ad hoc in beato Petro.

Electio facta per metum eſt ipſo iure nulla, nec requiritur quod per impreſſionem laycorum fiat, ſed ſufficit quod probabiliter timeant. Glo.& Ab.de elec.c.Bonæ memoriæ.

Electio non a maiori parte capituli & ſaniori non ualet, niſi numerus multum excedat.Ab.de elec.c.Eccleſia ueſtra. Quando congregati ſunt in capitulo non oportet quod duæ partes eligant, ſed ſufficit maior pars eorum. Ab. ubi ſuprà.Quæ eſt a ſaniori parte non tenet,niſi etiam ſic maior. Ab.ubi ſuprà.c.Quia propter. & eccleſia ueſtra. Si maior eligit indignum,& poſt minor dignum,ualet ſecunda etiam ex eodem ſcrutinio.Ab. de elec.c.Congregato. Si minor pars ſtatim eligit tenet electio, publicato ſcrutinio. Si minor pars eligit dignum antequam maior pars eligat dignum ambę ſunt nullę, quia non priuatur quis uoce niſi per actum communis electionis, & conſequenter prima eſt a minori parte uocalium. Si ſequitur electionem indigni immediate non oportet fiat aliud ſcrutinium nec quod retractetur alia. Si ex interuallo temporis electio fiat a minori parte, omnia retractabuntur, & utroque modo electio tenet. Abb. ubi ſuprà. c. Congregato.

In electione requiritur maior pars. Si eligunt ut collegium requiritur maior pars reſpectu totius collegii,ſi ut ſingulares, requiritur maior pars reſpectu aliarum partium. Vnde cum layci habeant ſecundo modo ius præſentandi ex patrimonio,ſufficit maior reſpectu aliarum partium, puta ſi duo præſentant unum,& tertius unum,& quartus alium,præualet ſimpliciter,qui a duobus præſentatur. Quando eligunt ut collegium debent uocari omnes,quia non uocati poſſunt agere de contemptu, quando ut ſinguli ſecundum aliquos non oportet omnes conuenire. Mihi placet oppoſitum quia minor pars ſi erit pręſens poteſt eligere maiorem ad præſentationem alterius,& ſic uidetur contemni.Ab. de iur. patro.c. Quoniam in quibus.

In electione miniſtri prouincię minorum ſufficit maior pars in ordine ad alias partes, nec requiritur maior pars collegii. Abbas de elec. c. Eccleſia ueſtra.

Electio a minori parte non tenet nec per ſubſequentem conſenſum ratificatur. Abbas de elec. c. Auditis & intellectis. Niſi duæ partes præſentes ſint in capitulo non ualet quidquid fit uel in capitulo, uel in uniuerſitate ex quo minor pars eſt contempta ſeu non legitime uocata. Gloſſa & Abb. de electione cap. Bonę memoriæ. Fallit in minoribus. Vide ſuprà. Immediate.

Electio a minori parte capituli confirmatur in his caſibus, uidelicet quando concurrit cum poſtulatione electio a pluribus quam a tertia parte facta, licet ſit minor pars capituli confirmatur electus,etiam ſi poſtulatus ſit dignus. Quando dignus eligitur a tertia parte,& poſtulatur a duabus indignus caſſatur electio & poſtulatio, ſi poſtulantes ignorabant illum eſſe indignum. Quando electio eſt a tertia parte & poſtulatio a duabus & aliqui ex poſtulantibus ſciebant illum indignum, licet non omnes, confirmabitur electio etiam ſi maior pars poſtulantium ſciebat poſtulatum indignum,confirmabitur electio facta etiam a minori parte quam tertia capituli, quia inuenitur facta a maiori parte eorum qui habent ius eligendi. Abbas de elec. c. Scriptum.

Electio propter peccatum mortale electi eſt nulla ſi perſeueret in illo, quia ſuſpen-

ſuſpenſus eſt quo ad ſe. item propter peccatum impediens exequutionem ordinis ut homicidium, item ſi ſit notorium & ſcandalizet, niſi prius conſtet de pœnitentia. Ab. de elec. c. Dudum.

In electionibus quid præferri debeat ſciencia, diuitię, aut potentia. Ab. de appella. c. Conſtituta.

Electioni pręfertur poſtulatio ſi ambo ſint idonei, quando poſtulatio fit a duobus partibus capituli, alioquin pręfertur electio etiam non a maiori parte capituli facta. Ab. de elec. c. Scriptum eſt.

Electio prima ſi eſt nulla, tenet ſecunda prima non caſſata. Ab. de appella. c. Cõſtitutus.

Electio ad regimen regularis eccleſię de non profeſſo caſſatur non obſtante contraria conſuetudine. Ab. dę elec. c Cum cauſam. Hodie eſt ipſo iure nulla etiam ſi ſit profeſſus tacitus, niſi eccleſia cathedralis ſit regularis, quia nouitius eligi poteſt in epiſcopum. Ab. ubi ſuprà.

Eligi in abbatem non poteſt non monachus. Abb. de elec. c. Cum ad noſtram. Immo nec monachus niſi ſit inſtructus in regula, nec nouiter profeſſus poteſt eligi. Ab. ubi ſuprà. Poteſt tamen clericus poſtulari, licet Glo. contrarium dicat. Ab. ubi ſuprà. c. Officij noſtri. Clericus uidetur monachari ut fiat prælatus non ſic eſt de monacho qui nihil aliud facit ut fiat prælatus cum ſit clericus. Si monachus fuit inſtructus & expertus in regula poteſt iterum eligi. Si inſtitutus & non expertus plene urgente neceſſitate uel euidenti utilitate monaſterii poteſt eligi etiam in uacatione eadem in qua electio ſua fuit caſſata. Ab. ubi ſuprà. c. Officii. Non profeſsus non poteſt eligi in Abbatem. Ab. de elec c. Cum in cunc. Non poteſt ſuperior prouidere de non profeſſo quando propter negligentiam electorum poteſtas deuoluitur ad eum ſalua tamen auctoritate papæ, nec ſufficit tacita ſed requiritur expreſsa profeſſio, aliter non ualet electio. Idem tenendum in prioratibus & adminiſtrationibus aliis regularibus, nec profeſsus in una regula poteſt eligi, uel præfici in monaſterio alterius regulæ. Ab. ubi ſuprà. c. Officii. Monachus unius conuentus poteſt eligi in Abbatem alterius conuentus, ſi ſint unius ordinis, ſi diuerſorum, eligi non poteſt, ſed poſtulari, quę poſtulatio per ſolum papam poteſt admitti. Ab. de elec. c. Cum monaſterium. Monachus electus in Abbatem poteſt electionem ſuam proſequi & acceptare ſine licentia alterius ſi ſit de gremio illius eccleſiæ, ſi alterius requiritur conſenſus ſuperioris. Ab. de conſuetu. c. Cum dilectus. Monachus factus Abbas in alio monaſterio non habet uocem in priori monaſterio etiam ſi hoc ius ſit ſibi reſeruatum ab Abbate & capitulo. Ab. de elec. Conſtitutus. Nullam communionem habet cum priori monaſterio, nec poteſt ſibi reſeruare ius & locum in eo. Si promouetur ad parochiam ut clericus ſecularis, ſoluitur a iure monaſterii, nec tenetur habere ſocium ſui ordinis nec Abbas illi dare. Licet capitulum poſſit admittere extraneos ad electionem hęc tamen non ualuit quia facta ſine conſenſu ſui ſuperioris, ſecundo quia perſonis non eccleſiæ reſpectu beneficii uacaturi, tertio quia agebatur quod ii Abbates remanerent confratres prioris monaſterii, ſecus ſi daretur Abbatibus quod pro illa uice uacante monaſterio poſſent eligere. Ab. de elec. c. Conſtitutis.

Abbas in alio monaſterio non habet uocem in proprio, ſed nec monachus inſtitutus in parochia. Vide ſuprà. c. Immediate.

Electio poteſt reiterari prima non reprobata ſi ſit notorie nulla, & electores

non ſunt priuati uoce. Vbi dubitatur quod prima teneat debet prius re probari prima. Gloſ. & Ab. de elec. c. Cum terra. Auditis & intellectis.

Electio epiſcopi ante ſepulturam celebrata tenet, licet ſit minus honeſta. Glo. & Ab. de elec. c. Bonæ memoriæ. ſed Cremon. c. Cumana. Ideo currit tempus ab hora mortis & non ſepulturæ, Tractatus deliberatorius ante mortem in quo ordinatur aliquid de pertinentibus ad futuram electionem eſt omnino illicitus ut ſi ordinetur de loco electionis. Idem dicitur de omni pacto conuentionali, uel conditionali, uel aliter quocunque modo inhoneſte, Tractatus cõſultorius eſt licitu de iure, ſi ſequatur electio non eſt ipſo iure nulla, ſed annullanda, quia facta contra diſpoſitionem iuris. Eligentes non ſunt priuati uoce, ſed priuandi, poſſunt tamen reſilire a pactis ſic factis, & alium eligere, & tenebit electio. Electio per ambitionem celebrata retractatur. Ab. ubi ſuprà.

Electio ſimoniaca eſt nulla etiam ignorante electo qui etiam ſi legitime priuetur non poteſt illam prælationem habere niſi mediet alia perſona, quę illam habeat, nec diſpenſat epiſcopus, niſi ſit commiſſa eo ignorante, etiam in ſimplici beneficio, & niſi præcedat libera aſſignatio. Ab. de elec. c. Si alius.

Electio facta de ſciſmatico eſt nulla, etiam ſi ſit reuerſus ad unitatem eccleſiæ. Ab. de elec. c. Quia diligentia.

Electio prælati uel compromiſſarii non debet fieri per ſortes. Ab. de ſortile. c. Eccleſia. Sors in nullo caſu debet interuenire in tractatu electionis, quia poteſt cadere ſuper indignum, item tentat Deum, quem uolunt inuiſibiliter reuelare meliora. ideo talis electio debet caſſari, quia facta eſt contra iuris diſpoſitionem. A. ubi ſuprà.

Electio a ſuſpenſis celebrata eſt nulla. Ab. de elec. c. Cum inter. Quia poteſtas eligendi inhæret officio & intelligitur ab homine, uel a canone inferente pœnam non de ſuſpenſione ſimplici, quæ non impedit eligere, nec eligi. Ab. ubi ſuprà.

Electio infra ſex menſes de qua in capitulo ne pro defectu &c. locum habet in epiſcopatibus & Abbatiis. Glo. de conceſ. præben. c. Dilectus filius. Generaliter loquitur de omnibus regularibus collegiatis cum morte prælatorum eccleſię manent uiduatæ. Ab. ubi ſuprà. Tempus non ſic currit ut poteſtas deuoluatur ad ſuperiorem ſi inter electores contenditur de poteſtate eligendi, ſecus in præſentatione quæ ſoli gratiæ initiur. Ab. de iur. patro. c. Quoniam in aliquibus. Ignoranti non currit tempus electionis tamen impedito tempus præſentandi puta pendente lite currit. Ab. ubi ſuprà. c. Cum propter.

Ad electionem requiritur tractatus. Glo. de elec. c. Cum in ueteri. Non tamen eſt de ſubſtantia formæ. Ab. ubi ſuprà. Forma electionis poſita in capitulo Quia propter. non poteſt ſeruari, quando mandatur quod eligant cum conſilio alterius, quia nec per compromiſſum, nec per ſcrutinium, nec per communem inſpirationem poſſunt eligere. Glo. & Ab. ubi ſuprà. Nec omnia contenta in cap. Quia propter ſunt de ſubſtantia elec. Vide in electione. Forma in præſenti capitulo.

Electio debet fieri uerbo & de eo in quo maior pars capituli conſenſit. Ab. de elec. c. Eccleſia ueſtra. Nec ſufficit ſanior pars, niſi excedat dimidium. Ab. de ſubſtantia electionis eſt quod ſit uocalis, nec ſufficit factum importune electionem tacite. Vbi uerba ſunt de ſubſtantia rei, non ſufficit factum pro uerbo. Ab. ubi ſuprà.

In

In electione unanimi ſemper eſt facienda collatio, licet non numeri ad numerum. Ab. de elec. c. Cum poſt. Vide. Electio per ſcrutinium.

Electio fit per unum quicunque ſit ille qui format electionis decretum, dum tamen de collegio ſit, ſi cæteri tacent tenet electio quia agit uice capituli & de re concupiſcibili etiam ſi fuerit compromiſſum. Abbas de elec. c. In geneſi.

In electione quando dubitatur an quis habeat uocem inſtante tempore in quo non poteſt diſcuti an habeat uocem, electio celebranda eſt facta proteſtatione quod eorum uoces tantum ualeant, quantum de iure ualere poſſunt, nec uitiatur electio ſi inter eos ſint aliqui non habentes uocem. Ab. de elec. c. Cumana.

Ad electionem admittitur qui eſt in poſſeſſione eligendi, etiam ſi non habeat ius. Ab. de elec. c. In geneſi. Vide. Canonicus. Ad ueritatem electionis ſufficit quod eligens ſit in poſſeſſione iuris eligendi, etiam ſi uere non habeat ius. Ab. de iur. patro. c. Conſultationibus.

In electione non habetur reſpectus ad zelum, uel meritum eligentium niſi quando numerus eligentium eſt paulo maior, non ubi excedit plurimum. Glo. de elec. c. Scriptum eſt. Nec confirmatur electio niſi ſit a maiori parte quia eorum zelus, uel merita ſint maiora. Ab. ubi ſupra. Pars ſanior conſiſtit in zelo, qui zelus conſiſtit in tribus uidelicet in electi & eligentium idoneitate & auctoritate. Secunda eſt dignitas ordinis & inſtitutionis, ſecundum tempus. Tertia in ſpirituali intentione. Ab. de elec. c. In geneſi. Zelus eligentium præſumitur habito reſpectu ad perſonam electam, In dubio præſumitur pro maiori parte, unde etiam ſumitur auctoritas & dignitas. Glo. & Ab. ubi ſupra. c. Eccleſia ueſtra.

Electio pertinet ad canonicos tantum, & qui non habent ius canonice non habent uocem. Ab. de elec. c. Scriptum eſt. Canonici qui non percipiunt de præbendis quando poſſunt, uel non poſſunt habere uocem. Ab. de conſtit. c. Cum. N. Ferrarienſis. Ad collegium unius eccleſiæ tantum pertinet, & contra ius eſt quod forenſes uocentur. Abb. de conſuetu. c. Cum dilectus. Non ſufficit quod ſint beneficiati in eccleſia illa, ſed oportet ſint ut collegium, & per electionem canonicam factam prouidendum eſt eccleſiæ collegiatæ non per collationem uel prouiſionem. Ab. de elec. c. Nullus in eccleſia. & Ab. ubi ſupra. Electio etiam archiepiſcopi pertinet ad canonicos de iure non autem ad ſuffraganeos, niſi eſſet conſuetudo quod una cum canonicis eligerent. Ab. de poſtul. c. Bonæ memoriæ. Debet celebrari præſentibus his qui uolunt & poſſunt intereſſe commode. Non debent intereſſe de iure qui non ſunt de collegio. Secundo excommunicati & ſuſpenſi. Tertio qui non ſunt in ſacris ordinibus. Quarto impuberes, irregulares & conſimiles qui de iure non habent uocem. Non ſunt compellendi qui nolunt intereſſe, niſi pro intereſſe eccleſiæ, tales non computantur in numero duarum partium, Quod dicitur commode poſſunt, intelligitur de commodo eccleſiæ, quæ non poteſt a remotis uocare, non de commodo perſonæ. Ab. & Glo. de elec. c. Quia propter.

Electio celebrata in eccleſijs cathedralibus non per aliquam de tribus formis ſcilicet ſcrutinii, compromiſſi & inſpirationis non ualet, & contrafacientes priuandi ſunt ea uice poteſtate eligen. Abb. de electio. & elect. poteſt. c. Quia propter.

Electio pertinet ad capitulum tantum de iure, de conſuetudine poteſt perti-

nere ad Abbates & clericos alios. Glo. & Abbas de elec. c. Cumana.

Electores non poſſunt compromittere in præiudicium electi, ſi uelit conſentire etiam ſi non ſit de gremio illius eccleſiæ, & a minore parte appellatum. Ab. de elec. & ele. pot. c. Cum inter canonicos.

Compromiſſarius eligens aliquem poteſt ut iudex caſſare electionem ſuam ex nouiter geſtis. Ab. de preſump. c. Litteras.

Electores non poſſunt compromittere uno ſolo recuſante illum in quo ſit compromiſſum. Ab. de elec. c. Ad euitandam. Compromitti poteſt in perſonam alterius ſexus, & in eum qui non eſt de collegio & in eum qui habet poteſtatem confirmandi, & electum tenentur recipere ſi ſit idoneus & hoc etiam de electione ſeculari, Item non poteſt reuocari. Si diuerſo iure habet auctoritatem eligendi & confirmandi auctoritate propria unico actu non poteſt omnia explere. Si in uno iure poteſt unico actu utrunque. Tenetur autem eligere nomine collegii ut dicit Glo. & prima electione facta ſi illa tenet nō poteſt amplius eligere, ſi electio non tenet, quia elegit indignum, non poteſt eligere. ſi peccauit in forma & errore probabili poteſt ſecundo eligere. Laycus non poteſt eſſe compromiſſarius. Glo. & Ab. de elec. c. Cauſam ſi conferatur prouiſori poeta prouidendi poteſt ſecundo eligere. Gloſ. ubi ſuprà. Si compromiſſariorum maior pars eligit ſcienter indignum & minor dignum tenet electio minoris. Qui iure proprio poſſunt eligere poſſunt compromittere, non autem qui iure alieno. Ab. de elec. c. Cum ſit iure peritus.

Electores quando papa mandat quod eligant cum conſilio aliquorum alioquin conſiliarij prouideant, ſi procedunt ad electionem debent petere conſilium & requirere in tractatu electionis & congruo tempore expectare reſponſionem, alias non tenet electio. Solus papa poteſt reſtringere poteſtatem eligentium ad petendum conſilium, & ad abbreuiandum tempus, & tunc non poteſt ſeruari forma poſita in capitulo. c. Quia propter. Ab. de elec. c. Cum in ueteri.

Eligentes in epiſcopum indignum ſcientia, moribus, ætate aut illegitimum ſunt priuati uoce ea uice & ſuſpenſi a beneficiis per triennium. Ab. de elec. c. Cum in cunctis. Intelligitur de beneficiis, quæ habent in eccleſia in qua peccauerunt eligendo, & ſi ſcienter elegerunt indignum completa electione. Hæc pœna non habet locum in electoribus papæ, nec in prelatis citra epiſcopum nec ſi eligant indignum aliis cauſis quam hic numeratis. Ab. ubi ſuprà. Canon iſte eſt latæ ſententiæ & electio nulla. Glo. & Ab. ubi ſuprà. c. Innotuit. Prima electio in qua priuantur eſt ea in qua ueniunt priuandi. Si in eodem contextu maior pars eligit indignum, & minor dignum, hęc eſt prima electio, quæ ualet propter priuationem aliorum. Si maior pars eligit indignum prima electio eſt quæ ſequitur. Si contingat illam impediri oportet tamen electionem in qua priuantur eſſe completam antequam ad aliam admittantur. An priuati poſſint uiolenter expelli. Glo. & Ab. ubi ſuprà. c. Cum Veterana. Si qui non peccauerunt unanimiter recipiunt eos qui elegerunt indignum tenet electio, ſecus ſi aliqui nolunt ſicut in compromiſſo. Ab. ubi ſuprà. c. Cum Vinton. Non poſſunt eo tempore quo priuati ſunt uoce eligi nec aſſumi ad aliquam dignitatem in eccleſia in qua ſunt ſuſpenſi a beneficiis, & pœna de priuatione beneficiorum non habet locum in electionibus infra epiſcopatum, nec in beneficiis quę habent in aliis eccleſijs. Idem dic de inhabilitato ad beneficia & dignitates. Ab. & Glo. de elec. c.

Pro inquiſitione. In inferioribus dignitatibus priuantur uoce ipſo facto, unde licet pars minor non poſſit eligere antequam maior eligat ſi tamen minor pars in eodem contextu, uel etiam poſt eligat tenet electio minoris partis, & confirmabitur cum maior pars ſit priuata uoce. Ab. & Glo. de elec. c. Dudum. Si ſcienter eligunt, uel poſtulant indignum ſunt priuati uoce ipſo iure. Ab. de poſtula. c. Ad hoc in beato. Sunt priuati uoce etiam ſi eligant ex priuilegio. Abb. ubi ſuprà. c. Gratum. Eligentes non ſeruant conſcientiam ſi eligunt eum cuius non habent plenam notitiam. Idonei ſi inueniuntur in eodem loco præferuntur extraneis. In electionibus iuſtum uincit honeſtum ubi non poteſt utrunque ſeruari. Ab. de poſtula. c. Bonæ memoriç.

Electores poſtulantes epiſcopum per impreſſionem laycorum aut uiolentiam contra appellationem ſunt priuati uoce ea uice ſi poſtulant poſt appellationem non autem ſi eligunt contra appellationem, ſi electio eſt caſſanda Ab. de elec. c. Bonç memoriç. Si recipiunt poſtulatum ad eccleſiam tanquam inſtitutum uel adminiſtratorē ante admiſſionem electionis a ſuperiore, ſunt priuati poteſtate eligēdi, & ad alios licet pauciores deuoluitur poteſtas, ſi omnes peccauerunt, deuoluitur ad papam in eccleſijs cathedralibus. Si recipiunt electum ipſo iure caſſatur electio, non tamen electores priuantur uoce ſicut in poſtulatione. Deliquit plus poſtulatus cum ex poſtulatione ei non acquiratur ius. Si maior pars deliquit & priuata eſt uoce, & alij uocati nolunt uenire deuoluitur poteſtas eligendi ad ſuperiorem non ad partem quæ uenire noluit. Ab. ubi ſuprà. Qui ſunt extra ciuitatem ſine eorum culpa timentes laycorum impreſſionem in electione poſſunt petere ut ſtatuatur locus idoneus ubi non timeant, & ſi non conceſſerint poſſunt appellare, & eo caſu maior tenetur ire ad minorem. Prædicta non habent locum ubi eſt timor perſonalis, quia poſſunt procuratorem mittere, immo ſi minor pars eſt in ciuitate non tenetur ire ad maiorem. Abb. de elec. c. Bonæ memoriæ.

Elector ſi eligit idoneum relicto idoneori de collegio peccat, electio tamen tenet, ſecus ſi qui eſt idoneor non eſt de collegio. Abb. de appella. c. Conſtitutus.

Electores poſſunt per epiſcopum iuramento aſtringi ut eligant ſecundum Deum, & conſcientiam magis idoneum, & utiliorem eccleſiç, & patronos ut præſentent ſimiliter. Idem dic de quolibet ſuperiore. Ab. de appella. c. Conſtitutus.

Electores ſi negligunt eligere prælatum eccleſiæ cathedralis, uel regularis infra tres menſes proximos ſuperior ordinabit eccleſiam, quod ſi non fecerit ipſe canonice punietur. Ab. de elec. c. Ne pro defectu. In aliis eccleſiis prælaturis & dignitatibus datur tempus ſex menſium, quia eſt minus periculoſum, non tamen currit tempus impeditis negligentes ſunt ipſo iure priuati uoce illa uice tantum. Ab. ubi ſuprà. Si electus per ſuperiorem eſſet indignus uel nollet acceptare, uel quocunque modo caſſaretur electio ſtatim habet uocem. Gloſ. ubi ſuprà. In aliis caſibus præterquam propter negligentiam fit deuolutio prouidendi ad papam & non ad ſuperiorem, ubi non currit tempus niſi poſt ſex menſes. Ille ad quem deuoluitur poteſtas habet ſex menſes quia ſubrogatur eis eodem iure, ideo tenetur eligere homines illius conditionis quos tenebantur priuati eligere, & ſi tenebantur prius aliquid facere quam eligerent tenetur, & ſuperior, & conſequenter prius ad eligendum

gendum quam confirmet, ſi non tenebantur, poteſt prouidere eccleſię per ſimplicem prouiſionem, ſecus in commiſſario qui non eligit proprio iure ſicut hic. Prædicta non habent locum in cathedralibus eccleſiis niſi reſpectu electionis epiſcopi. In regularibus ubi profitentur tria uota & regulam, quia ad eorum prælatos pertinet cognoſcere de crimine ſubditorum quando ſunt ſine prælato dicuntur uiduatæ, Credo ſit parratio ex idemptitate rationis. Hoſtien. uult quod comprehendatur omnis eccleſia in qua clerici uiuunt in communi, & de omni exempta, & de omni dignitate in eccleſia cathedrali, quod non credo uerum. Ab. de elec. c. Ne pro defectu. Si papa interdicit ne eligant non currit tempus. Si quod non eligant ſine ſui licentia tenentur petere licentiam, alioquin currit tempus, ſi non poteſt haberi ſuperior debet fieri proteſtatio, nec tamen ſic negligentes ſunt priuati uoce per totam illam uacationem ſed prima uice tantum. Superior ad quem ſit deuolutio non tenetur petere conſilium capituli, nec conſenſum, ſed de honeſtate poteſt petere, ſi ſuperior eligat non de gremio eccleſiæ etiam ſi in ea ſint idonei, non caſſabitur electio. Glo. & Ab. ubi ſuprà. In cathedralibus quando omnes priuantur uoce propter negligentiam, poteſtas deuoluitur ad proximum ſuperiorem, in caſu delicti ad papam, ſi non omnes ad eos qui non deliquerunt, & ſi poſt delinquunt, deuoluitur ad papam. Priuati uoce cenſentur mortui. Inferiorum prælatorum electio omnibus modis deuoluitur ad proximum ſuperiorem. Ab. de elec. c. Bonæ memorię.

Eligentes quando poſtulant ſcienter indignum ſunt priuati uoce. Secundo quando electio caſſata eſt uitio perſonæ. Tertio quando eligunt per abuſum poteſtatis ſecularis. Quarto quando eligunt ineligibilem. Quinto quando recipiunt electum uel poſtulatum cuius electio, uel poſtulatio eſt nulla. Sexto ſi ſunt excommunicati uel ſuſpenſi. Septimo quando non eligunt infra tempus determinatum a iure. Octauo ſi poſtulant poſt appellatione, non autem ſi eligunt. Valet electio ſi priuati non uocantur. Inhabiles antequam deſtituantur uidentur ſicut priuati. Idem de actibus particularibus ſi non uocantur inhabiles ante diſcuſſionem. Hæ pœnæ non habent locum in aliis actibus legitimis quia non iure expreſſum. Si maior pars uenit priuanda uoce propter defectum contentum in electione priuatur etiã minor pars, niſi contradicat maiori, unde tacentes ſimul priuantur uoce. Hæc tenent quando ſit electio collegialiter, non quando ſit per compromiſſum, quia tunc ius eligendi redit ad compromittentes. Si compromiſſariorum maior pars eligit indignum. Si prædicto modo ius eligendi eſt in uno non poteſt ſeipſum eligere, quia notaretur ambitione. Celebranda non eſt electio quando maior pars eorum qui primam electionem fecerunt eſt priuata uoce niſi prima caſſata, & tunc minor pars celebrabit electionem. Ab. de poſtula. c. Gratum.

Electores qui præſcribunt ius eligendi, præſcribunt & ius poſtulandi. Abb. de poſtu. c. Bonæ memoriæ.

Elector impeditus poteſt conſtituere procuratorem ad eligendum unum de capitulo. Si non eſt impeditus uel uult inſtituere unum qui non eſt de collegio non poteſt niſi conſentiat capitulum. Procurator habet tot uoces quot ſunt conſtituentes. Ab. de elec. c. Quia propter. & ſcriptum eſt. Si unus de collegio uult probare electorem non eſſe impeditum, cæteri non poſſunt admittere procuratorem. Vbi tempus urget non tenetur eligere cum maiore parte, niſi illa proteſtationem eius admittat. An illo appellante ne proceda

tur

tur ad electionem aliis procedentibus, ſi probauit illum non eſſe impeditum reiterari debeat electio tota uel tantum ſuffragium procuratoris, opiniones. Ab. ubi ſuprà. c. Quia propter. Si nullus de capitulo uult procurator eſſe, & facit extraneum non tenetur capitulum admittere illum procuratorem. Glo. ubi ſuprà. Electores non poſſunt reuocare procuratorem ſuum ad eligendum, ſemper tamen poſſunt reuocare ſcrutatores etiam re non integra. Ab. ubi ſuprà. Poſſunt aliũ uice ſua inſtituere qui habet uocẽ in electione, & ſubrogatus poteſt aliũ ſubrogare. Ab. de offi. & pot. iud. deleg. c. Quoniã Apoſtolica. Procurator ſi & ipſe habeat uocem non poteſt unum eligere pro ſe, & alium nomine alterius, quia ea conſcientia qua putat aliquid iuſtum nomine proprio debet & iuſtum putare nomine alterius. Abbas ubi ſuprà. c. Quamuis. Poteſt inſtituere procuratorem, & uox procuratoris computabitur in numero. Ab. de elec. c. Congregata. Vices ſuas poteſt committere uni de capitulo, & in aliis conſtituere procuratorem, nunquam tamen extraneum niſi conſentiente capitulo. Ab. de appel. c. Conſtitutus.

Electus qui renunciauit tractatui ad ſtatuendum tempus electionis eſt uocandus ad electionem, quia illis non renunciauit, alioquin contemnitur, & eo proſequente contemptum caſſabitur electio. Gloſ. de elec. c. Eccleſia ueſtra.

Qui renunciauit uoci ante electionem poteſt ſemper reuerti & habere uocem, etiam ſi oporteat ſcrutinium aliud facere. Poſt electionem quia res non eſt integra non poteſt reuerti nec impugnare electionem. Si abſens non uocandus ſuperuenerit eius conſenſu non præualebit electio, bꝛeuiter publicato ſcrutinio ſemper eligitur qui plures habet uoces ultra dimidium. Gloſ. de elec. c. Eccleſia ueſtra. Qui renunciauit non poteſt appellare ad impediendum alterius electionem. Vbi ſuprà. c. Cum inter.

Electores poſſunt reuocare ſcrutatores etiam re non integra. Abb. de elec. c. Quia propter.

Electores ſuſpenſi ſi præſumendo eligunt ſimiliter ſi eligunt ſuſpenſum non ſunt priuati poteſtate eligendi, quia ſolum priuantur quando incurrunt defectus poſitos in eligentes epiſcopum indignum &c. electio tamen eſt nulla. Ab. de elec. c. Cum inter. Suſpenſus a beneficio eligere non poteſt. Ab. de excep. c. Apoſtolicæ.

Electoribus impeditis currit tempus, ſi poſſunt impedimentum tollere. Ab. de elec. c. His quibus. Simpliciter impeditis non currit tempus. Idem dicitur in collatore, idem de termino hominis. Ab. ubi ſuprà.

Electores poſſunt abbreuiare terminum electionis a iure præfixum etiam diſſentiente parte minori. Ab. de electio. c. Cum inter. Nec tenentur uocare eos, qui infra tempus in quo de iure celebranda eſt electio, poſſunt uenire, niſi ſit conſuetudo. Ab. ubi ſuprà. Qui conuocat capitulum non poteſt abbreuiare terminum iuris, quia hoc ſtatutum eſt in fauorem collegij. Si nec ſtatuto nec conſuetudine ſit qui habeat conuocare capitulum quacunque die partes uniantur, poteſt abbreuiari tempus. Si unus ſolus eſſet, poſſet eligere & non expectare tempus iuris. Si duæ partes remanent in capitulo alia recedente poſſunt eligere. Si econtra tertia ſtans non poteſt eligere, niſi inſtaret tempus pręfixum a iure. Si pars maior remanet minor tamen duabus partibus poſſunt eligere, quę licet non poſſunt congregare capitulum poſſunt tamen reuunciare termino præfixo a iure. Quando maior pars monet minorem, ſufficit una monitio etiam non peremptoria. Citatus tali die poteſt

teſt uenire omni hora qua poteſt ille actus explicari congrue, unde debet comparere illa hora qua ſolet fieri. Ab.& Glo. ubi ſuprà.c.Cum nobis olim. Si uocant non uocandos tenentur eos expectare uſque ad terminum præfixum niſi per papam abſoluantur, uel periculum ſit in mora ſecundum.Gloſ. nec ualet electio eis non expectatis. Ab. de elec. c. Cum inter ſecundum.

Electores non poſſunt uariare electionem quando electio eſt ad officium ad quod deputatus tenetur ſubire ex neceſſitate, quia in his acquiritur ius electo ante eius acceptationem. Quando non tenetur acceptare ſi eligunt iure alieno non poſſunt electionem uariare quia functi ſunt iure ſuo qui eligunt iure delegato. Hac ratione non poſſunt epiſcopi uariare conferendo beneficium abſenti, Qui functus eſt officio ſuo. Poſtulantes licet utantur iure alieno poſſunt tamen recedere a poſtulatione eo quod non ſint functi officio ſuo quia poſtulatione diſponitur tantum ad petendum gratiam, & non habet uim electionis, licet ſit quędam incohatio ad obtinendum effectum electionis. Si ſit officium quod non tenetur electus acceptare & eligitur ab eis iure proprio poſſunt ante acceptationem uariare, non autem poſt, quia per citationem fit contractus quidam. Ab. de poſtula. c. Poſtulationem.

Electores non poſſunt uariare, ſi electio tenet, ſi non tenet, quia elegerunt indignum, non poſſunt eligere, ſi peccauerunt in forma, poſſunt eligere antequam priuentur uoce. Ab. de elec.c.Cauſam, Publicato ſcrutinio non poſſunt uariare uocem, ſed compellendi ſunt ad eligendum. Ab. de elec.c.Publicato ſcrutinio. Nec ualet appellatio quod non procedant ad electionem. Glo.ubi ſuprà.c.Quia propter.Poſſunt tamen ſcripto ſcrutinio uariare, non autem eo publicato, quia functi ſunt iure ſuo, unde ſubſequens electio non eſt ſingulorum, ſed totius capituli. Hic tenet Glo. quod poſtulantes non poſſunt uariare, ſed doctores hic dicunt quod ſemper poſſunt uariare antequam præſentetur ſuperiori, & hoc placet mihi. Si partes ſunt æquales, ſequi non poteſt electio. Minor pars poteſt ad maiorem accedere, ſed non econtra. Si electio eſt nulla ipſo iure uariare poſſunt, non autem ſi eſt caſſanda. Si publicato ſcrutinio ſuperueniat defectus, quia non ſeruatur forma. cap.Quia propter. poſſunt uariare, & de nouo eligere, quia nullum ius acquiſitum fuit nominato, nec ipſi functi ſunt officio ſuo ex quo annullatur actus a iure. Doctores plures tenent oppoſitum. Si publicato ſcrutinio auctoritas deuoluitur ad ſuperiorem dicit Ioan.Andr. quod ſuperior tenetur eligere nominatum, quod mihi non placet. Superior qui cogit ad eligendum eſt ad quem pertinet confirmatió. Ab. de elec. c. Publicato ſcrutinio.

Electores tenentur uocare alios etiam ſi notum ſit illis quod uacet eccleſia, & quę ſit dies ſtatuta ad eligendum, ne uideantur contemni. Qui præſentes noluerunt uenire die ſtatuta & qui præſentes interfuerunt determinationi diei & qui noluerunt uenire ad ſtatuendum diem non debent amplius uocari. Ab.de elec.c.Cum inter. Vocati qui recuſant uenire ad capitulum, faciunt ſe alienos, nec numerantur cum his qui ſunt de capitulo, ideo iſtis contradicentibus ſi omnes alii conueniant, erit electio unanimis. Abb. de elec.c. Cum nobis olim. In electionibus pulſanda eſt campana, nec ſufficit, ſed debent abſentes uocari per nuncium, & hoc tenetur generaliter, ubi abſentes ſunt uocandi, ut in arduis, ſecus in leuibus. Ab.ubi ſuprà.c.In cauſis. Qui in uniuerſitate citati ſunt per præconem ut ad ſonum campanæ ueniant, ſi non uenerint faciunt ſe contumaces, & ſi minor eligit, tenet electio. ſi uocati ſunt ab eis ad quos non attinet uocare, non poſſunt eligere niſi ſint duæ par-

tes & niſi tranſiret tempus electionis. Ab. ubi ſuprà. c. In cauſis. Vocandi ſunt qui commode poſſunt uocari etiam ſi ſint extra prouinciam, non autem ſi in prouincia & commode uocari nón poſſunt. Glo. de elec. c. Coram dilectis. Commodum conſiderato uiæ periculo & diſcrimine & periculo ſanitatis & intruſionis, & metu poteſtatis ſecularis. Si omnes ſunt præſentes ſufficit ſonus campanæ, An uocandi ſint abſentes qui ſunt in prouincia, ſtabitur conſuetudini. Glo. ubi ſuprà. c. In geneſi. & c. Cumana. Non tamen probatur ex textu. Ab. ubi ſuprà.

Qui in electione habet plures uoces non poteſt eas diuidere, & quomodo in eadem eccleſia unus poteſt habere plures uoces. Abb. de appella. c. Conſtitutus. Vide. Capitulum. Qui habet duas præbendas in duabus eccleſijs uocem habet in utroque collegio quo ad electiones & alia acta capituli, & qui habet duos canonicatus in eadem eccleſia habet duas uoces in capitulo Glo. & Ab. de præben. c. Quia in tantum.

Eligi poteſt in Abbatem qui eſt in minoribus. Ab. de æta. & quali. ordinan. c. Tuam. In epiſcopum poteſt eligi ſubdiaconus quia eſt in ſacris. Vbi ſuprà. c. Multis. Ad beneficium non poteſt eligi clericus alterius dioceſis cum poſſit reuocari per epiſcopum ſuum, ſed poteſt poſtulari. Glo. de cler. peregri. c. Te nobis. Qui ambitione prælationis inducitur ad monachatum, uel clericatum non poteſt eligi ad dignitatem, uel prælationem. Glo. & Ab. de elec. c. Officij.

Eligi non poteſt accuſatus, denunciatus, uel inquiſitus ſi ſit infamis, ſi non ſit infamis, eligi poteſt ne mendacioſè accuſatus ſit, etiam ſi ſuperior inquirat. Sed tunc non poteſt promoueri. Si denunciatio fiat habenti poteſtatem eligendi & confirmandi hoc non obſtante poteſt eligere & confirmare, & ſi poſt uenit priuandus, priuare illum. Abb. de accuſa. c. Omnipotens.

Eligi poteſt cuius electio alias caſſata eſt propter defectum temporalem eo ceſſante. Ab. de elec. c. Officij. Qui caſſatam electionem, uel poſtulationem innouat nec eligere nec poſtulare poteſt. Ab. de poſtul. c. Gratum. Cuius electio caſſata eſt uitio perſonæ eſt ineligibilis tam in illa eccleſia quam in aliis, ſecus ſi caſſata ſit propter defectum fortuæ. Ab. de elec. c. Super eo. Crimen per exceptionem probatum non ſolum repellit pro illa uice, ſed etiam notat perſonam ut promoueri non poſſit. Glo. & Abb. ubi ſuprà. Si electio caſſata eſt quia crimen probatum eſt nunquam poteſt eligi ſi propter crimen præſumptum, & ſe purgauit ſi etiam propter infirmitatem non impediunt hæc ſui promotionem. Si opponitur contra electum præſumitur caſſata propter eius defectum, electione caſſata propter ſimoniam ſine culpa electi epiſcopus non diſpenſat ea uice cum caſſato ſuper illa prælatione, diſpenſat autem in ſimplici beneficio ſi libere reſignauit. Abb. de elec. c. Si alicuius. Qui tempore electionis non inuenitur idoneus ætate, ſcientia, moribus, & ordine, nulla eſt eius electio, etiam ſi iſta ſuperuenerint. Ab. & Glo. de elec. c. Dudum.

Eligi non poteſt qui habet plures dignitates, qui adminiſtrauit ante confirmationem uel poſt caſſatam electionem, ſi eligitur, caſſatur electio. Ab. de præbend. c. Cum iam dudum. Caſſanda eſt electio, ſi electus habet plures dignitates, ſi plures præbendas incompoſſibiles propter ambitionem, & auaritiam, ſi ſe ingeſſit ſi miniſtrauit ante confirmationem horum quodlibet per ſe ſufficit ad caſſationem. Ab. ubi ſuprà.

Eligi non poteſt qui habet plures dignitates. i. plura beneficia curata ſine diſpenſa-

ſpenſatione papæ. Ab. de elec.c.Dudum. Qui habet dignitatem infra epiſcopatum eligi poteſt ad dignitatem parem in quibus debet fieri collatio numeri, meriti & zeli. Maiores in eccleſia dicuntur qui alios præcedunt dignitate, ſcientia, ætate & tempore. Abb. ubi ſupra. Quilibet prçlatus inferior epiſcopo poteſt eligi ad aliam prælaturam, ſed non poteſt conſentire ſine licentia ſuperioris, epiſcopus poſtulari poteſt. Abb. de conſuetu. c. Cum uenerabilis. Clerici omnes citra epiſcopos eligi poſſunt ad dignitates inferiores. & religioſi mendicantes quia nihil prædictorum impedit. Qui patiuntur defectum propter quem officium non poſſunt exercere ad quod promouentur uel alias inhabilitantur a iure ad illud officium uel dignitatem non poſſunt eligi ſed poſtulari, ut qui habet defectum in ordine, uel ætate, uel eſt irregularis, criminoſi, intruſi per potentiam ſecularem qui fuit hæreticus, uel ſciſmaticus, & alii ſimiles ex quo non poſſunt officium exercere non poſſunt canonice in ipſum ut in ſponſum conſentire, cum ſint inhabiles ad matrimonium contrahendum, ideo poſtulandi ſunt ut cum eis diſpenſetur. Qui indigni ſunt indiſpenſabiliter ſicut hæretici non poſſunt poſtulari. Diſpenſabiles poſtulari poſſunt ſi tamen omnes eorum defectus exprimantur ei qui diſpenſare poteſt, alioquin poſtulantes priuantur uoce. ſi eligibilis non debet diſpenſari quia canonici tenentur meliori modo quo poſſunt prouidere. ſi dubitatur an ſit eligibilis ſic formabitur decretum. Eligimus uel poſtulamus meliori modo quo de iure ualere poteſt. Glo. & Ab. de poſtul.c.Et ſi una.

Eligendi poteſtas ſi aliquibus datur abſolute non poſſunt eligere unum ex ſe ipſis electoribus ſecus cum dicitur quod eligant unum ex ipſis, uel alium. Gl. de ſortil. c. Eccleſia. Communiter tenetur contrarium. Abb. ubi ſupra. Eligi poteſt qui non poteſt eligere, ut qui peccauit per negligentiam non eligendo, quandoque econtra ut qui minori excommunicatione tenetur. Glo. de elec. c. Ne pro defectu. Eligi non poteſt ad aliam dignitatem ſed poſtulari. Abbas de poſtula. c. Et ſi unanimiter. In epiſcopum poteſt eligi ſubdiaconus ſine alia diſpenſatione. Abbas de æta. & quali. ordi. c. Multis.

Eligi non poteſt excommunicatus minori. Glo. de elec.c.Ne pro defectu. Sic electo non prodeſt eligentium ignorantia, qui tamen eligentes etiam ſcienter non incurrunt pœnam illius capituli. Abbas de cleri. excommu. c. Si celebrauerit.

Eligi non poteſt illegitimus, & ſi eligitur electio eſt nulla, & electores incurrunt pœnas concilii Lateranenſis, niſi probauerint ignorantiam, poteſt tamen poſtulari. Ab. de elec. c. Innotuit. Eligi non poteſt ad dignitatem intruſus in ea, eligentes puniuntur tanquam eligentes ſcienter indignum ſic intruſus committit furtum. Prouiſio de intruſo etiam motu proprio facta non ualet, niſi princeps hoc ſciat, quia tunc uidetur diſpenſare cum eo. Ab. de elec. c. Per inquiſitionem.

Eligi non poteſt qui habet morbum propter quod non poteſt miniſtrare in dignitate, non tamen propter hoc deponitur. Qui ſemel repulſus eſt propter morbum ſemper præſumitur morboſus, niſi probauerit ſe liberatum. Glo. & Ab. de elec.c. Cum inter canonicos.

Eligi non poſſunt qui non ſunt in minoribus ordinibus. Qui non ſunt legitimç ætatis, cum hi non poſſint eligere, Illegitimus & qui habet in alia eccleſia beneficium niſi petatur a ſuo epiſcopo idem uidetur de Abbatibus exem-

ptis

ptis qui non poſſunt recedere, niſi de licentia papæ, uel eius legati. unde ſunt poſtulandi. Glo. & Ab. de poſtul. c. Et ſi unanimiter. Qui eſt in minoribus poteſt eligi in Abbatem. Ab. de æta. & quali. ordinan. c. Tuam.

Eligi non poteſt qui eſt in peccato mortali graui, poteſt autem qui eſt in leui quia poteſt de facili reſurgere, Ab. de cleri. exco. c. Si celebrauerit.

Eligi non poteſt qui de iure eſt poſtulandus. unde defectum poſtulandi non affert concordiam. Ab. de poſtul. c. Et ſi unanimiter.

Eligi poteſt omnis prælatus infra epiſcopum, nec impeditur ratione ſuę prælaturæ. Abbas ſiue ſit regularis ſiue irregularis non prohibetur ratione ſuæ prælaturæ quin poſſit eligi. Abb. de elec. c. Innotuit & Glo. & Ab. ubi ſuprà. c. Cum inter canonicos.

Electus qui non acceptat dignitatem ad quam eligitur, ſi non inuenitur ęque idoneus per quem prouideatur eccleſiæ peccat ut dicit Ioan. And. Ab. de poſtula. c. Et ſi unanimiter.

Electus in concordia qui ualde diſtat a curia Romana ſi ſubeſt immediate papæ ante confirmationem adminiſtrat in ſpiritualibus & temporalibus. Ab. de elec. c. Nihil. Intelligitur tam in Abbate, quam in epiſcopo. In poſtulatis hoc non tenet in quibus nullum ius acquiritur. In electione non tenet ſi legatus de latere eſt in partibus illis, quia ceſſat ratio priuilegii, quia poſſunt recurrere ad eum. Hæc conſtitutio ſemper habet locum quando tanta eſt diſtantia a curia quanta eſt a Roma ad terminos Italiæ, ubicunque ſit papa, ſi tamen ſint exempti, licet ſint opiniones contrariæ. Tenent prædicta quando non ualde diſtant, ſi periculum ſit in uia. Fallunt prędicta in electione papę, imperatoris, Abbatiſſæ, & cum electio confert plenum ius. Conſuetudo non ualet ubi confirmatio petitur, quia in præiudicium eſſet eccleſiæ. Tenet in non exempto, quando ualde diſtat a confirmatore. Hodie diſpoſitio huius capituli non habet locum ex quo papa reſeruat ſibi prouiſionem dignitatum, & conſequenter aufert poteſtatem eligendi electoribus, & conſequenter electio non confert ius electo. ergo ceſſat quod fundatur in electione concordiæ. Ab. ubi ſuprà. c. Nihil.

Electus ad aliquod officium non adminiſtrat ante adeptam poſſeſsionem, ideo a propria ſede expulſus non poteſt iuriſdictionem exercere extra territorium ſibi deputatum etiam in his quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis. Ab. de iudi. c. Significauerunt.

Electus ante confirmationem non poteſt adminiſtrare. Ab. de Simo. c. Sicut tuis. Non poteſt beneficia conferre uel aliter miniſtrare. Ab. de elec. c. Hoſti. Quia poteſtas prædictorum pendet ex confirmatione non ex electione. Qui pronunciatur per papam ſtatim poteſt prædicta. Eccleſia tamen non debet illum recipere ſine litteris papæ, etiam ſi ſint teſtes ſuæ pronunciationis, alioquin puniuntur. Abb. ubi ſuprà. Qui confert beneficia ante confirmationem debet repelli ab officio. Confirmatione acquiritur plena adminiſtratio, & uinculum coniugale contractum eſt. Gloſ. & Abb. ubi ſuprà. c. Qualiter.

Electus poteſt petere confirmationem & electionem defenſare ſi ab aliis impugnatur. Ab. de iudi. c. Exhibita.

Electus per conſenſum contrahit ſpirituale coniugium quod conſumatur confirmatione, nec requiritur quod quando electus conſentit tunc conſentiant eligentes qui non poſſunt reſilire publicato ſcrutinio. Ab. de elec. c. Cum inter canonicos. Qui conſenſit non poteſt renunciare ſine licentia papæ

Glo.

Glo.& Ab.ubi ſuprà. Qui conſentit electioni ante publicationem ſcrutinij ambitioſus eſt & reprobatur, non autem ſi poſt publicationem etiam antequam ſequatur communis electio. Qualiter electus uel poſtulatus interrogatus debeat reſpondere. Ab. de elec. c. Cum poſt.

Electus ad ſecundam eccleſiam ſi noluerit dimittere primam eligentes poſſunt reſilire, & electum non acceptare. Abb. de præben. c. Cum non ignores. Hoc ſeruari debet in beneficiis reſidentiam requirentibus & in curatis. Abbas ubi ſuprà.

Contra electum petentem confirmationem uel conſecrationem non poteſt laycus excipere maxime de crimine, niſi ſua interſit, ut quia patronus, uel parochianus, quia exceptio hic habet uim accuſationis a qua laycus remouetur niſi ſua interſit. Clericus indiſtincte debet admitti, ſi alia cauſa non obſtat, quia intereſt cuiuslibet clerici ne præferatur malus in eccleſia, & clericus accuſare poteſt clericum proſequendo ius publicum,& non reperitur prohibitus, immo admiſſus. Excipiens contra electum ſi ſuccumbit non punitur, niſi appellauerit. Quo modo & per quos excipi poteſt contra electum. Ab. de accuſa. c. Super his. Vide. Excipiens ſuccumbit.

Contra electum tantum in dubio admittitur exceptio tam contra perſonam quam contra formam ſi ille ſit infamatus de crimine obiecto ſiue non, quia electus non habet plenum ius, ideo exceptio indiſtincte admittitur quia uenit ad conflictum iuris petiti, uel quod eſt in facultate petendi. Admittitur exceptio contra electum & confirmatum quando petit conſecrationem, uel ordinem annexum beneficio, quia petit aliquod ius conſecutiuum ad ius obtentum, & operatur ut differatur conſecratio. Idem eſt quando petit aliquid, quod habet in ſe executionem alicuius iuris. Quando petit poſſeſſionem quam alius habet, non admittitur exceptio criminis, etiam contra infamatum, niſi infamia eſſet notoria, quia tunc iudex ex officio ſuo poteſt differre reſtitutionem. Idem puto ſi crimina notoria ſint. Si agitur contra occupantem beneficium cuius poſſeſſionem iam habuerat, non admittitur exceptio, niſi ſit tale crimen quod inducat priuationem beneficiorum ipſo facto, ſi conſecutus eſt plenum ius in beneficio, & petit poſſeſſionem quam nunquam habuit, ſi excipiatur de crimine cum infamia admittitur indifferenter exceptio. Si crimen fuit probatum imponitur ſilentium. ſi non eſt probatum & remanet infamia, inducitur ei purgatio, & ſi defecerit ipſo iure, imponitur ei ſilentium. Si præſtiterit abſoluitur, ſi opponitur crimen ſine infamia fit executio, qua facta ſi apparet accuſator, admittitur & probato crimine imponitur ſilentium iſti. Si non apparet, non debet moleſtari. Exceptio concernens defectum poteſtatis conferentis per ſubreptionem gratiæ admittitur, quia eſt exceptio intrinſeca ipſum ius principale uulnerans, ratione cuius petitur poſſeſſio. Ab. de accuſa. c. Accedens.

Electus in cuius electione non eſt ſeruata forma iuris poſitiui introducta propter deceptiones & ſcandala uitanda, ex quo omnia iſta ceſſauerunt, & interuenit nerus conſenſus, & electio tenuit de iure gentium, ſtatis eſt tutus quo ad Deum. Ab. de reſtitu. in integr. c. Requiſiuit. Electio ſi tenuit de iure naturali uidelicet ratione conſenſus eligentium, licet ſit nullla propter ſolennitates iuris poſitiui non ſeruatas, non tenetur ſic electus renunciare, quia habet fundamentum naturale. Ius poſitiuum adinuenit ſolennitates propter periculum eccleſiarum & exceptiones uitandas. Cum omnia ceſſent in caſu iſto occurrente non eſt in foro conſcientiæ de eorum defectu curan-

curandum. Ab. de immunita. eccle. c. Quia plerique.

Electus ſi non probauit ſe idoneum quo ad extrinſeca puta ſcientia ætate præſumitur non eſſe idoneus. Ab. de elec. c. Cum uobis olim. Si tempore electionis non ſit idoneus ſcientia, ætate & ordine electio eſt nulla, nec conualeſcit ſi ſupradicta ſuperuenerint. Glo. & Ab. ubi ſuprà. c. Dudum. Si a maiori parte ſit electus indignus & a minori dignus confirmabitur electus a minori parte. Ab. ubi ſuprà.

Electus indignus & confirmatus deiicitur & confirmator ſi peccauit per negligentiam confirmando illum ad regimen animarum perdit poteſtatem confirmandi primum ſucceſſorem, & ſuſpenditur a perceptione proprii beneficii per ſententiam. Ab. de elec. c. Nihil. Hodie confirmatio facta ſine cauſa & cognitione eſt ipſo iure nulla. Confirmator ſi peccat dolo grauius punitur. ſi ſuperior examinauit & confirmauit indignum per uicarium ſi hoc dolo egit, uel ex cauſa iniuſta uices ſuas commiſit non excuſatur, ſuperior tamen diſpenſare poteſt de ſuſpenſione canonicorum. Qui interfuit electioni & tacuit non poteſt poſt confirmationem obiicere defectus electi excipiendo qui tamen oſtendet per modum denunciationis ne indignus remaneat in prælatione. Ab. ubi ſuprà.

Electus poteſt per ſe uel procuratorem proſequi ius ſuum. Ab. de reſcrip. cap. Cum dilectus & de conſuetu. c. Cum dilectus. Poteſt proſequi electionem ſuam etiam in foro contentioſo & quandoque peccat non acceptando prælaturam, nec eſt ambitioſus. Ab. de reſtitu. in integr. c. Cum ueniſſet.

Electus ante confirmationem non habet iuriſdictionem in actu etiam ſi eligatur a collegio ſeculari, poteſt tamen induci conſuetudo ut electus per ſeculares iuriſdictionem exerceat non autem in eccleſia quia plurimum poteſt nocere eccleſiæ, in qua præeſſent indigni. Ab. de ele. c. Poſtquam. Poſt confirmationem poteſt ea quæ ſunt iuriſdictionis non autem ea quæ ſunt ordinis. Vbi ſuprà. c. Tranſmiſſa. Si nullus eſt in poſſeſſione ante ſui inſtitutionem poteſt miniſtrare non autem ſi alius eſt in poſſeſſione gerens ſe pro prælato niſi eſſet conſuetudo in oppoſitum. Idem dicitur de prouiſo per papam. ſic confirmatus poteſt cognoſcere de criminibus clericorum niſi ſint degradandi per ſententiam, quam intendit proſequi, quia hoc ordinis eſt ut dicit hic Glo. Licet alii contradicant. Ab. ubi ſuprà.

Electus ante confirmationem renunciare poteſt iuri ſuo in manibus eligentium & qui ſic renunciauit electioni de ſe factæ non poteſt appellare ad impediendum electionem alterius. Abb. de reſtitu. ſpolia. c. Cum ueniſſet. & de elec. Cum inter.

Si eligantur duo ſimul ad eandem præbendam non tenet electio. Ab. de præb. c. Tuæ fraternitatis. Si unus eligitur, & alius ſub conditione, ſi primus non acceptauerit non ualet electio, quia uota eligentium non debent eſſe conditionalia. Idem eſt in collatore. Ab. ubi ſuprà. Si duo eliguntur ad eandem dignitatem ſi compromittant, poteſt unum confirmare, & alteri pro bono pacis de prouentibus prouiſionem facere. Ab. de præben. c. Niſi eſſent.

Electi uox non computatur in numero eligentium. Glo. de elec. c. Licet de euitanda. Intelligitur quando proceditur per ſcrutinium priuatim, non autem ſi per ſcrutinium publicum. Sicut in electione papæ qui accedit ad uota aliorum, ideo non eſt ambitioſus. Ab. ubi ſuprà. Computatur in numero ſi a medietate omnium eligitur publicæ, ſi per ſcrutinium eligitur poteſt publicato ſcrutinio relinquere electum a minori parte, & conſentire electioni factæ de

ſe & tenet electio. Non poteſt autem ſeipſum eligere in ſcrutinio ſecreto. Ab.de elec.c.Cum iureperitus. Diſcordat Glo. ubi ſuprà. & c.Cumana. Nec computabitur ſi fiat per ſcrutinium manifeſtum per compromiſſarios, quia electio debet fieri per unum. Vbi ex ſingularibus conſenſibus reſultat electio non oportet quod electio fiat ab uno, quando electus a media parte auget numerum & complet electionem. Ab. ubi ſuprà.c.Cumana. Vbi electio fit palam uocatus ab aliis poteſt conſentire & non eligere alium, & uox ſua computabitur in numerum, non autem ſi fiat electio per ſcrutinium ſecretum, quia eſſet ambitioſus. Ab. de iur.patrona.c.Pro ueſtris.

Elemoſina de male acquiſitis quando poteſt fieri. Ab.de deci.c.Ex tranſmiſſa. Vide. Decima.

Deputatus ad diſtribuendum pauperibus poteſt diſtribuere inter conſanguineos ſuos pauperes & magis tenetur, non autem poteſt retinere pro ſe. Ab. de cohabi. cle. & mulie.c. Inhibendum. Vide. Diſtributor.

Qui tenetur procurare fratres alicuius domus obligatur ad procurandum omnes, licet numerus nunc ſit maior. ſi per hoc grauatur nimis per officium iudicis prouidebitur. Ab. de cenſi.c.Quanto. Qui obligatur ad procurandum domum tenetur procurare ſeruitores. Obligatio concepta ſub nomine collectiuo, uel appellatiuo recipit augmentum & diminutionem ſicut comprehenſum. Vnde recipiens molendinum cum pacto de gratis molere pro familia ea creſcente tenetur omnibus, ſicut & ea deficiente ſentit commodum. Ab. ubi ſuprà.

Eleemoſina quando quis tenetur, & qui ſubtrahit in neceſſitate an teneatur ad reſtitutionem. Ab. de fur.c.Si quis.Vide. Reſtituere.

Eleemoſinam quando religioſus poteſt facere. Ab.de fur.c.Si quis. Vide. Religioſus.

Qui dat pauperibus epulas delicatas, aut præcioſas potius peccat quam mereatur, quia non ſolum debet habere reſpectus ad dantem ſed etiam ad recipientem. Ab. de Simo.c.Et ſi quęſtiones.

Eleemoſina a publico peccatore nō debet ſacerdos accipere, ne uideatur illum fauere in delicto ſuo, præſertim a raptoribus bonorum eccleſię. Ab. de rapt. c. Super eo.

Eleemoſinam poteſt facere uxor de bonis quæ habet ultra dotem, ſi non habet bona ultra dotem non poteſt uiro contradicente, quia dominium rei dotalis pertinet ad uirum conſtante matrimonio. Si uir non contradicit poteſt facere eleemoſinam illam, quam prę ſumit uirum uelle, & non aliam, quia de alienis non licet facere elemoſinam. Ab. de fur. c. Si quis.

Emens citra dimidium &c. ſi interuenit deceptio reipſa ſine dolo & facto partis credo non eſſe peccatum. Si interuenit deceptio re ipſa dolo partis, quia induxit ad uendendum minus iuſto pretio, competit reſtitutio etiam citra dimidium iuſti prætii. Si interuenit deceptio re ipſa & ex propoſito, non tamen dolus partis reſtituet in foro pœnitentiali. Si uterque ſciebat ualorem rei uerum, nullum ſubeſt peccatum. Ab. de teſti.c. Cum cauſa.ſecundū.

Empta res ex pecunia alterius eius eſt cuius eſt pecunia, In milite in minori, in eccleſia Glo.& Ab. de pecul.cleri.c.Inquirendum.

Emphiteota nomen Grecum eſt & emphiteoteſis idem eſt quod melioratio quia recipit rem ad meliorandam, & eſt contractus in quo transfertur dominium relicto dominio directo apud dominum, cui aliquis ſoluit ſingulis annis. Si non ſoluit infra biennium non cadit ipſo iure, ſed eſt in poteſtate

domini, ſecundum Glo. oportet aliquid dare in principio non tamen eſt neceſſarium ſecundum doctores. Differentię plures inter emphiteoteſim, locationem & emptionem. An poſſit donari, opiniones. Et uidetur quod poſſit donari, & alteri legari, & cum alia re permutari. Venditio perſonis illis cenſetur prohibita ex quibus conditio domini poteſt deteriorari. Dicunt quidam ſi emphiteota priuatus donat eccleſiæ, uel legat, eccleſia debet recipere ſolum præcium & non retinere cum domini præiudicio. Celeriter dicitur ſatisfacere qui exactus ſoluit ſine præfixione termini, uel ubi nullam interpellationem expectat, ſed ſponte ſoluit. Dominus emphiteotę compellere poteſt auctoritate propria, ſi non ſoluit per biennium, non tamen hoc poteſt ſi uendidit eo irrequiſito. Tutius tamen eſt ad euitandum ſcãdala iudicem adire. In hoc caſu perdit melioramenta ſua, In huiuſmodi cõtractibus totã poteſtaté habet rector eccleſię ubi eſt ſolus quã habet prælatus eccleſiæ collegiatæ cũ collegio. Ab. de offi. & pot. iud. deleg. c. Potuit.

Emphiteoteſis mediat inter uenditionem & locationem, magis tamen accedit ad locationem licet non poſſit uendere irrequiſito domino poteſt tamen ſecundum aliquos donare. Emere prohibentur ſerui eccleſię, capitanei, & maiores qui non ſunt idonei facilitate conueniendi. Glo. de loca. c. Potuit.

Emphiteoteſis perpetua in rebus eccleſiæ eſt regulariter prohibita, & dicitur perpetua etiam ſi ad triginta annos fiat. Ab. de reb. eccle. non alien. c. Nulli. Si eſt perpetua eſt quædam alienatio ſicut etiam dicitur de locatione perpetua. Conceſſio ad maximum tempus ſine ſolennitate non debet ſeruari etiã in uita male alienantis, ne præiudicet eccleſiæ. Ab. ubi ſupra. c. Ad audientiã.

In emphitheoteſi eccleſiæ nomine filiorum non ueniunt naturales tãtum, cum dicitur etiam pro hęredibus non poſſunt intelligi alii a filiis, ideo ſi nepotem tantum habet ex filio euaneſcit ſubſtitutio. Gloſ. Quod nomine hæredũ uenſit etiã extranei, ſi cauſa alienandi ſit ſufficiẽs. Ab. de proba. c. In præſentia.

Emphiteota non poteſt ſe liberare inuito domino. Ab. de feud. Inſinuationem. In contractibus emphiteoteſis, & locationis & ſimilibus poteſt rector eccleſiæ ſolus quæ poteſt prælatus cum collegio in eccleſiis collegiatis. Ab. de loca. c. Potuit. Qui rem habet in emphiteoteſim non poteſt rem illã relinquere inuito domino. Ab. de immunita. eccle. c. Indicatum. Emphiteotica res ſi reuertatur ad eccleſiã poteſt prælatus alteri concedere in emphiteoteſim, etiã ſi iuraſſet res eccleſiæ non dare in emphiteoteſim. Ab. de feud. c. Ex parte.

Emphiteota eccleſiæ melioramenta ſua uendere non poteſt niſi prius eodem prætio offerat domino & dixerit ſe nolle emere, uel niſi poſt duos menſes a denunciatione dominus non emerit. Si contrafecerit, uel cautionem per biennium non ſoluerit, nec poſt moram celeriter purgauerit, iuſte poteſt expelli Ab. de loca. c. Potuit.

Emphiteota ut poſsit uendere ius ſibi competens & melioramenta, requiritur primo ut requiratur dominus ſi uellit emere, ſecundo quod denunciet ſibi præcium ab alio oblatum, uerum & non fictum, tertio ſi non dixerit ſe nolle emere expectetur dominus per duos menſes. quarto uendat perſonis non prohibitis. quinto quod non uendat rem ipſam, ſed utile dominium ſibi competens & melioramenta quæ fecit in illa re. ſexto quod prius non ceciderit a iure ſuo. Sic ſine conſenſu domini poteſt rem exponere uenalem. Non eſt expreſſum in iure quibus perſonis prohibitum ſit uendere, ſed attenditur ius municipale, uel pactum appoſitum in contractu. Ab. de loca. c. Potuit.

Emphiteota ſi non ſoluit intra biennium, uel triennium ſuam penſionem etiam

ſi ſit eccleſia cadit a iure ſuo licet conueniri poſsit prælatus negligens pro damno eccleſiæ ſuæ. Ab. de religio. domi. c. Conſtitutus. Si dominus primo expulit poteſt penſionem poſt præteriti temporis petere. Si recipit penſionem pro tempore poſt moram contractam non poteſt expellere, quia per actum contrarium uidetur renunciare iuri ſuo. Si recipit pro tempore præterito cum proteſtatione quod ſaluum ſit ius ſuum poteſt expellere. Si ſine proteſtatione poteſt expellere, quia præſumitur iuri ſuo non renunciare cum non habeat actum contrarium, immo utrunque poteſt. Solus prçlatus hic poteſt eccleſiæ præiudicare, quia hic agitur de acquirendo non de alienando. Emphiteota non cadit ipſo iure, ſed poteſt repelli, ideo ſi prælatus recipit penſionem pro tempore futuro non dicitur alienare, ſed non acquirere, & in hoc poteſt conditionem eccleſiæ deteriorare. Soluit emphiteota penſionem integram, nec diminuitur propter damnum poſſeſsionis, niſi ubi tota res periret, non autem propter ſterilitatem quantumcunque magnam diminuitur penſio. Similiter tenetur ſoluere tempore belli, quia ſoluit in recognitionem dominii, ſecus eſt de colono. Ab. de loca. c. Potuit.

Epiſcopi nomine non uenit electus, nec confirmatus, nec prouiſus per papam niſi ſit conſecratus. Ab. de reſcrip. c. Iam te. & de his quæ fiunt a præla. Tua nuper. & de præben. c. De multa. Epiſcopi appellantur ſacerdotes & presbyteri, non tamen in materia pœnali. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Non poteſt.

Epiſcopus non poteſt abſoluere excommunicatum ſuum in aliena dioceſi exiſtentem, ab excommunicatione iuris ſi requiritur cauſæ cognitio, ſi non requiritur poteſt, quia in alterius territorio poteſt quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis. Ab. ne cle. uel monach. c. Super ſpecula.

Epiſcopus abſoluit a iuramento turpiter ſuſcepto, & a iuramento licito ex cauſa, & a iuramento metu prçſtito. Ab. de iur. iuran. c. Ex adminiſtrationis.

Epiſcopus per exceptionem criminis accuſatorem ab accuſatione repellere non poteſt quem ante a ſua familiaritate neglexit ſeparare. Ab. de accuſa. c. Nulli epiſcoporum. Iudicatur præſumptiue prælatus ſecundum mores ſociorum. Iſta expulſio debet fieri antequam ſciat ſe impellendum ab eo, quia ſi poſt præſumitur fieri in fraudem. Iſta ſunt ſpecialia in odium epiſcopi, quia debet habere honeſtas perſonas, ideo ad eum accuſandum admittitur etiam nutritus a pueritia in domo ſua. Poteſt tamen epiſcopus excipere de crimine contra ſubditum accuſantem, licet non punierit illum, non tamen approbauit eius mores, quia forte non habuit probationes, uel propter ſcandalum non puniuit. Aliud eſt non punire ſubditum, & aliud eius mores approbare, Ad familiaritatem debet habere perſonas honeſtas. Layci tamen clericum criminaliter non poſſunt accuſare. Abbas ubi ſuprà.

Epiſcopo adiutor eſt dandus ſi propter morbum incurabilem non poteſt officium exercere paſtorale. Ab. de cleri. egro. c. Ex parte. In epiſcopatibus & ſuperioribus ad ſolum papam pertinet dare coadiutorem puta quando confirmatus infirmus nō ex ſua cauſa nō poteſt remoueri ab officio. Ab. ubi ſuprà.

Epiſcopus poteſt agere pro iniuria illata ſacerdoti, uel eccleſiæ uniuerſali. Ab. de pœn. c. Presbyteri.

Epiſcopus acquirit ſibi quicquid acquirit intuitu perſonę, ſicut & ſimplex clericus. Ab. de teſtam. c. Quorundam.

Epiſcopus poteſt male alienata eccleſiæ reuocare etiam pretio non oblato. Ab. de reb. eccle. non alienan. c. Ad audientiam.

Epiſco-

Epiſcopus tenetur conferre præbendam ei pro quo mandauit papa capitulo ſede uacante ut illi conferat ſi tamen collatio pertinet ad epiſcopum. Ab. de reſcrip.c. Eam & Glo.tenet oppoſitum. Non tenetur prouidere de beneficio ordinato per eum, ſi habet uicariam perpetuam, uel patrimonium unde poſſit commode uiuere, ſi non habet unde poſſit commode uiuere, tenetur prouidere, Pondera uerbum commode. Si ordinat ad titulum ſui patrimonii tenetur prouidere. Ab. de reſcrip.c.Poſtulaſti. Nec poteſt beneficium conferre uni hoc pacto quod alius ſuccedat poſt mortem. Papa autem hoc poteſt, licet ipſe uiuens non poſſit ſibi eligere ſucceſſorem. Ab. de pact. c. Accepimus.

Epiſcopus poteſt conferre beneficium filio ſuo ſi eſt dignus. Ab. de iur. patro. c. Quia clerici.

Epiſcopus poteſt ex prouentibus beneficij pinguioris uacantis ceſſante fraude conſtituere aliud beneficium, uel penſionem. Ab. de prebẽ. c. Extirpandæ. §. Qui uero.

Epiſcopus non debet confirmare præſentatum per patronum niſi prius mittat edictum de uita & conuerſatione eius. Ab. de elec.c. Poſtquam. Nec diſpenſare poteſt circa inſtitutionem beneficii nec ipſam immutare, nec contra eam uenire ſine conſenſu patroni, niſi quando patronus nollet conſentire in permutatione beneficii ſine cauſa. Ab. de conſtitu.c.Cum acceſſiſſet.

Epiſcoporum beneficia non uacant, niſi ſint conſecrati, uel ſaltem currat tempus conſecrationis, in aliis dignitatibus una acquiſita aliæ uacant ſtatim. Ab. de pręben. c. De multa.

Epiſcopus canones non ſeruans, uel non faciens ſeruari incidit in periurium ſaltem ſi hoc facit ex contemptu. Ab. de iur. iuran. c. Ego.

Epiſcopus poteſt eſſe canonicus eccleſiæ ſuæ ex conſuetudine. Ab. de præben. c. Extirpandę in repetitionibus. Poteſt eſſe canonicus & ſi in capitulo eſt ut canonicus computatur uox ſua & auget numerum, ſi ut epiſcopus non computatur, unde cum media parte uocalium nihil poteſt hoc ſecundo modo, qui tamen poteſt primo modo, quia uox ſua additur medietati. Abb. de conceſ. præben. c. Poſtulaſtis.

Epiſcopus utitur aliquo canonicorum pro ſeruitio ſuo ſubtrahendo eum ab officio diuino & reputatur præſens reſpectu commoditatis percipiendæ. Eadem eſt ratio de prælatis omnibus reſpectu ſubditorum, quia hic generaliter loquitur. Secundum Hoſti. ultra duos habere non poteſt niſi probetur utilitas eccleſię uel capituli, poteſt etiam clericum & monachum mittere ad certam negotiationem. Ab. de ele. non reſiden. c. Ad audientiam.

Epiſcopus clericos ut filios tractare debet non ut uaſallos, & ſedens non debet pati ſacerdotem ſtare coram ſe licet in loco publico debeat in ſublimiori loco ſedere, in camera tamen debet reputare ſe collegam ſacerdotum. Ab. de exceſ. præla. c. Peruenit. Epiſcopus, clericos debet appellare fratres & clerici epiſcopum patrem. Ab. de his quæ fi. a prela. c. Nouit.

Epiſcopus non poteſt corrigere clericos ſubditos ſine conſilio capituli, ualet tamen contraria conſuetudo. Ab. de his quæ fi. a præla.c. Quanto. In tangentibus totum clerum non ſufficit epiſcopo habere conſenſum capituli, ſed oportet interueniat conſenſus totius cleri. Ab. de immuni. eccle.c.Non minus. Ad epiſcopum tamen pertinet tollere prauas conſuetudines, ut quod clerici exigant pro terra ſepulturæ, non autem hoc poteſt præcipere exemptis. Ab. de ſepultu. c. Abolendæ.

Epiſcopus qui obtinuit licentiam cedendi,cogitur cedere etiam inuitus. Ab. de transla.c. Quidam. Ad epiſcopatum inuitus non cogitur ſi permiſerit ſe epiſcopari ante conſecrationem non poteſt transferri inuitus,poſt conſecrationem poteſt etiam inuitus ex quo ſemel permiſit, & ſic eſt de monacho. ad aliam eccleſiam transfertur epiſcopus propter neceſſitatem, uel utilitatem, ſi hoc conſtet & uacet epiſcopatus eo quod non ſit expectandus conſenſus eius. Ex eo quod ſemel permiſit ſe epiſcopari contrahit matrimonium etiam inuitus cum tantum mutet locum ex quo eccleſia una eſt tantum. Si transfertur propter meritum perſonæ non uacat epiſcopatus niſi tempore acceptationis alterius. Ex quo papa fecit ob gratiam eius debet expectari conſenſus eius. Ab. de poſtula.c. Et ſi unanimiter.

Epiſcopus poteſt eſſe comes. Ab. de fid. inſtrum.c. Inter dilectos.Epiſcopus pariſienſis eſt quaſi comes pariſius habens iuriſdictionem temporalem, unde preco ibi pronunciat Banna nomine epiſcopi & regis. Glo. de fo. competen.c. Quod clerici.

Epiſcopi plures poſſunt ſimul conſecrari, & tantum die dominico fit conſecratio eorum. Ab. de conſecra. eccle. c. Cum ſis.

Epiſcopo conſecrato poteſt opponi de forma electionis, & de criminibus eius factis ante confirmationem,& quando. Ab. de do. & contum.c.Cum olim.

Epiſcopus poteſt delegare,ſimiliter archiepiſcopus ea quæ ſunt iuriſdictionis & ordinis, excepto uſu palii pro libito uoluntatis, & tenetur ſubditus illa acceptare non ſubditus. Ab.de ordi. c. Quod ſedes. Et de conſue. c.Quanto. Non tamen poteſt ſubditum ſui ſuffraganei cogere ad acceptandum ut ſit iudex in cauſa appellationis factæ ipſi archiepiſcopo, licet ipſe poſſit committere,& ille acceptare. Vbi ſupra. c.Paſtoralis.

Epiſcopus poteſt delegare cauſam ciuilem clerici layco,non tamen poteſt conſentire ut eius iuriſdictio prorogetur, quia tunc iuri ſuo iudicaret. Delegatus autem ſemper iudicat iura delegationis. Ab. de for. competen.c. Significaſti. Quod poſſit cauſas laycorum committere etiam laycis.Ab.de appel. c.Sua nobis.

Epiſcopus non poteſt delegare poteſtatem conferendi beneficia uacatura,poteſt tamen in genere & uniuerſaliter non autem primi uacaturi. Item poteſtatem generalem poteſt conferre uicario ſuo generali tantum. Nec poteſt dare uicario ſuo poteſtatem recipiendi reſignationem certi beneficii,& illud conferendi, & quomodo per fraudem fiat,& an ualeat. Ab. de conceſ. præben. c. Conſtitutus. Delegare poteſt omnia quæ iuriſdictionis ſunt i. quæ conſequuntur ex confirmatione non epiſcopo. Quæ autem ſunt ordinis tantum epiſcopo. Ab. de conſe eccle. & alta. c. Aqua.

Epiſcopus an ſit delegatus in crimine hæreſis,opiniones.hic dicitur quod ſit delegatus nec tamen extinguitur iuriſdictio per mortem, quia delegatio fit a ſede Apoſtolica dignitati quæ non moritur, ideo tranſit in ſucceſſorem, & appellatur ab epiſcopo ad papam tantum, & in hac poteſtate non ſuccedit capitulum ſede uacante. Ab. de hære. c. Ad abolendam.

Epiſcopus pro debitorum ſuorum exoneratione poteſt cum capitulo ſtatuere & retinere ad tempus fructus beneficiorum uacantium in ſua dioceſi ſi debita contracta ſint nomine eccleſiæ, & ex cauſa illa unit, diuidit, & ſupprimit dignitates non pro utilitate propria, quia non poteſt in facto proprio auctorizare, poteſt tamen emere rem inferioris eccleſiæ publicę. Ab. ut eccle. benefi. ſine dil. conferantur. c.Vt noſtram.

Epiſco-

Epiſcopus non deponitur niſi per papam. Ab. de Hære. c. Excommunicamus.

Epiſcopus non poteſt dignitatem, uel beneficium conſtituere pro libito uoluntatis, nec eccleſiam ut in parochia niſi cauſa iuſta interueniente Glo. de conſue. c. Cum olim. Licet poſsit conſtituere dignitatem in eccleſia cathedrali quæ cedit ad maiorem cultum Dei & nulli nocet, non tamen eccleſiam in parochia quæ alteri nocet ſaltem quo ad obuentiones. Abb. ubi ſupra. Nec poteſt ius unius eccleſiæ alteri attribuere, nec ſtatuere quod clerici unius eccleſiæ teneantur eligere unum de alia eccleſia, nec aliquid in præiudicium inferioris eccleſię ſine conſenſu capituli & patroni. Gloſ. de conſuetu. c. Cum dilectus.

Epiſcopus dignitate uel eccleſia inferiori non uacante non poteſt cum capitulo iura illius minuere, ſed poteſt in totum ſupprimere illam, non tamen ſine cauſa, & poteſt in totum illam eccleſiam in totum unire & ſubiicere ex cauſa, ſed non præiudicat rectori uiuenti. Si uacat alia eccleſia poteſt ſupponere & unire in totum non obſtante uacatione, ſed non poteſt diminuere iura illius, niſi dato ſibi defenſore & ſeruata forma, quę debet ſeruari in alienatione. Ab. de exceſ. præl. c. Ad hoc.

Epiſcopus non poteſt dignitatem habere cum epiſcopatu niſi ex diſpenſatione papæ. Ab. de conceſ. præben. c. Cum noſtis. De conſenſu capituli poteſt concedere inferiori dignitati iura pertinentia ad dignitatem ſuam, & talis conceſsio non poteſt reuocari per ſucceſſorem. Ab. de inſtitu. c. Cum ueniſſet.

Epiſcopus petens eccleſiam quo ad temporalia & ſpiritualia obtinet eo ipſo quod eccleſiam eſſe in ſua dioceſi probat, ſi non apparet exempta. In temporalibus ſuccumbit, niſi aliter doceat de iure ſuo. Ab. de religio. domi. c. Cum Venerabilis.

Epiſcopus in ſua dioceſi nec iudicari nec puniri poteſt per inferiorem ſecundum iuriſdictionem in territorio alieno, ſi delinquit poteſt a pari & ab inferiori iudicari & puniri. Ab. de maio. & obe. c. Cum inferior. In dioceſi alterius reputatur priuatus, & ſi ibi deliquit, poteſt per epiſcopum puniri. Ab. de fo. competen. c. Sane.

Epiſcopi duo in eadem dioceſi poſſunt conſtitui ad tempus in diuerſis partibus & in ſolidum, licet fieri non debeat niſi ex magna cauſa. Non autem poſſunt eſſe duo Romani Pontifices & hoc tenere eſſet hæreticum. Inter epiſcopum ſubſtitutum epiſcopo hæretico, & epiſcopum hæreticum reuerſum receptum ex diſpenſatione diuiditur epiſcopatus modo hic expreſſo, & hoc capitulum hodie continet ius. Ab. de paroch. c. Si epiſcopus. Glo. tenet oppoſitum huius ultimi.

Epiſcopus nunquam diſpenſat niſi in caſibus expreſsis in iure. Ab. de elec. c. Si Abbas. & Glo. de tempo. ordi. c. Dilectus. Licet poſsit abſoluere ab omnibus non reſeruatis, non tamen diſpenſare in non reſeruatis, ſed tantum ubi ſibi in canone committitur diſpenſatio in ſpeciali uel in communi facta mentione de diſpenſatione. Diſpoſitio eſt contraria in ea & excommunicatione quia ubi diſpenſatio non committitur intelligitur reſeruata. Abbas de elec. c. Quiſquis. & Glo. de tempore ordi. c. Dilectus. Vide. Diſpenſatio. Non diſpenſat niſi in caſibus ſibi a iure permiſsis, ideo non diſpenſat in irregularitate homicidii, uel mutilationis membrorum. Ab. de cleri. pugnan. in duel. c. Pœna. Diſpenſat tamen cum homicida in beneficio ſimplici non autem in curato. Vbi conceditur diſpenſatio epiſcopo in beneficiis intelli-

gitur de ſimplicibus. In materia diſpenſationis uerba debent ſtricte intelligi. Poteſt etiam epiſcopus quaſi ſemper diſpenſare in beneficiis. Ab. ubi ſuprà. c. Henricus. Diſpenſat in beneficio quod conferre non poteſt, & interponit auctoritatem permutationi beneficiorum quorum collatio ſpectat ad alios. Ab. de cle. excommunica. c. Poſtulaſti. Poteſt in beneficio diſpenſare quaſi ſemper de cleri. non ordi. c. Ex litteris.

Epiſcopus diſpenſat in beneficiis. Vide ſuprà immediate.

In iure ubi dicitur poteſt diſpenſari & non dicitur per quem, intelligitur poteſtas collata epiſcopo. de papa non erat dubium, & uerba aliquid debent operari, non tamen conceditur inferiori prælato in arduis. Abb. de cleri. pugnan. in duel. Henricus. & de cleri. excom. c. Poſtulaſti. & de pœnis. In quibuſdam.

Epiſcopus diſpenſat contra canones ſuperioris ſi ſint pœnitentiales, niſi caſus ſint reſeruati, etiam ſi canon imponit certam pœnam. Si canon expreſſe indulget, uel negat diſpenſationem inferiori caſus eſt clarus, ſi neutrum facit in adulterio & minoribus diſpenſat, niſi ſpecialiter ſit prohibitum, in maioribus non, niſi ſint ſpecialiter indulta. Vbi non eſt permiſſum non poteſt epiſcopus diſpenſare, intelligitur niſi ſit maxima & urgens cauſa, uel niſi ſuperuenerit cauſa noua, uel antiqua ueriſimiliter non cogitata per papam. Abb. de iudi. c. At ſi clerici. Ex cauſa ueriſimiliter non cogitata per papam poteſt epiſcopus diſpenſare, & ſtatutum facere contra legem, quia papa conſiderat in tali cauſa aut non condidiſſet legem, uel poteſtatem diſpenſandi reliquiſſet. Ab. de appella. c. Dilecti.

Epiſcopus in criminibus diſpenſat ad beneficia, quando diſpenſat in grauibus criminibus, tenetur requirere conſilium capituli, non tamen tenetur ſequi illud. Ab. de iudi. c. At ſi clerici.

Epiſcopus diſpenſat cum depoſito, & quando ſic, & quando non, & conſequenter infamatum reſtituere famę, licet hoc non poſſit directe, poteſt autem diſpenſare inuito accuſatore ne, deponatur. Diſpenſat etiam cum accuſatore quando ſubeſt utilitas publica, uel priuata, quę alias eſt bona, & quando debet diſpenſare, an peccet non diſpenſando. Ab. de iudi. c. At ſi clerici. §. de adulteriis.

Epiſcopus diſpenſat cum exiſtentibus in ſacris qui de facto contrahunt matrimonium. Ab. de cleri. coniuga. c. Sane ſecundum, & quod coniugatus habeat beneficia. Ab. ut ſuprà. c. Ioannes.

Epiſcopus qui diſpenſat cum aliquo fauore ſtudii per ſeptennium non poteſt diſpenſationem reuocare ſine euidenti cauſa. Abbas de appella. c. Significante.

Epiſcopus non diſpenſat in uotis, nec poteſt illa commutare cum perſonis alterius dioceſis, licet ſint in ſua ciuitate ratione ſtudii, quia licet poſſit adminiſtrare ſacramenta neceſſaria, non tamen quæ ſunt uoluntaria, ad quæ requiritur domicilium, nec ſufficit habitatio. Ab. de paroch. c. Nullus. In uoto proprio non poteſt diſpenſare. Ab. de uo. c. Licet. Reliqua uide. Diſpenſare.

Epiſcopum non oportet eſſe doctorem iuris canonici, quia competens ſcientia tolleratur in prælato, licet eminens deſideretur. Ab. de conſangui. & affini. c. Ex litteris.

Epiſcopus non poteſt magnam donationem facere de rebus epiſcopatus etiam monaſterio etiam ſi ſit pecunia numerata, ideo repeti poſſunt data conſanguineis

guineis, niſi ſint data per modum eleemoſinæ. Ab. de priuile. c. Cum olim. ſecundum. Non poteſt donare capitulo de pertinentibus ad ſuam menſam ita ut præiudicet ſucceſſori nec inferioris eccleſię bona cathedrali, quia auctorizaret in facto proprio, poteſt tamen emere ſi publice uendantur ſicut ſi ſtatuto cauetur quod mulier non poſſit obligari ſine conſenſu agnatorum non poſſunt agnati illi conſentire ad eorum commodum, & tutor emit palam rem pupilli. Ab. de iur. iuran. c. Sicut noſtis.

Epiſcopus habet omnes eccleſias ſuæ diœceſis quo ad iuriſdictionem, & poteſt pro eis agere, non tamen poteſt earum bona temporalia uertere in uſum ſuum poſſunt pręſentare qui eligere, epiſcopus tamen confirmat. Ab. de excep. c. Cum uenerabilis.

Epiſcopus poteſt eccleſiam concedere etiam religioſis quam conceſſionem reuocare non poteſt ſine cauſa non tamen rectorem inuitum expoliare in uita ſua, licet poſſit conſtituere certum cenſum per rectorem eccleſię donatarie perſoluendum de uoluntate rectoris, & ipſo inuito ſi eccleſia multum abundat, & non aliter. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Cum ueniſſet. Poteſt etiam dare poſſeſſiones ſine maxima læſione eccleſiæ oratorio, uel hoſpitali conſtruendo. Ab. ubi ſuprà. c. Olim. Sine conſenſu capituli non poteſt concedere eccleſias, etiam ſi habeat ius patronatus in eccleſiis concedendis. Abb. de his quæ ſi. a pręla. c. Tua nuper, Poteſt etiam unire eccleſias. Ab. de donatio. c. Conſultationi. Poteſt concedere eccleſias religioſis, ut conuertant redditus eccleſiæ in proprios uſus cum auctoritate capituli. Si ſubſit cauſa puta quia religioſi ſunt multum indigentes. Ab. de priuil. c. Paſtoralis. Cum capitulo poteſt conceſſiones reuocare. Ab. ubi ſuprà. c. Olim.

Epiſcopus poteſt cum capitulo eccleſiam parochialem facere collegiatam, & diſponere quod clerici etiam ſeculares uiuant in communi & ſub uno tecto dormiant. Ab. de ui. & honeſta cleri. c. Quoniam. Maior pars capituli non poteſt ſine epiſcopo facere quod uiuant in communi, ſed epiſcopus hoc poteſt cum maiori parte, ſi capitulum ſine cauſa rationabili non uult conſentire, contradictio habetur pro conſenſu. Ab. ubi ſuprà. Cum capitulo poteſt ſtatuere quod clerici ad reſidentiam teneantur ubi conſuetudo eſt contraria, ſi hoc facit propter amorem Dei aut cultum diuinum, non autem ſi propter eorum commodum, puta ut ipſi percipiant fructus. Ab. de cleri. non reſid. c. Ad audientiam.

Epiſcopus non poteſt conferre monaſterio eccleſias parochiales nec earum obuentiones etiam de conſenſu patroni ſine conſenſu capituli. Ab. de his quæ ſi. a præl. c. paſtoralis. Quæ autem poteſt donare monaſterio conſtructo uel conſtruendo. Ab. ubi ſuprà. Vide. Donatio.

Epiſcopus poteſt eccleſias diuidere etiam contradicentibus clericis, ubi eſt legitima cauſa, & ſi prælati religioſi nollent conſentire, debet adiri ſuperior qui cogat ad conſentiendum. Ab. de preben. c. Auaritia. Non tamen poteſt diuidere parochiam inuito rectore, niſi ſubſit iuſta cauſa. Ab. de eccle. ædifi. c. Ad audientiam.

Epiſcopus non poteſt eccleſiam eximere in totum a ſua iuriſdictione. Ab. de religio. domi. c. Conſtitutus. Licet poſſit eximere unã eccleſiam quo ad aliqua cum capitulo, non poteſt tamen eximere in totum. Ab. de priuil. c. Cum olim. ſecundum. Nec poteſt ſine cauſa eccleſiam alteri ſubiectam ab illius ſubiectione & obſequio liberare. Ab. de exceſ. pręla. c. Ad hæc.

Epiſcopus & non inferior poteſt unire eccleſias ſuæ diœceſis, & unam alteri

ſubij-

ſubijcere, non tamen ſine cauſa, nec ſine conſenſu canonicorum, Poteſt etiam unire beneficia deuoluta ad papam ob eius negligentiam ad conferendum, quia ſola poteſtas collationis deuoluta eſt ad ſuperiorem ſed unio concernit proprietatem beneficii. ſit autem ex cauſa ſic quod cauſa non ſubſiſtente unio eſt nulla, & ſic non eſt actus omnino uoluntarius. Si papa reſeruaret ſibi beneficium poteſt tamen epiſcopus unire, ſed non in præiudicium illius, cui papa reſeruauit. Vnde unio habet effectum illo dimittente beneficium pro quo papa reſeruauit. Intellige quando reſeruatio concernit collationem tituli, ſecus ſi papa reſeruauit certam eccleſiam ſuę diſpoſitioni, quia hoc uerbum eſt generale ſic quod inferior non poteſt de ea diſponere. Ab. de exceſ. præla. c. Sciant.

Epiſcopus non poteſt eligi, quia eſt alligatus uinculo matrimoniali eccleſiæ in cuius ſignum defert anulum. Qui epiſcopatui renunciauit, poteſt eligi, & electus ad unam eccleſiam, poteſt eligi ad aliam ante confirmationem, non poſt, quia contractum eſt matrimonium ſpirituale licet non ſit conſumatum. Ab. de poſtula. c. Et ſi unanimiter.

Epiſcopus ex nulla cauſa poteſt dimittere epiſcopatum & accipere aliud, ſed nec ad religionem tranſire ſine licentia papę, etiam ſi ſit electus ſede uacante, & hoc habet locum etiam in clericis inferioribus. Ab. de cleri. non reſid. c. Non licet. Sibi non licet ſine licentia papæ acceptare alium epiſcopatum, alias utroque priuatur. Vbi ſuprà. & Glo. ubi ſuprà. c. Non licet. Nec poteſt remoueri ab epiſcopatu ſuo ex quocunque delicto ſine licentia papæ. Si propria auctoritate tranſit ad aliam ſedem, non eſt priuatus ipſo facto, ſed priuandus. Ab. ubi ſuprà. c. Non licet.

Epiſcopalia iura petenti etiam in eccleſiis religioſorum ſufficit probare quod in ſua dioceſi ſunt ſitæ, quo probato obtinet, niſi aliud probetur de iure ſpeciali. ideo religioſi non poſſunt tenere eccleſias ſeculares, quin reſpondeant epiſcopo in epiſcopalibus, licet monaſteria a pluribus ſint exempta. Ab. de religio. dom. c. Conſtitutus. Iura epiſcopalia quæ poſſunt preſcribi. Ab. de conceſſio. præben. c. Accedentibus.

Epiſcopatus in maioribus ciuitatibus tantum debet eſſe. Abb. de priuileg. c. Epiſcopalia. Dignitas epiſcopalis non debet concedi omnibus locis petentibus, ſed tantum in maioribus & populoſis. In numeroſitate uileſcit dignitas. Si ciuitas habens epiſcopum deſtruitur uel diminuitur, propter hoc non priuatur dignitate, Quæ hic dicuntur, intelliguntur quo ad primam inſtitutionem. Ab. ubi ſuprà.

Epiſcopus poteſt eſſe ſine epiſcopatu aliquo. Abb. de ordina. c. Quoniam in pleriſque. Vide. Epiſcopus tenetur uicarium.

Ad epiſcopatum promoueri non poteſt qui habet filios, uel nepotes de iure communi, licet opiniones ſint in contrarium. Abb. de teſtam. c. Quorundam. Vide. Ordinarii.

Epiſcopus non poteſt aliquam executionem exercere in clericos niſi reperiatur iure, uel conſuetudine permiſſum. Ab. de exceſ. præla. c. Peruenit.

Epiſcopo excommunicato, uel ſuſpenſo ſuſpenſus eſt uicarius eius, & omnes qui ab eo habent iuriſdictionem. Ab. de appella. c. Dilecti.

Epiſcopus poteſt excommunicare delinquentem extra territorium ſuum ſi hoc intendit, quia ubique eſt ſubditus ſuus. Ab. de fo. competen. c. Licet. Nec poteſt excommunicare nec ſuſpendere clericum ad longum tempus ſine conſenſu capituli de iure communi quia non poteſt ardua explere ſine

eo.

eo. Hodie epiſcopi iuriſdictionalia præſcripſerunt contra capitulum, & ualet præſcriptio & conſuetudo. Ab. de exceſ. prȩla. c. Peruenit.

Epiſcopi licet non ligentur ſua excommunicatione. Ligantur tamen qui cum eis ueniunt contra id per quod facta eſt excommunicatio. Ab. de ſenten. exco. c. Vniuerſitatis.

Epiſcopus poteſt excommunicatos ſepultos in eccleſijs exemptis ex tumulare, ſi exempti ſunt negligentes ad hoc faciendum, non tamen poteſt punire ſepelientes excommunicatos, nec admittentes eos ad diuina, ſi perſonæ & locus ſint exempti. Ab. de priuile. c. Ad hoc.

Epiſcopus abſoluit ab excommunicatione, niſi ſit reſeruata, intellige niſi lata ab homine, quia a tali non abſoluit, niſi qui excommunicauit, uel ſuperior. Ab. de iudi. c. Qui olim. Abſoluit ab excommunicatione & diſpenſat in caſibus permiſſis a iure, quia grauiora, & excellentioria reſeruantur epiſcopis, ideo prȩdicta non poſſunt inferiores prælati. Abbas de priuileg. c. Epiſcopalia.

Epiſcopus compellit executores teſtamentorum ad exequendum pias uoluntates defunctorum etiam ſi teſtator hoc interdixit. Ab. de teſtam. c. Tua nobis. Si teſtator prouidit de certo executore, & mandauit quod epiſcopus ſe non impediret in caſu negligentiæ primi non ſuccedit epiſcopus in executione, ſi ſolum prohibuit epiſcopum non debere exequi nec prouidit ſibi de alio, puto quod in relictis ad pias cauſas epiſcopus ſuccedat non obſtante prohibitione teſtatoris. An poſſit epiſcopus ſe impedire de relictis ad non pias cauſas, opiniones. Ab. ubi ſupra. c. Quod poſit. Ab. de teſtam. c. Ioannes, & ſi hæredes.

Epiſcopus non exemptus de iure communi non poteſt abſolui in pœnitentia per ſimplicem ſacerdotem. Debet ergo recurrere ad archiepiſcopum. Exemptus poteſt ſibi eligere confeſſorem. Abb. de maio. & obe. c. Cum inferiorum.

Epiſcopus exemptos habentes campanam publice in ſuis oratoriis punire poteſt ſi pulſant. Ab. de priuileg. c. Patentibus. Vide. In oratoriis. Item ſi mittunt aliquos cum habitu etiam conuerſorum qui ſunt layci pro eleemoſinis poteſt exemptos priuare, quia deludunt religionem. Item punire exemptos reſpectu certi loci ſi delinquunt extra illum locum, nõ autem exemptos reſpectu perſonæ, & non reſpectu loci, ut familiares papȩ, & hi non poſſunt conueniri coram ordinario etiam ratione delicti, alias priuilegium eſſet inutile. Ab. de priuileg. c. Tua.

Epiſcopus qui flagellare fecit aliquem crudeliter, duobus menſibus ab adminiſtratione ſuſpenditur. Abbas de cleri. percus. c. Præterea. Poteſt facere fuſtigare mulierem, ſed non crudeliter. Iſta mulier forte deliquerat in eccleſia, uel erat ſuppoſita iuriſdictioni temporali epiſcopi. Abbas ubi ſupra.

Epiſcopus ſolus poteſt hæreditatem, uel legatum delata eccleſia renunciare, quia iſta poſſunt obeſſe propter grauamina annexa & epiſcopus habet adminiſtrationem, non autem poteſt remittere actum iniurię; quia in continenti facit conditionem eccleſię deteriorem. Abb. de ſenten. excom. c. Contingit.

Epiſcopi diœceſes & archiepiſcopi prouincias de hereſi ſuſpectas ſemel in anno per ſe uel per alios uiſitare debent, & exquirere iuramentum. Qui negligentes in hȩreſi proſequenda ſunt a dignitate reuocandi & loco eorum

alij

alii idonei ſunt ſubrogandi. Ab. de hæreti. c. Excommunicamus.

Epiſcopus homicidio committendo præſtans cauſam directe, uel indirecte eo commiſſo priuari debet officio Pontificali & ſacerdotali, & ab adminiſtratione epiſcopatus remoueri. Ab. de exceſ. præla. c. Ex litteris.

Epiſcopi ſunt magis honorandi quam Cardinales, cum ius plures equos concedat epiſcopo uiſitanti, quam Cardinali. Ab. de cenſi. c. Cum Apoſtolus.

Epiſcopus ignorans priuatur dignitate. Ab. de æta. & quali. ordi. c. Quamuis multorum.

Epiſcopus poteſt inquirere crimina in ſua diœceſi & punire, & cum opus fuerit, inuocare brachium ſeculare. Ab. de ordi. c. Pernicioſum. Iuriſdictionem habet liberam, & ea quæ ſunt meri imperii, cum poſſit ex officio procedere in criminalibus, & facinoroſos animaduertere, quæ ſunt meri imperii. Poteſt etiam procedere ſuper adulteriis & locus eſt præuentioni inter ipſum & iudicem ſecularem, & poteſt petere auxilium brachii ſecularis, quando opus eſt, ut exiſtente rebellione ſubditorum. Inquirere poteſt contra ſubditum in ſpeciali, quando uehemens infamia ſurrexit contra eum, in generali etiam non præcedente infamia ut cum delictum eſt notorium, & ignoratur perſona. Inquirit de ordinandis nulla præcedente infamia, idem cum facit præſtatum. Inquirit de criminibus pertinentibus ad forum eccleſiaſticum, & de his quę ſunt mixti fori extra terras eccleſiæ. In aliis non poteſt ſe intromittere, niſi indirecte quo ad pœnitentiam imponendam, & delictum prohibendum, & quando delictum eſt notorium, & deprehenditur iudicis ſecularis negligentia, & in hoc ſaluatur hic Glo. dicens quod epiſcopus poteſt inquirere de omni mortali. Ab. & Glo. ubi ſuprà. Poteſt ſibi ſuſpectum de certo delicto compellere ad ſe purgandum, ſi ſibi & aliis ſit probabile. Nec requiritur infamia ut male ſentit hic Glo. Ab. ubi ſuprà. c. Ex parte tua. Non tamen poteſt obiicere crimen ei quem ordinauit, quo ſit indignus beneficio, niſi crimen ſuperueniat ordinationi. idem dicitur de electore, non tamen ſimile eſt de eo quem ſuſtinet Gloſ. Abb. de æta. & quali. ordinan. c. Accepimus.

Epiſcopus poteſt interdicere ciuitatem de conſenſu capituli & non aliter, niſi quando conſuetudo eſſet præſcripta, quia uterque tunc poteſt per ſe & eo caſu exempti tenentur ſeruare interdictum. Non tamen poteſt epiſcopus exemptorum eccleſias tantum interdicere, poteſt etiam poſito interdicto conuenire exemptos pulſantes campanas & cantantes in loco exempto. Ab. de conſue. c. Cum inter uos.

Epiſcopus tenetur interdictum ſeruare latum ab habente poteſtatem, ſi eſt ſpeciale reſpectu certæ eccleſiæ, non autem ſi ſit generale. Ab. de his quæ fi. a maio. par. c. Quæſiuit.

Epiſcopus licet poſſit eſſe iudex in cauſa ſuę eccleſiæ, non tamen ubi commodum uenit applicandum ſibi, poteſt tamen procedere ad conſeruationem iurium ſuorum extra iudicialiter ut pars, quia non tenetur admittere tunc probationes nec appellationes, ſed poteſt ſe defendere materiali & ſpirituali gladio. Ab. de cenſi. c. Venerabili.

Epiſcopus poteſt in iudicio contendere petendo & defendendo nomine eccleſiæ inferioris ſibi ſubiectæ, etiam ſi eccleſia habeat ſuum rectorem, idem poteſt prælatus inferioris eccleſiæ. Abb. de ſucceſ. ab inteſta. c. Cum dilectus.

Epiſcopus non poteſt ſe obligare iudicio non ſui iudicis ſine licentia ſuperioris.

tis. Abb. de iudi. c. De quo uult Deus.

Epiſcopi, archiepiſcopi, & Abbates iuramentum præſtant ſuperioribus. Ab. de maio. & obe. c. Dilecti.

Epiſcopus ex iuramento ſuæ conſecrationis ad quæ tenetur. Ab. de iur. iuran. c. Ego. Quando ſe purgat, iurare debet tactis euangeliis. Ab. de purgatio. cano. c. Quotiens.

Epiſcopus iuriſdictionem exercet in laycos ubi uerſatur cauſa pietatis, unde in neceſſitate poteſt laycum excommunicare niſi ſubueniat pauperi & habentem beneficium pingue cogere ad hoſpitalitatem. Ab. de emptio. & uendi. c. Placuit.

Epiſcopus iuriſdictionem ordinariam dat in tribus caſibus. Primo quando inſtituit uicarium generalem. Secundo quando inſtituit aut confirmat prælatum habentem iuriſdictionem. Tertio quando conſuetudo habet quod poſſit dare iuriſdictionem ordinariam. In primo & in ſecundo caſu poteſt dici quod epiſcopus non dat proprie iuriſdictionem ſed lex ipſa interueniente facto epiſcopi. Quis poteſt dare iuriſdictionem ordinariam. Ab. ne præla. uic. ſuas. c. Quoniam.

Epiſcopus iuriſdictionem exercet in laycos pro adulterio. unde adulterum, & adulteram poteſt excommunicare, quia hoc crimine uiolatur matrimonium quod eſt ſacramentum non pro aliis criminibus, nec debet abſoluere ab excommunicatione, niſi adulterio prius abiurato. Abbas de adulte. c. Intelleximus.

Epiſcopus legato ſedis Apoſtolicæ tenetur ſubuenire & cuilibet eius nuntio in neceſſitatibus & limina Apoſtolorum omni anno uiſitare. Ab. de iur. iuran. c. Ego.

Epiſcopus de legatis eccleſiæ petit partem ſuam, licet aliquid fuerit ſibi a teſtatore relictum, niſi eo modo ut ſit contentus pro parte ſua & legatum agnouerit, & hoc non in fraudem. Ab. de teſtamen. c. Officii. De legatis pium debetur epiſcopo, & erit quota ſecundum conſuetudinem, ſi nihil legatur eccleſiis, epiſcopus nihil debet habere, An locum habeat cum quis eligit ſepulturam in parochiali eccleſia ſi ſibi nihil legauit poteſt petere, ſi legauit non poteſt petere, niſi ad complementum quotæ, in qua legatum computatur, ſecus quando apud mendicantes ſepelitur ſi ſepelitur apud exemptos epiſcopus nihil debet habere ſed papa tantum, ſi apud mendicantes ſolus parochianus habet quartam, ſi non ſepelitur apud eos de eius legatis nulli tenetur de quarta. Si legatur hoſpitali conſtructo auctoritate epiſcopi debetur quarta non autem ſi pauperibus in hoſpitali. Si hoſpitali non religioſo & conſtructo, & qui ædificauit uiuit non debetur quarta epiſcopo ſi defunctus eſt debetur, quia epiſcopus curam illius habet. De relictis alicui fraternitati credo epiſcopus nihil debet habere, quia cum locus non ſit capax, uidetur legatum factum perſonis, ut diſtribuant. Ab. ubi ſuprà. c. Officii. De legatis monaſteriis hoſpitalibus & piis locis portio debetur epiſcopo, ut hic eſt textus, Intellige ut ſupra. Hodie inferiores eccleſiæ nihil debent epiſcopo, niſi pro quarta mortuorum & de relictis in morte & pro quarta decimarum non autem debet habere de donatione inter uiuos. Iſta tamen poſſunt tolli per contrariam conſuetudinem, qua circumſcripta debetur epiſcopo quarta pars. Ab. de teſtam. c. Requiſiſti.

Epiſcopi licentia & ſtatutum quantum durant. Ab. de off. & poteſ. iud. deleg. c. Nemini. Vide. Legatorum ſtatuta.

Ad

Ad epiſcopum pertinet cauſa matrimonialis, pœnitentias publicas iniungere, indulgentias concedere. Inferior prelatus non debet de his ſe intromittere niſi ei competat de ſpeciali iure. Abbas de exceſ. prælato. c. Accedentibus.

Epiſcopus omni die miſſam debet celebrare, nec debet ſaltem diebus dominicis in eccleſia ſua deeſſe, niſi cauſa rationabilis eum excuſet. Ab. de ui. & honeſta. cle. c. Vt layci.

Epiſcopus negligentiam aliorum prælatorum ſupplet in conferendis beneficiis & inſtituendo magiſtros in eorum eccleſiis, debet tamen præcedere monitio, quia non eſt tempus præfixum a iure. Ab. de magi. c. Prohibemus.

Epiſcopo obediunt principes in ſua diœceſi. etiam Imperator de iure communi eſt ſubiectus epiſcopo loci qui etiam in diœceſi ſua præcedit imperatorem, quia iuriſdictionem habet in eum, & non econtra, & preeſt in ſpiritualibus & animabus, Imperator in temporalibus. Ab. de maio. & obe. c. Omnes. Non debet epiſcopus ſubeſſe principibus etiam imperatori, ſed præeſſe. Vbi ſupra. c. Solitę.

Epiſcopus non debet ordines conferre in miſſa in qua ipſe conſecratur. quod ſolus papa facit. Ab. de elec. c. Quod ſicut ex litteris. Non poteſt conſecrari niſi a tribus epiſcopis & hoc eſt de ſubſtantia conſecrationis. Glo. de poſtula. c. Gratum. In conſecratione inungitur. Abbas de ſacra mictio. c. Cum ueniſſet.

Epiſcopus non poteſt ordinare ſubditos alterius diœceſis, licet ſint in ſua ciuitate. Licet poſsit miniſtrare ſacramenta neceſſaria non tamen uoluntaria ad quæ requiritur domicilium, nec ſufficit habitatio. Abb. de paroch. c. Nullus. Nec tenetur examinare clericum præſentatum ad ordines per alium epiſcopum. ſi tamen ſcit illum indignum, peccat ordinando illum. Abb. de preben. c. Cum ſecundum.

Epiſcopus tenetur iuuare papam contra omnes homines etiam contra principem ſuum, & ſi timore omittit eſt periurus. Ab. de iur. iuran. c. Ego.

Epiſcopus poſtulatus ab alia eccleſia non debet tranſire ſine noua examinatione. Ab. de elec. c. In cauſis.

Epiſcopi eſt prædicare proprie qui non debet inſtituere in eccleſiis cathedralibus & collegiatis niſi uiros doctos ut in prædicatione, & audientia confeſſionum poſsint illi eſſe coadiutores. Miſsis ab eo ad prædicandum uel uiſitandum debet prouidere de expenſis, niſi expenſa ſit grauis, aut mittat pro communi negocio, quia tunc poteſt petere ut contribuatur, excipitur tamen Romana eccleſia. Ab. de ordi. c. Inter cętera.

Epiſcopus poteſt priuilegium uni eccleſiæ concedere cum præiudicio alterius ſi ſit rationabilis cauſa & de conſenſu capituli, & non ſit enorme præiudicium. Ab. de religio. domi. c. Conſtitutus.

Epiſcopus proprius coram quo clericus debet conueniri eſt epiſcopus domicilii. Item ubi clericus habet beneficium, licet ſit alterius diœceſis; Quando agitur de beneficio quod non requirit reſidentiam, quia ſi ibi exigitur ibi contrahit domicilium. Tertio ratione originis, licet alibi habeat domicilium, ſi tamen ibi reperiatur. Quarto ratione ordinis ab eo ſuſcepti ſicut ſubditus eius, ſecus ſi ex commiſsione alterius. Quinto poteſt dici ratione contractus. Delicti ratione non dicitur proprie quis ſubditus licet ſortiatur forum. Ab. de fo. competen. c. Si quis clericus.

Epiſcopus poteſt punire ſubditum ſuum delinquentem in loco exempto, uel

extra

extra dioceſim ſuam & puniet illum ſecundum ius commune, uel ſecundum ſtatuta loci in quo deliquit, & poteſt contra illum procedere per uiam accuſationis, uel inquiſitionis. Abbas de fo. competen. c. Cum contingat.

Epiſcopus poteſt punire eos qui miſcent farinam fabarum farinæ uenali, uel aliam indebitam mixturam faciunt & hoc non ſolum ratione huius capituli ſed etiam quia de quolibet notorio ubi deprehenditur negligentia iudicis ſecularis eccleſiaſticus iudex habet iuriſdictionem in laycos. Vnde non ſolum reſpectu peregrinantium & tranſeuntium habet epiſcopus iuriſdictionem in caſu huius capituli, ſed etiam habitantium in loco. In hoc pia cauſa uerſatur ut pauperes non uexentur, nec compellantur emere neceſſaria ultra debitum, & hoc uidetur approbari per ius ciuile. Ab. de emptio. & uendi. c. placuit.

Epiſcopus punitur ex ſola diſsimulatione quando ex officio ſuo tenetur. Ab. ne præla. ui. ſuas. c. Quoniam. Grauius punitur de periurio quam cæteri. Ab. de iur. iuran. c. Cum quidam. Vide. Peccator maior pœna.

Epiſcopus non poteſt ad religionem tranſire ſine licentia papæ, quæ ſibi debet negari, ſi ſit fructuoſus. Ab. de regula. c. Licet. & Abb. de cle. non reſid. c. Non liceat.

Epiſcopus rochetum ſemper debet habere in publico, niſi ſit religioſus, qui etiam factus Cardinalis non mutat habitum. Ab. de ui. & honeſta. cle. c. Clerici in additionibus.

Epiſcopus & eo ſuperior poteſt committere inquiſitionem alicuius ſcripturæ & ad reſponſionem inquiſitoris tranſumptum facere ſolenne, licet ipſe originales non palpauerit. Ab. de confir. uti. uel inuti. c. Cum dilecta.

Epiſcopus non tenetur ad ſynodum nec ad concilium niſi uocatus, & tunc tenetur perſonaliter uenire ceſſante impedimento. Ab. de iur. iuran. c. Ego.

Epiſcopi ſtatutum contra ius canonicum, uel eius æquitatem non ualet. Ab. de maio. & obe. c. Quod ſuper. Poteſt tamen in dioceſi ſua facere decretum, conſtitutionem, & ſtatutum & ſubditi non obedientes peccant mortaliter, & poſſunt excommunicari. Ab. ubi ſuprà. Poteſt canoni apponere pœnam, quia tunc non derrogat ſed adiuuat canones. Abb. de eo qui furti. ordi. ſuſcep. c. Innotuit. Poteſt addere pœnam ubi ius non apponit. Abbas de pœn. c. Licet iuxta poſt. & de ſenten. exco. c. A nobis.

Epiſcopus non poteſt ſtatuere contra ius commune ſed poteſt, adiuuare, aggrauare, pœnam apponere. Poteſt etiam præter ius commune ſtatuere ratione delicti, & hoc quando ius commune eſt productum in eſſe, ſecus quando eſt acquiſitum ius. Ab. de conſue. c. Cum dilectus. Epiſcopus cum capitulo non poteſt ſtatuere ſuper reſeruatis papę. Secundo quando eſt in aliorum præiudicium, quia tunc ſunt uocandi. Tertio nec regulariter contra ius commune, nec requiritur conſenſus capituli niſi in arduis, ſed ſufficit conſilium, & neceſſario requiritur etiam ſi epiſcopus præſcripſit iuriſdictionem. Ab. ubi ſuprà. c. Conſuetudinem. Licet non poſsit ſtatuere contra canones, poteſt tamen contra legem imperatoris. Ab. de maio. & obe. c. Quod ſuper. Poteſt decretum & ſtatutum facere in ſua dioceſi, & ſubditi non obedientes peccabunt mortaliter, & poſſunt excommunicari. Ab. ubi ſuprà. c. Si quis.

Epiſcopus poteſt ſtatutum facere ſine conſenſu capituli, requiritur tamen neceſſario conſilium ſine quo non ualet, licet non requiratur conſenſus. Ab. de

his quæ ſi. a præla. c. Quando. Poteſt ſtatuere quod clerici teneantur ad reſidentiam ubi conſuetudo eſt contraria ſi hoc facit propter honorem Dei & cultum diuinum, non autem propter commodum eorum puta quod ipſi fructus percipiant. Ab. de cleri. non reſid. c. Ad audientiam. In præiudicium inferioris eccleſiæ non poteſt, niſi maxima cauſa urgente, in ſpectantibus tantum ad iuriſdictionem ſuam poteſt ſtatuere, ſed non ubi tanguntur alterius iura, niſi ipſi conſentiant. Ab. de loca. & cond. c. Veſtra.

Epiſcopus habens cauſam contra ſubditum ſi crimen ſit notorium poteſt ipſe procedere, ſi non, eliguntur arbitri, uel citat illum ad concilium prouinciale, non ad archiepiſcopum, qui non habet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganei. Ab. de oſt. iud. ordi. c. Irrefragabili. §. Cæterum.

Epiſcopus poteſt ſibi ſuſpectum de crimine certo compellere ad purgationem ſi ſibi & alijs eſt probabile. nec requiritur infamia ut male ſentit hic Gloſ. Ab. de ordi. c. Ex parte tua.

Epiſcopus ſi tranſit de uno epiſcopatu ad alium ſine licentia papę perdit utrunque epiſcopatum, Ab. de cleri. exco. c. Illud.

Epiſcopus cogit ne uendantur res carius tranſeuntibus quam in mercato. Ab. de emptio. & uendi. c. Placuit.

Epiſcopus tenetur ſibi conſtituere uicarium alium epiſcopum, quando in eadem ciuitate, uel dioceſi ſunt diuerſi ritus ſacramentorum, & linguarum, & ille erit epiſcopus ſine epiſcopatu, quia ſubiectus proprio epiſcopo, alias tenetur uicarium clericum inſtituere. Ab. de ordi. c. In pleriſque.

Epiſcopus uiſitans monaſteria, quos & quot poteſt ſecum habere. Ab. de off. iud. ordi. c. Vt iuxta. Omni anno debet uiſitare monaſteria monialium etiam exempta & tollere earum frequentationem. Ab. de ui. & honeſta. cleri. c. Monaſteria.

Epiſcopus non poteſt uouere peregrinationem ſine conſenſu capituli cum hoc negocium ſit magnum, nec peregrinationes longas ſine licentia papæ, nec poteſt ſine cauſa ſe abſentare ab eccleſia ſua, & tenetur diebus dominicis & ſolennibus intereſſe officio eccleſiæ ſuæ. Ab. de uo. c. Magnæ.

Epiſcopus non poteſt ad uſum rei religioſæ deſtinatum peruertere. Ab. de religio. domi. c. De zenedochiis.

Epiſcopus cum capitulo poteſt ſtatuere in eccleſia certum numerum clericorum ſecundum illius facultates, qui in communi uiuant, & ad hoc poteſt eos compellere, & ſic uiuentes abſoluere ab excommunicatione propter uiolentam manum in clericum. Ab. de uita & honeſta. cleri. c. Quoniam

Epiſcopus. Vide infra. c. Ordinarius.

Æquitas eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata, uel ſecundo eſt rationabilis modus continens materiam & rigorem, eſt ergo quoddam temperamentum recedens a regulis iuris omnibus ex cauſa. Ab. de tranſac. c. Ex parte. & de uo. c. Magna.

Equitaturæ qui permittuntur, pro duabus conceditur unus famulus & ſic ſuc ceſſiue. Ab. de ſta. monacho. c. In ſingulis. Equitantes duo debent habere unum famulum pedantem, uel tres equitantes non debent habere minus quam unum, Iudex tamen arbitrabitur. Ab. de exceſ. præla. c. Cum ad quendam.

Error facti probabilis excuſat etiam ubi præceſſit debitum naturale, non autem error iuris, niſi ſint perſonæ priuilegiatæ, quæ non tenentur ſcire iura. Ab. de ſolutio. c. Is quoque. Errorem ſuum quilibet caute corrigere de-

bet

bet non tamen ſponte fateri ne uileſcat, nec debet defendere nec perſeuerare, ſed caute & prudenter corrigere. Ex pertinacia incidunt infinita inconuenientia. Ab. de accuſa. c. Qualiter & quando.

Et, copula quando ponitur inter æque principalia exponitur copulatiua pro alternatiua ut talis. Excommunicari poſſunt clerici deferentes arma & uſurarii. Sufficit alterum. Ab. de uita & hon. Cleri. c. Clerici.

Ethnicus dicitur damnatus qui fit factus in igne ab Ethna monte qui mittit ignem, uel dicitur ab Ethnos.i. gentilis, quia talis fit qualis eſt genitus, ſic eſt omnis infidelis non regeneratus. Publicanus dicitur qui publice peccat. Ab. de iudi. c. Nouit ille.

Euchareſtia licite conſeruatur pro infirmis, non tamen debet cuſtodiri ultra ſeptimanam ne putreſcat, ſi infirmi in illa ſeptimana non indigent debet ſacerdos conſuuere antiquam cum noua. Ab. de ſenten. excom. c. Permittimus. Debet autem ſimul cum criſmate ſub clauibus cuſtodiri fideliter. Ab. de cuſtodi. Eucha. c. Statuimus. Debet munda ſeruari, In eius delatione populus debet ſe inclinare. Ad infirmum debet deferri cum decenti habitu & lumine, tranſgreſſores ſunt grauiter puniendi. Ab. de celebra. miſſa. capitulo. Sane. In eccleſia parochiali debet ſeruari in mundo, ſingulari & ſignato loco, ubi nihil aliud ſit ſub fidelibus clauibus propter maleficos. Dum redit ſacerdos ab infirmo ſi non habet euchareſtiam non debet redire cum habitu & lumine, ne populus decipiatur. Ab. ubi ſuprà.

Euchareſtia non debet ſumi niſi a ieiunis, non autem ab eo qui primo bibit uinum & medicinam, nec debet ſumi antequam cibus ſit digeſtus. Glo. de celebra. miſſa. c. Ex parte. Non requiritur dormitio dummodo cibus ſit digeſtus. Poſt aſſumptam euchareſtiam debet ſtare ieiunus, ne cibus miſceatur ſacramento & ſic debet ſtare donec remaneant accidentia panis & uini. Ab. ubi ſuprà.

Euchareſtiam ſumere ſub utraque ſpecie non eſſet malum. unde dicitur quod Carthuſienſes apponunt modicum de uino in calice poſt conſecrationem, ut ſufficiat fratribus qui debent communicari, ita tamen quod remaneant accidentia uini præcedentis. Ab. de celebra. miſſa. c. Cum Martha.

Euchareſtia debet ſumi in die Reſurrectionis ut ſatisfiat præcepto, non autem in cena domini. Ab. de iudi. c. Et ſi iudæos. Tenetur quilibet recipere in paſchate & non recipiens debet arceri ab ingreſſu eccleſiæ, etiam inuocato auxilio brachii ſecularis ſi uoluerit uiolenter ingredi. Si in cena domini ſiue in die Reſurrectionis, utroque modo ſatisfacit. Tutius eſt tamen, quod recipiat in die Reſurrectionis. Ab. de pœni. & remiſ. c. Omnis utriuſque ſexus.

Euchareſtia dicitur uiaticum a uia, quia aſſumentes ſunt in uia recedendi de hac uita. Glo. de pœni. & remiſ. c. Quod in te. Vel quia ſuſcipientes recte ducantur ad uiam ſalutis. Ab. ubi ſuprà.

Ex notat cauſam propinquam ob cauſam remotam. Abb. de fide inſtrum. c. Inter dilectos.

Examinatione cauſæ alicui commiſſa non uidetur commiſſa diffinitio, ſed debet diffinitio reſeruari, & cauſa remitti ad delegantem. Ab. de calumnia. c. Cum dolentes.

Exceptio eſt intentionis uel actoris excluſio ortum habens ſecundum aliquos in paradiſo. Adam excepit dicens. mulier quam mihi dediſti &c. Melius ortum habet a natura, qua omnia ſe defendunt. Ab. in rubr. de exceptio.

Exceptiones quę probatę non iuuant non admittuntur. Si reus inſtat, iudex debet admittere pro quanto de iure ualere poſſunt, & non aliter, ne detur materia appellandi, & qui audit, non dicitur admittere. Glo. de offi. & pot. iud. deleg. c. Cum contingat. Quando ſunt admittendæ, quando tenetur reſpondere in iudicio, & quando non. Ab. ubi ſupra.

Excipiens non auditur poſt terminum datum a iudice ad delatorias proponendas, niſi pars fuerit conteſtata in termino. Secundo ſi de nouo exceptio orta ſit. Tertio ſi prius orta & de nouo uenerit ad notitiam rei. Quarto ſi de nouo ſuperuenit facultas probandi ea, quæ orta erant tempore termini uel delationis. Quinto quando uult illi proponere contrariam eius, quam primo propoſuit, quia non poteſt a principio ſimul contraria proponere. Ab. de excep. c. Paſtoralis.

Exceptio inferés nullitatem ſententiæ & coram executore auditur ad effectum ut ſi ueră eă eſſe cognouerit, ſuperſedeat. Ab. de exceptio. c. Cũ Venerabilis.

Excipi poteſt in cauſis in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam ut in matrimoniali & opponi in perſonis teſtium, etiam citra appellationem. Ab. de excep. c. Denique.

Exceptio aliquorum caſuum non firmat regulam in aliis, qui alio iure includuntur ſub regula, unde licet excipiantur excommunicati ut non poſſint ſepeliri non tamen propter hoc habentes liberam ſepulturam poſſunt recipere impuberes, qui alio iure non poſſunt ſepulturam eligere. Ab. de ſepul. c. In noſtra.

Excipi poteſt contra clericum petentem redditum beneficij eo quod faciat reſidentiam in eo, quoniam nomine eccleſiæ hoc ponitur, non autem ſi nomine tertii. Ab. de cleri. non reſid. c. Conquerente.

Exceptiones contrarię poſſunt proponi diſiunctiuę & qui ſuccumbit in una poteſt adire aliam. Glo. & Abb. de religio. domi. c. Cum dilectus.

Excipiens non uidetur confiteri quę in exceptione includuntur. Ab. de excep. c. Cum uenerabilis. Quando confitetur & quando non, & quando actor poteſt ſe fundare ſuper exceptione & quando non, opiniones. Abb. ubi ſupra. & de præſump. c. Illud.

Exceptio criminis poſſeſſione prælati non retractat, niſi fuerit de publice diffamatis, & tunc accuſatore non probante, uel non apparente indicitur purgatio accuſato, in qua ſi defecerit punitur ut cõuinctus. Ab. de ac. c. Accedés.

Exceptionum diuiſio alia perpetua, alia temporalis, alia fauorabilis, alia odioſa, alia ad iuris rigorem ſeruandum. Ab. de ſolutio. Is qui. Alia dilatoria, alia peremptoria, aliæ anno malæ, omnia declarantur, & quando debent proponi, quod operentur. Glo. & Ab. de excep. c. Exceptionem.

Excipi poteſt ab excommunicatione in quacunque parte litis, & tunc geſta uſque ad exceptionem probatã excommunicatione ualent, ſed non auditur amplius ante abſolutionem. Glo. de ſenten. exco. c. In præſentia. Excipiente reo contra actorem de excommunicatione non obſtat replicatio communionis, quibus accuſantibus excipi poteſt. Ab. de exc. c. A nobis. Vide. Excommunicatus maiori. Exceptionẽ excommunicationis & periurii, uel aliam legitimam pro defenſione eccleſiæ ſuæ poteſt quis opponere, nec per replicationẽ excõmunicationis, uel periurii repelli põt. Ab. de exc. c. Dilecti filij.

Exceptione excõmunicationis non obſtante ualet reſcriptũ impetratũ in cauſa appellationis, licet de excommunicatione lata poſt appellationem non fiat mentio. Abb. de exceptioni. c. Dilecte in Chriſto. Etiam ſi excommunicatio ſit lata ex alia cauſa. Ab. ubi ſupra.

Per

Per exceptionẽ excõmunicationis a proſecutione appellationis etiã originalis actor non debet repelli. Ab. de appella. c. Significauit. Iudex iuſtitia exigente, ſi actor originalis appellauit excommunicatus poteſt reum condemnare in expenſis & in principali: ſed executio differtur poſt abſolutionem licet plures teneant contrarium. Procurator appellans ſi poſt excommunicetur non poteſt appellationem proſequi, etiam ſi cum iuramento promiſiſſet, quia mutatus eſt ſtatus. Excommunicatus prouocans non debet audiri niſi quando præiudicium de præſenti ſibi poteſt inferri cum ſententia, alias debet expectare & cum mandabitur executioni poteſt de nuditate opponere. Si petit reſtitutionem ex cauſa generali expreſſa qua probata niſi ſubueniretur, damnaretur innocens, uel peccaret, tunc eſt ſubueniendum. Vbi reſtitutio petitur ex ſolo fauore dependens repellitur. Si petit reſtitui ad appellandum debet reſtitui, quia præambula eſt & ordinata ad defenſionem. Ab. de excep. c. Significauerunt.

Excipiens de excommunicatione contra actorem in qualibet parte litis auditur. Si diſtulit malitioſe, condemnabitur in expenſis. Dato quod reus non excipiat iudex publice excommunicatum repellit. Si actor ſciebat ſe eſſe excommunicatum reus non condemnabitur in expenſis, ſi ignorauit condemnabitur reus in expenſis factis a tempore quo fuit in mora obiicienti excommunicationem non ante moram. Si reus excommunicationem non probauit condemnabitur in expenſis, ſolum in hac exceptione. Si excommunicatio erat occulta, proceſſus geſtus per ordinarium tenet. Si coram delegato & reſcriptum impetratum eſt ab excommunicato proceſſus non tenet. Ab. de excep. c. Exceptionem. Exceptio excommunicationis obſtat petenti executionem ſententiæ ſiue fuerit tolleratus in iudicio ſiue poſt ſententiam nondum executioni mandatam. Ab. ubi ſuprà. c. Venerabilibus.

Exceptioni falſæ opponi poteſt ẽt poſt ſentẽtiã. Ab. de exc. c. Cum uenerabilis.

Ab exceptione inimicus repellitur, & ſi ſit uoluntarius. Ab. de accuſa. cap. Meminimus.

Exceptione rei non fundatur intentio actoris nec declaratur dubia probatio ipſius actoris ad commodum. Idem ſi reus aliquid in articulis ponit, quia titulus non fatetur. Ab. de excep. c. Cum uenerabilem.

Exceptio iuriſdictionis excluſiua propter quam fuit appellatum, ſi probetur uere iudex appellationionis non debet de principali cognoſcere ſed ſuperſedere. Ab. de excep. c. Cum uenerabilis. Si appellans uult tunc appellationem probare, ſufficit coram iudice appellationis probare quod non fuit appellatio admiſſa. Si autem propoſuit tantum, tunc debet probare ueram eſſe exceptionem. Glo. ubi ſuprà. Quando exceptio propter quam appellatur ad declarandam iuriſdictionem iudicis extinguendam, ſi concernit intentionem actoris cum iudex appellationis ſuccedat loco primi debet iuſtificata appellatione de cauſa cognoſcere, ſed ſi exceptio extinguit iuriſdictionem iudicis, debet ipſe facere quod primus iudex erat facturus de iure ſcilicet ſuperſedere & pronunciare ſe nõ iudicẽ. Ab. de exc. c. Olim & infra.

Exceptio rei iudicatæ non competit reo abſoluto, quia non poſſidebat. Ab. de excep. c. Aduerſario.

Si iudex procedit ad litem conteſtandam uel ad ea quæ poſt conteſtationem fieri ſolent in cauſa, in qua non requiritur conteſtatio cum proteſtatione quod exceptiones dilatoriæ ſint ſaluę, non propter hoc irritatur proceſſus, ſed tenet mero iure ſaltem parte non appellante. Sic exceptiones dilatoriæ

poſſunt diſcuti poſt litis conteſtationem. Si iudex ea ſeruauit a principio. Ab. de deſponſa. impube. c. Ad diſſoluendam.

Exceptio firmat regulam in contrarium, unde papa ſic arguit, Chriſtus excepit ſolam fornicationem, ergo in aliis caſibus non poteſt maritus relinquere uxorem & econtra. Ab. de coniug. lepro. c. Quoniam.

Excipiens inſcribit, quia tendit ad pœnam extraordinariam, ſi per exceptionem deponitur ab obtento, alias ſecus. Dum de crimine diſcutitur per modum exceptionis, poteſt interuenire procurator. Ab. de accuſa. c. Super his. Exceptio ad repellendum tendit, ſed quandoque propter connexionem ducit a iure acquiſito, ideo non perdit prima beneficia. Crimina punienda ſunt ſecũdũ modũ propoſitũ. Excipere poteſt criminoſus contra electũ uel cõfirmatũ quia agitur de ſuo intereſſe, cum ſit ſubditus eius, ſecus ſi tantum pro bono publico. Itẽ princeps ubi habet electum ſuſpectũ ex rationabili cauſa exceptione probata electus repellitur ab omni dignitate in futurum, quia grauata eſt eius opinio, niſi probet ſuam innocentiam. Si excipitur contra electum, uel confirmatum cum probata exceptione ueniat electus remouendus, non poteſt inferior papa hanc quæſtionem diffinire ſine epiſcoporum aliorum præſentia, ſecus in inferiori dignitate. Ab. de accuſa. c. Super his.

Exceptio uoluntaria dicitur quando non moleſtatus uenit ad iudicium, ſed ſe opponit ſponte. Hæc exceptio uoluntaria in multis habet uim accuſationis. Ab. de accuſa. c. Meminimus.

Excommunicatio eſt cenſura a canone uel a iudice prolata priuans legitima communione ſacramentorum. Maior excommunicatio utraque communione priuat. Minor ſolum a particpatione ſacramentorum. Iſta minor ut plurimum fertur a iure propter participationem cum excommunicato. Ab homine poteſt fieri pro quolibet peccato ſiue pro contumacia, ſed non eſt in uſu. Cum iudex dicit excommunico illum, intelligitur de maiori. Dicitur excommunicatio quaſi extra communionem poſitio. Dicitur anathema quod eſt maledictio ſuperna. Excommunicatio iuſta quo ad Deum nihil operatur, quia extra gratiam iam eſt, ex contemptu tamẽ ea ſuperueniẽte eſt magis proiectus a gratia Dei, & diabolus poſt excommunicationem habet in eo maiorem poteſtatem, & utitur eo ſicut ruſticus iumento. Angelus bonus minus in eo operatur. Quo ad homines excommunicatio priuat communione hominum & actibus legitimis, nec ualet per ſe reſurgere, ſed oportet ab alio abſoluatur. ſi eſt iniuſta & patienter tolleratur quo ad Deum nihil operatur, immo auget meritum, quo ad homines debet euitari donec relaxetur. Ab. in rubr. de ſent. exco. Excommunicatio animã percutit, hominem tradit ſathanæ, qui poteſtatem in excommunicatum habet, priuat a cõmunione hominum & ſacramẽtorũ, & ſeparat a gratia Dei & cuſtodia Angelorũ. Ab. de reb. eccle. non alien. c. Si quis. Et dicitur bãneũ Chriſtianitatis quia ſeparat a communione Chriſtiana. Ab. de purga cano. c. Si quis.

Excommunicatio & anathema idem ſunt quo ad uinculum, ſed differunt quo ad ſolemnitatem. Anathematizare conuenit tantum epiſcopis & circumſtantibus ac ſacerdotibus cum candelis accenſis, & ſic excedit excõmunicationẽ quo ad ſolennitatem, & uulgarium opinionem & terrorem & quo ad difficultatem obtinendi abſolutionem. Ab. de ordi. c. Cum ab eccleſijs.

Excommnicationem contra aliquem, ſi appellauerit uel elegerit de uirtute uerborum appellatio præcedit, & ſic nec appellatio nec electio eſt ab excommunicato, ſed propter præſumptam mentem excommunicatoris uidetur

quod

quod ante actum perfectũ quia præſumitur gerere actũ meliori modo quo poteſt uidetur ualeat, ideo quando incipit appellare uel eligere eſt excommunicatus, & ſic nec appellatio nec electio ualeat. Abbas de appella. c. Præterea.

Excommunicatio lata poſt appellationem legitimã eſt nulla. Ab. de offi. & pot. iud. deleg. c. Cum olim. Quæ poſt appellationem & quę continet expreſſe errorem intollerabilem eſt nulla. Ab. ubi ſuprà. c. Cum contingat. Lata poſt appellationem iudicialem uel extra iudicialem non tenet, nec ſi contra appellationem. Ab. de appella. c. Dilecti filii.

Excommunicatus licite pugnat in bello iuſto. Ab. de ſenten. exco. c. Sacris.

Excommunicatio pro cauſa dubia non debet fieri, facta tamen tenet. Ab. de iur. iuran. c. Ad noſtram. Si ſit lata pro cauſa impoſsibili uel notorie falſa eſt nulla non autem ſi pro manifeſte falſa. Abb. de ſenten. & re iudi. c. Inter.

Ad excommunicationem non requiritur citatio quando de contumacia conſtat iudici. Ab. de iudi. c. De quo uult Deus. Lata ſine citatione ualet, licet ſit iniuſta, aliæ tamen ſententiæ ſine citatione ſunt ipſo iure nullæ. Ab. de excel. præla. c. Peruenit.

Excommunicatio niſi citatus compareat in termino ubi quis impeditur, ſi ex tenore ſententiæ apparet quod iudex uelit ligare ſiue ſit impeditus ſiue nõ talis excommunicatio non tenet, quia continet errorem intollerabilem. Si ex uerbis iudicis poteſt comprehendi mens iudicis puta ſi dixit ſi contempſeris uel diſtuleris, non erit excommunicatus quo ad Deum, ſed quo ad ecclesiam, ideo probato impedimento excommunicatio nulla declarabitur. Ab. de teſti. cogen. c. Cum ſuper.

Excommunicatio poteſt committi parti uictrici ubi non adhibetur cognitio cauſæ, dummodo non adſit reſiſtentia, ſimiliter poteſt ex pacto remota reſiſtentia propter ſcandalum inter partes. Abb. de ſenten. & re iudi. c. De cætero.

Quando iudex dicit nemo illi communicet donec ſatisfecerit an ſit excommunicatio latæ ſententię, opiniones, & concluditur quod ſic, ſi hoc dicens habet poteſtatem excommunicandi, & hoc intendat. Idem in dubio ſi dicitur nemo illi communicet. Ab. de iudi. c. De quo uult Deus.

Excommunicatio poteſt ferri pro quolibet damno ſi paſſus damnum iuſtitiam petit ab eccleſia, quia pro mortali recurrendum eſt ad eccleſiam, cum non poſſit probari quis ſit ille. Ab. de ordi. c. Si ſacerdos.

Excommunicatio a delegato papæ ultra comprehenſa in reſcripto delegationis eſt ipſo iure nulla, nec eſt uerum quod excommunicatio lata a delegato contra intentionem delegantis ſit nulla, ut patet de ea quę fertur ſine admonitione, uel ſine cauſę cognitione. Si fertur ſententia contra clauſulam inſertam in reſcripto concernentem inſtitutionem circa merita cauſæ ſententia tenet, quia regula generalis habet, quod ſententia lata contra ius litigatoris tenet, unde oportet appellare. Ab. de præben. c. Cum olim.

Excommunicatio non fertur contra dignitatem, ſed contra perſonam. Ab. de immuni. eccle. c. Aduerſus.

Excommunicatio durat poſt mortem excommunicantis. Ab. de ordi. c. Irrefragabili. Vide. Statutum. Diſpoſitio facta nomine dignitatis. & Ab. de ſenten. excom. c. A nobis. Vide. Statuta ligant non ſubditos.

Excommunicationis triplex eſt effectus. Primo excommunicator declarat

 ipſum

ipſum ſeparatum. Secundo ſeparantur a communione fidelium & quo ad iſta duo excommunicatio ſecunda nihil operatur. Tertio retinet excommunicatum in iſta ſeparatione donec ſit abſolutus & quo ad hoc operatur ſecunda excommunicatio quia detinet illum ex nouo delicto ſeparatum donec abſoluatur a ſecunda excommunicatione. Idem dic de tertia & quarta excommunicatione. Excommunicatus non ita faciliter reſurgit, ſicut peccator non excommunicatus & bona opera in eo debiliora ſunt & Angelus bonus non ita operatur in eo & diabolus habet maiorem poteſtatem in eum quam in alium peccatorem. Sic iuſta excommunicatio aliquid operatur quo ad eccleſiam triumphantem, ſecus de iniuſta. Gloſ. & Abb. de iudi. c. In quorundam.

Excommunicatio lata contra exemptum eſt ipſo iure nulla licet exemptus non appellauerit, quia per exemptionem non ſolum paratur exceptio, immo ipſo facto eripitur a iuriſdictione ſuperioris. Abbas de religio. domi. c. Cum dilectus.

Excommunicatio ex falſa cauſa tenet ſed non abſolutio, quia utrunque eſt ad ſalutem animæ, & ſoluitur ſicut tollitur, & cauſa nulla nullus abſoluitur. Glo. de ordi. c. Ex parte tua. Credo ſi excommunicator ſciuit illam cauſam eſſe falſam excommunicatio non tenet, niſi omnino intenderet excommunicare, ſimiliter ſi intendebat, & poteſt abſoluere, erit abſolutus. Ab. ubi ſuprà.

Excommnnicatio ſi fertur in fauorem alicuins contrafaciens non incidit in eam nec in pœnam ſi ille cuius fauore fertur conſenſit. unde debitor non incidit in excommunicationem latam per epiſcopum ſi creditor prolongat terminum. Conſtitutio hæc in quantum continet fauorem ad alia ſtudia extenditur in quantum continet pœnam reſtringitur ad Bononienſes. An excommunicatio extendatur ad locatores, opiniones. Ab. de loca. c. Ex reſcripto. Excommunicatio niſi qui ſoluit infra menſem ſi creditor prolongat ad duos menſes debitor non incurrit excommunicationem nec pœnam niſi poſt duos menſes, ſi tamen debitor medio tempore egreditur diœceſim & non ſoluerit erit excommunicatus. Glo. & Ab. de appella. c. Præterea. *secund:*

Cum dicitur ſub in terminatione anathemathis non fertur excommunicatio in contrafacientes ipſo iure ſed eſt cominatio. Abb. ne cle. uel monac. c. Clericos. Si præcipiatur ſub pœna excommunicationis, & anathematis contrafaciens non eſt excommunicatus ſed poteſt excommunicari, ſi ſub interminatione anathematis & interpoſitione excommunicationis eſt excommunicatus. Glo. de iur. patro. c. Relatum.

Cum dicitur talis eſt excommunicatus uel ab omnibus euitetur fertur excommunicatio ipſo iure, ſi in iure reperiatur. Ab. ne cle. uel mona. c. Non magno. Cum dicitur ſit excommunicatus ſi materia eſt grauis uerisimiliter conſiderata erit canon latę ſententię, aliter ſecus, ſi profertur ab homine conſiderabitur an iudex eſſet in actu proferendę ſententię uel non, uel quid ſimile. Abb. ubi ſuprà. c. Super ſpecula. Quando fertur excommunicatio ipſo iure quando inferenda eſt per iudicem ubi in utroque caſu ſententia eſt ferenda, ubi uerba ſunt futuri temporis. Ab. ubi ſuprà. c. Clericos. Vide. Pœna ſi imponitur per uerba futuri temporis.

Excommunicatio non fertur cum dicitur ſub pœna excommunicationis ſi ultra non proceditur ſed oportet addere ex nunc profero uel ſimilia uerba. Glo. & Ab. de matri. contra. contra interdi. eccle. c. Ex litteris. & de Simo.

Sicut

Sicut tuas. Per hæc uerba ſtatuo ſub pœna excommunicationis uel ſuſpenſionis non fertur excommunicatio & ſuſpenſio, etiam ſi proferatur a papa. Abb. de crimi. fal. c. Dura ſępe. Cum dicitur ſub interminatione anathematis uel ſub pœna excommunicationis non fertur excommunicatio Gloſ. de ſagita. c. Artem. Intellige ubi ex circumſtantiis non apparet de mente proferentis ſecus ubi apparet ut ſi dixit ſe uelle proferre excommunicationem & protulit hæc uerba cum ſolennitate uel cognitione cauſæ prę miſſa uel protulit uerba accenſis & extinctis candelis. Standum eſt hic ſuperioris dicto ſimpliciter, niſi graue periculū imineat ei, qui contrafecit, ut ſi poſt beneficium acquiſiuit, quia ſi erat excommunicatus collatio non tenet & ſic poteſt ſuperior graue pręiudicium inferre. Ab. ubi ſuprà. c. Artem. Cum dicitur ipſo facto. Noſcat ſe excommunicationi ſubiacere fertur excommunicatio Abb. de rapto. c. Ex communi. Cum dicitur ſit excommunicatus profertur excommunicatio. Ab. de ſenten. excommu. c. A nobis.

Excommunicatio ſimpliciter lata intelligitur de maiori. Ab. de ſenten. excom. c. Si quem, quia excommunicatio proprie eſt medicina non corporalis pœnæ nec pecuniaria. Secundo quia in concernentibus periculum animæ tutior interpretatio fienda eſt. Tertio uerba debent intelligi ſecundum conſuetudinem. Ab. ubi ſuprà.

Excommunicatio generaliter lata requirit monitionem triplicem & ligat delinquentem perſonam quamcunque occultam. Ab. de ordi. c. Si ſacerdos.

Excommunicatio ab homine nunquam fertur niſi pro contumacia a iure, uel ſtatuto epiſcopi. poteſt fieri etiam pro debito, licet ſit quędam contumacia, quia monitioni eſt obediendum. Abb. de rapto. c. De illis. Ab homine fertur pro ſola contumacia a iure etiam pro delicto. Abb. in rubr. de ſenten. exco. & ubi ſuprà. c. Officii.

Excommunicatio non notat excommunicatum infamia perpetua quia ea ablata tollitur & abſolutus eſt capax omnium bonorum, nec per excommunicationem irrogatur ciuilis infamia ad quam ſolus princeps reſtituit, ſed canonica tantum. Ab. de cleri. excommu. c. Propoſuit.

Excommunicatio lata ab inferiori poteſt per ſuperiorem relaxari licet non deceat ſine cauſa rationabili. Glo. & Ab. de ordi. c. Cum eccleſia.

Excommunicatio iniuſta, ligat quo ad eccleſiam militantem, alioquin non abſol ueretur excommunicatus iniuſte, niſi dicatur iniuſta, quia nul'a. Ab. de offi. & pot. iud. deleg. c. Cum cōtingat. & de ſentē. exco. c. Per tuas. Ligat quo ad nos & contemnendo hanc excommunicationem ligatur quis quo ad Deum & fruſtra poſtquam contempſit allegat eam iniuſtam. Ab. de cleri. excom. c. Poſtulaſti. Non fit abſolutio ab ea ſed relaxatio ſine difficultate. Vnde ſic excommunicatus non tenetur ſoluere expenſas. Iniuſta notorie an ſit nulla, opiniones. De rigore iuris eſt nulla, tutius tamen eſt tenere quod liget niſi error ſit expreſſus in ſententia, uel ſit lata poſt appellationem. Ab. de ſolu. c. Oldradus. Iniuſta reuocatur abſque iuramento, nec fit abſolutio, ſecus in dubia. Ab. de ſenten. exco. c. Sane.

Ad excommunicationem iuſtam tria requiruntur. Primo ut præcedat admonitio, nec tamen oportet fiat in ſcriptis, ſicut ſententia, quia aliter punitur qui excommunicat. Secundo quod ſit cauſa rationabilis. Tertio quod ſit manifeſta. Ex cauſa ſoli pręlato manifeſta non debet fieri excommunicatio, ſi tamen fiat ſine monitione tenet licet ſit iniuſta, niſi quando fieret excommunicatio ab epiſcopo contra participantes cum excommunicato ab

ipſo, quia tunc non ualet ſi tamen fieret contra participantes cum exc ommunicato ab alio ualeret. Ab. de ſenten.exco. c. Sacro.

Excommunicatio, interdictum, & ſuſpenſio in quibus differunt, Conueniunt in ſex quorum unum eſt quod ligant licet ſint ſententiæ iniuſtæ. Abb. de appella. c. Ad hec.

Excommunicatio contra ius expreſſo errore iuris ue notorie eſt nulla. Ab.de cenſi.c.Cum Apoſtolus.

Prælatus debet clericum ſibi ſubditum incorrigibilem incarcerare. Ab.de ſenten. excommu. c. Vt fame. layci de mandato prælati poſſunt clericum capere & ad iudicium deducere. Ab. ubi ſuprà. Duo requiruntur ut poſſit clericus capi per laycum primo quod clericus ſit ſubditus prælati illius, ſecundo quod ad illum prælatum pertineat corrigere clericum criminoſum, nec ſufficit ſi habeat iuriſdictionem in ciuilibus. Rector ſtudii non poteſt mandare quod clericus capiatur per laycum, nec excuſantur capientes. Si capientes de mandato prælati in caſu licito inferunt uiolentiam ultra, quam expediat incidunt in excommunicationem. Prælati qui hoc poſſunt mandare ſunt epiſcopi. Abbates reſpectu monachorum & alii habentes iuriſdictionem de iure ſpeciali. Laycus quilibet poteſt capere clericum criminoſum ne fugiat & familia poteſtatis ſi inuenit clericum de nocte, idem puto in capiente clericum debitorem ſuum ne fugiat ut prędicti pręſententur ſuo iudici. Hic ceſſat fraus & dolus nec fit ſuadente diabolo. Clericus incorrigibilis licet poſſit capi per laycos non tamen uulnerari nec torqueri per laycos, etiam de mandato prælati licet communiter ſeruetur oppoſitum & male. Incorrigibilis niſi ſit traditus curię ſeculari non poteſt per laicum hiſtrigi, niſi pręceſſerit depoſitio uel niſi capiatur ut reſtituatur pręlato ſuo. Ab. ubi ſuprà. c. Vt fame. Layco nunquam licet capere clericum in quocunque facinore quantumcunque graui niſi in caſibus hic expreſſis, & hoc intellige ſi non uult deſiſtere. Si delictum continuat & aliter arceri non poteſt ab iniuria poteſt iudex ſecularis eum capere & ligare. Et qui de familia eius ſunt ſi inueniunt eum de nocte, quia poſſunt ueriſimiliter timere delictum committendum, ſi capiunt ut præſentent epiſcopo non ſunt excommunicati, quia non fit ſuadente diabolo, ſed ad obuiandum malo præſumpto. In utroque caſu pręſentabitur iudici ſuo. & licet poſſit capi de mandato prælati non tamen per laycum uerberari etiam de mandato prælati, quia uterque excommunicatus eſſet. Pro defenſione ſua uel extranei ſtando in terminis defenſionis percutiens clericum non eſt excommunicatus, quia non hic eſt diabolica perſuaſio. Similiter ſi pro defenſione rerum ſuarum uel aliorum percutit clericum, immo nec eſt excommunicatus ſi interficit clericum pro defenſione ſua uel aliorum, licet ſit irregularis ſi pro defenſione aliorum iurium interficit clericum. Ab. de ſenten. excom. c. Si uere. Clericus deprehenſus in delicto poteſt capi ubi probabiliter timetur de fuga, uel aliter non poteſt compeſci etiã per laycos ut iudici ſuo præſentent ſiue fiat pro publico intereſſe, ſiue pro priuato. Iudex ſecularis de die poteſt capere clericum ſi de fuga timeat dum proprius iudex adiretur. Poteſt quis iniicere manum ut ſocius recuperet rem ſuam, ſi eſt conſtitutus in fuga poteſt capi per creditorem. Si aſportat rem meam poſſum cum ſociis illum capere. Abb. de iudi.c. Cum non ab homine. Pro recuperatione uel conſeruatione rerum temporalium licet in clericum uim inferentem manum iniicere. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Olim. Sic excommunicatus

nicatus non abſoluitur niſi ſatisfacto læſo. Abbas de appella. c. Cum ſit Romana. Hoc priuilegium de impoſitione manus uiolentæ ad quos extenditur. Ab. de for. competen.c. Nullus. Vide. Iudex laycus.

Si parochianus alterius eccleſię ad uerba ſacerdotis celebrantis non recedit celebrans & imponent illi manus obtemperantes ſacerdoti ut illum eiiciat de eccleſia quia turbat officium non ſunt excommunicati. Abb. de paroch. c. Vt dominiorum.

Cauſa correctionis moderatæ percutiens ſeruientem ſibi non eſt excommunicatus.ideo excuſatur prælatus & magiſter. Ab. de ſenten. excom.c.Ex tenore. Eiiciens regularem turbantem officium diuinum non eſt excommunicatus. Ab. de ſenten. exco.c.Veniens.Commotio ex iuſta cauſa non operatur excommunicationem, ubi eſt iuſta cauſa manus iniacendi in perturbantes diuinum officium poſſunt compelli ſicut & tumultum facientes in iudicio. Ab. ubi ſuprà. c. Veniens.

Qui repellendo uim percutit clericum non eſt excommunicatus. Ab. de ſenten. exco. c. Si uero. Quia non percutit animo iniuriandi,intellige quando clericus uolebat iterum percutere,ſecus ſi cauſa ceſſauit,quia hoc non eſt uim ui repellere. Ab. ubi ſuprà.

Qui ſe defendit cum moderamine inculpatæ tutelę non eſt excommunicatus, & ſunt plures queſtiones. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Cum olim.

Conuerſum percutiens eſt excommunicatus nec abſoluitur, niſi a papa,& ab alio in articulo mortis. Ab. de ſenten. excom. c. Non dubium.

Oblati qui ſe & ſua obtulerunt eccleſiæ etiam ſeculari gaudent iſto priuilegio non autem ſi habent proprium. Glo. & Ab. ubi ſuprà. c. Ex tenore. Qui percutit conuerſum debet renunciari & uitari donec ſit abſolutus per papam. Ab. de ſenten. excom. c. Parochianus. Hoc priuilegium eſt perſonarum eccleſiaſticarum quæ in totum ſunt tranſlatę in Deum, ideoeo gaudent conuerſi. Ab. de ſenten. exco. c.Moniales. Clerici nomine uenit omnis perſona tranſlata in Dei obſequium. Ab. ubi ſuprà.

Detinens in cuſtodia, uel in uinculis ſine læſione eſt excommunicatus. Ab. de ſenten. excom. c. Nuper. Siue in carcere proprio ſiue in domo propria eſt excõmunicatus,ex quo non poteſt libere abire uiolentia infertur perſonæ unde in effectu manus iniecta eſt. Ab. ubi ſuprà.

Interficiens clericum qui contẽpto habitu clericali immiſcet ſe enormitatibus non eſt excommunicatus. Ab. de ſenten. excom. c. Cum non ab homine. Punitur tamen ad cautelam ſi occiduntur in bello iuſto ex parte occidentium in bello iniuſto de neceſſitate puniuntur. Ab. ubi ſuprà. Interficiens clericum qui ſe ſeuis & enormitatibus immiſcuit habitu dimiſſo non tenetur pro abſolutione ire ad ſedem Apoſtolicam. Abbas ubi ſuprà. c. Per pendimus.

Qui percutit clericum turpiter inuentum cum matre ſiue uxore ſua aut filia propria non eſt excommunicatus, ſecus ſi cum remota. Abb. de ſenten. excom. c. Si uero. Non extenditur. Ab. ubi ſuprà.

Qui percutit clericum ignorans probabiliter eſſe clericum non eſt excommunicatus,ignorantiam tamen probabit per iuramentum & ſi noluerit, debet haberi pro excommunicato. Ab. de ſenten. exco.c.Si uero ſecundum. Vt talis ſit excommunicatus requiritur quod ſit uere clericus, nec ſufficit quod habeatur pro clerico, uel quod habeat habitum alioquin percutiens non eſt excõmunicatus,& ſi celebrat poſt,non eſt irregularis. Ab.ubi ſuprà.

Iudex eccleſiaſticus uerberari faciens clericum per laycum etiam cauſa diſciplinæ excommunicatus eſt ipſe & etiam uerberans & pro ſolutione ad papam mittitur. Ab. de ſenten. exco. c. Vniuerſitatis. An prælatus ſic uerberari faciens poſſit abſolui per epiſcopum, opiniones, uidetur tamen quod non, ſi percuſſio eſt ſatis enormis, & de uerberibus multis. Abbas ubi ſuprà.

Si habens officium in eccleſia uerberat clericum ſine excommunicatione. Seniores prælati, magiſtri. Domini domus conſanguinei. Ab. de ſenten. excom. c. Cum uoluntate. Item ſi iocoſè & ſi inuenit clericum cum matre uxore, ſorore, uel filia. Item ſi repellit uim ui in continenti. Item ſi poſt trinam admonitionem non ſe corrigit. Glo. ubi ſuprà.

Officialis mittens manum in clericum deliberate per ſolum papam abſoluitur. Abb. de ſenten. excommu. c. Si uero. Laycus officialis quocunque modo iniiciat manum in clericum deliberate nullo caſu poteſt per epiſcopum abſolui, quia uidetur delictum non leue cum uſurpet iuriſdictionem in clericum. Ab. ubi ſuprà.

Mandans clericum percuti eſt excommunicatus ſicut percutiens. Ab. de ſenten. excommu. c. Mulieres. Si mandans pręmoritur mandatum morte reuocatur, & ſic de rigore iuris non eſt excommunicatus ſi tamen deceſſit cum hoc peccato tenetur de delicto alterius ſicut principalis in non reuocando mandatum & ſic excommunicatio operabitur quod non ſepeliatur in cimiterio & ſepultus exhumabitur. Ab. ubi ſuprà.

Qui doloſe permittit clericum percuti ex quo poteſt prohibere & non prohibuit eſt excommunicatus. Ab. de ſenten. excommu. c. Quantæ. Intelligitur de habente iuriſdictionem in uerberante. Glo. ubi ſuprà. Intelligitur in omni habente iuriſdictionem dummodo doloſe patiatur, ſecus ſi non doloſe, licet negligentia, puta quia non uult ſe immiſceri rumoribus. In dubio pręſumitur dolus eo ipſo quod fuit præſens & obuiare potuit. Abbas ubi ſuprà.

Monialis percutiens monialem, conuerſum, uel clericum ſecularem eſt excommunicata & poteſt per epiſcopum clerici abſolui. Ab. de ſenten. exco. c. De monialibus. Epiſcopus tamen indiſtincte poteſt abſoluere moniales & exemptas etiam ſi iniuria ſit enormis, & hoc indultum eſt propter reuerentiam ordinis epiſcopalis, ideo forte ſorores mendicantium non poſſunt abſolui à generalibus ſuis. Ab. ubi ſuprà.

Qui iniecit manum uiolentam in clericum eſt excommunicatus etiam ſi in uolentem & hoc facit in ſatisfactionem iniurię pręcedentis. Abb. de ſenten. excom. c. Contingit. Ad hanc excommunicationem ſufficit iniectio manus iniurioſa cum aliqua uiolentia. Clericus conſentire non poteſt cum iniuria totius collegii clericalis, ideo ſeipſum percutiens irato modo eſt excommunicatus. Qui ſubiicit ſeipſum percutienti non eſt ipſo facto excommunicatus ſed excommunicandus, nec percutiens tot excommunicationes incurrit, quot ſunt uerbera. Qui ſubiicit ſe percutienti non participat excommunicato niſi poſt factum completum. Abb. de ſenten. excommu. c. Contingit.

Violentia manus non requiritur neceſſario ut quis incurrat excommunicationem ſed ſufficit temeraria, ut cum quis percutit clericum uolentem percuti, poteſt tamen dici uiolentia reſpectu totius collegii clericalis, cuius priuilegio iſte renunciare non poteſt. Ab. de ſenten. excom. c. Tua. Suffi-

cit

cit iniurioſa manus abſque uiolentia. Ab.ubi ſuprà. c.Contingit. Requiritur tamen factum ideo non ſufficit mandatum, nec cominatio. ſecundo animus iniuriandi. tertio uiolentia & quandoque iniuria ſufficit ſine uiolentia. Ab. ubi ſuprà. c. Et Super eo.

Excommunicatus pro uiolenta manu in clericum ante denunciationem uitandus eſt niſi ſit occultus, & tunc debet euitari priuatim ab eo qui ſcit. Ab. de ſenten.excom. c. Cum non ab homine. Priuilegiati tenentur uitare alias ſunt excommunicati. Vbi ſuprà. c. Nulli. Intelligitur de priuilegio non clauſo in iure, uel conceſſo ſine cauſa. Ab. ubi ſuprà.

Excommunicatio minor dicitur ſimplex quia repellit a participatione ſacramentorum non autem a communione hominum. Maior dicitur quia habet alios effectus. Excommunicatus minori poteſt eligere quia non repellit ab actibus quorum exercitium non eſt in præiudicium alterius ſicut nec mortale peccatum & hoc ſiue ſit excommunicatio ab homine ſiue a iure, idem dicitur de ſuſpenſo licet Glo. hic dicat oppoſitum. Cognoſcitur excommunicatio an ſit maior uel minor ex effectibus expreſſis in excommunicatione, idem dicitur de ſuſpenſione ſimpliciter uel ſecundum quid. In dubio nomine excommunicationis & ſuſpenſionis intelligitur de maiori. Ab.de elec. c. Illa cottidiana. Excommunicatus minori celebrans non eſt irregularis licet peccet, poteſt etiam eligere ſed non eligi, nec repellitur a ſui iuris proſecutione. Glo. ubi ſuprà. Excommunicatus minori etiam ſuſpenſus a diuinis poteſt abſoluere ab excommunicatione maiori. Glo. de reſcrip.c.Ab excommunicator. Licet priuetur participatione ſacramentorum non tamen executione iuriſdictionis. Idem dicitur de eo cui interdicitur ingreſſus eccleſię. Ab. ubi ſuprà.

Excommunicatio minor poteſt fieri ab homine licet non ſit conſuetum. Abb. de for. competen.c. Si diligenti.

Excommunicatus minori celebrans non eſt irregularis & poteſt ea quę ſunt iuriſdictionem exercere, & eligi, ſi confert ſacramenta licet peccet tamen collatio tenet & habet effectum ſuum. Ab. de cleri. excom. c.Si celebrat. Minor excõmunicatio non inducit ſuſpenſionem ordinis, uel officii ſed tantum priuat participatione ſacramentorum, ideo celebrans non eſt excommunicatus. Maior priuat etiam a cõmunione fidelium & ſuſpendit ab ordine excommunicatus minori poteſt exercere quæ ſunt iuriſdictionis actiuæ quia actus iuriſdictionis eſt quid extrinſecum a participatione ſacramentorum, eſt tamen ad omne beneficium inhabilis & ad omnem dignitatem, unde non poteſt eligi, quia qui eligitur uel promouetur principaliter eligitur ut exerceat ſe in ſacramentis eccleſiæ quo ille priuatus eſt. Abb. ubi ſuprà. Excommunicatus minori & ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſię non perdit iuriſdictionem. Ab. ubi ſuprà.c.Sacro.Excommunicatus minori poteſt abſoluere alium excommunicatum minori & ſic ſe ad inuicem. Vbi ſupra. c. Duobus quia non priuatur iuriſdictione actuali. Abb. ubi ſuprà.

Excommunicatio in monachum ante negligentiam Abbatis cui primo competit correctio an teneat ſi fertur per epiſcopum, opiniones. Ab. de ordina. c. Graue.

Excommunicatio facta ſine admonitione & ſine cauſa rationabili tenet. Abb. de reſcrip.c.Ab excommunicato.

Excommunicatio nomine mortis accipitur in iure canonico. Ab. de maio. & obe. c. Si quis.

Excom-

Excommunicatio eſt nulla ſi continet errorem iuris & facti & iniuſtitia ſit notoria. qu a cauſa eſt impoſſibilis, ut ſi excommunicetur infans quia commiſit ſtuprum, ſi non ſit impoſſibilis ſed notorie iniuſta eſt nulla, etiam ſi iam tranſit in rem iudicatam propter præſumptionem, quia præſumitur quod iudex diligens errauerit, ſed ubi notorie conſtat de iniuſtitia ceſſat præſumptio iuſtitiæ, quia præſumptio cedit notoreitati, nec eſt præſumptio quod in ſe ualde iniquum uelit approbare. Notoria iniuſtitia & quæ notoria ſunt habetur pro expreſſis & confeſſio partis confitentis iniuſtitiam retractationem ſententiæ inducatæ. Abbas de ſenten. excommun. c. Per tuas.

Quod ius in ſe ualde equum uelit approbant notoriam iniuſtitiam, & ea quæ ſunt notoria habentur pro expreſſis & confeſſio partis confitentis iniuſtitiam ſententię inducit retractationem.

Excommunicatio ſi continet errorem intollerabilem eſt nulla. Error intollerabilis poteſt dici quodlibet peccatum, uel ſi præcipit impoſſibile, uel turpe, & talis excommunicatio nullam obligationem inducit. Intelligitur tamen de errore iuris. Vnde ſi excommunicat quia non adulterat, non tenet excommunicatio. Intollerabilis error poteſt dici ſi expreſſe pronunciat contra ius ſcriptum ut ſi dicit pronuncio excommunicationem ualere, quia lata eſt poſt appellationem & a tali non poteſt appellare. Idem dicendum ubicunque proponitur iudicium retro fuiſſe nullum, niſi uelit quis ad cautelam appellare, ſecus ſi error non exprimitur in ſententia, & tamen pronunciat contra ius, quia tenet ſententia, niſi ſit appellatione ſuſpenſa. Si errorem in facto ut ſi dicit excommunico te quia ſpoliaſti talem licet ſit manifeſte falſum tenet ſententia, quia cauſa eſt poſſibilis, licet ſit falſa, & contineat errorem. Quo ad Deum non ligat niſi quis contemnat. Glo. & Ab. de ſenten. exco. c. Per tuas.

Excommunicatio eſt nulla ubi eſt inhabilitas, uel incapacitas in agente, uel patiente, ut cum excommunicator non eſt capax, uel non poteſt exercere iuriſdictionem ſpiritualem ut laycus niſi habeat ſpeciale priuilegium a papa. ſecundo eſt nulla ſi fertur a iudice excommunicato excommunicatione maiori, niſi forte ſit occultus, licet Glo. teneat quod etiam tunc ſit nulla, quod mihi non uidetur quia excommunicatio pertinet ad iudicialia, & quæ ſiunt ab occulto iudice excommunicato tenet propter utilitatem publicam. Incapacitas in patiente ut cum excommunicatur puer uel furioſus, uel infidelis. Tertio eſt nulla quando ſententia continet errorem intollerabilem ut ſi excommunicetur quis quia bonum fecit, uel malum non fecit. quartó quando notorium eſt excommunicationem eſſe iniuſtam, licet non contineatur in ſententia error intollerabilis credo ſit nulla, licet Innocen. dicat quod tenet. Vbi ceſſant prædicta excommunicatio tenet licet poſſit eſſe iniuſta ex ordine uel ex cauſa, quia irrationabilis uel iniqua ex animo proferentis. Quando non ſeruatur ordo in aliis iudiciis ſententia redditur nulla ſed excommunicatio tenet, & hoc introductum eſt in fauorem clauium eccleſiæ & quod teneat quo ad homines, non autem quo ad Deum, ſi tamen contemnit excommunicationem iniuſtam, ligatur etiam quo ad Deum propter contemptum. Quando prædicta ceſſant excommunicatio eſt iuſta. Ab. de reſcrip. c. Ab excommunicato. Eſt etiam nulla ſi lata eſt poſt appellationem, & ſi in ſententia exprimitur error intollerabilis. Ab. de off. & pot. iud. deleg. c. Cum contingat.

Excom-

Excommunicatio eſt nulla ſi ſit lata contra ſubditum, quia non paret contra priuilegium ſibi a ſuperiori conceſſum. Ab. de exceſ. prælat. c. Cum ad quandam. Iſta excommunicatio eſt ipſo iure nulla, ſiue contineat errorem, ſiue non, quia notorie eſt iniuſta. Ab. ubi ſuprà. c. Cum ad quorundam.

Ad excommunicationem poteſt quis ſe obligare niſi faciat certum quid ſub alieno iudice habente ordinariam iuriſdictionem, non autem ſi delegatam, ut dictum eſt in delegata iuriſdictio. Licet ille iudex non habeat ordinariam iuriſdictionem ſuper illum, habet tamen illam ex quo papa approbat modum prorogationis ordinariæ iuriſdictionis per conſtitutiones. ideo iſte ligatur a iudice ſuo ad illam cauſam, & hæc poteſtas eſt a Deo. Sentiunt tamen contra hanc opinionem meam doctores. Non ſe obligare ut excommunicetur ſine monitione præcedenti, uel ſine cognitione cauſæ, uel ſine contumacia, quia hæc introducta ſunt in fauorem publicum, cui nullus renunciare poteſt. Vt poſſit excommunicari non ſufficit culpa præcedens puta potuit ſoluere, licet non ſit impotens, quia nunc non poteſt excommunicari. Si tamen quis excommunicetur quia fecit hoc uel illud, quamuis ſit impotens tenet ſententia quo ad eccleſiam militantem, quia debet fieri larga interpretatio cum ſit medicinalis, & ut claues ſint in reuerentia. Si uis aliquem ligare ad excommunicationem non facias per uiam pacti uel prorogationis, quia tunc requiritur tempore ſententiæ cognitio cauſæ & contumacia, ſed fac quod conſentiente debitore iudex ferat ſententiam excommunicationis ſub conditione, quod niſi ſatisfecerit in termino, eo elapſo ſit excommunicatus ſine aliâ monitione, & conditione. Nec poteſt appellare quia qui acceptauit in principio non grauatur de nouo, ſi tamen ſententia ſit generaliter lata, non ligabit, niſi ſit potens. Ab. de offi. & poteſt. iud. deleg. c. P. & G.

Excommunicatio extenditur ad crimen quantumcunque occultum. Ab. de de ſenten. excom c. Nota. & generalis excommunicatio ligat non ſubditos proferentis. Ab. de ſenten. exco. c. A nobis.

Excommunicatio contra participantes non poteſt fieri niſi per papam ſed oportet participantes prius admonere, alias eſt nulla. Poteſt tamen epiſcopus excommunicare participantes cum excommunicato ab aliis, puta ab archiepiſcopo. Intelligitur non ſolum de participantibus in diuinis, ſed etiam in menſa oſculo &c. Ab. de ſenten. exco. c. Quod in dubium. Contra excommunicantes religioſos qui habent priuilegium quod non poſſint excommunicari, an ualeat. Ab. de priuileg. c. Quantę. Vide priuilegia.

Excommunicatione nulla pœna eſt maior, ideo iudex debet incipere a ſuſpenſione & interdicto, & ultimo excommunicare. Ab. de cohabi. cleri. c. Clericos. Eſt maxima pœna inter homines eſſe & hominum carere commertio, grauiſſima enim pœna eſt, licet ſit medicina patienti. Ab. de ſent. ex com. c. Sacro.

Excommunicatio poteſt eſſe perpetua, quia ſi non corrigitur excommunicatus iudex non tenetur eum abſoluere, licet ſi efficiatur deterior, uel aliter non poſsit cogi debet illum abſoluere. Ab. de cohabi. cleri. c. Clericos.

Excommunicatio probatur per ſolam denunciationem ubi non agitur de magno periculo tantum, per famam non probatur ſufficienter cum fama habeat uim unius teſtis tantum. Ab. de offi. & poteſt. iud. deleg. c. Prudentiam. §. Sexta. & de cleri. exommun. c. Propoſuiſti. Vide. Excommunicatus ſemper præſumitur.

Excom-

Excommunicatio debet eſſe publica ad hoc quod aliquem repellat à ſuo iure, Ante publicationem geſta tenent. Glo. & Ab. de elec.

Excommunicatio non impedit religionis ingreſſum. Ab. de ſenten. excom. c.Cum illorum. Valet profeſſio facta ab excommunicato. Ab. de eo qui dux. quam pollu. c.Significaſti.

Excommunicatio ſufficit fit in ſcriptis,nec oportet quod proferatur,cum non ſit proprie ſententia, unde poteſt fieri per litteras,ſicut & abſolutio, nec refert quibus uerbis utatur ſi conſtet de mente iudicis,puta præcipio ſub pœna excommunicationis, uel excommunico te, uel cognoſco te excommunicatum. Ab. de appella. c. Præterea.

Excommunicatio non eſt proprie ſententia,quia non diffinitiua cum non finiat cauſam,immo petens abſolutionem ſemper auditur,nec interlocutoria,quia illa ſemper profertur, inter principium & finem cauſæ a iudice. Excommunicatio quando fertur extra iudicium. Ab. in rubr. de ſenten.c.Excom.

Excommunicatio & ſuſpenſio quando ſimul proferuntur ſuſpenſio non eſt ſequella excommunicationis,ideo poſt abſolutionem ab excommunicatione remanet ad huc ſuſpenſus. Quando excommunicatio fertur ad laycos & ſuſpenſio ad clericos benignior eſt. Ab. de crimi. fal. c. Dura.

Excommunicatio non poteſt ſuſpendi,quin ex toto tollatur. Ab. de appella.c. Ad hoc. Non poteſt ſuſpendi per inferiorem papa qui ſolus poteſt quæ ſunt iuris poſitiui & quo ad eccleſiam militantem,ſecus quo ad Deum. Ab. ubi ſupra. c. Dilectus.

Excommunicatio non tranſit in tertiam perſonam & quomodo intelligitur. Ab. de appella. c. Cum cauſam. Non tranſit in rem iudicatam,& quomodo intelligatur. Ab. de ſenten. & re iudi.c. Conſanguinei.

Excommunicatio lata per epiſcopum uolentem uiſitare ubi Abbas recuſat,& appellat,ſi epiſcopus eſt in poſſeſſione uiſitandi & hoc conſtat,tenet excommunicatio,quia cum eſſet in poſſeſſione non tenebatur admittere appellationem, nec probationem recipere, quia poſſidebat ut pars,non ut iudex pro conſeruatione ſui iuris, ſic oblatio probationis non iuſtificat appellationem. ſi conſtabat de exceptione non tenet excommunicatio in dubio,an monaſterium ſit exemptum, excommunicatio dependet ex futuro euentu. Abb. de cenſi. c. Venerabili.

Excommunicare non poteſt excommunicatus. Ab. de ſenten. exco. c.Si uero. Vide: Excommunicatus.

Excommunicare poteſt omnis prælatus habens ſubditos actu etiam infra epiſcopum ſine ſolennitate. Gloſ. & Abb. de elec. & elec. poteſt. c. Cum in tantis. Item Ab & prior. Glo. de ordi. ab epiſcopo.c.Quanto deuotio. Sacerdos parochialis non poteſt excommunicare, niſi forte de conſuetudine, quia excommunicatio eſt fori contentioſi, Secundo eſt meri imperii. Tertio fit tantum a iudice ſecundum iura,ideo ſacerdos curatus nec in generali nec in ſpeciali poteſt.Ab.de ordi.ab epiſcopo.c.Si ſacerdos.Textus ſonat oppoſitum. Ab. de elec.c.Cum ab eccleſia.Nemo poteſt excommunicare uel abſoluere extra territorium ſuum ſiue ſit legatus ſiue ſit ordinarius, quia iſta concernunt cognitionem cauſæ,quæ debet fieri ubi poteſt tribunal eligere, poteſt tamen committere cognitionem cauſæ & beneficia conferre de conſenſu eius qui præeſt territorio & partium,& excommunicare & abſoluere & non aliter. Glo. & Ab. de off. & pot. iud. deleg. c. Nouit ille.

Excommunicatus propter crimen in una dioceſi ſi transfert domicilium ad aliam

aliam dioceſim non poteſt ab epiſcopo illius ciuitatis abſolui, ſed tantum ab eo in cuius dioceſi deliquit. Ab. de off. & pot. iud. deleg. c. Excommunicatus. Vide. Legatus poſt mortem perſonæ. Prælatus ordinarius eſt qui eligitur, Non ſacerdos poteſt excommunicare, & abſoluere. Ab. de elec. & elec. poteſt. c. Tranſmiſſam. & de reſcrip. Ab excommunicato & de maio. & obe. c. Cũ in eccleſiis. Prælatus collegii non habens ord. poteſta. nec excõmunicare nec interdicere nec ſuſpendere poteſt, ſic quod contrauenięns ſit irregularis. Ab. ubi ſupra. c. Dilecta. Executor & delegatus poſſunt excommunicare. Vide. Executor. Omnis pręlatus habens iuriſdictionem in loco poteſt excommunicare ratione delicti commiſſi in loco, etiam ſi non ſit epiſcopus. Ab. de rap. c. De illis. Excommunicare poteſt quicunque habet iuriſdictionem fori contentioſi. Ab. de pœn. c. Licet.

Auctoritas excommunicandi ſuos malefactores manifeſtos poteſt alicui concedi ex priuilegio. Gloſ. Ideo in facto proprio poteſt quis ferre ſententiam ecommunicationis. Ab. de reſcrip. c. Ex parte decani. Executor datus ſimpliciter ad faciendum prouidere excommunicare poteſt contradicentes etiam ſi hoc non exprimatur in litteris. Idem de ſimplici legato papæ; Admittitur executor ad defenſionem ſuæ ſententiæ, ſi uelit eam probare iuſtam ſiue de iure tenere. Ab. de off. & pot. iudi. deleg. c. Cum contingat.

Excommunicare & interdicere poteſt iudex pro defenſione iurium ſuorum. fertur etiam excommunicatio extraiudicialiter. ſicut poteſt quis ſe defendere gladio materiali, ita & ſpirituali. Ab. de uerbo. Signi. c. Ex parte.

Excommunicare non debet prælatus niſi competenti monitione præmiſſa & ex cauſa rationabili & manifeſta & in ſcriptis, & contrafaciens priuatur ingreſſu eccleſiæ, punitur etiam ſubditus qui falſo aſſerit ſe iniuſte excommunicatum. Si prælatus dicit ſe erraſſe & uult excommunicatum abſoluere, & aduerſarius appellat ne abſoluatur quid iuris. Ab. de ſenten. excom. c. Sacro. Excommunicans ſine monitione eſt ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ per menſem ipſo iure & carebit hominum communione quantum uidebitur ſuperiori ſuo, tenetur etiam excommunicato de intereſſe ſuo, & de actione iniuriarum & pœna ſacrilegii. Qui excommunicat debet in ſcriptis excommunicare & cauſam excommunicationis inſcribere, qui contrafecerit eſt ſuſpenſus per menſem ab ingreſſu eccleſiæ, & a diuinis officiis, & ſi celebrat eſt irregularis, & diſpenſabilis tantum per papam. Gloſ. ubi ſupra. c. Sacro. Non tamen perdit poteſtatem exercendi iuriſdictionem, ideo abſoluit excommunicatum per ſe, ſed per alium in eccleſiam introducit. Expenſæ factæ extra iudicium & damna ſecuta probantur iuramento paſſi damnum. Si excommunicator conuincitur ex ore ſuo, & uenit damnum non ſolum uerum ſed etiam ſecundum effectum iſtius, ſi propter errorem iniunctum non eſt adeptus beneficium, tenetur excommunicator ad conſimile beneficium, ſi poteſt, ſi non habet, arbitrio iudicis punietur. ſi excommunicatio lata eſt propter appellationem, confirmator tenetur. Si eſt ſoluendo, quia propter hoc non debet caſſare electionem & agitur in ſupplementum contra excommunicatorem. Ab. ubi ſupra. Excommunicare nec ſuſpendere debet prelatus ſine monitione, niſi ubi ius uel ſtatutum excommunicat pro delicto, & quid operetur ſecunda excommunicatio. Sine monitione tenet excommunicatio, niſi ſit lata contra participantes excommunicato ab eodem. Si res rapta ſit præſens, ſuſſicit una monitio. Ab. de appella. c. Reprehenſibilis. Qui ſine monitione premiſſa excommunicat

priuatur

priuatur ingreſſu eccleſiæ per menſem, excommunicatio tamen tenet. Glo. ubi ſuprà.

Excommunicator poteſt reuocare excommunicationem iniuſte latam non obſtante contradictione partis aduerſæ, Vnde excommunicatio potius trahitur ad naturam ſententiæ interlocutoriæ, quam diffinitiuæ, ideo appellans ab excommunicatione tenetur exprimere cauſam, & grauamen, poteſt tamen excommunicatus iniuſte adire ſuperiorem per uiam querelæ. Ab. de ſenten. exco. c. Sacro.

Excommunicari poteſt abſens & ignorans, debet tamen præcedere admonitio licet excommunicatio ſit iniuſta, ligat tamen. Ab. de cleri. coniug. c. Apoſtolica. & de appella. c. Cum ſit Romana.

Excommunicari non poteſt ciuitas, tamen omnes ciues unius ciuitatis pariter & ſimul poſſunt excommunicari. Intellige quod excommunicatio in perſonas capaces fertur, In uniuerſitate non debet fieri excommunicatio nec in incapaces. Ab. de ſenten. exco. c. Reſponſo. & de excep. c. Dilecte in Chriſto. & ubi ſuprà. c. Significauit. & de teſti. Cum tu.

Excommunicari poteſt citatus tertio qui non comparuit, & fructus poſſunt ſequeſtrari. Glo. de reſcrip. c. Olim ex litteris. Item qui facit contra præceptum papę. Glo. in prohemio in uerbo. c. Diſtrictius prohibentes.

Excommunicari poteſt coniugatus, niſi ab adulterio deſiſtat. Ab. de eo qui duxit quam pollu. c. Significauit. Adulter & adultera poſſunt excommunicari quia adulterium uulnerat matrimonium quod eſt ſacramentum, nec debet abſolui, niſi prius abiuret adulterium. Ab. de adulte. c. Intelligimus.

Excommunicari poteſt contumax ſine alia citatione. In notorijs ſufficit admonitio extraiudicialis, ut ſe emendet. Ab. de appella. c. Cum ſit Romana. Semper poteſt excommunicari quando præceſſit contumacia etiam extraiudicialis ſine admonitione, Ab. ubi ſuprà. c. Qua fronte. Item quando contumacia eſt pręſumpta. ſi tamen poſt probet impedimentum, abſoluitur ab omni onere ſententiæ. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Tenor.

Excommunicari poteſt debitor ad petitionem creditoris pro non ſatisfactione debiti. Ab. de Simo. c. Ad aures. Laycus pro ſolutione decimæ poteſt excommunicari. Ab. de homici. c. Poſtulaſtis.

Excommunicari poteſt quis ratione delicti a prælato loci delicti, & poteſt affici corporaliter. In foro pœnitentiæ non ſubijcitur illi, in foro contentioſo imponitur pœna ut ſatisfaciat rei publicæ ſcandelizatæ, ideo punitur per iudicem loci ubi deliquit, & in foro pœnitentiæ habet proprium ſacerdotem loco Dei, qui debet cognoſcere uultum pecoris ſui, & plus meretur confitendo illi, quam fratribus mendicantibus ſi proprius ſacerdos ſit intelligens. Ab. de rap. c. De illis.

Excommunicari poteſt excommunicatus ſecundo & tertio & ſic ſucceſſiue. Quid operetur ſecunda & tertia excommunicatio. Glo. & Ab. de iudi. c. In Quorundam. Vide. Excommunicationis effectus.

Excommunicari poteſt executioni ſententiæ reſiſtens. Abbas de ſponſa. c. Veniens.

Excommunicari ab homine quis non poteſt immediate propter crimen, ſed requiritur contumacia ſemper & conſequenter monitio. Suſpendi poteſt propter crimen immediate ſine monitione, ſecus ubi propter contumaciam ſuſpendi debet. Excommunicatio nunquam fertur in pœnam, quia ſi excommunicatus uult ſe corrigere debet incontinenti reconciliari. Abb. de

cle.

cle.excom.c.Si quis. Vbi in iure inuenitur quod quis excommunicetur pro delicto debet intelligi pro contumacia ex delicto inſurgente. Ab.ubi ſuprà. c. Fraternitatis. Quod non poſſit quis excommunicari ab homine niſi pro contumacia. Ab. de ſen. exco.c.Officii.

Excommunicari poteſt poſt mortem epiſcopus qui inſtituit hereticum hæredem uel paganum. Sunt & alii caſus. Ab.de hæreti.c.Si quis epiſcopus. Quod mortuus poſſit excommunicari.Ab. de ſenten. excommu.c. A nobis. Vide. Excommunicatus poſt mortem poteſt abſolui.

Excommunicari debent qui capiunt & ſpoliant fideles ex iuſta cauſa nauigantes. Qui ſpoliant naufragium patientes niſi ablata reſtituant excommunicati ſunt.De rapto.c.Excommunicationi.Hodie eſt pœnale & excommunicatur a papa quater in anno. Ab. ubi ſuprà.

Excommunicari poteſt laycus pro exceſsibus manifeſtis, licet illa crimina non ſint eccleſiaſtica, Ex notoreitate deprehenditur negligentia ſecularis iudicis, & de quolibet notorio poteſt epiſcopus ſe intromittere non ſolum ut ad pœnitentiam compellatur, ſed etiam ad ſatisfaciendum. Ab. de ſepul.c. Parochiano.

Excommunicatus ab epiſcopo qui appellat ad archiepiſcopum ab eo poteſt abſolui. Volens tamen ſuo ſuffraganeo deferre poteſt ad illum remittere abſoluendum, & ad hoc tenetur quando propter exceſſum manifeſtum fuit excommunicatus & ante abſolutionem non auditur uolens probare ſe iniuſte excommunicatum, ſecus ſi uult probare ſententiam eſſe nullam. Ab. de ſenten.exco. c.Per tuas.

Excommunicatus non abſoluitur ſi cauſam falſam dicit abſoluenti, nec ſi uerum tacet, aut quando pluribus de cauſis fuit excommunicatus ſiue ab uno ſiue a pluribus niſi omnes exprimat, poteſt tamen abſolui ab una excommunicatione & non ab alia. Qui excommunicatus eſt a pluribus poteſt unica abſolutione liberari ſi abſoluens habet auctoritatem iure proprio, uel ex commiſsione aliorum. Glo.& Ab. de off.& pot.iud. de ordi.c. Ex parte tua. Abſolutio per ſubreptionem non prodeſt excommunicato. Ab. de ſent. excom.c.Officii.

Excommunicatus ex pluribus cauſis ſi in abſolutione non expreſsit omnes non eſt abſolutus. Ab.de ſent. exco.c.Cum per cauſam. Si excommunicationes fuerunt plures & per plures cauſas ſi indeterminate & generaliter fuit petita abſolutio,& ita generaliter fuit impẽſa,tũc prodeſt quo ad omnes excõmunicationes.& licet talis non debeat fieri facta tñ tenet,ſi petitio abſolutionis reſtricta fuit ad certã cauſã & abſolutio ſubſecuta eſt generalis abſolutio reſtringitur ad cauſã expreſſam tãtũ, quia ſpecies præcedẽs reſtringit genus ſequẽs.Si petitio ſit generalis & abſolutio reſtricta ad certã excõmunicationẽ nõ operatur niſi reſpectu illius,quia attẽditur mẽs abſoluẽtis.Si excõmunicatio eſt una & cauſę plures & quælibet per ſe ſufficit & uidetur conſiderata principalis non tenet abſolutio niſi expreſsis omnibus,quia ſuperior non intendit abſoluere niſi ex cauſa expreſſa. Si non quælibet per ſe ſufficit ſi expreſsit ſufficientem tenet abſolutio,ſi non ſufficit niſi ſimul iuſte uidentur omnes cauſæ pariter conſiderate & non tenet abſolutio niſi omnes exprimantur.Ab.de ſent.exco.c.Cum pro cauſa.

Excommunicatus a pluribus ob plures cauſas non debet abſolui ſi de una uelit ſatisfacere ſic ut reſtituatur communioni hominum. Si impetrauit abſolutionem tacitis aliis cauſis non ualet abſolutio. Ab. de ſen.exco. c.Officii.

Si idem prælatus excommunicat pluries ſubditum propter plures cauſas poteſt una abſolutione omnes excommunicationes tollere. Si ſint late a pluribus unus de conſenſu alterius abſoluet,ita quod unus alteri committat uices ſuas. Poteſt etiam quilibet ſeparatim abſoluere. Ab. de ſenten. exco. cap. Officii.

Excommunicatum abſolui ad cautelam papa non mandat, niſi id exprimat. Glo.& Ab. de reſcri. c. Capitulum Sanctæ crucis.

Excommunicatus abſoluitur ad cautelam.i.ad maiorem ſecuritatem ut res potius ſit in tuto quam in periculo, ne prætextu nullitatis ſententiæ ſe immiſceat diuinis, & notetur apud uulgares, ſic abſoluitur ab excommunicatione præſtita cautione de parendo mandatis eccleſiæ. Item ut tute poſsit ſe miſcere diuinis, & alii poſſint ei communicare. Quandocunque & ex quacunque cauſa allegatur nullitas excommunicationis habet locum iſta abſolutio ad cautelam. Iudex quilibet poteſt hic abſoluere a ſententiis ſuis non tamen ſententias aliorum relaxare niſi in caſibus iuris, An delegatus hoc poſſit. Vide Glo. de reſcrip. c. Cap. Sanctæ crucis. Nunquam tamen intelligitur abſolutio fieri ad cautelam, niſi exprimatur. Ab. de excep. c. Apoſtolicę. Nunquam abſoluitur ad cautelam niſi allegetur probabiliter nullitas excommunicationis. Ab. de teſti. c. Veniens. Si per exceptionem ſuſpenſionis contra quam replicatur de nullitate ordinatio eccleſiæ retardatur fit abſolutio ad cautelam. Abb. de excep. c. Apoſtolicæ. Abſoluitur excommunicatus cautione recepta licet excommunicator, & aduerſarius appellent, ne abſoluatur, niſi excommunicatio ſit lata pro manifeſta contumacia uel offenſa, quia tunc debet pręcedere ſatisfactio. Abbas de appella. cap. Qua fronte.

Excommunicatus contra formam concilii debet abſolui ſine difficultate nec tenetur iuramentum petere, nec debet facere cautionem, nec debet illi fieri aliquod mandatum in ſatisfactionem excommunicationem. Ab. de reſcri. c. Ab excommunicato.

Excommunicatus per concilium prouinciale per uim ſtatuti & non ſententiæ poteſt abſolui per epiſcopum ſuum, ubi papa uel concilium ſibi non reſeruat. Ab. de præben. c. Graue nimis.

Si excommunicatio eſt confirmata per papam, ſolus papa abſoluit ſi fuit lata ab homine per ſententiam quia per confirmationem accipit uires ac ſi fuiſſet lata a confirmante. Si fuit lata per ſtatutum non tollitur poteſtas ſuperioribus aliis, quia ſtatutum confirmatum per papam non eſt maioris roboris quam ſtatutum papæ. Ab. de inſtitu. c. Ex frequentibus.

Excommunicatus pro contumacia dubia debet abſolui præſtita cautione, nec tenetur ſatisfacere ante abſolutionem, nec tenetur litigare, nec ſatisfacere, niſi prius abſoluatur. Si ſit manifeſta, non debet abſolui niſi pręſtita ſatisfactione puta reſtitutis expenſis, nec ſufficit præſtare cautionem, ubi ſatisfactio conſiſtit in exercitio actus temporalis. Secus in exercitio actus ſpiritualis quia tunc debet abſolui, ne excommunicatus attemptet ſpiritualem actum. Dicitur manifeſta offenſa, quando conſtat per confeſſionem, uel legitimam probationem, uel rei euidentiam. Abb. de uerbo. ſignifi. capit. Ex parte.

Excommunicatus per conſtitutionem quam poſt papa reuocat & uult illam pro infecta haberi non indiget abſolutione. Ab. de ſent. exco. c. Nulli. & ubi ſuprà. Si aliquando.

Qui non ſunt pro abſolutione mittendi ad curiam. Ab.de ſentent. excom. c. Mulieres. & ubi ſuprà.c. Ea noſcitur. Vide in excommunicatione. c.Mulieres. & excommunicatus propter uiolentam manum in clericum.

Excommunicatus a delegato non poteſt abſolui per eum elapſo anno, ſed tantum a papa. Idem de excommunicato a ſubdelegato cui delegatus totum commiſit, & poteſt ſententiam exequi, Eodem modo de delegato ordinarii qui per annum poteſt exequi ſententiam,& non uult,ideo elapſo remittitur ad ſuperiorem.Ab.de offi.& pot iud. deleg.c. Quęrenti. Intelligitur de anno poſt ſententiam quia ante diffinitiuam ſententiam durat ſemper eius iuriſdictio, ſed data ſententia habet iuriſdictionem exequendi per annum integrum. Glo. ubi ſuprà. Qui excommunicatus a delegato mortuo uel ammoto uel reuocato poſt ſententiam diffinitiuam quando terminus eſt elapſus debet per alium abſolui. Abb. de ſentent. excommun. c. Ad hæc.

Si papa delegat abſolutionem ab excommunicatione mandat recipi cautionem de parendo mandatis eccleſię. Ab.de ſenten. exco.c. Ad hæc. Si iniuria eſt manifeſta,non debet abſolui ante ſatisfactionem. Ab. ubi ſuprà.

Excommunicatus an debeat haberi pro abſoluto quia communicat ſuo excommunicatori, opiniones. Ei communicantes uidentur excuſari, reſpectu autem excommunicati uidetur relinquendum arbitrio iudicis. Ab. de cle. exco. c. Propoſuit. Epiſcopus non abſoluit ab excommunicatione per communionem ſuam,& ſi uellet aliquem propter hoc eſſe abſolutum non eſſet abſolutus, ſecus eſt de papa qui non ſubiicitur iuri. Abb. de ſen. excom. c. Cum deſideres. Si admittitur ad oſculum propter hoc non eſt abſolutus, fallit in papa,quando hoc intendit. In dubio non præſumitur abſoluere tali modo. Si tamen ſuperior hoc facit cognita cauſa eſt preſumptio quod non ſit legatus,ſecus ubi non præceſſit cognitio cauſæ. Ab.de pri.c.Cum olim. Excommunicatus propter participationem cum excommunicato licet poſtea eum impugnet,ex hoc ſolo non habetur pro abſoluto. Ab. de ſen. exco. c. Sacris. Non abſoluitur quis ab excommunicatione per hoc quod ſalutatur a papa in litteris ſuis. Ab.de ſen.exco. c. Aliquando. Si tamen papa ex hoc & certa ſcientia intenderet abſoluere,abſolutus eſſet. Ab. ubi ſupra.

Excommunicatus abſoluitur ab epiſcopo in reſeruatis papæ non autem ab inferiori,niſi habeat iuriſdictionem epiſcopalem. Ab.de iudi.c.At ſi clerici.§. de adulteriis.Excommunicatus a canone non poteſt abſolui ab inferiori epiſcopo,niſi in caſibus in iure expreſſis,ut patet clemētina ſecūda. de pri. Ab. de uoto & uoti redē. c. De peregrinationis.In alia diœceſi nō pōt epiſcopus abſoluere ſubditum ſi requiritur cognitio cauſæ, quia in territorio alieno poteſt tantum quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis.Ab.ne cle.uel mona.c.Super ſpecula. Excommunicatum a canone abſoluit inferior,ſi conditor canonis non ſibi reſeruauit,etiam ſi ſit lata a canone uel ſtatuto alicuius epiſcopi uel prælati poteſt abſolui a proprio ſacerdote, ex quo conditor non ſibi reſeruauit. Si tamen excommunicatio eſſet maior, nullus citra epiſcopum abſoluit regulariter.hic tamen uidetur fieri mentio de proprio ſacerdote. Abbas de ſenten.excommun. cap. Nuper. Vide in articulo mortis uel impedimento dato. Sacerdos ſimplex abſoluit &c. Nullus inferior epiſcopo etiam religioſus abſoluit ab excommunicatione, niſi in caſibus expreſſis a iure ut pro iniectione manus, uel niſi talis pręlatus habeat iura epiſcopalia. Abbas in rubr. de ſenten. excommun. & ubi ſuprà. c. Peruenit.

nit. Monachi. Mulieres. & Ab. probat ubi ſuprà. c. Porro.

Excommunicatus a iure ſi ſit exemptus non poteſt abſolui per epiſcopum etiam ſi excommunicatio non ſit reſeruata papæ, quia nullam iuriſdictionem habet ſuper eum. Ab. de off. & pot. iud. de ordi. c. Graue.

Excommunicatus in foro animæ non debet abſolui niſi cum onere ut ſatisfaciat leſo, & ſi non ſatisfecerit reincidet in eandem excommunicationem. Ab. de ſen. exco. c. Porro.

Epiſcopus quacunque excommunicatione excommunicatum abſoluit ſi non poteſt adire papam ut dictum in excommunicato ex percuſſione clerici. Ab. de ſen. excom. c. De cetero. An poſsit religioſus exemptus abſoluere ubi non ſe extendit auctoritas prælatorum ſuorum, opiniones. In quadam diſputatione tenui, quod non poteſt. Abb. de ſen. excom. c. Monachi. Vide. Exemptus religioſus.

Excommunicatus ſi abſoluitur contra formam hominis non eſt abſolutus, quæ tamen tenet ſi fiat contra formam iuris, ſi mandat homo ut aliquem excommunicet, uel abſoluat certa forma data, illa non ſeruata neutra ualet. Abb. de reſtitu. ſpolia. c. Piſanis.

Excommunicatus ab homine non poteſt abſolui niſi ab excommunicatore uel ſuperiore eius, excepto articulo mortis, etiam ſi excommunicatur ſibi non reſeruanit, ideo excommunicatus a papa ab illo ſolo abſoluitur, & mortuo legato abſoluit tantum ſuperior, uel qui ſibi ſuccedit in onere & honore. Si excommunicatur per conſtitutiones uel ſtatuta, poteſt abſolui ubi non reſeruatur abſolutio. Ab. de off. & pot. iud. de ordina. c. Paſtoralis. Excommunicatus ab homine non poteſt abſolui, niſi ab excommunicatore uel ſuperiore, idem eſt de interdicto & ſuſpenſo. Ab. de pri. c. Tua. Si propter in alia dioceſi poteſt abſolui a ſuo epiſcopo. Si eſt per ſtatutum & non reſeruata. Si per ſententiam non poteſt, quia ab homine eſt. Statuta epiſcoporum non ſunt maioris roboris, quam ſtatuta papæ. Ab. de præben. c. Graue nimis.

Excommunicatus non abſoluitur per impetrationem reſcripti, niſi exprimat omnes cauſas propter quas fuit excommunicatus. Glo. de cohabi. cle. c. Super eo. Abſolutio obtenta per ſubreptionem non ualet. Ab. ubi ſuprà.

Excommunicato per abſolutionem tollitur infamia canonica quæ eſt ſequela excommunicationis non infamia facti quæ non tollitur a mentibus hominumniſi per contrarium factum. Infamia iuris quando irrogatur non poteſt tolli niſi per principem, unde ſecundum aliquos hæreticus qui poſt ſententiam reuertitur ad fidem non recuperat ius patronatus, quem tamen recuperat ſi reuertitur ante ſententiam. ſed melius dicitur, ubi præceſsit publicatio bonorum a iure uel ab homine, illa non recuperantur per pœnitentiam, quia ſemel conceſſum non retrahitur, niſi reſtitutio fiat per principem, quæ tamẽ ſe extendit ad bona per principẽ alienata. Si nõ eſt facta publicatio ſed perdidit tãtũ exercitiũ iurium ſuorũ ut in excõmunicato & ſciſmatico integre recuperat bona ſua, ex quo redit ad unitatem eccleſiæ. Ab. de ele c. c. Quia diligentia. Verſus. Vſus redit ut pridem cum ſtat redit idem. Glo. ubi ſuprà.

Excommunicati incendiarii poſt publicationẽ a ſolo papa abſoluuntur. Ab. de ſen. exco. c. Tua. Si incendit eccleſiã, uel locũ religioſum eſt excõmunicatus ipſo facto, ſi alia loca non eſt excommunicatus, ſed excõmunicandus per epiſcopũ, & utroq; modo publicatus a ſolo papa abſoluitur, ante publicationẽ poteſt epiſcopus, poſt non, poteſt etiam legatus, quia in exorbitantibus non fit extenſio etiam per maioritatem rationis. Ab. ubi ſuprà.

Excom-

Excommunicatus iniuſte prius abſoluitur a delegato impetrato per eum quam audiatur, niſi executor, uel ille, ad cuius petitionem lata eſt ſententia, uellet probare ſententiam eſſe latam pro offenſa notoria, quia tunc non abſoluitur niſi prius ſatisfaciat, dummodo probetur excommunicatio. Si dicit excommunicationem nullam, prius audit utranque partem & eorum probationes, niſi excommunicatus petat abſolui ad cautelam prius præſtita cautione. Si dicit ſententiam eſſe nullam, & probat iniuſtam, ſed non nullitatem, condemnabitur in expenſis, quia adduxit in iudicium quod poſt non probauit. Ab. de offi. & poteſt. iud. delega. c. Cum contingat.

Excommunicatus poteſt inuitus abſolui, ſicut & inuitus excommunicatur. Iudex regulariter non debet abſoluere inuitum uel non pœnitentem, ſi tamen magis indureſcit debet abſoluere, quia excommunicatio eſt medicina. Compelli poteſt ad petendum abſolutionem indirecte prohibendo aliis eius conuerſationem, & ipſum ad ſatisfactionem etiam inuocato brachio ſeculari. Ab. de eo qui dux: quam pollu. c. Significaſti. Inuitus debet abſolui quando non proficit niſi fiat manifeſte iniuria aduerſario, ut dicit S. Tho. in. 4. immo excommunicatus iuſte perſeuerans in ſua contumacia quantumcunque fiat deterior non debet abſolui, ne malitia ſua illi proſit, & detur malignandi cauſa. ſi tamen abſoluitur tenet abſolutio quo ad eccleſiam. Inuitus abſoluendus eſt quando ſatisfacit, uel excommunicatio eſt iniuſta. Hæc calderinus. Mihi occurit alia uia ſi ſpes eſt quod alio remedio reuertatur ſublata excommunicatione uera eſt uia. S. Tho. quam ſequitur Io. Andr. ſi non eſt ſpes uera eſt opinio calderini, quia ex quo non uult obedire eccleſiæ, debet haberi ut publicanus, uel gentilis, quia ſuſtinet excommunicationem tanto tempore, præſumitur hæreticus. Ab. de reſcrip. c. Ab excommunicato. & de off. & pot. iud. ordi. Ad reprimendam.

Excommunicati abſolutio facta a iudice ſuo quantumcunque ſit iniuſta tenet ſi fiat ab excommunicatione. Abb. de appella. c. Qua fronte. Quando poteſt fieri a iudice appellationis a quo & ad quem, an requiratur citatio partis aduerſæ. Ab. ubi ſuprà.

Excommunicatus abſoluitur cum iuramento de ſtando mandatis eccleſiæ quando excommunicatus eſt pro dubia offenſa uel contumacia. Si pro notoria nõ abſoluitur cum iuramento, ſed oportet prius ſatisfaciat. Ab. de off. & poteſ. iud. deleg. c. Prudentia. §. Si uero. Ex iuramento quod ſtabit mandatis eccleſiæ non tenetur, niſi ad licita & honeſta. Ab. ubi ſuprà. c. Ex litteris. Abſolutus cum ſolennitate de parendo mandatis non reincidit ipſo facto licet non pareat mandato, ſed oportet de nouo reducatur in illam excommunicationem. Ab. de iur. iuran. c. Ad noſtram. ſic excommunicatus pro delicto ſi reincidit non eſt ipſo facto excommunicatus, ſed eſt per iudicem reducendus in excommunicationem, niſi in caſibus a iure expreſsis. Ab. de appella. c. Quæſtioni. Abſolutus cum iuramento pro dubio offenſæ, uel contumaciæ regulariter non abſoluitur, niſi præcedat ſatisfactio integra. Ab. de appella. c. Cum parati. Iuramentum introductum eſt de more, nec eſt neceſſarium ad abſolutionem. Si cauſa indiget longo tempore ſufficit in tempore ſatisfactio pro poſſe recepta cautione abſoluitur. Ab. ubi ſuprà. c. Quæſtioni. Iuramentum non eſt de ſubſtantia, abſolutionis & ſine eo ualet abſolutio. Si non ſeruetur forma abſolutionis, ualet tamen abſolutio, ideo etiam per procuratorem poteſt quis abſolui. Ab. de ſen. excom. c. Cum deſideres. Licet excommunicatus uel ſuſpenſus non debeat abſolui ſine iuramento ſi

tamen ſine ſcandalo non poteſt haberi iuramentum poteſt fieri abſolutio per manualem promiſsionem. Ab. de ſenten. excommu. c. Super eo. Hæc conſtitutio continet ius commune uidelicet quando ſcandalum non ſubeſt ut poſsit fieri abſolutio ſine iuramento. Ab. ubi ſuprà. Iuramentum non eſt de neceſsitate abſolutionis Gio. ubi ſuprà. c. Super eo.

Excommunicatus alia excommunicatione præter quam uiolentam manum in clericum in reſeruatis non poteſt abſolui ab inferiori in caſibus in quibus poteſt abſolui propter uiolentam manum in clericum niſi in articulo mortis, quia permiſsio iſta inuenitur tantum in excommunicatione illius canonis. Si quis ſuadente. Ab. de ſen. excommu. c. Quamuis.

Epiſcopus excommunicatum ex leui iniectione manus in clericum abſoluit. Ab. de ſenten. excommu. c. Peruenit. De leui iniuria abſoluit epiſcopus clericos & laycos non tamen inferior prælatus regulariter. De mediocri abſoluit priuilegiatus. De enormi nullus niſi de mandato ſpeciali papę. Abbas ubi ſuprà.

Enormis exceſſus eſt extendere manum in prelatum uel epiſcopum. Abb. de ſenten. excom. c. Cum illorum. Ratione notorietatis dicitur exceſſus enormis ut percuſſus in platea, in theatro, in eccleſia, dicitur atrociter iniuriatus, & tales non poteſt epiſcopus abſoluere, Non ſemper effuſio ſanguinis eſt enormis etiam in abundantia ſicut & enormis quandoque eſt ſine ſanguine. Ad iudicandum an ſit enormis iniuria ſufficit epiſcopus uel alius, nec oportet recurrere ad papam. Caueat tamen ſibi ne leuem dicat ubi eſt enormis. Vbi monaſterium non habet Abbatem iſta locum habent in priore quod poſſit abſoluere. Idem in aliis prelatis qui loco Abbatis habentur, ſecus de prioribus clauſtralibus habentibus priorem ſuprà ſe. Si percuſſus eſt alterius monaſterij uterq; abſoluet uel unus auctoritate alterius. uerberabitur tamen ab Abbate percuſſi, quia pro iniuria tenetur illi in pecunia, quam quia non poteſt ſoluere, uapulabit ab eo & a proprio Abbate. Ab. de ſenten. excom. c. Cum illorum.

Excommunicatum pro percuſſione clerici abſoluit epiſcopus ſi ſine periculo nequit adire papam. debet tamen ſibi mandare quod ceſſante periculo uadat ad papam. Abb. de ſenten. exco. c. De cetero. Inimicitia eſt ſufficiens cauſa undecunque ueniat ex iſta cauſa inferiores epiſcopo non abſoluunt. Ceſſante impedimento debet adire eum qui poteſt abſoluere. Hæc locum habent in omni excommunicatione quando quis non poteſt adire papam, quia tunc debet abſolui per epiſcopum. Si non uadit habita oportunitate ſtatim reincidit in nouam excommunicationem & eſt periurus. Si uadit tempore oportuno non abſoluitur ſed recipit mandatum papæ. Ab. ubi ſuprà. & ubi ſuprà uende de his. Infirmus qui non poteſt ire licet non ſit in periculo mortis poteſt abſolui. In periculo mortis poteſt quis eſſe pluribus modis qui tamen non eſt infirmus & econtra. Ideo ponuntur hic diuerſa & pro quolibet poteſt abſolui. Abb. ubi ſuprà. c. Quod de his. Quando ex aliqua cauſa excuſatur ab itineratione ad papam, inferior abſoluens debet in recompenſationem laboris qui ſubeſſet in itinere ſatisfactionem aliam iniungere. Ab. de ſen. excom. c. Relatum.

Hoſtiarius qui clericum percuſſit non grauiter abſoluitur ab epiſcopo. Ab. de ſen. exco. c. Si uero. Epiſcopus abſoluit iſtum etiam a mediocri, quia papa ſibi tantum reſeruat graueni. Ab. ubi ſuprà.

Impubes qui clericum percuſsit poteſt ab epiſcopo abſolui. Qui ioco uel diſcipli-

diſciplinę cauſa etiam ſi ſit maior, non eſt excommunicatus. Qui odio excommunicatus eſt & abſoluitur a papa, non autem qui non poteſt euadere & percutit defendendo ſe. Ab. de ſen. exco. c. Super eo.

Excommunicatus propter manum uiolentam iurat ſtare mandatis eccleſiæ & poteſt ſibi imponi ſub iuramento, ne de cetero manus iniiciat in clericum, niſi quando de iure licet. Debet tamen prius lęſo ſatisfacere antequam abſoluatur. Ab. ubi ſuprà. c. Ex tenore.

Monialis poteſt abſolui per epiſcopum. Ab. de ſenten. excommu. c. De monialibus.

Mulieres & perſonæ quę non ſunt ſui iuris & delicatę de quibus dubitatur quod non poſſunt ire ad curiam excommunicatæ propter manum uiolentam poſſunt abſolui per epiſcopum. Ab. de ſententia exco. c. Mulieres. Intelligitur de omnibus mulieribus cuiuſcunque ſint ſtatus. An filius familiæ teneatur ire ad curiam, opiniones; Credo quod non teneatur & ſoluuntur rationes aliorum. Glo. quæ uidetur uelle quod pro delicatis non ualentibus ire ad curiam prius ſcribatur papæ de eorum conditione quam abſoluantur mihi non placet, licet in fine concedat quod ſi fuerit neceſſe poſſint abſolui. Ab. ubi ſuprà.

Excommunicatus propter uiolentam manum licet ſit occultus per ſolum papam abſoluitur. Ab. de ſen. exco. c. Porro. Ad eius abſolutionem requiritur ſpeciale mandatum, niſi abſolutio acceſſorie ueniat ad mandatum. Abb. ubi ſuprà.

Officialis deliberate iniiciens manum &c. per ſolum papam abſoluitur. Ab. de ſen. exco. c. Si uero. Laycus officialis quocunque modo iniiciat manum in clericum deliberate in nullo caſu poteſt per epiſcopum abſolui, quia non eſt leui delictum cum uſurpet iuriſdictionem in clericum. Ab. ubi ſuprà.

Excommunicatus propter uiolentiam in clericum abſoluitur per papam uel legatum. Fallit in muliere in ſene, in infirmo in mutilato qui poſſunt abſolui per epiſcopum. Ab. de ſen. excom. c. Ea noſcitur. Mulier indiſtincte non tenetur ire ad curiam. Deſtituti membris ſicut claudi ceci & alias mutilati omnes dicuntur miſerabiles perſonæ & gaudent priuilegio. An teneantur pręſentare ſe legato tranſeunti recepturi mandatum, opiniones, ſatisfactio debet attendi ſecundum iniuriam & qualitatem perſone iniuriate etiam poſt annum, quia alias petens abſolutionem non auditur. Pauper qui mendicando ſolet uiuere tenetur ire ad curiam niſi forte mendicando prouidebat ſibi & uxori, quia tunc non tenetur ire. ſimiliter non tenentur qui ex artificio uiuunt. Abb. ubi ſuprà. Et licet abſoluantur a ſolo papa fallit tamen in his caſibus. Regula mos, ſexus, hoſtis, puer, officialis. Delicioſus, inopes, eger, ſenex, adde ſodales. Ianitor aſtrictus dubia cauſæ leuis ictus, Debilis abſolui ſine ſummo merentur. Atroces uero ſoli papæ retinentur, omnia declarantur, licet epiſcopus poſsit abſoluere ab excommunicatione non tamen diſpenſare cum ordinato in excommunicatione. Abſoluit tamen Abbas ab excommunicatione contracta in ſeculo. Ab. de ſen. exco. c. Cum illorum.

Pueri excommunicati propter uiolentiam in clericum abſoluuntur ab epiſcopo etiam ſi ante abſolutionem ſint effecti puberes. Abbas de ſenten. exco. cap. Pueri.

Religioſus percutiens clericum ſecularem poteſt abſolui ab epiſcopo in eo caſu in quo ſecularem poteſt abſoluere. Ab. de ſen. exco. c. Cum illorum.

Religioſi ſeinuicem percutientes abſoluuntur per Abbatem & eius diſcretione deficiente mittuntur ad epiſcopum. Ab. de ſen.exco.c.Monachi.Caſus enormis ſemper intelligitur exemptus quantumcunque uerba præmiſſa ſint generalia. In aliis caſibus ſemper poteſt abſoluere etiam ſi percuſſit extra clauſtrum. Ab,ubi ſuprà. Dummodo non impoſuerit manum in epiſcopum uel Abbatem uel clericum ſecularem uel in monachum alterius monaſterii,quia tunc uapulabit ab Ab'o ite percuſſi & abſoluetur ab utroque Glo.ubi ſuprà.& Ab.ubi ſuprà. c.Cum illorum.Si monialis monialem, uel conuerſa conuerſam, uel clericum ſecularem abſoluitur per epiſcopum. Glo.ubi ſuprà. cap. Monachi. Hoc ſtatutum de ſeinuicem percutientibus quod poſſint abſolui extenditur ad hoſpitalarios qui poſſunt per eorum. priores abſolui, non tamen ſi ſint ſubditi alterius prioris. Glo. de ſenten. excom. c.Canonica. Abbas poteſt etiam abſoluere ab excommunicatione contracta in ſeculo. Ab. ubi ſuprà. c. Cum illorum. Si clerici in communi uiuunt etiam ſeculares poſſunt abſolui per epiſcopum pro leui & mediocri iniuria & monachi ab Abbate, pro atroci a ſolo papa. Ab. de ui.& honeſta.cle.c.Quoniam.

Excommunicatus ſatisfaciens clerico quem uerberauit non poteſt propter hoc abſolui ab epiſcopo, niſi in periculo mortis in infirmitate, inimicitia, inopia, puerili uel ſenili ætate, fragilitate ſexus uel alia corporis impotentia, uel alio impedimento canonico retrahatur. Hi exceptis pueris iurabunt quòd ceſſante impedimento præſentabunt ſe ſedi Apoſtolicę eius mandatum ſuſcepturi. Abb. de ſent. excom.c. Quamuis. Senex indifferenter excuſatur,quia licet ſit potens ad eundum, tamen in itinere poſſent ſibi pericula imminere. Iſta ſpecialia ſunt in hoc canone, ſi quis ſuadente, unde ex alia cauſa excommunicatus non poteſt jn prædictis caſibus abſolui ab epiſcopo, niſi in mortis articulo. Abb. de ſentent. excommu. c. Quamuis. & Ab. ubi ſupra.

Excommunicatus pro uiolenta manu in clericum poteſt cogi ire Romam pro abſolutione. Abb.de excep.præla.c.Tanta.

Excommunicatus qui abſoluitur in mortis periculo iurabit quòd ceſſante infirmitate præſentabit ſe papæ uel legato eius mandatum ſuſcepturus. Abb. de ſent. excom. c. Ea noſcitur. Si non uadit reincidit ipſo facto. An ſufficiat præſentare ſe legato tranſeunti opiniones. Ab. ubi ſupra. In mortis articulo abſoluitur tam ab excommunicatione ab homine,quam à iure obſeruatis. Vbi ſatisfactio exigit longum tractatum, ſufficit quòd cautionem faciat. Abſoluitur tamen ſecundum formam à quolibet ſacerdote. Abb. de ſepul. c. Parochiani.

Excommunicatus poteſt abſolui poſt mortem ſi ignoranter ſit excommunicatus. Glo. & Abb. de cle. excom.c. Apoſtolicæ. Vide. Excommunicatus ſepultus. Eccleſia poteſt mortuum excommunicare & abſoluere, ſed hoc eſt quo ad nos ut habeamus illum pro excommunicato aut abſoluto, non autem quo ad eccleſiam triumphantem, ſed eſt quædam denunciatio. Illud quodcunque ligaueris ſuper terram refertur ad ligantem ut ſit ſenſus te exiſtente ſuper terram, quia poſt mortem poteſtas papæ tranſit ad ſucceſſorem. Abb. de ſent. excom. c. A nobis.

Excommunicatus pro offenſa manifeſta non abſoluitur, niſi præuia ſatisfactione quando abſoluitur in uita, in mortem ſufficit promiſſio, quia timetur ne cito moriatur in peccato, ſic pœnitenti in morte non eſt imponenda

nenda pœnitentia ſed innoteſcenda. Ab. de raptoribus. c. In litteris. Si pro offenſa Dei ſolius ita quod non uertitur intereſſe hominis, ut quia blaſphemauit, ſatis eſt quod conteratur, niſi alias eccleſia fuiſſet illuſa, uel quia ſepe promiſit abſtinere & non abſtinuit, quia tunc abſoluitur preſtito iuramento de ſtando mandatis eccleſię. Abbas de uerbo. ſignifi. capitulo. Ex parte.

Excommunicatus per ordinarium ſi appellat ad archiepiſcopum & excommunicatio non ſit notorie iniuſta remittitur ad excommunicatorem, & poteſt dari iudex qui abſoluat inuito epiſcopo, quia non ſe intromittit archiepiſcopus de ſubditis ſuffraganei niſi appelletur. Si ſuperior abſoluit licet ſit abſolutio iniuſta, tenet tamen. Si a delegato eſt appellatum non tenetur ſuperior remittere. Si non appellauit & eſt excommunicatus per diffinitiuam poteſt remitti ad eum. Si poſt ſententiam excommunicat poteſt remitti infra annum ſed non poſt annum, quia non habet tunc iuriſdictionem. Quando remittitur ad excommunicatorem cum mandato quod niſi ipſe abſoluat alius abſolute ſi præfigitur tempus dicente primo nolo hunc abſoluere uel in iudicio duntaxat nolo abſoluere poteſt per iudices datos abſolui ante tempus. Vbi non præfigitur tempus oportet expectet donec conſtet de eius negligentia. Debent illi iudices primum eum abſoluere ſacta cautione de parendo mandatis antequam illum audiant. ſecundo debent cognoſcere de iuſtitia uel iniuſtitia excommunicationis & punire delinquentes. tertio ſi conſtat de excommunicatione iniuſta debent cognoſcere de cauſa principali, maxime ſi ab excommunicato eſt appellatum, uel ſi excommunicatio eſt annexa negocio principali, quia tunc uidetur tacite commiſſa. Vbi nihil prædictorum occurrit niſi exprimatur in mandato uon habet ſe intromittere. Ab. de reſcrip. c. Ab excommunicato. Primo debet abſolui, niſi manifeſta iniuria fiat aduerſario. Glo. ubi ſuprà.

Excommunicatus ad inſtantiam partis non debet abſolui quantumcunque contumacia ſit dubia uel offenſa, niſi preſtet cautionem pignoratiuam uel fideiuſſoriam. Ab. de uerb. ſigni. c. Ex parte.

Excommunicato petente abſolutionem ſi dicit excommunicationem latam poſt appellationem citari debet pars ad cuius inſtantiam lata eſt excommunicatio, uel ipſe iudex, ſi eam tulit ex officio, niſi periculum ſit in mora, quia tunc præſtita cautione debet abſolui. ſi aduerſarius dicit excommunicationem latam pro manifeſta offenſa datur ei terminus ad probandum. Si dicit appellationem fruſtratoriam cum conſtet excommunicationem preceſſiſſe ex cauſa legitima, licet non appareat de ueritate cauſæ fiet abſolutio preſtita cautione, & poſt de ueritate cauſæ inquiretur, ſi dicit appellationem non interueniſſe legitimo tempore, tunc ante omnia debet conſtare de appellatione ante excommunicationem & poſt abſolutionem inquiretur de ueritate. Idem dic de iudicibus inferioribus. Ab. de ſen. exco. c. Per tuas.

Excommunicatus non abſoluitur per ſalutationem in reſcriptis papæ. Glo. in prohemio in uerbo. ſalutem. Nec per reſcriptum pontificis tacita cauſa excommunicationis. Glo. de reſcrip. c. Dilectus filius Abbas.

Excommunicatus donec ſatisfecerit ſacta ſatisfactione adhuc oportet quod abſoluatur, ſecus de ſuſpenſione ſic lata. Abb. de iudi. c. De quo uult Deus. Indiget abſolutione nec eſt aliter abſolutus, quia in abſolutione eſt certa forma. Si excommunicatur per papam qui non ſubijcitur formæ in dubio

indiget

indiget abſolutione, quia alio non apparente non uidetur papa uti poteſtate abſoluta ſed ordinaria,& ſecundum iuris ordinem debet abſolui, ſecus in ſuſpenſis ab interdicto quando feruntur ad tempus, quia iſta non requirunt certam formam ſufficit conſtet de mente iudicis. Ab. de matrimo. contrac.contra interdi. eccle.c.De muliere.& de Simo.c. Ad aures.

Excommunicatus ad tempus quodcunque ſemper oportet fiat abſolutio poſt tempus, ſecus in interdicto a ſuſpenſione, quia facta ſatisfactione non requiritur abſolutio. Ab. de ſponſa. c.Non eſt. Suſpenſus ad tempus ſtatim completo tempore poteſt exercere officium ſuum abſque alia abſolutione. Ab. de ſotileg.c.Ex tenore.

Excommunicatus abſoluitur ad teſtificandum, ſi allegat excommunicationem probabiliter nullam,abſoluitur ad cautelam. Si iuſtam,abſoluitur donec ferat teſtimonium. Si conſtat de iuſta excommunicatione,non debet abſolui,quia etiam abſolutus teſtificari non poteſt propter perſeuerantiam in peccato. Ab. de teſti. c. Veniens & ubi ſuprà. c. Teſtimonium.

Excommunicatus non poteſt accuſare alium etiam ſi proſequatur iniuriam propriam. Generaliter iura repellunt excommunicatum ab agendo, unde etiam petenti reſtitutionem obſtat exceptio excommunicationis. Qui minori excommunicatione tenetur,non repellitur in iudicio,nec ab exceptione. Ab. de excep.c.A nobis.

Excommunicati geſta quæ ualent & quæ non,quæſtiones plures. Quos contractus poſſunt facere & alii cum illis tam publicis quam priuatis in temporalibus, & ſpiritualibus,ſiue ſint excommunicati notorie ſiue non. Quando poſſunt ſtare in iudicio & quando non. Quando poſſunt agere puta ſi fiat eis iniuria in conceſſis ſibi a iure,& plura alia omnia ad longum tractat. Ab.de dol.& contuma.c.Veritatis. Quos actus poſſit habere & quos non quod poſſit teſtari & legare pro anima ſua,niſi ſint hæretici. Lex inter excommunicatum occulte & publice non diſtinguit in his, quæ non geruntur ratione publici officii. Quid etiam de intruſo. Ab. de ſen. & re iudi. cap. Ad probandum. Quando ſunt aliqui excommunicati in uniuerſitate,an ualeant acta per illam. Ab. de procura. c. Conſulti. Vide. Excommunicatus admittitur ad litigandum.

Excommunicati iudicis geſta tollerantur,niſi partes ſcientes & litigantes coram eo explicant,quia tunc non tenent,uel ſaltem debent retractari. Si occulte excommunicatus contulit alicui beneficium ſcienter,non tenet collatio,uel retractabitur & ſic limitatum lex illa Barbarius. Ab.de præben.c.Dilectus.Vide. Excommunicatus in una dioceſi.

Excommunicatus actum uniuerſitatis non uitiat,niſi ſcienter fuerit admiſſus, ſecus ſi fuerit ſimoniacus. Abb. de Simo.c. Nobis fuit. & de procura. cap. Conſulti.

Excommunicati geſta publica auctoritate tenent ſi ſit occultus, non autem quæ agit ut priuata perſona. Ab.de iur. patro. c. Conſultationibus.

Excommunicatus completo anno habetur pro conuicto, & contra eum poteſt ferre ſententiam,non tamen ſi excommunicetur procedendo ciuiliter. Abb. de dol. & contum. c. Veritatis & ubi ſuprà. Contingit & de iudi.c. De quo uult Deus. Excommunicatus per annum pro quocunque crimine ſi eſt contumax habetur pro conuicto. Ab.de hæreti.c.Excommunicamus. Non ſolum pro crimine hæreſis ſed etiam pro quacunque alia cauſa ſuſpectus eſt de hæreſi,talis non uidetur bene ſentire de ſacramentis cum non faciat nec

facere

facere poſſit quod alii fideles tenentur. Ab. de homici. c. Poſtulaſti. Vide. Excommunicatus in cauſa hereſis. Poſt annum non auditur, non tamen perdit beneficium, niſi crimen pro quo excommunicatur ſit tale, quod ipſo facto ſit priuatus uel priuandus. Quia tamen non caret ſcrupulo hæreticæ prauitatis, poteſt priuari beneficiis. Abbas de iudi. capitulo. De quo uult Deus.

Excommunicatus poteſt appellare a diffinitiua & a grauamine ante ſententiam, uel poſt, & poteſt eſſe iniudicio per ſe impetrare litteras, nec poteſt compelli ad conſtituendum procuratorem. Valet reſcriptum impetratum ſuper cauſa appellationis uel grauaminis poſt appellationem non facta mentione de excommunicatione, etiam ſi excommunicatio ſit lata ex alia cauſa. Ab. de excep. c. Dilecte in Chriſto.

Excommunicatus licet appellet ab excommunicatione poteſt tamen non obſtante appellatione denunciari, ac redditibus & beneficiis expoliari. Abb. de appella. c. Paſtoralis. §. Verum quia. Si delegatus detulit appellationi non poteſt eum denunciare, quia non eſt iudex. Si non detulit & appellatio recepta eſt a ſuperiore, non poteſt denunciare, quia per exceptionem reuocatur ab eo iuriſdictio. Si nondum recepta poteſt denunciare pendente tamen quæſtione iuriſdictionis, qua dicitur appellationem non tenere, non poteſt iudex ad quem ſe intromittere de principali. Ab. ubi ſuprà. c. Paſtoralis. Si petit abſolutionem a iudice a quo uerum renunciet appellationi, & ſi non renunciat, an poſſit abſolui ab eo. Ab. de appella. c. Quæſtioni.

Excommunicatus poteſt appellare, quia hoc eſt de lege naturæ, tamen propter hoc non ſuſpenditur excommunicatio, ſed cauſæ cognitio transfertur ad ſuperiorem. Ab. in rubr. de appella. & de appella. c. Ad noſtram. Poteſt excipere & appellare & omnem ſuam defenſionem facere, non autem poteſt alium conuenire. Abb. de excep. c. Cum inter. Si eſt in iudicio ut actor in caſu in quo poteſt eſſe in iudicio, puta in cauſa abſolutionis poteſt petere ſententiam ferri pro ſe. Si eſt in iudicio in caſu in quo non poteſt eſſe actor in qualibet parte iudicii, poteſt repelli etiam officio iudicis, ſi eſt in iudicio ut reus non poteſt petere ſententiam pro ſe, nec petere actorem compelli ad eligendum, quia nihil poteſt petere, ſed ſolum poteſt ſtare in iudicio, quatenus ab alio ſimulatur, iudex tamen pōt ex officio illum abſoluere. Si reus cōparet in iudicio pro ſuo intereſſe ut aliquid conſequatur, non admittitur, quia eſt uere uoluntarius, ſi uult uitare præiudicium uel damnum ſibi iminens, niſi compareat debet audiri. Si extra iudicium grauatur per priuatum, non auditur etiam ſi petit reſtitutionem ſpolii, ſi reus eſt fugitiuus debet audiri, non autem ſi res eſt tempore peritura. Si contra reum eſt miſſio in poſſeſſionem propter contumaciam, & excommunicatus poſſeſſionem reſtituit ſibi, debet audiri. Ab. de excep. c. Cum inter. An poſſit appellare, opiniones. Ab. de maio. & obe. c. Dilecti.

Excommunicatus licet non poſſit appellare poteſt tamen poſt dies decem adire iudicem per modum querelę. Idem ſi petit abſolutionem & ſibi negatur, quia hoc eſt nouum grauamen poteſt appellare ad ſuperiorem. Ab. de ſen. & re iudica. c. Conſanguineos. Appellatio ab excommunicatione quando eſt neceſſaria, quando utilis, ad quem ſit appellandum, an ſit exprimenda appellatio. Ab. de ſen. & re iudi. c. Quod ad conſultationem.

Excommunicatus poſt appellationem, quia excommunicatio eſt nulla, non tenetur deſiſtere a diuinis. In iudiciis uitari debet pendente appellatione, nō

extra.

extra. Ab.de appella.c.Ad prę ſentiam. Eſt etiam nulla, ſi ſit lata extra iudicium appellatio, ſimiliter omnia geſta poſt. Abbas ubi ſuprà. capitulo. Cum parati.

Excommunicatus ex hoc non debet priuari beneficiis ſed redditibus. Ab.de iudi. c. De quo uult Deus. Beneficii redditus debent ei ſubtrahi etiam ſi dicit excommunicationem iniuſtam, & tunc expectatur aduentus cauſæ. Ab. de appella.c.Paſtoralis.§.Verum. Nec oportet exprimere in ſententia quod ſit priuatus redditibus beneficii. Si tamen eſſet ſuſpenſus a beneficii & non excommunicatus & appellaret, ſuſpenderetur ſententia. Item ſi eſſet ſuſpenſus ab adminiſtratione temporalium debent redditus conuerti in utilitatem eccleſiæ, non autem debent dari excommunicato iuſte, etiam poſt abſolutionem. Excommunicato ſuſpenſo propter contumaciam non eſt prouidendum de bonis eccleſiæ, niſi fame periret. Depoſito ſuſpenſo eſt prouidendum, ne cogatur mendicare, Excommunicato non eſt fienda eleemoſina, niſi in neceſsitate. Ab.ubi ſuprà. Excommunicatus eſt ipſo facto ſuſpenſus ab adminiſtratione officii ſui, etiam ſi nihil dicatur in ſententia. Ab.de cleri.non reſid.c.Ex tuę deuotionis.

Excommunicatus repellitur a beneficiorum adeptione, ab honorabili officio & publico, ab officio uili & oneroſo ut prioratus, & hoc in odium ſui, quia poteſt ſibi eſſe utile. Excommunicatus tempore aſſumptionis mandati repellitur ab officio promotionis, & etiam reddit eum incapacem ut nulla poteſtas etiam in habitu tranſeat in eum, ſicut impedit in acquiſitione beneficii & aliorum officiorum. Si conſtituitur procurator non poteſt ante abſolutionem officium exercere, niſi conſtituenti de abſolutione conſtaret, & tacite conſentiret in eum, uel approbaret geſta per illum antiqua uoluntate perſeuerante nihil agit expreſſus conſenſus, ſi fuit excommunicatus poſtquam conſtitutus eſt. habita abſolutione poteſt officium exercere. Repellitur excommnnicatus ſi ſit procurator rei, quia eſt uoluntarius, reus uero non, quia eſt neceſſarius. Geſta per excommunicatum quando conſtitutus eſt, non tenent, ſi poſt inſtitutionem tenent niſi excipiatur contra eum, nec poteſt excommunicatus conſtitutus ſubſtituere procuratorem, nec ipſe poteſt eſſe procurator pro conſorte. Abbas de proba. capitulo. Poſt ceſsionem.

Excommunicatus qui tenetur cautionem præſtare ubi non poteſt aliam, iurabit ſi ad pinguiorem fortunam uenerit &c. niſi fuerit excommunicatus pro pœna applicata fiſco, quia tunc ſi non poteſt ſoluere, mutabitur in pœnam corporalem. Ab.de uerb.ſignifi. c.Ex parte.

Excommunicati an poſsint recipere aliquem in canonicum. Glo.& Ab.de pręben.c.Pro illorum.

Qui excommunicato communicat in crimine damnato eſt excommunicatus, qui in crimine propter quod incurreret excommunicationem non inuoluitur excommunicatione, quia adhuc alius excommunicatus non eſt, ſed oportet quod prius actus perficiatur & tunc ſi illi communicat in crimine damnato, eadem excommunicatione inuoluitur. Ab.de loca.c. Ex reſcripto. Qui communicat in crimine damnato incidit in maiorem excommunicationem. Ab. de ſent. exco.c.Si concubinæ. Vt incidat in excommunicationem maiorem requiritur. primo quod communicet poſt latam ſententiam, ſecundo quod communicet in crimine damnato. Si mulier ſit excommunicata propter concubinatum, clericus cognoſcens eam carnaliter non eſt excommunicat

nicatus ſecus ſi generaliter propter fornicationem eſſet excommunicata. Ab. ubi ſuprà.

Excommunicato communicans ſcienter in crimine excommunicatus eſt, & niſi difficultas impediat, debet abſolui ab excommunicatore cum iuramento. Communicans extra crimen reconciliari poteſt per ſimplicem ſacerdotem ſine iuramento. Ab. de ſenten. exco. c. Nuper. Communicat in crimine præſtans conſilium auxilium, uel fauorem, & tenetur eadem pœna cum principali, ſi ante factum, ſed tunc non communicat excommunicato. Melius. Si quis excommunicatus eſt quia tenet concubinam communicat in crimine qui dat conſilium, uel auxilium ad tenendum eam. Si dat conſilium in alio crimine propter quod non fuit excommunicatus ille, non dat conſilium excommunicato. Iſta eſt ſententia iuris, quia tamen ſit communicans uidetur deliquiſſe in perſona excommunicatoris, ideo papa non reſeruauit illi abſolutionem. Sic excommunicans communicans excommunicato eſt excommunicatus, quia hæc excommunicatio eſt iuris, ſecus ſi eſſet ſententia hominis, quia ſeipſum ligare nõ poteſt, ſi communicat extra territorium eſt excommunicatus, quia hæc ſententia eſt eius, cuius eſt totus orbis territorium. Ab. ubi ſuprà. Excommunicato communicans in eo propter quod eſt excommunicatus ſi id non eſt crimen, non eſt excommunicatus. Ab. de ſen. exco. c. Inquiſitioni. Vide. Obediendum.

Qui excommunicato a papa communicat incurrit excommunicationem maiorem. Ab. de ſen. exco. c. Significauit. Iſta requiruntur ut incurrat. primo quod ſit clericus. ſecundo quod ſcienter participet. tertio quod ſponte participet. quarto cum excommunicato a papa, quinto quod communicet in officiis diuinis. Ab. ubi ſuprà.

Excommunicato communicare tenetur qui prius erat obligatus ad obſequiũ familiare, alii non tenentur de neceſſitate, ſed interdum urgente neceſſitate. Ab. de ſenten. exco. c. Inter alia. Licet in iudicio non poſſit repetere uxorem, debet tamen iudex ex officio illum reſtituere. Veniente termino an debitor teneatur reddere excommunicato, opiniones, mihi uidetur quod debeat fieri depoſitum. Ab. ubi ſuprà.

Excommunicato prohibentur communio actiua & paſſiua. unde grauiter peccat aliis communicando, quia uidetur contemnere, & uſurpare communionem ſibi interdictam, Nec debet excommunicatus excommunicato communicare etiam prætextu priuilegii. Ab. de cleri. excom. c. Illud.

Excommunicato nullus debet communicare etiam ſi iurauit ſtare mandatis niſi ſint perſonæ exemptæ, alias incurrit excommunicationem, niſi ille ſit excommunicatus cum participantibus, quia tunc eſſet excommunicatus maiori. Qui incidit in crimine poſt monitionem eſt excommunicandus maiori, niſi eos uitauerit. Ab. de ſen. exco. c. In dubiis.

Qui participat excommunicato etiam in contemptum ſuperioris etiam pertinaciter non eſt excommunicatus, ſed debet excommunicari. Ab. de cle. excom. c. Si celebrat. Licet participare excommunicato quando participatio tendit ad correctionem. Ab. de ſen. excom. c. Reſponſo. Qui eſt excommunicatus propter participationem non eſt abſolutus ex hoc quod poſt impugnat. Vbi ſuprà. c. Sacris. Loquacitas cum excommunicato de pertinentibus ad ſalutem animæ etiam ſi alia uerba interponat non eſt excommunicatus. Vbi ſuprà. c. Cum uoluntate. Participans excommunicato an peccet mortaliter. Abb. de cleri. excom. c. Si celebrauerit. Et de his quæ ui

metus

metus ca. ſi. c. Sacris. Vide. Metus excuſans.

Excommunicato morienti in excommunicatione contrito non eſt communicandum ante abſolutionem nec pro eo orandum, licet quo ad Deum ſit abſolutus. Si conſtat de contritione abſoluitur etiam poſt mortem ab eo a quo uiuus erat abſoluendus, & hæredes compellunur ad ſatisfaciendum. Ab de ſen.excom. c. A nobis. Eccleſia legitur ligaſſe & ſoluiſſe mortuos. Licet in articulo mortis poteſt abſolui per ſimplicem ſacerdotem, poſt mortem non abſoluitur, niſi a quo uiuens erat abſoluendus, quia ceſſat neceſsitas. Oratio ſecreta poteſt fieri ab his qui uiderunt ſigna contritionis non autem publica. Licet non baptizetur mortuus, abſoluitur tamen excommunicatus, quia uinculum non tollitur per contritionem, ſecundo ut cenſuræ eccleſiæ magis timeātur, etiam ſicut damnatio facta eſt per ſententiam publicā ita & abſolutio. ideo contritus non abſoluitur de mortali poſt mortem, quia nullum eſt uinculum quod contritione non tollatur. Ab. ubi ſuprà. Communicando excommunicato mortuo incurritur excommunicatio minor, uidelicet lauando, uel ueſtiendo corpus, ſepeliendo, & aſſociando ad ſepulturam. Abb. ubi ſuprà. c. Mulieres. & de priuil. Ad hæc. Qui communicat mortuo incurrit minorem excommunicationem, ac ſi communicaſſet in uita. Ab. de ſepul. c. Sacris.

Excommunicatus contemnit excommunicationem ſi infra terminum ſibi præfixum non ſatisfacit. Abb. de homici. c. Paſtoralis. Contemnit qui celebrat in ea non petita abſolutione, qui ſe ingerit communioni hominum, qui longo tempore in ea exiſtit non petens abſolutionem, talis poteſt puniri priuando illum iure acquiſito in eccleſiis. Et ſi layci eſſent obligati ſibi in debito pecuniario ratione huius contemptus poteſt eccleſia eos abſoluere ab illo debito, & laycum pertinaciter perſeuerantem mulctare & temporaliter punire, licet non ſit in uſu. Ab. de pœn. c. Grauem.

Excommunicati contractus an ualeant in fauorem ſuum. Abb. de cle. excom. c. Poſtulaſti. An ualeant, opiniones. Moderniores tenent quod ualeant quia contractus eſt de iure gentium nec communio prohibetur in odium contrahentis, ſed ſufficit communicet in pœnam. Societate contracta ante excommunicationem uti poſſunt, ſi ſequitur non debeo uti, quia deliquit contrahendo. Si ſucceſſi in ius alterius poſſum uti ea, quia ego non ſum in culpa, licet ſucceſſerint tempore excommunicationis. Intellige prædicta quod non debet abſtinere a ſocietate, quando in damnum contingeret. ſecus ſi damnum contingit excommunicato, quia non teneor ſibi communicare in fauorem ſuum. Excommunicatio ſupraueniens in eum qui tenetur aliquid præſtare non excommunicato non diſſoluit nec impedit contractum, etiam ſi ſine communione expleri non poſsit. Abbas de ſenten. excommu. c. Si uero.

Excommunicatus licet non poſsit alium conuenire in iudicio, poteſt tamen conueniri & reſpondebit per alium. Ab. de iudi. c. Intelleximus. Non tamen compellitur conſtituere procuratorem, ſed per ſeipſum poteſt reſpondere, excipere & appellare, non autem reconuenire. Glo. ubi ſuprà.

Excommunicatus conuictus debitum compenſare poteſt ſi eſt liquidum & confeſſum a parte, ſi pars non acquieſcit de rigore iuris non poteſt, credo tamen poſsit de æquitate. Dato quod excommunicatus non poſsit illum compenſare, poteſt tamen fideiuſſor debitum excommunicato recompenſare. Ab. de excep. c. Cum inter.

Ab ex-

Ab excommunicato poteſt peti & exigi debitum quia ex excommunicatione non debet commodum reportare, ſuperueniens tamen in familiarem conductum non impedit quin libere uti poſsimus eius obſequio. Licet exercitium obligationis impediatur ex parte excommunicati incommodum eius, ſecus in exercitio obligationis ex parte non excommunicati. Habens neceſsitatem communicandi cum excommunicato debet quantum poteſt uitare eius communionem, non tamen tenetur uitare excommunicatum cum damno rei temporalis reſpectu obligationis præcedentis. Nam committere damnum non debet, ut uitet damnum. Abbas. de ſent. excommun. c. Si uero.

Excommunicato uel hæretico nunc qui tenebatur antequam eſſet excommunicatus uel hæreticus ſoluere infra terminum amplius non tenetur, quia res non permanet in eodem ſtatu, & non licet communicare excommunicato. Ab. de hære. c. Abſoluto.

Excommunicatum a iure debent prælati denunciare etiam nullo requirente & facere euitare ab aliis. Si notorium eſt incidiſſe in excommunicationem appellatio non impedit denunciationem, quia per ea non amplius ligatur. Si uertitur in dubium, deferendum eſt appellationi, ideo debet ipſum citare coram ſe ut ſe defendat antequam denunciet, & ab hac denunciatione poteſt appellare, niſi conſtet notorie de contrario. licet non appelletur a lege, poteſt tamen appellari a ſententia iudicis declarantis incidiſſe in pœnam legis. Ab. de ſen. excommu. c. Parochianus. Prius debet declarare excommunicatum quam publicare, ſi a publicatione appellet, debet ſuperſederi, niſi crimen ſit notorium, quia tunc prędictę ſolennitates non requiruntur, ſed poteſt denunciari. Vbi conſtat de excommunicatione, appellatio non tollit denunciationem. Ab. de appella. c. Peruenit.

Excommunicato conceditur omnis defenſio in iudicio & extra. Abb. de iudi. c. Significauerunt. Conſequenter poteſt impetrare litteras pro appellatione nulla facta mentione de excommunicatione. Si non excommunicatus petit aliquid ex aliquo contractu non excommunicatus cogitur dare excõmunicato omne id quod tenetur ex contractu illo. unde poteſt excipere quod non tenetur dare quod uendidit niſi precium ſibi numeretur. Si tamen propriam iniuriam proſequi uoluerit iura indiſtincte excommunicatum repellunt. unde poteſt appellare iudicialiter & appellationem proſequi ipſe tamen appellatus per aduerſarium non poteſt proſequi appellationem aduerſario non proſequente. Si appellatio eſt mere extraiudicialis non poteſt appellare, & ſi non eſt, poteſt. Si non excommunicatus appellauit extra iudicium & poſt excommunicetur non poteſt proſequi appellationem quia in hac appellatione eſt actor. An poſt abſolutionem & dies decem poſsit appellare, opiniones. Abb. de excep. c. Cum inter. Non poteſt impetrare reſcriptum tacita excommunicatione ut ſententia executioni non mandetur, nec poteſt implorare officium iudicis ut reuocet ſententiam, poteſt tamen proponere legitimas exceptiones. Ab. de ſenten. & re iudi. Quod ad conſultationem. Si habet exceptionem non poteſt antequam conueniat implorare officium iudicis ut ſilentium imponat actori ea approbata ſicut poteſt non excommunicatus. Ab. de exceptioni. c. Cum inter. Pro excommunicato ſententia condemnatoria fertur contra actorem in expenſis, ſed executio differtur poſt abſolutionem. Quando cauſa grauaminis eſt coniuncta cum cauſa principali ut in cauſa appellationis poteſt fieri ſen-

tentia

tentia contra actorem originalem. Ab. de excep. c. Exceptionem.

Excommunicati ſunt doctores & ſcholares Bononienſes, qui ante tempus conductionis conducunt hoſpitium aliorum doctorum & ſcholarium ſine eorum conſenſu. Ab. de loca. c. Ex reſcripto.

Domino excommunicato manente ſubditi fidelitatem non debent in qua ſi longo tempore perſtiterit & monitis non paruerit ab eius debito abſoluuntur. Ab. de pœn. c. Graue. Vaſalli non ſubditi ipſo facto abſque alia ſententia ſunt abſoluti ab omni obedientia domini excommunicati. Eccleſia autem pure & ſimpliciter abſoluitur ab eius debito, alii autem quouſque remanet excommunicatus. Abbas de ſentent. excommun. cap. Conqueſiti.

Excommunicatus in una dioceſi habetur pro excommunicato per totum uniuerſum. Abb. de treg. & pa. c. Treguas. Excommunicatus notorie in una prouincia ſi in alia ubi ignoratur exercet officium publicum tenent geſta per eum. Abb. de iur. iuran. c. Ad noſtram. Geſta excommunicati publice ſunt ipſo iure nulla, ſi tolleratur quia occultus, ualent geſta, licet poſt ſciatur. Idem eſt de confirmatore electionis & collatore beneficii ſi tollerantur. Abb. de ſen. & re iudi. c. Ad probandum. Si tolleratur, ualent geſta ratione publici officii, non autem quę concernunt utilitatem ipſius priuatã uel alterius, unde collatio beneficii facta excommunicato qui putabatur abſolutus non ualet. Quæ concernunt pœnam contemptus ut irregularitas non afficiunt excommunicatum qui non contempſit, puta quia ignorauit ſe excommunicatum. Ab. de appella. c. Paſtoralis. §. Verum quia.

Excomunicatus licet eccleſiam ingrediatur ad prædicationem non tamen aliter permittitur, & hoc ut facilius corrigatur. Abb. de ſenten. excommu. cap. Reſponſo. Si ingerit ſe diuinis debet aggrauari & pœna augeri, Excommunicati etiam layci non debent ingredi eccleſiam, & peccant non uitando communionem aliorum. Abbas de cle. excommun. capitu. Si quis presbyter.

Excommunicatus non poteſt eligi etiam ad dignitatem ſecularem. Abb. de elec. c. Venerabilis.

Excommunicatus & periurus poſſunt ſe opponere contra electionem factam de indigno in eccleſia ſua & ea crimina, quibus tenentur ipſi opponere electo, unde non eſt ipſo iure priuatus titulo ſui beneficii, Prædicta poteſt quia licet ſe defendere eo quod electus ſit factus eius prælatus, & ſi indignus grauantur ſubditi. Vnde attentari poteſt quod etiam quilibet laycus qui ſit futurus ſubditus ſit admittendus etiam uoluntarius. Si excommunicatio uel periurium ſuperuenient electioni, agi poteſt ut electio caſſetur. Ab. de excep. c. Dilecti filii.

Excommunicatus maiori poteſt excipere contra excommunicatum minori ſi eum accuſat exiſtens in ea. In mortali exiſtens repellitur ab accuſatione infans & crimino ſus poſſunt excipere contra accuſatorem, infamis non repellitur a replicatione. Iura defenſionis omnia ſeruantur reo excommunicato. Ab. de excep. c. A nobis.

Excommunicatus notorie non poteſt excommunicare, nec ualet collatio beneficii facta per eum, nec alia geſta ſuſtinentur ratione publici officii. Si tollerantur geſta ratione publici officii, ualet præter hoc quod non poteſt eiicere alios de eccleſia cum ipſe ſit extra & ſuſtinetur donec patefacta ſit excommunicatio. Si aliqua agit ratione priuati officii circa ſpiritualia non ualent

ualent, unde electio facta per excommunicatum occulte non tenet. In his quæ non geruntur ratione publici officii non eſt differentia inter publice & occulte excommunicatum. An ordinatus ab excommunicato occulte poſſit exercere actum ordinis. Ab. de ſen.exco.c. Si uero.

Excommunicatus poteſt iterum excommunicari ſecundo, & tertio, & quid operetur ſecunda excommunicatio. Glo.& Ab.de iudæis.c.Ita quorundam. Idem eſt de ſuſpenſo.Glo.de reſcrip.c.Capitulum Sanctæ crucis. & Abb. de fo.competen.c.Nullus. Poteſt etiam pro eodem facto ſępius excommunicari. Ab.de cri.fal.c. Dura ſæpe.

Qui excommnnicatus eſt a iure excommunicari poteſt ab homine ad maiorem terrorem & ut multiplicato uinculo obtineatur abſolutio cum maiori difficultate. Ab.de ſen.exco. c. Grauem.

Qui ex fama ſcit ſe excommunicatum non poteſt allegare probabilem ignorantiam. Ab. de ſenten.excommun.cap.Apoſtolicæ.Vide.Clericus excommunicatus.

Excommunicatus in cauſa hæreſis pro contumacia poſt lapſum anni habetur pro conuicto hæretico,& poteſt puniri ut hæreticus, ſi pro contumacia in alia cauſa licet fuerit ultra annum in excommunicatione,non tamen habetur pro conuicto de hæreſi. Inſurgit tamen contra eum de hæreſi ſuſpitio ut eſt lex hic. Hęc ſuſpitio eſt probabilis non uiolenta,ideo non ſufficit ad condemnandū ipſum de hæreſi,ſed poteſt ſibi indici purgatio,in qua ſi defecerit,habetur pro conuicto. Ab.de pœn.c.Graue.

Excommunicatus clericus tenetur dicere horas ut priuata perſona,ideo non debet dicere, dominus uobiſcum,nec horas cum alio excommunicato. Ab. de cleri.exco.c.Si quis presbyter.

Excommunicatus poteſt impetrare reſcriptum contra iniuſtitiam excommunicantis. Abbas de reſcript. capitulo. Ab excommunicato. Siue per ſe ſiue per alium ſi impetrat reſcriptum, ſiue excommunicatio ſit publica, ſiue occulta, reſcriptum eſt nullum ipſo iure. Abbas de procura. capitulo. Conſulti.

Excommunicatus non eſt irregularis ſi celebrat poſt appellationem quam conſtat eſſe legitimam. Abbas de appella. capitulo. Ad præſentiam. Ignorans ſe eſſe excommunicatum qui ingerit ſe diuinis non eſt irregularis,quia pœna inducitur propter contemptum. Abbas ubi ſupra. capitulo. Paſtoralis. §. Si uero. Non eſt irregularis exercendo iuriſdictionem etiam in ſpiritualibus, ubi iſta non ſunt annexa ordini certo. Abb. de exceſ. præla. cap. Tanta.

Excommunicatus in iudicio non poteſt ſtare niſi ut reus, non ut iudex, nec aduocatus, uel teſtis, uel aſſiſtens, uel notarius, uel promouens inquiſitionem, uel accuſator, uel procurator publicæ cauſæ, & generaliter repellendus eſt tam in iudicio quam extra in omnibus, niſi in caſibus a iure expreſſis, reſeruatur tamen excommunicato omnis legitima defenſio,ideo poteſt procuratorem inſtituere, appellare, impetrare litteras ſuper appellatione & ſimilia, & tunc poteſt illi procurator communicare. Si impeditur ab inſtituendo procuratorem,uel ab alio permiſſo ſibi a iure, poteſt agere contra impedientem non autem ceſſante impedimento. Vnde non poteſt petere reſtitutionem, niſi ueniat in iudicium ut reus principaliter non ut actor. In omni caſu in quo excommunicatus poteſt eſſe in iudicio poteſt conſtituere procuratorem. Eius qui dicit ſe excommunicatum iniu-

ſte non admittuntur probationes ante abſolutionem. Si cepit agere & fuit admiſſus poteſt reus compellere ipſum ad proſequendum, quia ſic agere eſt in detrimentum ſui, concedit ad commodum alterius poteſt agere ſuſpenſus & interdictus. Ab. de iudi. c. Intelleximus. & de dol. & contuma. c. Veritatis. Repelluntur in iudicio etiam a proſequtione iuris proprii etiam priuati ſed non a proſequtione iuris publici, ex quo uoluntarie ſe opponit & non neceſſitatur. Si electus agit contra opponentem ſe electioni ex quo uenit ut reus admittitur, quia uenit ad defenſionem eccleſię. Si ſpecialiter uocatur ad iudicium per electum admittitur etiam ſi ueniat cum intereſſe eccleſiæ ſuæ, ſi uenit pro intereſſe publico non admittitur. Si electus petit confirmationem admittitur ad opponendum, quia tunc eſt reus non omnino uoluntarius propter præiudicium eccleſiæ. Abbas de iudi. capitulo. Exhibita.

Excommunicatus admittitur ad iuramentum calumniæ, quia admittitur ad reſpondendum, & quia hoc eſt oneris. Abbas de iuran. calum. capitu. Cum cauſam.

Excommunicatus admittitur ad litigandum de iniuſta excommunicatione ſine abſolutione, quando prius fuit abſolutus, & poſtea negligens in procedendo, alias debet in principio abſolui, & aliter non audiri. Glo. & Abbas de ordi. c. Significauit. Non admittitur ad iudicium ubi ipſe eſt actor. Si probabitur excommunicatus quando impetrauit reſcriptum iudex pronunciabit ſe non eſſe iudicem. Si tunc non erat excommunicatus ſed poſt & excommunicatio eſt papalis remittitur ad papam, ſi non eſt reſeruata ad excommunicatorem. Et ſi negat abſolutionem nec aſſignat ſufficientem cauſam ſed conſtat de malitia excommunicatoris tunc abſoluitur a delegato, Similiter ſi fuit excommunicatus propter cauſam quæ committitur, quia hoc eſt acceſſorium, excommunicatus tunc abſoluitur a delegato. Ordinarius non poteſt abſoluere actorem. Abbas de officio & poteſtate iudicis deleg. cap. Prudentiam. §. Sexto. Abſolutus a delegato. Super qua fuerat excommunicatus coram excommunicatore comparebit & reſpondebit ſuper illa cauſa, niſi ſit alteri delegata, & ſi excommunicator malicioſe diſtulerit delegatus qui abſoluit cognoſcet. Abbas ubi ſuprà. §. Si uero. Abſoluto excommunicato repellitur eius procurator ſi nice eius uult aliquid agere in iudicio, etiam ſi excommunicatio ſuperueniat poſt conteſtationem, ſecus ſi procurator uelit agere nomine proprio. Ab. de off. & pot. iud. deleg. c. Licet undique.

Excommunicatus matrimonium contrahere ualet, & profiteri poteſt, & in ordinibus imprimitur caracter. Abbas de eo qui dux. quam pollu. capitulo. Significaſti.

Excommunicatus nominatim ubi agitur de inijciendo pœnam ipſo iure non dicitur, niſi exprimatur nomen proprium. In odioſis non eſt recedendum a proprio ſignificato uerborum, niſi eius circumſtantię ſint ita ſtrictæ quod teneant ex toto uim nominis proprii. ſi non agitur de incurrendo pœnam ipſo facto ſufficit quod per circumſtantias aliquas nominentur. licet non ita ſtricte, cum interdicitur populus ciuitatis quilibet de ciuitate eſt interdictus nominatim. ſecundo modo non primo. Abbas de præben. cap. In Lateranenſi.

Excommunicatus occultus in his quæ tendunt in fauorem excommunicati nihil differt ab excommunicato publice. Idem in his quæ fiunt nomine alterius

rius, niſi ratione publici officii. Abbas de cleri. excommun. capitulo. Poſtulaſti.

Excommunicatus ratione delicti, ratione publici officii non deſinit eſſe excommunicatus finito officio, & tunc compelli poteſt ad ſatisfaciendum,& tenetur ſatisfacere etiam ſi commoditas non ſibi ſed uniuerſitati uel domino præuenerit, quos ſi non poteſt inducere ad ſatisfaciendum tenetur de ſuo. Excommunicatio lata ſub nomine officii non tranſit ad ſucceſſorem ipſo facto, ſed quando noluerit ſatisfacere pro delicto prædeceſſoris. Succeſſor incurrit excommunicationem. Vbi officialis prior deliquit ad commodum officii uel uniuerſitatis ſucceſſor ſatisfacere tenetur, ſecus ſi deliquit uel contraxit ad commodum proprium, uel ad libidinem ſuam exercendam. & tenetur quando prius eſt excommunicatus propter libertatem eccleſiæ quouis modo. Melius. quando ſucceſſor fouet factum damnatum propter quod prædeceſſor excommunicatus fuit eandem excommunicationem incurrit ſtatim, puta ſi tenet clericum incarceratum per prædeceſſorem. Vbi non fouet,nec ſatisfacit, debet expectari per menſem. Excommunicatio etiam ſi fertur contra dignitatem eſt perſonalis. Si rector tempore grauaminis non contradixit,ſed dedit conſilium uel auxilium,tenetur ſatisfacere. Si contradixit & non obtinuit,an teneatur dimittere officium,ſimiliter ſucceſſor ſi facit quod poteſt,ut ſatisfaciat, & non obtinet, opiniones. Conſiliarii licet taceant nec pro nec contra loquantur incurrunt pœnam & peccatum ſicut qui conſentiunt,& dubium eſt an teneantur dimittere officium. Menſis qui datur ſucceſſori ad ſatisfaciendum, datur prædeceſſori, ubi admonitio ceſſat. Si admonitus exequitur,ſtatim eſt excommunicatus. Ab.de immuni. eccle.c. Aduerſus.

Excommunicatus ſemper præſumitur excommunicatus,niſi probetur abſolutio. Qualitas poſitiua poſita ſemel quæ ex concurſu temporis non tollitur ſemper præſumitur exiſtere, niſi probetur ſublata, ideo ſemel malus &c. & hęc eſt pręſumptio iuris,& impoſſibile eſt aliter probare aliquem excommunicatum. Intellige quando excommunicatio fuit pura non ſub conditione ſi feceris uel non feceris hoc uel illud,quia tunc non ſufficit probare excommunicationem ſic conditionaliter promulgatam reſpectu tertii uolentis probare excommunicationem de præſenti,ſecus reſpectu eius ad cuius inſtantiam emanauit præceptum,quia ſatis eſt ſibi probare obligationem eo quod aduerſarius debet probare ſatisfactionem. Abb. de cle. excommu c. Propoſuit. Semper præſumitur excommunicatus,ideo neceſſe eſt ſeruare litteras abſolutionis. Glo. de officio & poteſtate iudicis deleg.c. Cum in iure peritus.

Excommunicatus probatur. Vide ſuprà immediate. probatur etiam per litteras cuiuslibet ordinarii & a procuratione repellitur. Abbas de procura. c. Poſt ceſſionem. & Abbas ubi ſuprà. & de ſentent. & re iudi. c. Ad probandam. Denunciato aliquem excommunicatum nec eſt quis uitandus propter denunciationem,ſi probabiliter conſtet ueritatem eſſe in cõtrarium, puta ſi eſt lata poſt appellationem. Abbas. de appella. c. Dilectus. Vbi tamen non agitur de magno periculo probatur per denunciationem,non autem per famam, quæ eſt loco unius teſtis. Ab. de off.& pot.iudi. deleg. c. Prudentiam. §. Sexta.

Excommunicatus non poteſt procuratorem inſtituere ad actum quem non poteſt per ſeipſum facere,& pręſidentes excommunicati non poſſunt offi-

cium ſuum exercere. Abbas de procura. capitulo. Conſulti.

Excommunicatus publice dicitur quando ſententia eſt lata a iudice præſentibus officialibus & partibus, ſed hoc non ſufficit ad incurrendum pœnam reſpectu aliorum oportet ſit publica. Ab. de excep. c. Exceptionem.

Excommunicati ſunt ſepelientes excommunicatum manifeſtum uel uſurarium. Ab. de priuileg. c. Ad hæc. Epiſcopus poteſt excommunicatum ſepelientes in eccleſia exemptorum exhumare, ſi exempti ſunt negligentes hoc facere, non tamen poteſt punire ſepelientes, nec admittere ad diuina, ſi perſonæ & loca ſunt exempta. Ab. de priuileg. c. Ad hęc. Sepultus ante abſolutionem non debet exhumari ſi non defuit pro eo quo minus fuit abſolutus ſed debet abſolutio fieri in tumulo in fauorem & reſpectu humanitatis. Glo. & Ab. ubi ſuprà. Excommunicatus ex cauſa falſa non ſepelitur in eccleſia, niſi prius abſoluatur. In mortis articulo poteſt abſolui, & tamen propter iuramentum de parendo mandatis non ſtabit cum conſanguineo ſuo, quia iuramentum non ligat contra animam, nec contra Deum. Si iterum excommunicatur in articulo mortis abſoluitur ſicut prius & ſic in infinitum, & ſepelietur. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Litteras.

Qui ſpoliant eccleſias cum effractione ſunt excommunicati, & poſt denunciationem tantum per papam abſoluuntur. Si ſine fractione & ſine incendio non ſunt excommunicati. De ſen. exco. c. Conqueſti.

Excommunicatus poteſt teſtari & de bonis ſuis donare. Ab. de appella. c. Paſtoralis. §. Verum.

Excommunicatus non admittitur ad teſtificandum, niſi prius abſoluatur uel probet excommunicationem eſſe nullam. Ab. de teſti. & atteſtationibus. c. Veniens. Poſt abſolutionem poteſt eſſe teſtis & quando. Item quando debet abſolui ut poſſit eſſe teſtis. Ab. ubi ſuprà. c. Teſtimonia. Abſoluitur ſi alleget excommunicationem eſſe nullam probabiliter, & abſoluitur ad cautelam. ſi iniuſta, abſoluitur donec ferat teſtimonium, ſi iuſta, non debet abſolui, quia etiam abſolutus teſtificari non poteſt propter perſeuerantiam in peccato. Ab. ubi ſuprà. c. Veniens.

Excommunicatos tolleratos ab eccleſia & peccatores præciſos non tenemur uitare etiam in diuinis, niſi ſint ſimoniaci in ordine, qui uitandi ſunt quantumcunque ſint occulti. Ab. de Simo. c. Tanta.

Excommunicatus ab uno epiſcopo ab aliis eſt uitandus, & archiepiſcopus aditus per querelam non abſoluit, niſi primo remittat ad ordinarium, niſi periculum ſit in mora, uel excommunicatio euidenter nulla, uel iniuſta. Abſolutus ſi non facit quod iurauit debet excommunicari, fallit in caſibus qui habentur lib. 6. Ab. de ſen. excommu. c. Eos. Nec debet quis abſolui ſine cautione ubi non confidit de iuramento. Excommunicatio nunquam tranſit in rem iudicatam quo ad effectum quin poſſit reiterari, quo ad alios effectus poteſt appellari infra decem dies, & licet non auferatur uinculum, tamen cauſa ad ſuperiorem defertur, in aliis appellatio extinguit ſententias. Abb. de off. & pot. iud. de ordi. c. Ad reprimendam.

communicatus in dioceſi eſt excommunicatus per uniuerſum. Ab. de treg. & pace. c. Treguas. Non tamen eſt uitandus etiam in diuinis, niſi poſſit excommunicatio probari, niſi forte qui celebraret uoluntarie etiam ſi ſciat illum excommunicatum non debet ſacerdos illi negare ſacramenta. Ab. de off. & pot. iud. de ordi. c. Sacerdos. Excommunicatus occultus uitandus eſt. Ab. de appella. c. Paſtoralis. §. Verum.

Excom-

Excommunicatum quilibet uitare tenetur etiam habés priuilegium quod poſſit cum eis participare, ſi priuilegium eſt datum ſine cauſa. Vnus excommunicatus tenetur uitare alium, quia ſi non poteſt quis iuuare per priuilegium minus poteſt per delictum. Abb. de ſentenr. excommu. c. Nulli. Semper uitari debet ut excommunicatus, niſi probet ſe abſolutum. Vbi ſupra. c. Sicut nobis. Tolleratum ab eccleſia non tenemur uitare, niſi ſit ſimoniacus in ordine quantumcunque occultus. Ab. de Simo. c. Tanta. Excommunicatum a iure uitare tenemur etiam non denunciatum quando certum eſt illum eſſe excommunicatum, non tamen in publico niſi poſſit excommunicatio probari. Si plures ſciunt licet non ſit notorium, uel ſit notorium in prouincia una, & non in alia, & ego ſolus ſcio, in utroque caſu teneor eum uitare. Abb. de ſenten. excommu. c. Cum non ab homine. Infamato de excommunicatione non eſt communicandum, niſi ſe purget, uel ad cautelam abſoluatur. Cum fama inualuit incontinenti uitandus eſt, quia agitur de modico præiudicio & fauore animæ. Fama in hoc caſu facit plenam probationem. Ante abſolutionem non eſt communicandum excommunicato etiam ſi iuret parere mandatis eccleſiæ, uel compoſuerit cum offenſo. Epiſcopi & alii cuiuſcunque dignitatis communicando excommunicato incurrunt excommunicationem, quia ius indifferenter excommunicat. Papa licet non ſit excommunicatus communicando eis peccat tamen, quia agit contra euangelium. Sit tibi tanquam ethnicus & publicanus, Alii tenentur uitare ubi excommunicatio pluribus eſt nota, etiam ſi non ſit denunciatus, quia ſufficit fama. Ab. ubi ſupra. c. Cum deſideres.

Cum excommunicatur unus ex his qui furtum fecerunt & ſunt plures, uel excommunicatur Ioannes de puteo & ſunt duo in nomine conuenientes & crimine nec exprimitur, quis ſit ille, neuter eorum eſt excommunicatus. Glo. & Ab. de offi. & pot. iud. de ordi. c. Si ſacerdos.

Executorum alius mixtus, alius conſeruatorius, alius referendarius, alius denunciator ſeu executor purus & merus, horum quidem executor purus & merus & alius ſententiæ, horum qui poſſunt admittere exceptiones & qui non. Ab. de offi. & pot. iud. deleg. c. Paſtoralis. §. Quia uero.

Executor ad conferendum beneficium non poteſt procedere ad collationem non citata parte, quando gratia mandatur fieri ſub conditione ſi tibi conſtiterit. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Conquerente.

Executor datus cum clauſula uocatis uocandis non eſt merus executor, ſed mixtus, unde tenetur aſſumere partes iudicis. Abbas de iudi. capitu. Exhibita.

Executio poteſt committi parti uictrici ubi nõ adhibetur cognitio cauſæ, dummodo non adſit reſiſtentia. ſimiliter poteſt ex pacto inter partes remota reſiſtentia propter ſcandalnm. Abbas de ſentent. & re iudi. capitu. De cætero.

Executor quandoque dicitur delegatus, ſtricte tamen non dicitur. Ab. de for. competen. c. Si quis.

Executor cum a iudicibus diuerſis mandantur oppoſita, quid agere debet. Ab. de reſcrip. c. Cum contingat.

Executor datus ſimpliciter ad faciendum prouideri poteſt excommunicare contradictores, etiam ſi hoc non exprimatur in litteris. Gloſ. Idem eſt de ſimplici legato papæ. Ab. de reſcrip. c. Abbatem.

Executor purus & merus dicitur quando iudex plene cognouit de cauſa & de

executione fienda & puram executionem alteri commiſit. Ab. de deleg. c. Paſtoralis. Mixtus dicitur qui habet cognitionem annexam & hic debet exceptiones admittere, non autem qui eſt merus executor. Merus executor habet correctionem ſaltem contra impedientem. Glo. ubi ſuprà. c. Et ex litteris. Melius dicitur quod nullam iuriſdictionem habet quando committitur ſibi nudum miniſterium, ſecus cum dicitur committimus tibi uices noſtras, uel contradicentes auctoritate noſtra compeſcendo, uel ſimilia, & hoc de iure inſpecto. Si cui committitur eſt abſens, tunc executor habet iuriſdictionem ex quadam æquitate. Abb. de off. & pot. iud. deleg. c. Ex litteris. Merus executor poteſt admittere exceptiones nullitatis ad effectum differendi executionem, & referendi ſuperiori. Abbas de crimi. fal. capit. Super eo.

Executor an poſſit recuſari, & an poſſit ab eo appellari. Abb. de appella. c. Nouit ille.

Exequenti ſententiam nullam poteſt uiolenter reſiſti etiam per laycum, ſi faciens ſententiam non habet iuriſdictionem. Abb. de offi. & poteſt. iud. delegat.

Executor ſententię quid poteſt quid debeat facere ſi cognoſcit ſententiam iniuſtam, an debeat exercere pœnam in perſonam condemnati, item ſi ſententia eſt notorie nulla an debeat eam exequi quam habet iuriſdictionem. Ab. de ſenten. & re iudi. c. De cetero. Tenetur ſententiam exequi etiam iniuſtam, quia tenuit licet iniuſta & imputandum eſt non appellanti. Secus ſi ſit executor extra iudicium, & ſententia ſit notorie iniuſta. In dubio debet obedire. Ab. de ſen. exco. c. Vniuerſitatis.

Exemplatum ſi in eo reperiatur aliquid ſcriptum, quod non in originali, præſumitur ſemper falſum, niſi probetur quod ſit facta additio per habentem poteſtatem. Ab. de celebra. miſ. c. Cum Marthæ.

Exemptus etiam religioſus ſecundum federicum de ſenis & Ioannem de Lignano poteſt abſolui ab epiſcopo ab excommunicatione non reſeruata papæ, ſecundum Io. Andr. ab illa tantum quæ eſt propter uiolentiam in clericum. Sed tenendum quod epiſcopus nec in foro contentioſo, nec pœnitentiali poteſt abſoluere exemptos in quos non habet iuriſdictionem, nec exempti poſſunt renunciare priuilegio exemptionis. horum prędictorum rationes hic ponuntur. Ab. de for. competen. c. Significaſti.

Exemptus a iuriſdictione epiſcopi nullus eſt cuiuſcunque ſit dignitatis in ſua dioceſi niſi ex priuilegio quod allegans tenetur oſtendere. Ab. de Simo. c. Ne dei eccleſia. Nec cenſetur quis exemptus ex eo quod receptus eſt ſub protectione papę. Abb. de priuile. c. Ex parte. Iſta intellige ſi perſona aut eccleſia ſub propriis nominibus recipiuntur. Ab. ubi ſuprà.

Exemptus ratione unius beneficii & ſubiectus ratione alterius per epiſcopum punitur, ſi deliquit. Ab. de priuile. c. Cum capella. Si in loco exempto deliquit uel ſit contentio ſuper iuribus beneficii exempti & in omnibus concernentibus illud, exemptio habet effectum. Si deliquit extra locum exemptum, uel conuenitur ratione beneficii non exempti, poteſt excommunicari per epiſcopum loci, quia habens domicilium in uno loco & prędium in alio ibi poteſt conueniri ratione prædii, licet alias non ſit ſubditus illius. Ab. de priuile. c. Cum capella.

Exempti ſunt clerici eccleſiarum & capellarum ſi capellæ uel eccleſiæ ſunt exemptæ. Ab. de offi. & pot. iud. de ordi. c. Graue & de maio. & obe. Is

qui

qui & de priuile. c.Recepimus. Populus non cenſetur exemptus quia eccleſia ſit exempta, niſi in priuilegio ſpecialiter exprimatur. Ab. de priuileg. c. Ex parte.

Exemptus delinquens in loco non exempto perdit priuilegium ſi ſit exemptus reſpectu certi loci, non autem ſi priuilegium ſit perſonale, quia non reſtringitur ad certum locum ut habent officiales papæ. Abb. de hære. cap. Ad abolendam.

Eccleſia utens duplici priuilegio exemptionis ſi ſuccumbit in uno poteſt ſe iuuare ex alio & obtinere, nec tenetur promittere obedientiam dioceſano. Rigore tamen exemptionis non poteſt conſtruere eccleſiam in loco non exempto ſine licentia epiſcopi, & ſi de facto conſtruit cedit iuri epiſcopi. Ab. de priuile. c. Olim.

Exemptus tenetur interdictum generale ab epiſcopo impoſitum ſeruare, non autem ſpeciale, & aſsignatur ratio diuerſitatis. Ab. de conſue. c. Cum inter uos.

Exemptus habens ius patronatum, in nullo poteſt diminuere uis epiſcopi. Ab. de iur. patro. c. Cum ſecundum.

Exemptus ſi litigat coram ordinario & non allegat exemptionem, ſententia non tenet, quia etiam uolens non poteſt in illum iudicem conſentire, ſecus ſi allegat & iudex dicit non obſtante exceptione. Ab. de ſent. & re iudi. cap. Sententiam.

Exemptione conceſſa monaſterio capellæ illi ſubiectæ non cenſentur exemptę. Ab. de priuile. c. Ex ore Nec membra monaſterii gaudent exemptione, quia exemptio monaſterii eſt odioſa. Si deliquit in monaſterio exempro. Abbas non poteſt conueniri coram epiſcopo nec ſuper iuribus monaſterii. ſi reſpectu membrorum tenetur reſpondere coram epiſcopo, ſed ratione domicilii non poteſt conueniri, niſi coram illo ubi habet monaſterium. Ab. ubi ſuprà.

Exemptus obediens epiſcopo non transfert poſſeſſionem in epiſcopo, quia exemptus non poſſidet, ſed papa, ideo non ſufficit Abbas ſolus, ſed requiritur totus conuentus. Ab. de religio. domi. capit. Cum dilectus.

Exemptus immediate ſub papa poteſt præſcribi ſpacio annorum quadraginta, quatenus præiudicatur priuilegiato, ſed quatenus præiudicatur papæ, requiruntur anni centum. Abbas de confirmatio util. uel inutil. capitu. Cum dilectam.

Exemptio ex iuriſdictione epiſcopi non probatur per ſolutionem annui cenſus ſolum. Ab. de priuile. c. Recepimus. Eximi poteſt eccleſia ſine ſolutione cenſus, nec cenſus & receptio ſub protectione papę ſimul probant exemptionem, quia per receptionem ſub protectione papę non detrahitur alicui iuri, Cottidie domini temporales recipiunt ſub protectione, & tamen non prejudicant iuri alieno, ſi bellum iuſtum mouetur contra eos non tenetur recipiens defendere illos, qui tamen tenetur cum iniuſte grauantur. Vnde reſpectu ſubditorum tantum hoc operatur quod ſuperior facilius mouetur pro eis quam pro aliis & pro iſtis papa debet fulminare & ſcribere, ut iuſtitiam faciant. Si dicitur recipimus te in ius ſpeciale beati petri, iſta uerba exemptionem inducunt. In dubio ſolutio cenſus non probat exemptionem. Ab. ubi ſuprà.

Exemptus non poteſt renunciare priuilegio exemptionis ſine licentia papę. Abb. de priuileg. c. Si de terra. & de præſcrip. Ad audientiam & de for. comp.

c. Significaſti, nec poteſt ſe ſubmittere ordinario ſine licentia papæ uel eius cui ſubeſt, unde ſententia acta per ordinarium contra eum eſt ipſo iure nulla, nec poteſt ordinarius abſoluere exemptum excommunicatum a iure in caſu non reſeruato, quia non habet iuriſdictionem ſuper eum, Abb de offi. & pot. iud. de ordi. c. Graue. Nec poteſt renunciare priuilegio libertatis & exemptionis, quia tangitur fauor exempti & ſuperioris qui eximit. Vnde ſua intereſt perdere iſtam iuriſdictionem, ſecus de aliis priuilegiis datis tantum in fauorem priuilegiati, nec poteſt exemptus litigare coram alio iudice ſubiiciendo ſe illi, nec abſolui ab epiſcopo ab excommunicatione non reſeruata nec a peccatis nec poteſt compromittere ſuper exemptione ubi poteſt ſequi alienatio exemptionis uel rei exemptæ. Si iſta non ſequuntur, poteſt compromittere de iure tantum, non autem de iure & de facto, quia poteſt lædi eccleſia. Ab. de arbi. c. Cum tempore.

Expenſæ probantur iuramento, damna ratione contractus per teſtes ſi ex dolo uel uiolentia alterius partis probantur per iuramentum. Glo. de for. competen. c. Dilecti filii. Omnia declarat. Ab. ubi ſupra.

Expoliatus debet plene conſequi reſtitutionem tam rei principalis, quam acceſſoriæ antequam teneatur reſpondere ſuper petitorio, unde prius debent reſtitui fructus & expenſæ. Abbas ubi ſupra ut lite non conteſt. capitu. Accedens.

Faber qui conduxit hoſpitium prope ſcholas uel prope domum doctoris, uel ſcholaris ibi prope exiſtentium poteſt expelli propter bonum publicum & utilitatem. Ab. de iudi. c. Significauerunt.

Facere non dicitur, qui facit aliter quam debeat. Ab. de reg. iur. c. Qui ex timore. Conſiderari maxime debet animus quo ad Deum. Qui facit ex præcepto iudicis excuſatur a totali culpa, non autem ſi ex præcepto priuati. Ab. ubi ſupra. Feciſſe non dicitur qui non perſeuerauit, & ex hoc excuſantur apparentes repugnantiæ ſcripturarum. Ab. ubi ſupra. c. Nam & ego. Facere incontinenti dicitur qui facit antequam ad alia negotia ueniatur nec deuenitur ad alia negotia quando dormit, comedit, uel bibit, ſed quando relicto primo tendit ad alia. Abbas de homici. capitulo. Significaſti ſecundum. ſit ſeorſum quod fit excluſis omnibus teſtibus, fit publice quod fit coram duobus uel tribus teſtibus. Abbas de purga. cano. capitulo. Si quis.

Faciens per alium habetur pro faciente licet uerba ſint concepta in perſonam propriam & in iure pœnali & odioſo, ideo mandans percuti clericum eſt excommmunicatus. Si uerba ſtatuti ſunt concepta in rem ut cum dicit. Pro homicidio talis pœna ponatur, mandans homicidium fieri debet puniri ut principalis, ita ut includatur ſub diſpoſitione iuris in propria ſignificatione uerborum. Si committitur per inſtrumentum quod neceſſario operatur factum ut qui mittit ſagittam, talis committit delictum. Idem dic ſi inſtrumentum operatur neceſſitate iuris, ut ſi mandaui filio uel ſeruo ut aliquid explicaret quod explicare tenebatur. Dicitur pater principaliter facere, quia filius & ſeruus tenebantur obedire, idem ſi mandauit procuratori ut exciperet. Si inſtrumentum quo explicatum eſt delictum operabatur propria uoluntate non neceſſitate facti nec iuris in diſpoſitione iuris communis comprehenditur mandator ex interpretatione iuris quod interpretatur eum facere, licet non faciat. In peccatis mandans dicitur uere facere, & hoc quia

peccatum

peccatum & pœnam iuris incurrit. In ſtatutis ſi ſtatutum indulget ut ſi dicit remittatur certa pœna homicidæ comprehendit mandatorem, quia ceſſat odium, & fauor ampliatur. Si ſtatutum punit & prouidet de pœna regulari & multum exorbitat a pœna iuris, non comprehendit mandatorem, ſed habet locum tantum in ſuo ſtatu. Si prouidet de pœna irregulari non multum exorbitante ad diſpoſitionem iuris ut quando apponit pœnam ubi ius non apponit, tunc includitur mandatum, quia ex quo ſtatutum non eſt exorbitans recipit interpretationem, ſicut ius commune. Vbi diſpoſitio iuris aliquem perſonaliter punit tunc faciens per alium non tenetur de pœna, licet peccet, ſecus ubi non additur uerbum perſonaliter. Ab. de ſenten. exco. c. Mulieres.

Factum in abſentia alicuius cuius præſentia requirebatur in fauorem rei publicæ, uel ex forma mandati non ualet, nec poteſt ipſe actum ratificare, ſecus ſi propter utilitatem propriam, licet contemptus poſſit proſequi contemptum ut in electione. Abbas de officio & poteſt. iudi. deleg. c. Cauſa matrimonii.

Falcidiam poteſt hæres detrahere quando hæreditas eſt extenuata, propter legata, & ſic quartam partem etiam ſi hęreditas ſit exhauſta ratione pœnę inflictæ propter teſtatorem. Qui non conficit inuentarium non poteſt detrahere falcidiam, quia non præſumitur hæreditas exhauſta legatis. Detrahitur falcidia contra uoluntatem teſtatoris tacitam non expreſſam. In legatis ad pias cauſas non eſt detrahenda, de aliis ſic, Nec falcidia nec tabellianica poteſt detrahi, ubi hæreditas eſt reſtituenda ad pias cauſas. Glo. & Ab. de teſtam. c. Raimaldus.

Falſarius in iudicio regulariter non perdit cauſam, licet perdat in cauſa fiſcali, ſi producit inſtrumentum falſum quando debet uel non debet iudicari ſecundum illud. Quid etiam ſi inſtrumentum non ſit ſufficiens. Ab. de excep. c. Cum uenerabilis.

Falſarius puniendus eſt & priuandus beneficio etiam ſi ſigillum iudicis uiolauerit continens acta cauſæ, quæ diriguntur ad ſuperiorem. Glo. de off. & poteſ. iud. deleg. c. Cum olim.

De falſitate reſcripti ſuſpectus poteſt capi & detineri donec reperta ſit ueritas. Ab. de crimi. fal. c. Super eo. Quomodo punitur qui falſat & qui utitur eo. Ab. de crimi. fal. Vide in reſcripti falſitas.

Fama eſt illæſæ dignitatis ſtatus uita & moribus approbatus in nullo diminutus. Glo. de cohabita. cleri. c. Veſtra. Vide. Notoria in iudiciis. Fama eſt quæ traxit originem ex pluribus cauſis quæ inducunt populum ad dicendũ ſic uel credendum, alias non eſt fama ſed uana uox populi, de qua non eſt curandum. Fama proprie eſt quando tota ciuitas uel uicinia uel maior pars eorum acclamat. Rumor quando aliqua pars acclamat puta tertia uel quarta pars. Abb. de eo qui cogno. conſangui. uxo. c. Super eo. In minus ſe habet fama quam manifeſtum contra Glo. Abb. de conſangui. & affini. capitulo. Super eo.

Fama inducit crudelitatem iuſtam, unde accuſans infamatum ſi deficit in probatione, non tenetur ad pœnam taleonis. Abbas de reſcript. cap. Cum contingat.

Fama quando facit probationem, quando ſufficit cum uno teſte, & quando non, quando inducit purgationem quando dat materiam inquirendi. Abb. de teſti. c. Veniens. Habet uim unius teſtis tantum. Abb. de officio & poteſtate

teſtate iudicis delega. c. Prudentiam. §. Sexta.

Fama etiam diuulgatiſſima non facit plenam probationem. Ab. de iur. iuran. c. Ex litteris. Cum uno teſte probat. Vbi tamen alia probatio aperte concurrit cum fama & uno teſte tantum ſtandum eſt probationi clariori & meliori. Licet teſtis & fama deponant de tempore anteriori ſi unus probat de titulo ſuo anteriori per unum teſtem & famam alius per teſtes apertos de titulo anteriori iudicandum eſt ſecundum probationem clariorem, nec eſt uerum quod fama faciat ſemper probationem ſemiplenam. Idem eſt in matrimonio clandeſtino & publico. Ab. de clandeſti. deſponſa. c. Quod nobis. Quandoq; facit plenam probationem. Ab. de cleri. exco. c. Illud. Vide. Clericus inijciens manum.

Fama ſola probat impedimentum matrimonii contrahendi. Intelligitur de omni impedimento quia eſt eadem ratio, In hoc caſu facit plenam probationem, quia agitur de modico preiudicio, & ut euitetur periculum animæ in iſtis fama facit plenam probationem, ſecus ſi de magno preiudicio ageretur. Vnde ſola fama non ſufficit, ſi matrimonium ſit contractum, minus tamen ualet, quam unus teſtis integer. Abb. de conſangui. & affini. capitu. Super eo.

Fama probatur per duos teſtes & dicta paucorum non infamant. Ab. de ſponſa. c. Cum in tua. Teſtis de fama oportet audierit ante litem, & ita credat, & ipſe teſtis ſit bonæ famæ. Abb. de teſti. c. Licet ex quadam. Cum probatione famæ poteſt adduci probatio contraria, & ſi ſecunda probatio eſt clarior, offuſcatur effectus primę probationis. Idem cum probatur infamia contra aliquem & ſi in caſu in quo infamia ſufficit ad torturam. Si per aliam partem probabitur bona fama tollitur prima præſump. Abbas de ſponſa. c. Cum in tua.

Ad famam non reſtituitur infamis infamia facti nec poteſt. Quis poteſt reſtituere in famam infamiam iuris. Abb. de ſentent. & re iudi. capitulo. Cum te.

Infamia triplex iuris ciuilis, iuris canonici, & infamia facti, quomodo differunt ad inuicem & repellunt teſtimonium. Canonica tollitur per pœnitentiam. Abb de teſti. c. Teſtimonium. Et incurritur pro quolibet mortali quo ammoto tollitur infamia. Ab. ubi ſuprà. & de maiori. & obe. c. Illud. Quæ eſt iuris directe tollitur per ſolum principem & per epiſcopum cum diſpenſet in caſibus a iure conceſſis. Infamia facti originatur ex facto publico. Ab. de Simo. c. Ex diligenti.

Infamatus propter ſententiam ſi appellat ualet actus geſtus ſtante ſuſpenſione. Ab. de appel. c. Sæpe contingit.

Infamiam inducit ſola confeſſio quando eſt tale delictum de quo condemnatus efficeretur infamis in ciuili. In criminali requiritur ſententia. Ab. de pœn. c. Super his.

Infamia comitatur infamatum & ſic ei inheret quod nunquam eum derelinquit. Ab. de teſti. c. Teſtimonium.

Infamatus de crimine graui poteſt incontinenti ſuſpendi, donec ſe purget, ne populus ſcandalizetur. Ab. de purga. cano. c. Ex tua Infamatus propter magnitudinem criminis poteſt ſuſpendi ab officio, & etiam poſt purgationem præſtitam poteſt ſuſpendi ad tempus ex cauſa. Deficiens in purgatione punitur ut conuictus. Vbi ſuprà. c. Inter. Non tamen debet regulariter ſuſpendi antequam deficiat in purgatione ſed propter criminis enormitatem uel ſcan-

uel ſcandalum imminens. Suſpendi etiam poteſt a beneficio, donec ſe purgauerit. Abſoluitur & reſtituitur famę, niſi infamatus male uiuendo per contractus illicitos a iure reprobatos dedit cauſam infamię & ſcandalo, quia oportet tunc & opera illicita pręcedentia ſopiuntur. Abbas ubi ſupra. cap. Inter.

Infamatus de crimine ſucceſſiuo ut quia tenet concubinam, talis purgatur, & emendatur abſtinendo, ideo requiritur cum ſuſpenſione monitio. Secus ubi delictum eſt momentaneum ut quia occidit, uel eſt ſimoniacus. Iſta non requirunt admonitionem cum non poſſint emendare ideo poteſt procedi ad ſuſpenſionem quæ tamen non debet fieri ſemper ab officio ante pręſticam purgationem, ſed quando crimen eſt enorme uel eſt ſcandalum uel purgandus eſt negligens in præſtanda purgatione, ſi præſtiterit purgationem abſoluitur; & ſi defecerit condemnabitur. Ab. de purga. canoni. c. Si quis.

Infamatus ab aliquo quod ſit eius debitor, uel quod poſſideat ſua bona, uel aliquid ſimile poteſt adire iudicem & impetrare ut terminus ei præfigatur ad docendum de intentione ſua, alias elapſo termino imponitur illi ſilentiū. Abb. de off. & pot. iud. de ordina. c. Conquerente. Poteſt etiam in inſtanti præfigi terminus ad accuſandum, & ſi non fecerit, imponitur illi ſilentium. Ab. de accuſa. c. Licet in beato.

Infamis efficitur qui ſuſtinet pœnam de tali delicto, de quo condemnatus confeſſus uel conuictus efficeretur infamis etiam ſi nulla ſequatur condemnatio, opiniones. Ab. de pœn. c. Super his.

Infamia quę oritur ab emulis non impedit promouendum ad dignitates. Ab. de purga. cano. c. Cum in iuuentute.

Infamatus infamia facti admittitur ad ſe purgandum cum iuramento ſed non admittitur ad iurandum cum præiudicio alterius, Infamatus infamia iuris non purgat ſe cum iuramento, nec admittitur cum præiudicio alterius. Ab. de purga. canoni. c. Nobis.

Infamatus apud iudicem non debet quis reputari per dicta paucorum, nec puniri de crimine de quo non conſtat niſi per famam & credulitatem teſtium. Ab. de accuſa. c. Inquiſitionis. Quęſiſti. Pauci ſunt duo uel tres qui non infamant quando deponunt de infamia exiſtente apud eos, quia ſi de fama apud graues duo probant famam, uel infamiam. Infamatus quis dicitur quando eius opinio eſt lęſa apud graues & bonos, ſecus ſi apud maliuolos & uiles perſonas. Item requiritur maior pars eorum qui poſſunt uel ſcire debent uerſimiliter attenta qualitate facti & perſonarum, nec oportet adire uicinos ut dicit hic Gloſ. & male. Infamatus epiſcopus de fornicatione probabitur per canonicos. Si crimen ſit paruum & perſona uilis probabitur per uicinos, & debet eſſe maior pars non puerorum uel mulierum, ſed proborum, & non ſufficiunt primi. Ab. de accuſa. c. Inquiſitionis. §. Quæſiſti.

Infamatus eſt infamia iuris prælatus qui remouetur per ſententiam ratione doli unde non habet amplius executionem ordinum, quia hæc infamia tollit executionem cuiuſcunque dignitatis, & adimit acquiſitum & acquirendum honorem. Ideo cautela eſt quando prælatus ſuſpectus eſt de ſua depoſitione propter adminiſtrationem doloſam non expectet ſententiam, ne efficiatur infamis ſed ſponte a principio cedat ante ſententiam & ſoluat ante condemnatiuam ſententiam. Ab. de Simo. c. Licet Hely.

Infamatus tertio monitus ſe non corrigens ſuſpenditur uſque ad purgationem. Ab. de purga. cano. c. Si quis.

Infama -

Infamatus repellitur ab officio publico ſi infamia præcedit collationem officii publici, an impediat eius executionem. Si ſibi exhibetur officium publicum tenetur ſuam inhabilitatem conſiteri aliter, ſibi imputatur. Abb. de teſti. cogen. c. Præterea.

Infamia orta contra aliquem oritur probabilis præſumptio, & tenet locum accuſatoris, & facit gradum probationis ſecundum aliquos, alii tamen tenent oppoſitum. Abb. de Simo. c. Inſinuante.

Infamato poteſt ordinarius purgationem inducere abſque eo quod ſtatuatur terminus accuſare uolentibus, uel quod præmittatur inquiſitio ſuper ueritate. Ab. de purga. cano. c. Cum dilectus.

Infamatus infamia facti non poteſt reſtitui ad famam, licet princeps poſſit facere quod non habeat effectum. Si ſit infamia iuris poteſt papa etiam laycum in terris ſuis reſtituere, in aliis ſi eo indiget ad clericatum. Cardinalis non poteſt, epiſcopus non diſpenſat ſuper infamia principaliter ſed tantum ubi uenit acceſſorie ad caſum ſibi permiſſum. Inferiores prælati non poſſunt reſtituere famæ. Imperator in terris papę non poteſt, in ſuis poteſt. Sic reſtituti famæ poſſunt promoueri ad ordines de licentia epiſcopi. Senatus poterat, modo non eſt cum iſta poteſtate. princeps non recognoſcens ſuperiorem poteſt, alii non poſſunt niſi infamia ſit ex ſtatuto iudicis, Infamans non poteſt reſtituere famę. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Cum te.

Infamatus poteſt ſuſpendi, donec ſe purgauerit. Abbas de purga. cano. cap. Si quis.

De familia alicuius dici poteſt quilibet exiſtens in loco ſibi ſubiecto. Ab. de ſententia exco. c. Si uero.

Familiares dicuntur conſanguinei, coloni, aſcriptii, mercenerarij. Ab. de teſti. c. In litteris.

Familiares papæ non obſtante conſtitutione contraria fructus præbendarum ſuarum recipiunt in abſentia. Ab. de cleri. non reſiden. c. Cum dilectus. Non omnes exiſtentes in curia gaudent hoc priuilegio, ſed oportet ſint in ſeruitio papę, & dicuntur ſeruire eccleſię uniuerſali, ideo reputantur præſentes, & gaudent omni priuilegio præſentium, etiam quo ad ea quæ conueniunt de iure ſpeciali. Hoc priuilegio gaudent qui ſtant in curia de mandato papæ & ſibi ſeruiunt, non autem qui propter lucrum, quia potius ſeruiunt ſibi ipſis, quam papę. Hoc priuilegio gaudent familiares Cardinalium ex priuilegio non de iure ſi ſint uere familiares, non qui impetrant litteras & non ſunt. Abb. de cle. non reſid. c. Cum dilectus. Et licet familiares papæ habeant hoc priuilegium quod non poſſint conueniri coram ordinariis ex quacunque cauſa, poſſunt tamen conueniri ſicut alii, preterquam ratione domicilii. Abb. de for. compet. c. Dilecti filii. Vide. priuilegium quod quis non poſſit conueniri.

Familiaris inferioris debet paſci a domino. Glo. de cle. non reſid. c. Ad audientiam. Non tamen ad magnas expenſas tenetur ratione familiaritatis. Non tenetur infimo dare ſalarium quando debetur alicui ratione ſuæ perſonę tantum, ſecus ſi datur contemplatione aliorum ſicut poteſtati datur propter iudices & familiares a quorum obligatione non liberatur etiam per mortem. Ab. de cleri. egro. c. Percuſſio.

Familiaritas parit contemptum, intelligitur inter ruſticos & parum prudentes, inter prudentes non parit contemptum, ſed beneuolentiam, affectionem & amicitiam,

amicitiam, Confabulatio conuiuare inducunt conformitatem & augent amicitiam & affectionem. Ab. de iude. c. Et ſi iudæos.

Feriam dicit eccleſia omnem diem & ſic dicitur a faciendo quia in creatione pluribus diebus Deus dicebat fiat hoc uel illud. Antiqui diem ſolennem dicebant feriam, & dicitur a feriendis uictimis, quia offerebantur, & dicitur feria quia illo die a malis operibus uacare debemus & ſeruilibus. Ab. in rubri. de feriis.

Feriarum tempore poteſt appellari. Secundo ſi ſunt introductæ propter homines poteſt ſententia mandari executioni, & ſi res peritura eſt compelluntur partes ire ad iudicium. Tertio poſſunt fieri quæ pertinent ad pacem. Quarto ſi res eget celeritate. Quinto ſi pietas ſuadeat. Glo. de fer. c. Conqueſtus. Quæ in iudiciis poſſunt facere in feriis introductis in honorem Dei, & quæ in introductis in utilitatem hominum, & quæ facta tenent & quæ non tenent. Ab. de iudi. c. Significauerunt.

In feriis introductis in honorem Dei & ſanctorum non ob neceſſitatem uel pietatem iudicium exerceri non poteſt etiam de conſenſu partium, in introductis in fauorem hominum partes renunciare poſſunt. Abb. de fer. c. Conqueſtus.

Feſtum conſecrationis eccleſię debet celebrari ſic, ut ceſſetur die illa ab omni opere ſeruili & iudiciali foro, conſuetudo tamen eſt in contrarium. Abb. de conſecra. eccle. & alta. in rubr. In feſto ſolenni poſſunt homines accipere aliquam delectationem in cibis & uti ueſtibus magis precioſis in ueneratione feſtiuitatis. Ab. de obſer. ieiu. c. Explicari.

Dominica die non debet dici flectamus genua nec in diebus pręcipuis nec inter paſcha & pentecoſtem, niſi in ordinatione clericorum & epiſcoporum. Ab. de fer. c. Quoniam.

Diebus dominicis mercari, litigare, iudicare uel iurare nemo debet & de ueſpera in ueſperam debet celebrari. Ab. de fer. c. Omnes dies. A ueſpera ad ueſperam conſuetudo ſeruetur ſecundum Papiam. Veſpera capitur pro ortu ſolis. Dominica dicitur a domino quia ea die fecit omne inſigne. Die feſto ſtudere licet ubi ſtudium non eſt principaliter propter lucrum, ſed acceſſorie uenit, ita tamen quod debitis horis inſtetur circa diuina. Legentes propter ſalarium excuſare neſcio a peccato ſi hoc eſt principale, ſecus eſt de ſcholari qui legit ut aſueſcat. Teſtis non debet diebus feriatis iurare licet non poſſit tunc deponere, nec cogi ad deponendum illa die. Abbas ubi ſuprà.

In feſto geſta quę ſunt uoluntarie iuriſdictionis tenent, licet ſint cum peccato. Vnde tenent inſtrumenta, pacta, excommunicationes & abſolutiones. Ab. de fer. c. Conqueſtus. Propter neceſſitatem alimentorum in feſto licet intendere operi ſeruili maxime circa peritura. Abb. de fer. c. Licet. Nõ autem prohibetur ſtudere. Quando ex neceſſitate intendit ſeruile opus debet eleemoſinam facere. Iſta neceſſitas eſt alimentorum quæ non ſolum eſt de præſenti, ſed etiam quę poteſt in futurum contingere. Abbas ubi ſuprà.

Feſti principium & finis ſecundum eorum magnitudinem & conſuetudinem fieri debet. Ab. de fer. c. Quoniam. Quo ad ceſſationem ab opere incipiunt in ortu ſolis Ab. de fer. c. Quoniam.

Feſta quæ ſunt in præcepto & quę dubia. De nouo poteſt epiſcopus cum populo pręcipere feſta, non autem ſine populo. Ab. de fer. c. Conqueſtus.

Feſtum

Feſtum trinitatis non celebrat eccleſia Romana. Ab. de fer. c. Quoniam.
Feudum alienans cadit a iure ſuo in feudo & poteſt alteri dari. Non poteſt dari in dotem nec uſuarius uendere uſum irrequiſito domino, neque emphiteota meliorationes ſuas. Glo. de conſti. c. Quę eccleſiarum. Si uaſallus alienet feudum redit ipſo facto ad dominum, nec requiritur alia ſententia, quo priuato priuatur filius. Non tamen inhabilitantur filii conſanguinei quin de nouo poſſit eis concedi. Si eccleſia per ſe non poteſt de nouo recuperare de manu potentis poteſt cedere iura ſua potentiori ut ipſe recuperet & habeat in feudum. Alia bona non feudatalia ſi inuadantur etiam ſi non poſſunt per prelatum recuperari non poſſunt in feudum alteri dari qui recuperet, maxime ſi prælatus iurauit non infeudatare. Si alienat cum clauſula ſaluo iure domini perdit feudum, quia factum ſubſequens eſt proteſtationi contrarium, ſi addit aliter & alio modo non intendit alienare non perdit feudum, quia hæc uerba operantur quod contradicente domino non ualet alienatio. Ab. de feud. c. Ex parte.
Dominus non poteſt ſubiicere locum alteri domino contradicentibus hominibus loci, nec poteſt dominium feudi inuito uaſallo transferre in alium. Vaſallus non tenetur præſtare iuramentum pluribus filiis domini ſed ſufficit uni. Rex non poteſt ciuitatem uel caſtrum ſibi ſubiectum alteri ſubiicere inferiori, nec dominus poteſt componere ſuper iura ſuperioritatis in præiudicium ſubditorum, aliter non ualet ubi ſubditi prætēdunt aliquod eorum intereſſe. Ab. de maio. & obe. c. Dilecti. Si dominus recipit in pignus feudum a uaſallo abſtinendo ab eius ſeruitio non tenetur computare fructus in ſortem. Ab. de feud. c. Inſinuatione. Hic ſunt opiniones. Vltima hęc eſt, ex natura feudi dominium directum remanet pœnes dominum, ideo ſi utile ad eum reuertitur ex uoluntate pignorantis uaſalli conſolidatur dominium utile cum proprietate, unde non dicitur excipere fructus ex aliena re ſed ex propria. Interim liberatur uaſallus ab obligatione qua domino tenetur. Diſſoluitur ergo uel ſuſpenditur obligatio inter eos contracta, hęc ratio facit ut idem ſit in layco. Si dominus interim recipit ſeruitium, uidetur huic iuri renunciare, niſi proteſtetur. Ab. ubi ſuprà.
Feudum non poteſt dari in dotem in uita feudatarii. Glo. de feud. c. Ex parte. Si ſit temporale non poteſt alienari, ſi perpetuum poteſt, & etiam pro mortuario eccleſiæ donari, ſi partem alienat uel pignorat illam perdit. Abbas ubi ſuprà. Feudatarius poteſt concedere feudum in dotem uel donationem propter nuptias. Ex cauſa dotis ſola poteſt alienari ſecundum Hoſtienſem. poteſt etiam alienari ex alia cauſa ad tempus. Ab. de dona. inter uir. & uxo. cap. Nuper.
Feudi dominus habet iuriſdictionem ordinariam in uaſallos quia a lege ut prorogari poſsit iuriſdictio reſpectu ſimilis cauſę feudatalis, & poteſt iuriſdictionem committere, ſi nolit uel non poteſt iuriſdictionem exercere, prouidebit ſuperior. Ab. de iudi. cap. Ceterum. Per conſuetudinem contrariam uel priuilegium detrahitur iuriſdictioni dominorum feudi. Papa iudicat in eis ratione peccati iuramenti uel pacti & pro pace ſeruanda. Ab. ubi ſuprà. c. Nouit. Adiri poteſt alius iudex ſuper re feudatali prætermiſſo domino feudi. Vbi agitur iudicio poſſeſſorio per miſerabilem perſonam clerici & miſerabiles perſonæ & eccleſię ſi fuerint expoliatę, poſſunt adire iudicem eccleſiaſticum, & non dominum feudi, ſecus de aliis perſonis. Ab. de for. competen. c. Ex parte. B.

Feudi

Feudi quæſtionem inter clericum & laycum cognoſcit dominus feudi & eo negante cognoſcit delegatus papæ etiam datus ante negligentiam. Ab. de for. competen. c. Ex tranſmiſſa. Laycus ſubiectus ratione feudi non poteſt prorogare iuriſdictionem iudicis alterius ſine conſenſu domini qui poteſt præcipere quod non reſpondeat corã alio iudice de concernentibus ad feudum ſub debito fidelitatis, & tenetur ſubditus ſub domino immediate reſpondere, & eo negante ſub mediato quia non ſuccedit ordinarius. An ſit feudum eccleſiaſticum debet attendi prima origo in fundationis non autem ſuperuenientes. Ab. ubi ſuprà. Dominus terminare debet quæſtionem feudi etiam ſi uaſalli ſunt clerici. ſi plures ſunt domini non poteſt unus abſente alio cognoſcere an ad eum pertineat feudum. Vbi ſuprà. c. Verum. Suppoſito quod eccleſia ſit domina feudi iudicabit de cauſa feudatali, ſi ſecularis, iudicabit ſecularis, & econtra. uel pro clerico eo quod res feudatalis ſit ſua quo ad directum dominium, ideo iudicat potius de re ſua quam de clerico, & ſi ab eo appellatur, appellatur ad imperatorem, ſi layci feudum habent ab epiſcopo eo negante ordinarius ſecularis ſuplebit negligentiam eius. Dominus feudi habet iuriſdictionem ordinariam in uaſallos etiam clericos ſi agitur ciuiliter contra eos, ſi in criminali ad priuationem feudi pro crimine iudex eccleſiaſticus erit. Si feudum ſit paternum priuabitur clericus, ſi ſit eccleſię priuabitur in uita ſua & poſt reuertetur ad eccleſiam. Si ſit epiſcopi & capituli, non priuabitur. Si clericus abſoluitur a prçlato ſuo non priuabitur amplius pro illo delicto. Layci non poſſunt ſententiam exequi uiolenter in perſonam clerici, ſed ſit compulſio per iudicem eccleſiaſticum. Ab. ubi ſupra. c. Verum.

Feudo priuatur filius propter delictum patris, quia propter delictum pater uenit directe priuandus, ſi uenit priuandus in conſequentia, puta quia eius bona publicantur ſi eſt feudum paternum nocet filiis, ſecus ſi eſt ex genere. Ab. de feud. c. Ex parte.

Feudum poteſt integrare prçlatus ſi apparet uaſallum in menſura deceptum non obſtante iuramento de non infeudando de nouo. Abbas de dona. cap. Per tuas.

Feudum reuerſum de nouo ad eccleſiam non obſtante iuramento de non infeudando poteſt epiſcopus de nouo concedere uaſallo. De feud. cap. Ex parte. Si feudum ſit perſonale per mortem uaſalli redit ad dominum. Si datum ſibi & filiis ſi moritur non relictis filiis maſculis redit ad dominum, quia femina niſi expreſſe ſit dictum non ſuccedit in feudum. De feud. cap. Ex parte.

Fiat quia futuri temporis eſt non, infert pœnam ipſo iure ſed inferendam per ſententiam. Glo. de electione. c. Quiſquis.

Fidelitas eſt, quando quis promittit alteri ſeruare fidelitatem & continet in ſe hoc iuramentum fidelitatis multa capitula. Abbas de Simo. capit. Si diligenti.

Fides dicitur quando ſit quod promittitur, uel a firmitate omnis promiſsio & pactum quantumcunque ſimplex dicitur fides. Abbas de ſpon. duorum. c. Duobus.

Fidei dubia quo ad maiores quęſtiones declarare pertinet ad papam. Abb. de baptiſ. c. Maiores.

In fide dubius infidelis eſt, & ei non eſt credendum. Ab. de hęreti. c. Dubius. Intellige de habente in ſe in animo firmatam pertinaciam in qua perſeuerat.

uerat. Secus eſt de primis motibus quibus reſiſtit & meretur. Qui paratus eſt tenere fidem eccleſię, etiam ſi in aliquo erret, non eſt hæreticus. Ab. ubi ſuprà.

Fidei uiolator & periurus æquiparantur. Abbas de iur. iuran. capitu. Querelam.

Fidei bonæ dicitur eſſe etiam qui errat in iure ubi non eſt conſcientia rei alienæ. Ab. de pręſcrip. c. Si diligenti. Bonæ fidei dicitur qui non habet notitiam rei alienæ, & ſemper pręſumitur niſi facta fuerit denunciatio acquirenti quod res erat aliena, Secundo ſi contra ius agitur, Tertio ſi emit a procuratore meo pro colliſione. Quarto ſi emit a prodigo uel luxurioſo cui bonum eſt interdictum, cum ſciret illum protinus conſumpturum pecuniam & omnia uendat. Ab. ubi ſuprà. Qui dicuntur bonę & malæ fidei poſſeſſores uel bonæ uel malæ fidei. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Grauis.

Fides bona præſumitur in dubiis mala probatur confeſſione poſſidentis inquiſitione & fama quæ erat in uicinia denunciatione facta tempore contractus. Ab. de præſcrip. c. Sanctorum. Quando fides præſumitur bona uel mala. Ab. ubi ſuprà. c. Si diligenti.

Fidei malę poſſeſſor non poteſt præſcribere nec eius hæres in bona fide, quia cenſetur eadem perſona cum omne ius cauſetur a defuncto. Cum fides in anima ſit probatur tantum excommunicaturis primò ſi ius reſiſtit poſſidenti pręſumitur mala, ſed diuturnitatem poſſeſsionis hoc purgatur uel iuſto colore in acquirendo, ſecundo ſi tempore acquiſitionis ei denunciatum fuit quod res eſſet aliena, Tertio ſi coram aliquibus dixit ſe ſciuiſſe rem eſſe alienam, quia præſumitur ſic habuiſſe in mente, Quarto ſi de hoc erat fama in uicinia & ipſe erat uicinus poſſeſſor. Quinto ſi fuit ſibi denunciatum poſt acquiſitionem poſſeſsionis ab eo cui ueriſimiliter erat credendum ſi noluit informari, habetur pro informato. Ab. de pręſcrip c. Si diligenti. & Quoniam omne.

Fides mala prædeceſſoris in beneficio non nocet ſucceſſori ſicut in hęrede. Abbas de pręſcriptio. cap. Nihil. & de quarta. Non nocet ſucceſſori, quia cauſam non habet ab eo nec ius eius cauſatur a defuncto, ſed a ſuperiori. Abbas de no. oper. initia. capitulo. Cum ex iniuncto. Vide ſuprà immediate.

Fideiuſſor agit contra debitorem antequam ſoluat, ut a fideiuſsione liberetur ſi diu a ſolutione debiti ceſſauit, ſi cœpit diſſipare bona ſua, ſi condemnatus fuit ſuper hoc. De fideiuſ. c. Eum pro quo. Item ſi in hoc a principio conueniat. Glo. ubi ſuprà. Creditor ſi fideiuſſor & denunciat quod debitor diſſipat bona ſua & aliter non ualet tenere propter hoc non obligatur ad agendum contra debitorem, ſi fideiuſſor uellet ad ſtudium ire ex aliqua cauſa ad partes longinquas poteſt agere ut a fideiuſsione liberetur. An diu ſteterit quod non ſoluit arbitrabitur iudex. Ab. ubi ſuprà.

Clericus inſeruiens fideiuſsionibus abiiciatur. De fideiuſ. c. Clericus. Poteſt quidem ſed non debet frequentare ſi tamen fecerit ipſe obligatur, non tamen in pręiudicium eccleſiæ, prohibetur nec hoc officium generaliter ſumat, ſicut etiam quod non ſit procurator, Poteſt tamen unum negocium exercere pro ſeculari. Licet fideiuſſor ſit idoneus in contractu non tamen de iudicio ſiſti. Contrafaciens debet abiici de eccleſia a clero & a fideiuſsione, ut poſsit illum recuſare, & non recipere aduerſarius. Si clericus detur fideiuſſor. Ab. ubi ſuprà. Compellitur clericus fideiuſſorem indemnem ſeruare

uare per aſſignationem redditunm ſuorum. Vbi ſuprà.c. Peruenit. Clericus licite fideiubet pro clerico. Quo ordine procedendum ſit contra debitorem a quo incipiendum, a fideiuſſore, uel à debitore. Intelligitur quod ſatisfaciat de redditibus patrimonii non beneficiorum. Quando tenetur ſoluere uſuras, & quando non. Ab. ubi ſuprà.

Fideiuſſor in criminali nemo eſſe poteſt ubi agitur ad pœnam corporalem. Ab. in rubr. de fideiuſ.

Fideiuſſorem qui a creditoribus moleſtatur per diſtrictionem eccleſiaſticam compellitur debitor abſoluere. De fideiuſ. c. Conſtitutus. Non tamen fideiuſſor ex mora rei principalis pro debito tenetur ad augmentum debiti nec ad uſuras niſi obligaſſet ſe ex omni cauſa ex illo ueniente. Si obligauit ſe ad annum non tenetur poſt tempus illud, ſi ſimpliciter ſe obligauit, & ſolutio differtur etiam eo ignorante remanet obligatus. Ab. ubi ſuprà.

Filiorum nomine quando ueniunt naturales tantum, ſpurii & inceſtuoſi. In emphiteoteſi eccleſiæ non ueniunt naturales tantum. Abb. de præſump. c. In præſentia. Si pater nominauerit aliquem filium, & ita communiter reputatur non creditur poſt alteri parentum iuranti contrarium. Ab. de proba. c. Per tuas.

Filius debet ali cum matre uſque ad triennium quæ etiam tenetur eum lactare & ſi non uult debet facere expenſas ablactionis niſi forte eſſet principiſſa magna, uel profeſſa poſt diuortium, uel infirma, uel aliter legitime impedita. Intellige iſta de legitimis qui ſunt in poteſtate patris. De ſpuriis credo quod parentes non habita diſtinctione ætatis teneantur ęqualiter alere filios ſecundum eorum facultates, Tales non ſunt in poteſtate parentum. Alimenta decernuntur ex ſpuriis inſtinctu naturæ ſecundum quem filii non magis obligantur matri quam patri. Pater tamen non tenetur alere filium. Primo ſi eum accuſauit, Secundo ſi eſt minor triennio, quia debet ali a matre, Tertio ſi pater eget quia non tenetur ultra uires ſuas, Quarto ſi filius eſt ſpurius ſecundum ius ciuile, hodie ſtatur indiſtincte iure canonico, Quinto ſi filius poteſt uiuere aliquid aliud operando niſi dedeceat filium aliquam artem exercere, Sexto ſi filius commiſit ingratitudinem contra parentes. Omnis cauſa ſufficiens ad exhæreditandum filium ſufficit ad priuandũ eum alimentis & has cauſas ponit Glo. de iur. iuran. c. Quintiualis. Ab. de eo qui duxit quam pollu. c. Cum haberet. Vide. Filius in poteſtate patris.

Filius non acquirit patri in ſpiritualibus. Ab. de iur. iuran. c. Conſuluit.

Filius ciuilitatem conſequitur ex origine patris licet ipſe alibi ſit natus, niſi baſtardus ſit, quia tales ſequuntur matrem & non patrem. Ab. de paroch. c. Significauit. Filius ſequitur conditionem matris, unde natus ex patre ſeruo & matre libera liber eſt & poteſt promoueri ad ordines nec impediri poteſt a dominio patris ſui. Ab. de ſeru. non ordinan. c. Dilectus filius.

Filius quandoque denominatur a matre licet regulariter debeat denominari a patre, qualitas tamen filiationis non facit relictum acquiri patri. Ab. de teſtam. c. Raynaldus.

Filius donare poteſt ſi liberam adminiſtrationem peculii habet. Ab. de dona. c. Cæterum.

Infans expoſitus a patre uel ab alio patre conſentiente uel ratum habente eo ipſo eſt a patria poteſtate liberatus. Ab. de infan. & lang. & lang. expo. c. Si a patre. Intellige de legitimo quia illegitimus non eſt in poteſtate patris.

Cc

tris. Priuatur etiam poteſtate patria uel dominica pater negando alimenta filiis & dominus ſeruis. Iſta tria equiparantur, exponere infantem infra ſeptemnium, exponere languidum & languido alimenta negare. De ſanis hoc non intelligitur. Qui alimenta miniſtrat ſi tenebatur uel illi coniunctus erat, nec fuit proteſtatus de expoſicis, talis non repetit expenſas. Si fuit proteſtatus, & iſta ceſſant poteſt petere omnes expenſas. Si non fuit proteſtatus & fecit cauſa pietatis & hoc conſtabat ſaltem ex coniecturis nõ repetit alimenta, niſi in caſu uideatur petere. Si non conſtat quod fecerit cauſa pietatis, repetit omnes expenſas. Ab. ubi ſuprà.

Filius familias nihil habens compellitur cedere bonis, & poteſt in carceribus detineri, ſicut obligatur ex contractu ita ex delicto. Ab. de delicto puero. c. Referente. Quando tenetur ex uoto. Ab. de uo. c. Scripturę. Vide. Votum irritatur.

Filius dicitur primogenitus qui primo naſcitur, etiam ſi nullus ſequatur. Abb. de uerb. ſignifica. c. Ioſeph. Dicitur unigenitus qui non habet fratrem, uel ſi habuit, natus in continenti deceſſit, & hoc modo dicitur impropriè. Abbas ubi ſuprà. cap. Nam & ego. Primogenitura transfertur in polteros etiam uiuente patre & auo. In lege primogenitus habebat benedictionem patris, & hęreditatis duplicem partem, & benedicebat fratribus. Ab. de uo. c. Licet.

Filius poteſt abſtinere ab hereditate paterna nec tenetur adire pretorem, ſed ſufficit ſe non immiſceat hęreditati, nec præſumitur hęres, ſicut oportet probare quod ſe non immiſerit hæreditati. Ab. de ſolu. c. Ad hoc. Si ſit inſtitutus hæres non poteſt renunciare hæreditati & legitimam petere, ſed nec ſi pater moritur ab inteſtato. Ab. de teſtam. c. Raynutius. Inſtitutus hæres non implens uoluntatem defuncti in relictis ad non pias cauſas ſolum priuatur ſucceſſione defuncti, & non debito ſuæ naturę. Si ad pias cauſas relictum priuatur etiam illo iure naturæ. Glo. de teſtam. c. Si hęredes. Credo ſecundam partem eſſe ueram, quia quæ ſibi debentur ex iure naturæ, non debentur ſibi cum aliquo onere uel emolumento. Ab. ubi ſuprà. Rogatus reſtituere hæreditatem detrahit tertiam partem iure naturæ & quartam trabellianicam, in quibus poteſt legata relinquere, hæredes inſtituere & pœnam imponere. Ab. de teſtam. c. Raynaldus. Naturales legitimati ſi contingant alii poſt uere legitimum, omnes pariter in hęreditate ſuccedunt. Ab. de deci. Sugeſtum. & Qui filii ſunt legi. c. Per uenerabilem. Vide. Priuilegium reuocatur.

Filius exhæredìtari poteſt. Primo ſi parentibus manum immiſit. Secundo ſi iniuriam grauem eis fecerit. Tercio ſi eos criminaliter accuſauit in cauſa quæ non fuit aduerſus principem, nec rem publicam. Quarto ſi uitæ parentum eſt inſidiatus. Quinto ſi concubinæ uel uxori ſe immiſerit. Sexto ſi dilapidatione filii graue diſpendium ſuſtinuit. Septimò ſi fideiubere pro parentibus noluit. Octauo ſi prohibuit eos teſtari. Nono ſi contra eorum uoluntatem inter errenarios & inimicos perſeueret cum pares non eſſent illius profeſſionis. Decimo ſi cum maleficis uerſatur. Vndecimo ſi maleficus efficitur. Duodecimò ſi uitam luxurioſam exercet cum parentes uellent filiam pro poſſe dotare niſi negauerint eam maritare uſque ad uigintiquinque annos. Tertiodecimo ſi parentibus furioſis debitam curam non impendit. Quartodecimo ſi parentem captum de carcere educere neglexit. Glo. de iur. iuran. c. Quintiualis. Quintodecimo

ſi filius

ſi filius eſt hęreticus. In omnibus prædictis caſibus poteſt etiam alimenta negare. Si tamen filia uult de luxuria penitere, tenetur eam alere, & dotare. Ab. ubi ſuprà.

Filij infidelium qui conuertuntur ſunt legitimi etiam ſi parentes contraxerunt in caſu lege humana prohibito. Qui fil. ſunt legi. c. Gaudeamus. Etiam ſi nati ſint ex ſecunda uxore poſt diuortium uiuente prima legitimi ſunt, quia nati ſunt ex matrimonio putatiuo ſecundum legem, licet impedimentum ſit de iure diuino. Ab. Qui fil. ſunt legi. c. Gaudeamus.

Filius preſumitur qui naſcitur in domo ex uxore uel concubina etiam ſi tempore illo uxor concubina cognoſcebatur ſimul ab alio, & a uiro etiam ſi mulier aliquo tempore diſceſſerit, nec admittuntur probationes in contrarium, nec tenentur filij credere parentibus dicentibus oppoſitum etiam in morte. Alia quæ probant filiationem hic ponuntur. Sufficit quod natus ſit in domo, ſi natus eſt extra domum, ſola nominatio etiam facta in iudicio & extraiudicialis confeſſio facta nominato præſente ſufficiunt. Abb. de proba. c. Per tuas.

Qui naſcitur ex concubina pręſumitur legitimus & legitimationis fauore præſumitur inter eos matrimonium, ſed reſpectu ipſorum uiuentium præſumitur potius ſtuprum, & hoc ut inducantur ad contrahendum pręcipue ſi iſti uocabant ſe coniuges. Abb. Qui fi. ſunt legi. c. Lator. Si naſcitur in domo uiri ex uxore pręſumitur legitimus, etiam ſi probetur quod tempore conceptionis adulteretur pariter cum alio, quia ex quo eodem tempore ſimul cognoſcebatur a uiro & adultero fauore filiorum debet præſumi filius mariti. In dubio debet fieri interpretatio benigna. Ab. de adul. c. Intelleximus.

Legitimi non ſunt qui naſcuntur poſtquam coniuges mutuo uoto continentiæ ſe aſtrinxerunt, quia parentes non ſunt coniuncti ſecundum leges. Non enim eſt amplius matrimonium quo ad exercitium carnis. Idem dic ſi uxor uouit continentiā uiro religionē ingreſſo, uel ordinato ad ſacros ordines ſi cōiugantur de nouo, ut dicit Inno. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Cariſſimus.

Filii ex ſecundo matrimonio ſunt legitimi, ſi mulier per iudicium eccleſiæ primo ſeparata ipſo uiuente contraxit cum ſecundo Qui fi. ſunt legi. c. Prælatum. Licet ſententia ſeperationis ſit nulla, ex quo tamen lata eſt ab eccleſia filii ex ſecundo matrimonio ſunt legitimi. Glo. ubi ſuprà. Error iuris non poteſt eos excuſare, ſed poteſt dici quod ſit error probabilis. Ab. ubi ſuprà. Qui oriuntur ex matrimonio contracto in faciem eccleſiæ, uel etiam auctoritate eccleſiæ ſunt legitimi ſi concipiantur ante prohibitionem etiam ſi prima ſententia ſeparationis ſit nulla, ideo ignorantes impedimentum & ius excuſantur quo ad legitimationem prolis. Abb. ubi ſuprà. c. Per uenerabilem. Si coniugatus uiuente prima uxore contraxit cum ſecunda hoc ignorante filii ſunt legitimi. Vbi ſuprà. c. Ex fauore. Ad legitimationem prolis ſufficit ignorantia unius coniugis, etiam ſi ſubſit impedimentum tempore conceptionis. Nec ſufficit ignorantia tempore contractus matrimonii, ſi contraxit in faciem eccleſiæ, & ambo ſciebant impedimentum, quodcunque ſit illud, non erunt filii legitimi. Qui ſunt ex matrimonio putatiuo ſunt legitimi etiam quo ad ordines, propter ignorantiam parentum ſunt uere legitimi, nec debent putari illegimi pro una parte & pro altera legitimi, ſi eſt matrimonium Clandeſtinum non prodeſt ignorantia parentum, ſi in faciem eccleſiæ, & ambo ſciunt impedimētum, cui coniuges renunciare nō poterāt, filii ſunt illegitimi. ſi alter tātū ignorabat & eſt ignorātia facti legi-

tima eſt proles, ſi ignorãtia iuris eſt magis dubiũ. Ab. ubi ſuprà. c. Ex tenore.

Filii ex matrimonio clandeſtino approbato per eccleſiam ſunt legitimi. Qui fi. ſunt legi. c. Quod nobis. Si nullum impedimentum probatur contra matrimonium, omnes ſunt legitimi. Si probatur poſt contractum matrimonium & poſt approbationem eccleſiæ impedimentum, ſunt legitimi. Qui ante, opiniones. Verius uidetur quod non ſunt legitimi. Qui fingunt contraxiſſe ab initio, quando non apparet poſt de impedimento contrahentes in occulto uidentur affectare ignorantiam, & ſic præſumitur fuiſſe impedimentum. In tex. finali. de deſponſatione clandeſtina ubi expreſſe dicitur quod ſunt illegitimi detecto impedimento. Ab. ubi ſuprà. c. Quod a nobis.

Filii concepti ante ſententiam ſeparationis matrimonii contracti in faciem eccleſiæ ſunt legitimi. Qui fi. ſunt legi. c. Cum inter. Etiam ſi poſt conſtet inter eos matrimonium non fuiſſe propter impedimentum, idem ſi alter coniugum ſolus erat in bona fide. etiam ſi concepti ſint poſt litis conteſtationẽ, quia etiam tunc coniuges legitime utuntur matrimonio. Sed quò ad hoc quod filii ſequantur conditionem matris, inſpicimus tẽpus poſt litis cõteſtationẽ, quia partus ſequitur uẽtrẽ, & uterq; incipit eſſe in mala fide poſt litis conteſtationem. Ab. ubi ſuprà. Qui oriuntur ex ſecunda uxore uiuente prima ſi ſecunda ignorabat, ſunt legitimi ex bona fide matris. Glo. de eo qui dux. quam pollu. c. Propoſita.

Filius poteſt petere ut pronuncietur legitimus ad aliquem effectum, & non aliter. Nec tamen pronunciatio aliis non nocet, cum ſit acta inter alios. Ab. Qui fi. ſunt legi. c. Cauſa. & Quod nobis. & Peruenit.

Legitimum ſe probat qui docet parentes contraxiſſe publice. ſecundo ſi uicinia habet quod erant coniuges. tertio ſi ſe tractabant ſicut uir & uxor, ſi aduerſarius uult probare quod non contraxit uel ſi habet impedimentũ uel quod clandeſtine contraxerunt, cum eſſet impedimentum debet admitti. ſi uult probare impedimentum ſolum non debet admitti, quia impedimento non obſtante propter ignorantiam parentum proles eſt legitima, & præſumitur ignorantia, niſi ſit factum manifeſtum. Ab. Qui fi. ſunt legiti. c. Peruenit. Sufficit probare quod genitus ſit ex uxore ut inferatur quod ſit filius uiri etiam ſi uir negaret eum eſſe filium. Nec poteſt maritus non agnoſcere eum in filium, niſi probaret ſe fuiſſe abſentem tempore conceptionis, uel impotentem ad generandum. Idem dic ſi maritus aſſerit poſt eum eſſe filium alterius ut non credatur ei in præiudicium filii. Si probaretur quod tempore conceptionis maritus habet conturbernium cum adultera; ex quo ſemel reputatus eſt filius fama ſequens non nocet. Ab. & Glo. de purga. cano. c. Accedens. Ex quo quis natus eſt ex uxore alicuius in tantum præſumitur filius mariti fauore matrimonii ut non credatur matri aſſerenti contrarium, immo quando poteſt generari ex marito, nunquam præſumitur ex alio genitus, etiam ſi probaretur adulterium, eo tempore commiſſum, uel quod mulier ex domo mariti etiam in loco ſuſpecto. Qui non credit matri habet fortem animum, & non tenetur cedere bonis. Qui credit ex cõſcientia ſua ligatur ad cedendum bonis, & ad reſtituendum hæreditatem, & hunc dicunt legiſtæ fatuum eſſe. Ab. de pœni. & remiſ. c. Officii.

Statur uerbis uiri & uxoris negantium aliquem eſſe filium ſuum niſi iudiciis & teſtibus probetur. Qui fi. ſunt legi. c. Tranſmiſſæ. Ex quo nutritus eſt in domo non præſumitur filius dictum parentum præualet famæ uiciniæ ſi tamen filius eſt in poſſeſſione filiationis non debet excludi a iure

filiatio-

filiationis nec ab hereditate ex ſola negatione parentum,nec tenetur filius credere uerbis parentum,etiam in articulo mortis dicentium eum non eſſe filium,ex quo eſt in poſſeſſione filiationis maxime quando tractauerunt eum ut filium,& nominauerunt. Qui natus eſt de uxore alicuius præſumitur eius filius,ſi non erat abſens quando generari potuit, nec poteſt probari ex parte patris filiatio. Si probaretur adulterium & uir & uxor cohabitabant,præſumitur filius mariti fauore filiationis, idem dicitur de nato ex concubina in domo manente, nec creditur patri aſſerenti in contrarium,etiam ſi cum hoc eſt fama uicinia. Si probatur quod eum tenuerit ut filium & ipſe eos ut parentes,hæc probatio prefertur negationi parentum ſubſecuta fama ſola, ubi nihil probatur contrarium ſufficit ſecundum aliquos, ſed hoc eſt ualde durum. Dictum parentum præfertur famę. Abb. ubi ſuprà. Statur dicto teſtium quod aliquis ſit legitimus, licet fama uicinia & tractatus parentum habeat contrarium. Vbi ſuprà. c.Per tuas. Viciniæ partes maiores,opinio, quod parentes non eſſent coniuges probāt illum legitimum uel illegitimum, niſi per teſtes probaretur oppoſitum, nec ſtatur iuramento parentum ſi tractatus pręcedens & opinio uicinia ſint in contrarium. Abbas ubi ſuprà. c. Per tuas.

Filij legitimi tantum ſunt adoptiui uel arrogati, & dicuntur legitimi tantum, quia non ſunt naturales. & hi ſi mancipati ſunt,in nullo patri ſuccedunt. ſi non ſunt mancipati,ſuccedunt patri cum aliis legitimis. Naturalis dicitur qui ſecundum naturam eſt genitus, & legitimi quando coniunctio eorum parentum approbata eſt a lege. Iſti ſuccedunt ab inteſtato parentibus & omnibus aliis excluſis præferuntur, & ſunt quaſi domini uiuentibus parentibus quibus tamen deficit adminiſtratio, ideo ex conſuetudine filius comitum appellantur comites. Alii ſunt ſpirituales & legitimi ut leuati in baptiſmo & confirmatione & hi in nullo ſuccedunt. Naturales tantum ſecundum ius ciuile dicuntur qui naſcuntur ex concubina in domo loco uxoris,& hi ſuccedunt patri in duabus unciis hæreditatis ſi non ſunt alii legitimi, uel quaſi legitimi. Nec hoc reprobatur a iure canonico & imperator qui hoc ſtatuit poteſt hoc facere,cum etiam poſſit legitimare. Ab. Qui fi. ſunt legi. c. Tanta.

Filius naturalis legitimatur. primo ſi pater in teſtamento dicat eum filium & hæredem inſtituat. Si non habet alios legitimos, ſecundo ſi pater obtulit illum imperatori & fiat eius curialis. Tertio ſi nullo alio filio exiſtente interim patre defuncto ipſe filius offert ſe curiæ imperatoris. Quarto ſi pater in inſtrumento publico uel ſubſcriptione teſtium nominauerit eum filium non addendo naturalem. Glo. Qui fi.ſunt legi. c. Peruenit. Cætera uide in legitimatio.& legitimate.

Filius naturalis ex ſoluto & ſoluta genitus legitimatur per ſequens matrimonium parentum etiam quo ad hæreditatem. Qui fi. ſunt legi. c. Tanta. & Conqueſtus. Ideo in hæreditate paterna præfertur ſuo patruo etiam ſine aſſignatione dotis,uel inſtrumentis dotalibus legitimatur. Ab. ubi ſuprà. c. Conqueſtus. Naturales legitimantur per matrimonium ſequens, ſpurii non. Vbi ſuprà. c.Tanta. Propter bonum matrimonii fingitur matrimonium a principio contractum, nec requiritur dos,nec inſtrumentum eius, licet ius ciuile hoc habeat, nec requiritur ut matrimonium nullum mediet inter filiorum natiuitatem,& contractum matrimonium cum illa concubina. Iſti non ſunt proprie legitimi,ſed textus dicit pro legitimis habeantur quod

eſt uerbum futuri temporis, quia tamen uerbum profertur ab habente poteſtatem idem eſt dicere,ſint legitimi,& pro legitimis habeantur,ſic nomina legitimorum etiam in ſtatutis ueniunt etiam nati ante matrimonium. Qui legitimatur per ſequens matrimonium eſt legitimatus quantum ad omnia ut dicit hic Glo. ideo ſuccedit in feudum & poteſt eligi in epiſcopum. Vbi coitus non poteſt eſſe uxorius obſtante aliquo impedimento non reuocabili ſine diſpenſatione eccleſiæ non legitimantur filii per ſequens matrimonium,quia matrimonium non poteſt retro trahi ad tempus natiuitatis. Vt fictio operetur uim ſuam oportet habeat extrema habilia,uidelicet tempus a quo & ad quod. Ab. Qui fi.ſunt legi.c. Tanta.

Legitimatus a principe ſeculari non poteſt promoueri ad ordines, nec etiam habilitatus ad ſpiritualia, infamis reſtitutus per principem an cenſeatur reſtitutus quo ad ſpiritualia. Ab. de deci.c.Tua.

Quæſtio natiuitatis oppoſita petenti hæreditatem coram iudice ſeculari reducenda eſt ad iudicem eccleſiaſticum.Qui fi.c.Sunt legi.e.Lator.

Filius poteſt legitimam petere uiuente patre ſi pater monaſterium ingreditur, ſecundum alios requiritur mors naturalis & eo uiuente tenetur ei monaſterium alimenta miniſtrare. Ab. Qui fi.ſunt legi.c. Tranſmiſſa.& de regula.c. Cum ſuis. Vide. Si pater cum bonis ſuis ad monaſterium & legitimæ debitæ filio.

Legitimam in bonis patris matris & auiæ habet quis debitam iure naturæ in qua grauari nequit & filius rogatus reſtituere hæreditatem ſub conditione detrahit debitam iure naturæ & Trebellianicam in qua computantur fructus percepti poſt litis conteſtationem. Ab. de teſtam.c.Raynutius. Legitimæ debite iure naturæ nullum grauamen nulla conditio apponi poteſt, & ſi apponatur habetur pro non adiecta. Glo.ubi ſupra.c.Raynaldus.Poteſt tamen omnia bona conſumere.Glo.hic.Intelligitur niſi faciat in fraudem filiorum quo caſu reuocaretur uenditio uel donatio uſque ad portionem debitam filiis. Iudex etiam poteſt refrenare prodigalitatem illius interdicendo ſibi adminiſtrationem bonorum.Ab. de ſepul. c.De his.

Filius poteſt de qualibet re parua deducere ſuam legitimam pro rata niſi teſtator aliter ordinauerit uel iudex ex officio, qui poteſt arbitrari ut de certa re deductio fiat. Si hęres de ſingulis uellet ſoluere legitimam non eſſet audiendus,quia multa incommoda haberet, ſi alienare uoluerit uocandus eſt fideicommiſſarius,& debet fieri diuiſio ut ualeat alienatio. Idem dicendum de repetitione legitimæ, quando teſtator non tantum relinquit filio quantum ſibi debetur. Abbas de teſtamen. capitulo. Raynaldus. prope finem.

Legitimę debitæ filio non poteſt pater aliquod grauamen apponere, licet per ſtatuta non poſſit apponi,ſic quod tollatur in totum,quia eſſet contra æqui naturalem quia ſuccedit in locum alimentorum,quæ debentur filiis de iure communi, poteſt tamen diminui ut quod filia dotata non ſuccedat. Item poteſt qualificari ut quod accipiatur tantum in immobilibus ſecundum opinionem aliquorum,credo ubi filius non habet aliud unde uiuat non ualet ſtatutum in totum abſorbens, ſi habet aliter unde uiuat,ualet ſtatutum & conſuetudo. Quarta debita iure inſtitutionis cum hæreditas eſt exhauſta legatis eſt priuilegiata magis quam trabellianica & trabellianica magis quã legitima quæ debetur iure naturæ. Quæ in quolibet horum computanda ſunt. Viuente patre non poteſt filius legitimam petere etiam a monaſterio.

rio ſi pater fiat religioſus. Ab. de teſtamen. c. Raynutius. Pater non poteſt grauare filium in debitis ſibi pro legitima uel trabellianica, ſed filius diſponere poteſt ut uult non obſtante uoluntate patris nec legitima ſuccedit omnino loco alimentorum, quia tunc pater poſſet diſponere de ea poſt mortem filii, cum non poſſit teſtari pro filio pubere, nec de eius rebus diſponere. In ſingulis bonis paternis & de ſingulis habet filius legitimæ ius, idem de trabellianica in caſu hereditatis reſtituendę, licet non poſſit detrahi legitima, poteſt tamen trabellianica, & falcidia. Abbas de teſtamen. cap. Raynaldus.

Si pater ſe cum bonis ſuis & filio impubere obtulit monaſterio filius factus maior poteſt exire religionem & legitimam a monaſterio petere & paterna bona quæ ſibi ex ſucceſſione proueniunt. Ab. de regula, c. Cum ſimus. Filius poteſt petere legitimam uiuente patre. Si pater ingreditur monaſterium & tunc debet ſeparari & dari tutoribus, quia cum profeſſus ſit in poteſtate alterius non poteſt habere in poteſtate ſua filium, & hoc eſt æquum & de iure canonico. De iure ciuili ſi intrat in monaſterium non condito teſtamento poſt profeſſionem poteſt bona ſua diuidere inter liberos connumerando monaſterium inter filios. Si prius deceſſerit, liberi capiunt legitimam debitam iure naturæ, & reliqua remanent monaſterio. Legitima non debetur niſi poſt mortem patris. immo hoc caſu remanet medietas uſufructuum bonorum aduentitiorum ipſius filii pœnes monaſterium. licet dominium ſit filii, & hoc forte uerius de ſubtilitate iuris. Ab. ubi ſuprà.

Filius illegitimus qui naſcitur ex ſcorto dicitur manzer, ſpurius qui de profeſſo uel profeſſa, uel de his quibus non licet nubere. Nothi qui ex adulterio. hi omnes repelluntur ab honoribus. Naturalis dicitur qui ex concubina una naſcitur quę in domo tenet locum uxoris. Talis in bonis paternis ſuccedit ab inteſtato in duabus unciis ſubſtantiæ paternæ ſi non ſunt alii legitimi, nec legitima coniunx. In bonis maternis ſuccedunt cum legitimis. Glo. de renuncia. c. Niſi pridem.

Filius illegitimus eſt quem uiro uiuente uxor ex adulterio concipit ſiue moretur cum adultero ſiue cum uiro. Qui fi. ſunt legi. c. Cauſam. Intellige, ſi probatur quod tẽpore conceptus uir non conuerſabatur cum uxore, alias puto contrarium. Ab. ubi ſuprà. Illegitimi ſunt, qui nati ſunt ex matrimonio contracto cõtra publicæ honeſtatis iuſtitiam, & ab hęreditate excludun tur. Vbi ſuprà. c. Referente. Intellige niſi præcedat diſpenſatio, uel excuſet ignorantia. Ab. ubi ſuprà.

Filio illegitimo pater tenetur ad alimenta, licet non teneatur ei aliquid relinquere. Abb. de teſtamen. c. Raynutius. Spurii & nati ex coitu damnato debent ali a parentibus ſecũdum facultates eorum, & huic iuri hodie ſtatur etiam de iure ciuili, ideo parentes poſſunt ſpuriis ratione alimentorum & dotis filiabus aliquid legare, cum dos ſuccedat ratione alimentorum. Ab. de eo qui dux. quam pollu. c. Cum haberet.

Filii clericorum in ſacris dicuntur adulterini etiam ſi ſint nati ex concubina uera, ideo nec matri ſuccedere poſſunt, quia nati ex coitu damnato ab hæreditate parentum excluduntur. Quid de natis ex beneficiatis non exiſtentibus in ſacris. Vide Ioan. Andr. Abbas Qui fi. ſunt legi. cap. Per uenerabilem.

Illegitimus ſi diſpenſatur circa dignitatem inferiorem non intelligitur diſpenſatus circa maiorem. Abb. de elec. c. Innotuit. Legitimatus per papam re-

ſtituendo eum primeuo iuri & antiquioribus natalibus ita quod decernit eum legitimum ac ſi eſſet legitime natus, poteſt eligi in epiſcopum. Si diſpenſauit ut promoueri poſſit ad dignitates non propter hoc poteſt eligi in epiſcopum. Dignitatis nomine non comprehenditur epiſcopatus, nec diſpenſatus in minori eſt diſpenſatus in maiori. Diſpenſatio eſt iuris ſtrictiſſimi. Glo.& Ab. de elec.c. Cum utinenſis. Illegitimus non eſt ordinandus nec promouendus ad dignitates. Glo. ubi ſuprà.c. Cum in cunctis. unde non poteſt eligi nec poteſt epiſcopus diſpenſare quod promoueatur ad epiſcopatum. Glo. ubi ſuprà. c. Innotuit.

Illegitimus omnis eſt irregularis, nec poteſt promoueri ad ordines, niſi ſit religioſus, nec propter hoc poteſt fieri prelatus. Abbas de fi. presby. c. Vt filii. Idem dicitur de filio ſacerdotis ex legitimo matrimonio nato poſt diuortium. Vbi ſuprà.c. Litteras. Si legitimus fuerit, & poſt mortem uxoris uir efficiatur ſacerdos, utrunque licite poteſt, dummodo non ſuccedat patri in eodem beneficio. Vbi ſuprà. c. Ad hoc ex parte tua. Licet epiſcopus diſpenſare poſſit in beneficio ſimplici cum illegitimo, non tamen in eccleſia in qua pater habet beneficium. immo nec cum legitimo. Vbi ſuprà. c. Ad abolendam. Ad dignitates perſonatus & beneficia habentia curam animarum nō poteſt promoueri ſine licentia papæ. Vbi ſuprà. cap. Nimis. In beneficio ſimplici & ad ſacros ordines poteſt epiſcopus diſpenſare. & licet per ingreſſum religionis poſſit ad ſacros ordines promoueri, non tamen ad dignitates ſine diſpenſatione. Ab. ubi ſuprà.c. Nimis.

Qui ex cōiugatis naſcitur dicitur ſpurius, nec poteſt legitimari ex ſequenti matrimonio. Qui ex ſolutis legitimatur & poteſt eligi epiſcopus. Gloſ. de elec.c. Innotuit. Legitimatur etiam ſi mulier non ſit concubina etiam ſi ex fortuitu acceſſu genuit, licet ſecundum ius ciuile requiratur quod ſit concubina ut per ſequens matrimonium legitimetur & ſit prolis certitudo. Ius canonicum fauore matrimonii ſi tempore generationis potuit inter eos eſſe matrimonium prolem legitimat, nec requirit concubinatum. Vnde nomine legitimorum etiam in materia ſtricta ueniunt ſic legitimati per ſequens matrimonium & ſuccedunt in feudo paterno, ſi non ſequitur matrimonium in nullo ſuccedunt patri ab inteſtato. Iura quæ dicunt non exiſtentibus legitimis & uxore ſuccedunt legitimi in duabus unciis. Loquuntur de natis ex ſolutis ubi mulier ſola concubina fuit propter certitudinem prolis. Filij presbyterorum ſemper dicuntur ſpurii. Ab. ubi ſuprà.

Filii illegitimi nati ex ea que dedit fidem uiuente uiro de contrahendo cum alio ſubſequuta copula ſuccedunt cum legitimis ex quo non potuit probari impedimentum, debent tamen parentes inducere ut intrent religionem, ut ſic non ſuccedant, & ſi hoc non poſſunt relinquēt eis modicam quantitatem ut non poſsint agere, niſi ad ſupplementum, etiam ſeruabit mulier hanc cautelam ſi habet filios ab alio, quam a uiro ſuo. Ab. de eo qui dux quam pollu. capit. Veniens.

Illegitimo aſcendente excluſo ab hæreditate excluduntur omnes deſcendentes ab eo etiam legitimi, ideo legitimus ex patre illegitimo non admittitur ad hæreditatem alii & aliorum aſcendentium, ideo ex ſobole naturali tantum non poſſunt haberi filii legitimi, quia omnes prouenium ex radice infecta, ideo ſi pater illegitimus non poteſt ſuccedere in hæreditatem, nec filii poſſunt. Abbas Qui fi. ſunt legitimi. capitulo. Cauſam. & ubi ſuprà. Lator.

Illegi-

Illegitimi ut probentur filij nõ ſufficit probare impedimentum matrimonii, ſi matrimonium contractum eſt in faciem eccleſię. Abbas Qui ſi. ſunt legiti. cap. Peruenit.

Filij naturales dicuntur adulterini, inceſtuoſi, & ſimiles large, proprie oportet quod habeant tria. primo quod nati ſint ex ſolutis inter quos poſsit eſſe matrimonium. ſecundo quod concubina ſit retenta in domo. tertio quod ſit unica quia ſi plures propter parentum effrenatam libidinem non merentur dici naturales. horum ratio, quia concubinatus non reprobatur iure ciuili. Ab. Qui ſi.ſunt legi.c.Per uenerabilem.

Filius ſpurius eſt qui natus eſt ex adulterio. Alii dicunt quod qui naſcitur ex coitu damnato omnes dicuntur ſpurii, ſecundum alios etiam ſi naſcantur ex ſolutis exceptis qui naſcuntur ex concubina. Iſti non legitimantur ex ſequenti matrimonio etiam ſi alter eorum ignoret adulterium. Si tamen uxoratus contrahit cum alia ignorante de prima qui ex ſecunda oriuntur ſunt legitimi, quia nõ dat operam rei illicitæ, ideo non imputatur ei quod euenit. Spurii poſſunt dici omnes nati ex repudiato ciuili lege concubinatu & ſic omnes niſi nati ex concubina ſunt ſpurii. Hi non ſuccedunt immo de iure ciuili negantur eis alimenta, non tamen de iure canonico. Iſtis poteſt aliquid legare pater pro alimentis uel dote tantum. Matri concubinę ſuccedit cum aliis legitimis, etiam ſi mater ſit illuſtris, ſi uulgo quæſitus ſuccedit matri cum legitimis niſi mater ſit illuſtris, ſi natus ex coitu damnato in nullo ſuccedit etiam matri. Sed nec parentes ſuccedunt filiis eo caſu quo filii non ſuccedunt parentibus. Ab. Qui ſi. ſunt legi.c.Tanta. Spurii filii non ſuccedunt parentibus, intellige de natis ex coitu damnato qui non poteſt eſſe uxorius tempore conceptionis. Qui ex coitu non ita damnato ſuccedunt matri cum legitimis, niſi ſit illuſtris. Patri aut coniunctis non ſuccedit per lineam paternam, quia non eſt agnatus. licet parentes non poſſint inſtituere filios ſpurios hæredes, extraneos tamen poſſunt, quia non prohibentur niſi parentes. Ab. de eo qui dux. quam poilu. c. Veniens.

Illegitimi nobilium non dicuntur de ſtirpe parentum, quia ſordes non computantur inter præcipuos, nec poſſunt portare arma & inſignia parentum. An in ſtatutis pro certa domo punienda ueniant baſtardi. Ab. Qui ſi.ſunt legi. c. Per uenerabilem.

Si libera contrahit cum ſeruo quem putabat liberum, filij ſunt legitimi & liberi, quia ſequuntur conditionem uentris. Si econtra filii ſunt legitimi propter ignorantiam patris, cuius ignorantia non poteſt facere quin fœtus ſequatur uentris conditionem. Ab. Qui ſi. ſunt legi.c.Ex tenore.

Filia ſi contrahit matrimonium ſine conſenſu patris non incurrit uitium ingratitudinis ut per hoc poſſit exhæredari niſi eligeret uitam luxurioſam ſi contraxit cum promiſſione dotis pater tenetur illam dotare ſi ſine promiſſione non tenetur, quia ad dotem tenetur ut inueniat uirum. Abb. de deſponſa. impube. c. Tua fraternitas.

Filius eſt in poteſtate patris non matris, unde pater poteſt filium uendere propter famem & quicquid acquirit filius acquirit patri quo ad uſufructum præter quam in bono caſtrenſi, ſequitur etiam familiam patris & ab ea debet denominari & ſequitur ciuilitatem patris & perſonę patris. In poteſtate eſt patris etiam iudei, quia ex iuſtis nuptiis eſt creatus. Illegitimus non eſt in poteſtate patris. Infans poſt triennium debet ali apud patrem & infra triennium lactari a matre expenſis patris. Si mater eſt diues & pater

ter pauper tenetur mater alere filios etiam maiores & poteſt compelli ad hoc per iudicem ſi pater negat alimenta filio iuſte perdit patriam poteſtatem. Si filius moritur propter defectum alimentorum, puniri poteſt, ac ſi filium propriis manibus necaſſet, ob negligentiam patris poteſt filius compellere patrem ut eum mancipet. Alii non recognoſcentes imperium romanum non habent filios in ſua poteſtate. unde dubitatur de Venetis & quibuſdam aliis. Non eſt ſpeciale in patre quod hic dicitur, ſed etiam mater conuerſa poteſt petere ſobolem communem, & inuito patre perducere ad baptiſmum quo ſoluitur ius patriæ poteſtatis. Non eſt conueniens Iudeum habere in poteſtate filium Chriſtianum, unde ſi alter coniugum conuertitur ad fidem ſoboles communis eſt aſſignanda conuerſo ad fidem indifferenter, niſi filius ſit doli capax & quo ad ſubreptionem baptiſmi. Si pater baptizatur & habet filium maiorem poteſt illum petere, quia per baptiſmum non perdit patriam poteſtatem quam habet in filium, cum ſit melioris conditionis quam prius. Si pater cauſa diuortii præſtitit ſiue de iure ſiue de facto filii ali debent apud matrem, & econtra, ideo ſi propter adulterium mariti ſeparatur matrimonium, filii debent ali apud matrem, expenſis tamen patris. Abde conuerſio. inſide. c. Ex litteris.

Filius licet ſit in poteſtate patris non tamen pater poteſt eo inuito eius uxorem detinere, Quo ad iſta ſpiritualia non cenſetur in poteſtate patris, & ratione peccati poteſt filius agere contra patrem. Caſtrenſia etiam bona poteſt inuito patre tractare. Ab. de ſponſa. c. Non eſt.

Filius punitur propter crimen læſæ maieſtatis commiſſum a patre qui infamis efficitur & excluditur ab omni ſucceſſione parentum & uita ex ſola miſericordia ſaluatur. Ab. de elec. c. Venerabilem. Punitur pro delicto patris quia parentes puniuntur in perſonis filiorum, & exempla criminis paterni timentur in filiis, nunquam tamen ſpiritualiter puniuntur. Hæreticorum filii exhæredantur non tamen perdunt beneficium eccleſiaſticum. Abb. de hæreti. c. Vergentis. Punitur tamen pro delicto patris ut non promoueatur ad clericatum. Ab. de pœn. c. In quibuſdam.

Filius ante annos pubertatis poteſt a parentibus etiam inuitus tradi monaſterio poteſt autem & ipſe poſt inuitis parentibus ad religionem confugere & ſoluitur a cura parentum. Ab. de elec. & elect. poteſt, c. Officii.

Fine conceſſo conceduntur omnia quæ ſunt ad finem ut ex hoc liceat ingredi domum etiam inuito domino, & frangere pauimenta ut in pignorando. Ab. de ſepul. c. Cum liberam.

Fiſcus eccleſiæ. Abb. de ſucceſ. ab inteſta. cap. Sancto. Vide. Hæres ſerui ordinati.

Flobothomia. Qui minuit ſanguinem die 13 Februarii non poteſt illo anno ex febrili diſtemperatione mori. & hoc dicit Ioan. And. reuelatum eſſe ab angelo. ſi non indiget, non eſt facile conſulendum. Ab. de ſta. mona. c. Cum ad monaſterium.

Fornicatio eſt generale nomen comprehendens in ſe adulterium, & omnem coitum illicitum. Abb. de dona. inter uir. & uxo. c. Plerique. Simplex eſt peccatum mortale licet ignorantes teneant oppoſitum. Ab. de ſponſa. c. Inter opera. Cum moniali eſt adulterium quia cum ſponſa Dei, ſacrilegium, quia ledit ſacrum, Inceſtus, quia filij Dei ſumus, de horum quolibet poteſt accuſari. Ab. de iudi. c. At ſi clerici. Eſt autem notoria ex ſola retentione mulieris in domo ſi in lecto, uel in menſa ſimul morantur, uel natus eſt filius.

filius. Abbas de purga. cano. capitulo. Cum dilectus.

Caſus fortuitus non imputatur danti operam rei licitæ, ſecus danti operam rei illicitæ. Abbas de homici. cap. Ioannes. Nec tenetur quis prouidere caſui fortuito in quo diligentiſſimus prouidere non poteſt. Ab. ubi ſuprà. cap. Quidam.

Forte quandoque ponitur dubitatiue quandoque affirmatiue. Gloſ. de celebrati miſſa. c. Ex parte.

Forus generis maſculini eſt locus ubi exercetur iudicium. Ab. de uerbo. ſigni. c. Forus. Neutri generis eſt territorium iudicis. Ab. ubi ſuprà. & in rubr. de for. competen.

Forum ſortitur quis ratione contractus non ſolum quo ad id quod principaliter uenit in ipſo contractu ſed etiam quo ad acceſſoria. Abb. de for. competen. c. Dilecti filii. Conueniri poteſt ubi contraxit & ubi habet domicilium. Abb. ubi ſuprà. cap. Propoſuiſti. Exiſtens in uno territorio uel loco exempto ſi percuſſit exiſtentem in alio territorio poteſt in utroque territorio conueniri. idem eſt de delinquentibus in confinibus, & locus eſt præuentioni, idem ſi eccleſia edificatur in confinibus. Mandans delictum in alio territorio cõuenitur ubi cõmiſſum eſt delictum, quia regulariter ex ſolo mandato nemo punitur. Si ciuitas mandat exercitum alibi & ibi aliquis deliquit punietur per poteſtatem ciuitatis mandantis exercitum, quia qui tenet ibi dicitur habere territorium. Teſtis qui examinatur a proprio iudice ad inſtantiam alterius iudicis ſi ſciebat eius dictum alibi debere trãſmitti, ibi puniri poteſt, ſi dixit falſum, ſi ignorabat, punietur ubi dixit falſum ſicut dictum eſt de ſagitante, ſi tamen agitur de pœna uacillationis, punietur ubi examinatur; idem dic de falſificante inſtrumẽtum deferendum ad alium locum. Ab. de for. competen. c. Licet.

Forum quis ſortitur ratione delicti, & quando delictum incohatur in uno territorio & in alio conſumatur, in quo poteſt conueniri. Ab. ubi ſuprà. Vide ſuprà immediate.

Forum quis ſortitur ratione cuiuslibet delicti, ubi quis deliquit excommunicari poteſt ſi ibi reperiatur, capi & puniri ſecundum eius demerita, deponi & beneficio priuari per iudicem loci delicti, ſententia tamen exequenda eſt per epiſcopum territorii. Si ſententia eſt corporis afflictiua illam exequetur iudex loci delicti qui habet plenam iuriſdictionem, & punit ſecundum ſtatuta ſua quia ratione delicti efficitur ſubditus ſuus. Iudex domicilii, ſi ſtatutum ponit pœnam, ipſo facto non ligat delinquentem in territorio alterius. Si ex ſtatuto eſt ferenda ſententia, poteſt illam pœnam imponere dum tamen ſtatutum non cauſet delictum de nouo. puta ſi epiſcopus prohibet ſub certa pœna ne quis in nocte paraſceue uadat, & eius ſubditus alibi ubi eſt conſuetudo uadit nõ uidetur poſſe puniri per epiſcopum proprium, quia in loco in quo iuit, non erat peccatum. Poteſt tamen de omni delicto etiam crimino ſo in territorio alieno puniri per iudicem domicilii. An qui furatus eſt & rem alienam portauit in territorio alieno poſſit ibi puniri per iudicem illius territorii, qui non eſt iudex delicti nec domicilii, opiniones. Abbas de rap. capitu. De illis. Vide. Prælatus ſuperior non poteſt ligari.

Forum quis ſortitur ratione rei de qua agitur. Abb. de for. competen. capit. Sane. In poteſtate actoris eſt, an uelint conuenire coram iudice rei ſitæ, uel domicilii. Si res eſt ſita in diœceſi alterius epiſcopi conueniendi ſunt coram

coram epiſcopo in cuius dioceſi res ſcita eſt. Si eſt in dioceſi alterius litigantium ſi in dioceſi rei conuenitur reus coram epiſcopo, ſi in dioceſi actoris cum archiepiſcopus non habeat regulariter iuriſdictionem in perſonis exiſtentium in dioceſi ſuffraganei, ita nec in rebus ideo cum deficiat iudex rei ſitæ, quia cum non debeat eſſe iudex in propria cauſa, recurret ad iudicem domicilii eius. Si dubitat de limitibus prouinciæ eius quilibet cognoſcet cum parte contradicente, an res uel locus ſit in prouincia ſua, quia hæc ſententia non preiudicat alteri prelato, qui non fuit in cauſa. An iudex ratione rei ſitæ poſſit excommunicare contumacem, dic ut in capitulo finali. Ab. de for. competen. c. Sanè.

In foro pœnitentiali non poteſt quis abſolui a non ſuo iudice nec ſortitur quis forum ex delicto commiſſo in alia parochia. Licet exerceat actum in dioceſi alterius epiſcopi propter quem conceditur indulgentia, non tamen gaudet indulgentia, & ſi delinquo in aliena parochia non teneor confiteri presbytero parochię alienæ, nec poteſt laycus ſe ſubiicere iuriſdictioni alterius licet aliud ſit in foro iudiciali. Abbas de pœni. & remiſ. capitulo. Quod autem.

Fratrum nomine intelliguntur carnales, non autem religionis. Abbas de officio & poteſtate iudicis delega. cap. Licet. Tenentur etiam dotare ſororem. Ab. de arbi. c. Peruenit. Inter religioſos fratrum nomine non ueniunt monachi in materia odioſa, nec ſororum nomine monachę. Abbas de iudi. cap. Cauſam.

Fratres in primitiua eccleſia dicebantur omnes fideles, in concilio antiochiæ uocati ſunt Chriſtiani, religioſi modo appellantur fratres omnes per excellentiam. Qui de tertio ordine non dicuntur fratres ſimpliciter ſed fratres de pœnitentia. Monachi dicuntur qui uirtute regulæ ſtant ſolitarii in monaſterio, nec ſe immiſcent prędicationibus, nec habent adminiſtrationem. In odioſis nomine fratrum non ueniunt monachi, nec nomine monialium ſorores mendicantium, quia communis uſus loquendi debet attendi. Ab. de iudi. c. Cauſam.

Fratres poſſunt dici omnes Chriſtiani per regenerationem baptiſmatis. Abb. de ſen. excom. c. Porro. & de iudi. c. Nouit ille. Vterni dicuntur qui ex eadem matre nati ſunt, qui ex eodem patre dicuntur fratres, conſanguinei quia ex eodem proceſſerunt ſanguine. Iſti differunt quo ad multa, Vterinus non poteſt rumpere teſtamentum fratris, & inſtituta uili perſona hærede. Secus eſt in fratre conſanguineo. Abbas de uerbo. ſignifi. caticulo. Nam & ego.

Si unus fratrum aliquid occultat & poſt ſequitur tranſactio generalis in diuiſione rerum, non tenet quo ad occulta. Abbas de tranſactio. capitulo. Sicut.

Fraus fit legibus ſeptem modis. Primo de perſona in perſonam ut ſi uxor uult donare uiro & ſupponat aliam perſonam capacem. Secundo de re ad rem ut quia prohibitum eſt filiofamilias mutuare pæcuniā tu accipis aliam re, ut uendatur. Tertio de contractu ad contractum, ut ſi uxor quę uiro donare non poteſt, uiro uendit. Quarto de contractu ad contractum alio modo, ut mulier quæ non poteſt pro alio fideiubere conſtituit ſe debitricem principalem. Glo. de priuile. c. Quanto. Quinto denominat nomen, ut electus non habens adminiſtrationem facit ſe inſtitui icomicum. Sexto de tempore ad tempus, ut quando ſententia fit contra maiorem & proceſſus eſt fa-

eſt factus contra minorem. Septimo de loco ad locum. Abbas ubi ſuprà. c. Quanto.

Frequenter dicitur fieri quod bis fit. Gloſ. de ui. & honeſta. cle. capitu. Monaſteria.

Fructus dicitur, quod ſupereſt deductis expenſis, Vnde in pignore ante omnia deducuntur expenſæ. Ab. de iur. iuran. c. Ad noſtram.

Fructus ſunt ciuiles & naturales, induſtrii & non induſtrii. Poſſeſſor quos facit ſuos & quos non. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Grauis. Fructus naturalis dicitur quicquid percipitur ex re non deductis expenſis ſecundum leges ciuiles quod ſupereſt deductis expenſis, in ſolutione decimæ accipitur patrio modo ubi fructus refertur ad aliquotam partem non deducuntur expenſæ ut in decimus. ubi quis obligatur reſtituere omnes fructus prius deducuntur expenſę ne quis locupletetur cum iactura alterius ſi inter contrahentes fit mentio de fructibus debet intelligi non deductis expenſis, quia contrahentes maxime ruſtici capiunt uerba naturaliter ut uulgariter proferuntur, debet tamen magis inſpici mens quam uerba. Ab. de deci. cap. Paſtoralis.

Fructus quando & quomodo poſſunt peti. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Grauis.

Furioſus non poteſt pro ſe ſtare in iudicio, & ſententia lata contra eum non ualet, ſed pro eo ſtabit ad proponendum curator uel procurator. Abb. de iud. c. Paſtoralis.

Furioſus non poteſt aliquo caſu obligare ſe etiam Deo, & benefaciendo non præſumitur ſane mentis, unde licet faciat teſtamentum tanquam mentis compos non propter hoc ualebit teſtamentum. Idem dicitur ſi daret omnia bona pro anima ſua. Si profitetur & poſt certificetur de profeſſione non ſufficit rati habitio, ſed requiritur quod ſpontanea uoluntate profeſſionem fecerit ſana mente redeunte. Ab. de regula. c. Sicut tenor.

Frumenti nomine uenit omne id quod habet ariſtam. Abbas de deci. cap. Ex multiplici.

Fur dicitur nocturnus a furno. i. nigro, qui incedit in rebus de noctæ, latro dicitur de die, uterque poteſt apprehendi non autem occidi impune, & licet non poſſit apprehendi de nocte ex quo tamen fuit cognitus poſſunt eius bona per iudicem re haberi quia tunc non debet occidi etiam de iure ciuili. Eadem eſt ratio de fure nocturno qui cognoſcitur & eſt ſoluendo ſicut in fure diurno qui non poteſt occidi quando cognoſcitur. Non excuſatur ab occiſione furis nocturni niſi liberet ſe & ſua. Nec licet pro rebus domini liberandis interficere furem etiam nocturnum quia iſta ponuntur copulatiue ideo non ſufficit altera pars. In iure tamen ciuili ſufficit altera pars ſed non euitatur peccatum, ſicut pater poteſt occidere filiam ſuam adulteram & uir uxorem non tamen ſine peccato nec tamen excuſatur quis a peccato homicidii propter conceſſionem iuris niſi conceſſio ſit rationabilis & iuri diuino conſona. Ab. de homi. c. Interfeceſti. Latrocinium inter magna ſcelera computatur & pro eo fit depoſitio & detruſio, non ſic de furto. Latro eſt qui de die & quandoque cum uiolentia ſicut in ſtratis publicis depredatur. Fur qui de noctæ, etiam licet pro furto ſimplici poſſit deponi non tamen debet tradi alteri monaſterio. Ciuilis lex longe magis punit latrones quam fures. Ab. de pœn. c. Tuæ diſcretionis. Fur & latro accipiuntur quandoque equiuoces & ſunt ſinonoma & horum nominum differentia non eſt perpetuo uera. Ab. de homici. c. Suſcipiens. & ubi ſuprà. Ad ultimum.

Fur

Fur rem eccleſię etiam ſacram capiens non eſt excommunicatus, ſed excommunicandus, ſecus ſi frangit hoſtia eccleſiæ, uel etiam rumpit, ſemper tamen peccat. Ab. de fur.c.Ex litteris.

Qui furatur hominem & uendit, conuictus morte moriatur. Ab.de fur. Qui furatur. Committitur furtum in homine libero. Qui præſentat domino homines uanos & ioculatores non incidit in hanc pœnam, quia non preſentat ut auferat libertatem ſed ut ſeruiant illis ad placitum. Vendentes, ementes, donantes, omnes tenentur ad eandem pœnam ex quo ſcienter faciunt. Iſta non eſt inſtitutio canonica, ſed lex antiqua, quæ imponitur ut ſciatur quam acriter puniantur qui furantur hominem liberum per iudicem eccleſiaſticum, citra mortem tamen. Mortis nomine ius canonicum interpretatur excommunicationem. Ab. ubi ſuprà.

Fur dicitur manifeſtus quando deprehenditur in furto, uel eum re furtiua antequam ducat ad locum deſtinatum. Ab. de fur. c.Ex litteris.

Fur punitur ubi agitur ciuiliter ſi furtum eſt manifeſtum pœna quadrupli, ſi non eſt manifeſtum pœna duplici. ſi criminaliter ante aggreſſionem, non debet imponi pœna mortis, nec mutilationis, ſed poteſt fuſtigari. ſecus ſi eſt latro cum aggreſſione. Nec mihi placet opinio quod recipiens ultra quinque ſolidos poſſit puniri pœna mortis, quia iura illa intelliguntur quando ex tam modico furto ſequitur fractio partis. Hodie ubique ſtatuta prohibent. De iure canonico clericus debet deponi & incarcerari ad agendum pœnitentiam. Ab. de fur. c. Ex litteris. Qui furatur ultra.5.ſolidos debet ſuſpendi ſecundum leges federici, intellige ſi pax rumpitur, alias pro tam modico forte non debetur mors. Ab. de homici. c. Ad ultimum.

Furibus & latronibus in peccato morientibus denegantur ſacramenta, ſecus ſi in morte pœniteant. Ab. de fur. fures.

Furtum eſt uſurpatio rei alienæ inuito domino. Non ſufficit dicere credebam illum eſſe contentum, nec etiam quod dominus dicat ego ſum contentus, quia fur poſſet ſemper capi de manu iudicis, ſed requiruntur circumſtantię uerisimiles quod ſit contentus. Non eſt furtum reſpectu bonorum immobilium, eſt autem beneficiis non habitis canonice, quia ſunt bona Chriſti. Ab.de elec. c. Dudum.

Furtum eſt contrectatio rei alienæ fraudulentiſſima inuito domino animo lucrandi, ſiue ipſius rei ſiue uſus rei ſiue poſſeſſionis eius. Si rem alienam contractat credens eſſe ſuam uel dominum ratum habere, non erit fur, ſed iudex arbitrabitur ex coniecturis, quia aliter non euadet furtum dicendo ſe ita credere, ſed nec creditur domino, qui poteſt hoc dicere ut illum liberet. Siue quis accipiat ut habeat rem uel uſum, uel poſſeſſionem ſemper committitur furtum, ſic etiam ſi proprietarius ſubiiciat rem uſufructuariam. Ab. in rubr. de fur.

Qui accipit rem quę pro derelicta habetur, non committit furtum. ſi non habetur pro derelicta etiam ſi proiiciatur in mari timore mortis eſt furtum. Quando habetur pro derelicta, recurrendum eſt ad coniecturas. Qui inuenit rem quam credit habere pro derelicta, poteſt retinere. Si non putat & non inuenit dominum, facta proclamatione debet dare pauperibus. Ab. de accuſa.c. Cum dilectus.

Furtum cómittitur, etiá capiendo rem alterius minus caute dimiſſam. Qui in uia reperit florenum uel aliam rem ſi in qualitate rei pręſumitur quod habeatur pro derelicta nó cómittit furtum, quia non eſt intentio fraudulẽta. Si præſu-

præſumitur uel præſumere debet ex rei qualitate quod non habeatur pro derelicta committit furtum,niſi præconizari hoc faciat. Hodie conſuetudo eſt quod qui rem perdit,facit illam præconizare,& expectat. Si non inuenitur dominus,& præſumitur rem haberi pro derelicta poteſt ſibi retinere aut dare pauperibus. Ab.de fur. c. Ex litteris.

In defectum iuſtitiæ uel probationum poteſt quis in occulto ſatisfacere de rebus ſibi ſubtractis,dummodo abſtineat a mendacio. Abb. de his quę ui me.uel cau.ſi.c.Perlatum. Poteſt quis rem ſuam propria auctoritate furtiue accipere,dummodo ex acceptione non oriatur ſcandalum nec malum. Si etiam inique acceperit,licet peccet,non tamen tenetur ad reſtitutionem. Ab.de reſtitu. ſpolia. c.Olim.

Furtum commiſſum & furem iudicare poteſt iudex ſecularis, & corrigere, eccleſiaſticus excommunicare, & hoc probat pratica epiſcoporum qui excommunicant fures, & qui ſciunt,niſi reuelent. Abbas de exceſ.præla. capitu. Dilectus.

Furtum non indicans propter lucrum quod ab eo conſequitur reus eſt peccati. Abb.de fur.c.Qui cum fure. In furto agentes & conſentientes pari pœna puniuntur.Qui ſocius eſt furti tenetur reuelare domino quærenti,alias peccat. Ex textu iſto poſſunt iuſtificari epiſcopi qui cottidie excommunicant non reuelantes furtum. Si non eſſet peccatum, poſſet tamen excommunicare. Sunt tamen opiniones, quod non teneatur quis indicare furtum. Si perdidi rem meam & ſuſpicer quod ſit in tali domo non debet iudex requirere in domo illa per ſcrinia,quia periculoſum eſt ut habeat patrimoniũ ſuum pandere alteri, niſi quæratur perſona quæ poteſt dolum ſe occultando committere,ut ſeruus & uxor, non autem in aliis rebus quæ non poſſunt committere fraudem, niſi eſſet uehemens ſuſpitio, quod eſſet in domo illius. Qui non indicat furtum,reus eſt furti,quia diuiſit rem furatam ſecum, ut ſentit hic Glo.tacite. Ab.ubi ſuprà.

Furtum committens ex neceſſitate non multum urgente peccat, ſed non grauiter, unde imponenda eſt leuis pœnitentia,& licet reſtituat tenetur tamen facere pœnitentiam. Ab. de fur.c.Si quis.

Furtum peculiatus eſt furtum factum de re publica & grauiori pœna punitur, quam ſimplex furtum. Quod furtum committit qui uſurpat bona eccleſiæ uacantis. Ab.de elec. c. Vt prætęritę.

In generatione non requiritur ſemen mulieris, licet alii teneant oppoſitum. Ab. de eo qui cogno. conſangui. uxo.c. Fraternitati.

Ad generandum poteſt quis reddi impotens ex ſortilegiis. Abb.de homici.c. Si quis.Poſſe generare non præſumitur maſculus ante quartumdecimum annum, puer tamen annorum nouem dicitur impregnaſſe nutricem ſuam. Ab. de delic.puero.c.Pueris.

Gentilis dicitur qui ſic eſt,qualis eſt genitus. ſic eſt omnis infidelis qui non eſt regeneratus. Ab.de iudi. c. Nouit ille.

In genere aliquid eſt licitum quod non eſt licitum in ſpecie,& econtra, niſi de ſcenſus ad ſpecialia, uel generalitas occaſionem mali inducat. Glo. & Abb. de ordi.c. Si ſacerdos.

Genus maſculinum concipit femeninum non ſolum in lege humana,ſed etiam in diuina. Ab. de baptiſ. c.Maiores

Gloriatio delicti etiam ſi aliter nõ cõſtet de delicto,eſt graue peccatum,& aggrauat

grauat præcedens delictum. & licet quando gloriatur, non poſſit puniri propter hoc de delicto, poteſt tamen puniri quia gloriatur. Ab. de exceſ. prælato. c. Quando ſit graue.

Gratia conceſſa non expirat morte concedentis & re integra, quia priuilegii efficaciam ſuſcepit ideo ſufficit ad priuilegiati notitiam ueniat. Abbas de officio & poteſ. iud. delega. c. Gratum. Non extinguitur morte concedentis, ſicut inhibitiones. Abb. de cleri. non reſid. cap. Cum ad hoc. Vide. Licentia.

Gratia indulta ratione minoris ætatis poſtquã cepit habere locum non extinguitur licet minor perueniat ad maiorem ętatem. Ab. de ſen.exco. c. Pueris. Quidam ſunt actus in quibus requiritur maior ætas tempore quo actus exercetur ut in teſtamentis & non ſufficit quod maior ętas ſuperueniat ubi ſunt actus hoc non requirentes ſatis eſt ut ſit idoneus tempore quo perhibuit teſtimonium; ideo poteſt quis teſtis eſſe de his quæ uidit in puerili ętate. Ab. ubi ſuprà.

Græcus clericus licite utitur matrimonio etiam inter latinos, ſi tamen uoluerit ritus ſuos ſeruare non debet ei conferri eccleſia latina. Papa, etiam cum maiori parte concilii non poteſt inducere continentiam certo generi perſonarum poſt promotionem ipſis reſiſtentibus. Continentia perſuaderi poteſt non impetrari. Hoc eſſet uitam arctiorem inducere iam promotis. Greci non emiſſerunt, uotum continentię, quia noluerunt ſe obligare huic uoto, nec approbauerunt legem concilii. Abbas de cleri. coniuga. c. Cum olim.

Filius græci; ſacerdotis in legitimo matrimonio genitus ad ſacerdotium inter latinos licite promouetur & in epiſcopum, niſi hoc ſit ſcandalum. Ab. de cleri. coniuga. c. Cum olim.

Gręco ſacerdoti procuranti oppreſſionem filiorum uel necanti non imponitur pœnitentia publica, ſed debet abſtinere ab altari & aliter in ſecreto agere pœnitentiam. Ab. de pœni. & remiſ. c. Quæſitum.

Gręci in eorum ritibus tollerandi ſunt ab eccleſia ſi poſſibile eſt ſine uiolatione fidei. Ab. de baptiſ. c. Si quis. Tollerandi ſunt in ritibus ſuis etiam in ſacramentis etiam in noſtris prouinciis ubi poſſunt tollerari ſine periculo animarum. Abb. ubi ſuprà. cap. Licet grecus. Non tamen debet eis uolentibus ſeruare ritus ſuos tradi eccleſia latina. Ab. de cleri. coniuga. cap. Cum olim.

HAbeatur pro Ciue uel pro legitimo ſi proferatur ab habente poteſtatem puta a principe uel ſtatuto paria quia ſunt ſicut dicere ſit ciuis. Ab. Qui fil. ſit legat. c. Tanta.

Hæreditas quomodo diuiditur in legitimam, trebellianicam & falcidiam. Ab. de teſtam. c. Raynaldus.

Hæres in relictis ad pias cauſas poteſt adire iudicem eccleſiaſticum etiam ſi hæres ſit ſecularis, quia papa mandat ea decerni non ſecundum leges, ſed ſecundum decretorum ſtatuta, ergo cauſa eſt eccleſiaſtica. quia alias papa, non poſſet ſe intromittere tollendo diſpoſitionem legis. Iſte ſunt cauſe mixti fori, ideo in poteſtate actoris eſt adire iudicem eccleſiaſticum uel ſecularem. Ab. de teſtam. c. Relatum. Vbi reſtitutio hæreditatis debet fieri ad pias cauſas licet hæres poſſit detrahere legitimam, non tamen trebellianicam nec falcidiam, licet Io. And. ſentiat oppoſitũ. Ab. de teſt. c. Raynaldus.

Hæres

Hæres clerici compellitur reddere eccleſiam olim defuncti indemnem, & tenetur pro mala adminiſtratione rectoris, & ſi ſua negligentia permiſit perſcribi rem eccleſiæ tenetur de patrimonio ſatisfacere, & ad hoc poteſt compelli eius hæres, idem ubi potuit aliquid acquirere eccleſiæ, & neglexit. Ab. de pigno. c. Ex præſentium. Si pignorauit res eccleſiæ. Vide. Beneficiatus non eſt dominus fructuum. Hæres clerici ab inteſtato ubi non ſunt conſanguinei eſt eccleſia in qua habet beneficium, & de eis nihil poteſt epiſcopus habere, ſi non habet eccleſiam nec conſanguineos epiſcopus recipiet non pro ſe ſed ut diſtribuat in eleemoſinas, ſi tamen epiſcopus eſſet pauper poſſet ipſe retinere. Ab. de pœn. c. Presbyteri. Et de hæreti. c. Excommunicamus. & de teſtam. c. Relatum ſecundum.

Hæres poteſt conueniri coram iudice eccleſiaſtico ut ſatisfaciat pro defuncto. Ab. de ſepul. c. Parochiano. & de teſtam. c. Raynaldus.

Hæres tenetur indiſtincte pro debito defuncti de iure canonico, non de iure ciuili, niſi in quibuſdam caſibus. Glo. hic quam plures ſequuntur. Tunc quod non eſt differentia inter ius canonicum & ius ciuile, niſi quando quis eſt contritus in morte, quia uidetur mandaſſe tacite ſatisfactionem fieri per hęredes. Vbi iſta ceſſant non uideo quod poſſit agi contra hæredem pro delicto defuncti niſi quatenus poteſt agi de iure ciuili. Contritus quantum in ſe ſatisfecit, ideo & hæredes compellendi ſunt ad ſatisfactionem. Quando poteſt agi pro delicto defuncti contra hæredem, & quando non poteſt ponuntur dicta Bar. Abb. de ſepul. c. Parochiano. Vide. Sacerdos in actu confeſſionis.

Hæres non tenetur pro delicto defuncti ſi nihil ex delicto defuncti peruenit ad eum niſi deceſſerit contritus, quia qui uult antecedens uult omnia per quæ peruenitur ad illud, & ſic uidetur mandaſſe ſatisfactionem. Glo. de ſenten. exco. c. A nobis.

In dignitatibus ſecularibus & regnis ſuccedunt filii ordine geniturę ut primogenitus primo ſuccedat, & eo decedente ſine ſobole ſuccedat ſecundo genitus. Nepos patrui præfertur etiam ſi primogenitus ſit mortuus ante adoptionem regni patre uiuente. Si comes habet filium & poſt acquirit aliam dignitatem qua acquiſita generat ſecundum filium ſuccedit primogenitus. Ab. de uoto, & uoti redem. c. Licet.

Hæres priuatus delegato eccleſiæ non detrahit falcidiam, ſecus ſi eccleſia eſt hæres, quo caſu concurrit priuilegium cum priuilegio, & ſic conquaſſatis priuilegiis utuntur iure communi. Ab. de proba. c. In præſentia. & de præb. c. Cum cauſa.

Si eccleſia non fecit inuentarium, non tenetur ad onera hęreditatis ultra uires, Vnde ſi aliquid eſt relictum eccleſię cum onere excedente lucrum poteſt eccleſia ex poſt facto relictum repudiare. Abb. de teſtamen. c. Quotundam.

Hęres qui non fecit inuentarium in foro animæ, non tenetur ad ſolutionem debitorum ultra uires hęreditatis. Ius ciuile fundatur ſuper præſumptione quod occultauerit bona hęreditatis, quę præſumptio ceſſat in foro animæ, quia creditur confitenti de omnibus. Filius ſi non fecit inuentarium in foro iudiciali non tenetur de ſua legitima ſatisfacere creditoribus. Eccleſia ultra uires hæreditatis non tenetur, ſi non fecit inuentarium, ſicut nec fiſcus. Hæreditas ad eccleſiam delata intelligitur quando non eſt oneroſa, ne eccleſię bona alienentur indirectę. Ab. de ſolutio. c. Ad hæc. Si non fe-

cit inuentarium non tenetur ex delicto defuncti ultra uires hæreditatis etiã in foro contentioſo, quia ex quadam ęquitate inductum eſt per ius canonicum ut teneatur hæres ex delicto defuncti. Ex eadem æquitate non debet teneri ultra uires hęreditatis, quia lex fundatur in prę́ſumptione quod hæres defraudauerit bona hæreditatis. Secundo quia eſt pœnalis lex qua nemo arctatur ſoluere in foro pœnitentiali. Abbas de immuni. eccle. c. Quia plerique.

Hæres tenetur ſoluere legata relicta in teſtamento minus ſolenni, & ſufficit unus teſtis in foro conſcientiæ. Iſte ſolennitates ſunt adinuentæ ad remouendum fraudes. Vbi ergo conſtat de ueritate &c. Ab. de immuni. eccle. c. Quia plerique.

Obligatio contracta cum defuncto quando tranſit in hæredem. Ab. de arbi. c. Compromiſſum.

Hæres pro parte in qua inſtitutus eſt tenetur approbare alienationem quam defunctus fecit dum uiueret, quia tenetur de euictione, & quilibet de parte ſua. Ab. de teſtam. c. Quorundam. Vide. Hæres laycus. Inſtitutus in parte cohærede nolente hęreditatem adire inſtitutus in certa parte habet totam hereditatem. Si autem eſt legatarius perdit legatum. Ab. ubi ſuprà. c. Raynutius.

Hæres non deſinit eſſe hæres, ſi ab eo ratione pœnæ iniunctæ in teſtamento totum patrimonium hęreditatis perdit, ſed retinet ius & nomen hæredis, & falcidiam detrahit tanquam hæres. Ab. de teſtam. c. Raynaldus.

Hæredes ſi inſtituuntur pater & filius, non ſuccedunt ſucceſſiue ſed admittuntur æqualiter, & uterque illorum conſequitur medietatem, quia coniunctim ſub nomine collectiuo habentur loco unius. Abb. de teſtam. c. Raynaldus.

Vbi conſuetudo eſt quod primogenitus ſuccedat, & ſit hæres, ipſe tenetur prouidere competenter fratribus ſuis in uita ſua. Ab. de uoto, & uoti redem. cap. Licet.

Hæredes plures non tenentur pro debito defuncti, niſi ſecundum portionem hæreditatis. Ab. de uſur. c. Tua nos.

Heres ſerui ordinati Si uni ex hæredibus aufertur ſua portio ut ab indigno non applicabitur fiſco ſeculari, licet hæres ſit ſecularis, ſed fiſco eccleſiæ habito reſpectu ad qualitatem relinquentis, quia fuit clericus. Id quod uenit applicandum fiſco de bonis clericorum non uenit applicandum fiſco papæ, ſed potius epiſcopi loci ut diſpenſet ad uſum eccleſiæ. Vnde ſi clericus decedens ſine conſanguineis inteſtatus bona debent uenire in manus epiſcopi. ut in uſum eccleſiæ diſtribuat non ut ſibi appropriet. Ab. de ſucceſ. ab inteſta. c. Sanctorum.

Hæredi non implenti iuſſa teſtatoris ab epiſcopo interdicitur res a teſtatore relicta. Ab. de teſtam. c. Si hęredes. Si res relicta eſt in patrimonium teſtatoris uel pecunia, ſtatim debet dari. Si neglexit ſoluere poſt ſex menſes cogitur ſoluere cum omni emolumento; Si hæres legatum negat ad pias cauſas cogitur duplum ſoluere. Si eſt negligens ultra annum poſt monitionem iudicis priuatur hæreditate. Si habet executorem, ad ipſum pertinet executio. Si non habet in his quæ legantur pauperibus ſuccedit epiſcopus. De incertis dubium eſt. In aliis exequitur hæres, & ſi monitus neglexerit completo anno exequitur epiſcopus, ad quem etiam deuoluitur poteſtas legatorum, non ad pias cauſas. Abbas de teſtamen. capitulo. Si hæredes.

Hæres

Hæres compellitur ſatisfacere pro mortuo excommunicato contrito tamen, quia eſt actus pius & pro anima, & defunctus eſt miſerabilis perſona, ſi non fuit contritus ſecundum Hoſti. poteſt compelli, quia res tranſit cum onere ſuo. ſed hoc ſecundum non puto uerum ex quo eccleſia deſperat de ſic defuncto, nec debet ſe intromittere nec ex cauſa pia ex quo deceſſit in mortali. Vnde etiam ſecundum leges de delicto defuncti non tenetur hæres niſi quatenus ex delicto peruenit ad hæredem, uel niſi lis fuerit conteſtata cum defuncto. Ab. de ſen. exco. c. A nobis.

Hæres compellitur ad ſatisfaciendum pro defuncto abſoluto non ualente reſtituere propter caſum mortis. De iure canonico tenetur pro delicto defuncti, licet ex illo delicto nihil perueniat ad hæredes, & poteſt iudex eccleſiaſticus compellere ad ſatisfaciendum, & contumacia hæredis nocet defuncto, non tamen tenetur ultra uires hæreditatis, etiam ſi inuentarium non fecit, licet teneatur ex delicto. Ex quo ille pœnitentiam accepit, uidetur mandaſſe reſtitutionem. Si hæres ultra teneretur, nimis grauaretur. Si non ſatisfacit defunctus diutius in purgatorio tenetur, & hæres peccat. Si non fuit abſolutus, & apparuerunt ſigna contritionis idem eſt. Ab. de rap. cap. In litteris.

Hæres laycus compellitur per excommunicationem & bonorum ſubtractionem ad exequutionem uoti ultramarini, ad quod ſe obligauit pro defuncto. Abb. de uo. & uoti redem. c. Licet. Voluntatem defuncti non implens etiam circa executionem uoti perdit omne emolumentum ſucceſſionis, ſimiliter ſi non ſoluit legata & fidei commiſſa & ſi non implet onera extrinſeca ſibi a defuncto iniuncta, etiam ſi deceſſit inteſtatus. Ab. ubi ſupra.

Hæres obligatur ad ſubſidium terræ ſanctæ ſi uouerit ille cuius eſt heres, & compelli poteſt per priuationem hæreditatis & ex quo ſponte adiit hæreditatem poteſt excommunicari, quia redeundo hæreditatem quaſi contraxit. Ab. ubi ſuprà. c. Licet.

Hæres debitoris poteſt allegare contractum cum defuncto eſſe federaticium & probare per præſumptiones, licet defunctus in uita tacuerit. Dicitur patere quod ex præſumptionibus conſtat. Abb. de uendi. & emp. cap. Ad noſtram.

Hæres uſurarii uſuras extortas per defunctum reſtituere compellitur. De uſur. c. Tua nos. Conuenitur hæres non præciſe ex delicto defuncti, ſed ex contractu uel quaſi geſto cum defuncto. Indebite enim recepit uſuras. Bona uſurariorum nó ſunt obligata creditoribus pro uſuris, nec illi ad quos peruenerunt titulo ſingulari poſſunt compelli ad dimittendum ipſa bona, ſed poteſt compelli hæres per omnes pœnas ad reſtituendum, ſicut poteſt uſurarius uiuens. Hæredes non tenētur in ſolidum, ſed pro hæreditariis portionibus, & uno eorum ueniente ad paupertatem alius qui diues eſt non tenetur de rigore iuris niſi ad ſoluendum portionem, quia bona non erant obligata in ſolidum, licet Glo. teneat oppoſitum & male. Iſta opinio poteſt intelligi in foro animæ ut citius liberetur defunctus, cogi tamen non poteſt alius ad ſoluendum totum, nec alii ad quos bona deuenerunt ex cauſa lucratiua uel oneroſa, quia non ſunt hæredes. Hæres tamen non tenetur ultra uires hæreditatis in foro animæ, etiam ſi non fecit inuentarium. Ab. de uſur. c. Tua nos. Poteſt hęres exigere uſuras extortas ab eo cuius eſt hæres, non tamen auditur hæres niſi prius reſtituat uſuras extortas ab eo cuius eſt hæres. Si tamen clericus exigit uſuras nomine eccleſiæ non poteſt excipi

contra eum quod ab alio recepit, quia delictum ſuum non nocet eccleſiæ, idem dic in procuratore. De iure ciuili hæres tenetur reſtituere, licet de uſuris nihil perueniat ad eum, quia non conuenitur ex delicto hæredis, ſed quaſi ex contractu. Ab. de uſur. c. Michael.

Hæres in nullo caſu tenetur ultra uires hæreditatis in foro animæ, licet non fecerit inuentarium, lex præſumit plus fuiſſe in hæreditate. In foro animæ creditur confitenti ex quo ceſſat ratio legis debet ceſſare lex, in foro animæ non habet locum ſolutio pœnæ, ſatis eſt ſatisfacere. Ab. de uſur. c. Tua nos.

Hęremita eſt religioſa perſona ſecundum Innocen. & tenetur continentiam promittere & ſeruare. ſed melius dicitur quod non inuenitur in iure quam uitam debeat ducere, ſed ſunt ſicut locuſtæ ſine rege. Ab. de elec. cap. Cum monaſterium. Poſſunt tamen habere proprium. Glo. ubi ſuprà. Hæremita non renunciat proprio & ſic non poteſt appellari religioſus, nec habent regulam ſed ſunt ſicut locuſtæ ſine rege, & dubium eſt utrum gaudeant priuilegio eccleſiaſtico. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Ex parte. Hæremita poteſt nomine eccleſiæ uniuerſalis recipere uotum continentiæ. Abb. Qui cleri. uel uouen. c. Veniens.

Hęreſis dicitur ab electione erroris, uel ab erro erras, uel ab hęreo hęres, quia hæret opinioni, uel ab Ercisco quod idem eſt quod diuiſio, quia ab unitate eccleſiæ ſunt diuiſi. Ab. de hæreti. c. Firmiſſime.

Hæreſis crimen quo ad cognitionem eſt mere eccleſiaſticum, quo ad executionem ſpectat ad iudicem ſecularem poſt ſententiam. Ab. de hæreti. c. Ad abolendam. Sola eccleſia uidelicet papa, epiſcopus & inquiſitor de hæreſi damnare poſſunt, quia eſt crimen mere eccleſiaſticum. Ab. ubi ſuprà. c. Excommunicamus ſecundum. Quando factum eſt clarum cognoſcit epiſcopus, ſi quæſtio eſt dubia remittitur ad ſolum papam. De hæreſi cognoſcit epiſcopus ut delegatus. Ab. ubi ſuprà. c. Ad abolendam.

Hæreticus dicitur. 8. modis. Primo qui peruertit ſacramentum eccleſiæ ut ſimoniacus. Secundo qui ſe ab unitate eccleſiæ ſcindit. Tertio omnis excommunicatus. Quarto qui errat in expoſitione ſcripturæ ſacræ. Quinto qui confingit nouam ſectam uel confictam ſequitur. Sexto qui aliter ſentit de articulis fidei quam eccleſia Romana. Septimo qui male ſentit de ſacramentis. Glo. de hæreti. c. Firmiſſime. Duobus ultimis modis dicitur proprie quis hæreticus. Octauo large iudæi poſſunt dici hæretici, quia ſunt extra eccleſiam. Ab. ubi ſuprà.

Hæretico auctore damnato omnes ſcripturæ eius, libri, & opera damnantur. Ab. de hæreti. c. Fraternitatis.

Hæretici non poſſunt bona prius propria poſtquam ſunt hæretici retinere etiã in foro conſciẽtiæ. Ab. de arbi. c. Dilecti filii. Vide. Confeſſor. Hæreticus nihil habet quia omnia bona ſua ſunt confiſcata. Ab. de iur. patro. c. Nobis. Bona ſunt confiſcata, in terris eccleſiæ applicantur fiſco eccleſiæ, in terris imperii fiſco iudicis ſecularis, etiam ſi habeant catholicos filios. De hæreti. c. Vergentis. In terris imperii apprehenſio bonorum fit per iudicem ſecularem. Ipſo facto poſt mortem ſunt publicata & capi poſſunt, ſi probetur quod uiuens fuit hæreticus. Si uult redire ad fidem non recuperat bona, quia ex quadam miſericordia conceduntur. Pro delicto patris punitur filius, quia perdit beneficium, & laycis confiſcantur feuda. An in publicatione omnium bonorum per iudicem ſecularem, ueniat ius patronatus.

In ter-

In terris imperii filii exhæredantur. Inuita & poſt mortem Damnari poſſunt aliqui de hæreſi, licet in animo teneant contrarium. Abb. ubi ſuprà. Bona clericorum hæreticorum ſunt ipſo facto confiſcata & applicantur eccleſiis, in quibus habent ſtipendia, ſi non habent eccleſias, applicantur epiſcopo qui ea diſtribuat in pias cauſas. Abb. ubi ſuprà. c. Excommunicamus. Bona hæreticorum non occupantur per ſeculares ante ſententiam, niſi factum eorum ſit adeo notorium quod non indigeat declaratione. Ab. de iudi. c. Cum non ab homine. Si ignorabatur in uita quod eſſent hæretici præſcribuntur eorum bona per catholicos ſpacio annorum. 40. etiam contra Romanam eccleſiam etiam contra principes quinquennio ſi bona fide poſſideant. Ab. de preſcrip. c. Cum nobis. Reuerſus ad fidem an recuperet ius patronatus & bonam famam & alia bona. Ab. de elec. c. Quia diligentiæ. Vide. Excommunicatus per abſolutionem.

Clericus ſi deprehenditur in hæreſi non ſufficit quod carceri perpetuo tradatur, ſed debet prius deponi uerbaliter, ſatis eſt quod uita ſibi donetur. Ab. de hæreti. c. Excommunicamus ſecundum. Clericis hæreticis nihil debet dari. Abb. de hæreti. c. In eos. In neceſſitate tamen magna ſubueniendum eſt pœnitentibus ne fame pereant. Abb. ubi ſuprà. Iure ſubueniendum eſt magis fratri carnali in neceſſitate quam extraneo catholico. Ab. ubi ſuprà. c. Si quis epiſcopus.

Hæreticorum credentes, receptatores & fautores puniuntur. Ab. de hereti. c. Excommunicamus.

Hæreticus deprehenditur, primo euidentia facti, ſecundo per legitimos teſtes conuincitur, tertio propria confeſſione. Glo. de hæreti. c. Ad abolendam. Deprehenſi ſi ad fidem redire noluerint, debent detrudi in monaſterio arcto ad agendum pœnitentiam uel in carcerem. Vbi ſuprà. cap. Excommunicamus. Hodie iſta pœna debet mutari in aliam, ſi uiſum fuerit ſuperiori. Ab. de hæreti. c. Excommunicamus ſecundum.

Errare in fide conuincitur qui errantes ab errore non reuocat cum poſſit. Ab. de hereti. c. Qui alios. Intelligitur de errore fidei, poteſt tamen intelligi etiam de aliis, ſed præſertim habet locum fauore fidei, & quandoque magis peccat quam qui errat ut cum illum errorem defendit. Qui alium reuocare poteſt, & non reuocat ab errore fidei peccat indiſtincte. Abbas ubi ſuprà.

Qui eſt excommunicatus per annum an ſit hæreticus. Ab. de pœn. c. Grauem. Vide. Excommunicatus in cauſa hereſis. Preſumptio orta contra ſuſpectum de hæreſi tranſit in uiolentam ſi ſtat in excommunicationem per annum, ideo punitur. Ab. de Simo. c. Inſinuatum.

Hæreticorum fautores, & receptatores & defenſores ſunt excommunicati. Abbas de ſentent. excommun. cap. Nouerint. Decedentes in hoc peccato non debent ſepeliri in cimiterio, nec debet pro eis orari. De hæreti. c. Sicut. Idem dic de fautoribus. Ab. ubi ſuprà. c. Excommunicamus.

Hæreticus qui male ſentit de ſacramentis eccleſie excommunicatus eſt, & conuictus, niſi ſe correxerit & abiurauerit, ſi clericus eſt, degradabitur & tradetur curiæ ſeculari, per quam punietur. Eadem pœna puniuntur ſuſpecti ſi non ſe correxerint, & relapſis omnino audientia denegatur. Principes ſeculares qui iuuare nolunt eccleſiam contra hæreticos, excommunicantur, & terræ eorum ſupponuntur interdicto. Ciuitates epiſcopo reſiſtentes commercio aliorum & epiſcopali dignitate ciuitas priuatur. Exempti ſubſunt

ordinario in iis quæ contra hæreticos inſtituuntur. Abb. de hæreti. c. Ad abolendam.

Hæretico qui tenebantur aſtricti liberantur ab omni obligatione. Ab. de hæreti. c. Abſolutos. Iſti uendicant ſibi locum ſi incidunt in hæreſim manifeſtam, ſi etiam ſit occulta, liberantur, bona ſunt confiſcata, licet executioni non mandentur, niſi conſtet de hereſi, idem de libertis hæreticorum. Filij hæreticorum eximuntur a poteſtate patris, & fiunt ſui iuris, ſicut mancipatio facta poſt hæreſim fit ipſo iure nulla, ut facta de hominibus ſui iuris. Si ad fidem redeunt non recuperant priſtinam obligationem, quia obligatio extincta non reuiuiſcit, idem dic de eorum bonis, quia non ſunt de neceſſitate reſtituenda, immo poſſunt tolli etiam poſt mortem, quia eorum confiſcatio facta eſt ſtatim cum inciderunt in hereſim. Qui promiſit ſoluere in termino ei qui poſt cecidit in hereſim, non tenetur poſt ſoluere. Abbas ubi ſuprà.

Hæreticus manifeſtus eſt qui prædicat publice contra fidem, uel qui profitetur, uel defendit eorum errores. Qui coram prelatis ſuis conuicti ſunt, uel confeſſi ab eis per ſententiam condemnati de hæreſi. Ab. de uerb. ſigni. c. Super quibuſdam.

Hæreticis mors non indulgetur niſi incontinenti & ſponte reuertantur ad fidem, ſi ex interuallo, uel metu pœnæ & probationum non eis parcendum. ſecundo ut euadant requiritur, ut errorem ſuum publice abiurent ad arbitrium epiſcopi, & condignam ſatisfactionem faciant de peccato, quia indicitur eis pœnitentia etiam pecuniaria. Ab. de hæreti. c. Ad abolendam. De hereſi damnato antequam tradatur curiæ ſeculari uel degradetur, niſi ſit relapſus poteſt indulgeri. Hæc opinio licet non probetur in iure, quia tamen mitior eſt ſua oppoſita, ideo ſequenda eſt, & ſuſtinetur. Ab. ubi ſuprà. c. Excommunicamus ſecundum.

Hæreticus nemo eſt propter motus primos contra fidem quibus reſiſtit, immo talis meretur, ſed nec qui errat in fide paratus ſemper concordare in fide eccleſię. Ab. de here. c. Dubius.

Si prælatus cum toto populo labitur in hæreſim uel ſciſma, eccleſia non perdit honorem ſuum uel ſubiectionem quam habent alię eccleſiæ ad eam, quo ad proprietatem perdit, quia non debent ſubeſſe hæretico. ſecus ſi perſona particularis in hæreſim labatur. Abbas de maio. & obed. capitu. Inter quattuor.

Hæreticus condemnatus punitur per iudicem ſecularem, & bona ſecularium applicantur fiſco ſeculari, clericorum autem bona eccleſiis, in quibus habent beneficia. Ab. de hæreti. c. Excommunicamus.

Hæreticus deficiens in purgatione nunquam traditur curię ſeculari, quia hęc eſt probatio preſumptiua non uera & directa, ſecundo quia poteſt redire ad fidem. Glo. de purga. cano. cap. Inter. Doctores tenent oppoſitum, quia ad quamcunque pœnam agatur deficiens in purgatione punitur ut conuictus. Ab. ubi ſuprà. Deficiens in purgatione ſuſcepta incontinenti punitur, qui eſt contumax & non acceptat excommunicatur, & ſi in ea excommunicatione fuit per annum habetur pro conuicto & ut conuictus punitur, idem ſi fuit citatus per annum ut ueniret ad ſe purgandum, & noluit uenire. Ab. de here. c. Excommunicamus.

Hæreticus reuerſus ad fidem incidens in manifeſtum peccatum præſumitur relapſus uel non plene conuerſus, non tamen ſufficit ad condemnationem.

A ſu-

A ſuſpecto de non agendo pœnitentiam poteſt exigi cautio pœnę, ſi pœnitentiam non peregerit, Idem eſt de pœnitentia iudicialiter impoſita de quolibet manifeſto. Si paratus eſt cautionem dare pœnitentiam benigne ſuſcipere & directe & efficaciter implere, de uera conuerſione pręſumitur ſi aliquod prædictorum deeſt, contrarium pręſumitur, Non ſolum deficiens in purgatione punitur, ſed etiam contumax in acceptatione pœnitentię. Ab. de pręſump. c. Litteras.

Hęreticus relapſus auditur quo ad ſacramenta, ſed non quo ad euitationem pœnę; debet ergo cremari iuxta euangelium, colligent & in ignem mittent, ſecundum ius ciuile debent decapitari, de conſuetudine puniuntur pœna ignis. Ab. de hęreti. c. Ad abolendam.

Religioſus ſi contrahit matrimonium palam pręſumitur errare in fide, & inquiſitor poteſt contra eum procedere, non autem ſi occulte, quia non pręſumitur errare, in fide. Ab. de celebra. miſ. c. De homine.

De hęreſi ſuſpectus ſe non purgans ad arbitrium ſuperioris excommunicatur, & exiſtens per annum in excommunicatione, ut hęreticus condemnatur. De hæreti. c. Excommunicamus. §. qui autem.

Hæreticus eſt qui ſentit Chriſtum non eſſe Deum uerum & uerum hominem & eſt excommunicatus. Ab. de hæreti. c. Cum Chriſtus.

Hiſtriones, buffoni, illuſores non poſſunt promoueri ad clericatum, etiam poſt pœnitentiam. Infames enim ſunt ſi habent hoc officium in curia uel ſaltem bis exercuerint in publico. An ſit peccatum eis aliquid donare. Ab. de uita & honeſta. cle. c. Cum decore.

Homagium eſt quando quis facit promiſſionem alteri genibus flexis & manibus intra manus illius poſitis, ita quod efficiatur homo illius, & talis hologius dicitur. Homagium ſolet præſtari imperatori & regi, ita quod non cognoſcant alium ſuperiorem. Ab. de Simo. c. Si diligenti.

Homagium in ſpiritualibus non præſtatur. De regulis iuris. cap. Indignum. Iuramentum tamen obedientiæ præſtatur in ſpiritualibus, Iuramentum fidelitatis quod dicitur homagium proprie reſpicit temporalia, & hoc iuramento efficitur quaſi homo illius cui iurat, & eius uaſallus, & dicitur homagium quaſi habens ligamen, quia ligatur, & obligatur ei cui iurat. In ſpiritualibus hoc interuenire non debet, ne uideantur ſpiritualia uendita. i. ne prælatus acquirat hanc utilitatem & nouum hominem pro ſpiritualibus ab eo collatis. Iuramentum obedientiæ concernit ſpiritualia, & pertinentia ad officium prælati, & licitè tamen taxat, & hoc habet in ſe ſpiritualium datio, quia ſubditus debet obedire prælato. Ab. ubi ſuprà.

Homo non eſt dicendus qui eſt ignarus, ſed hominis imago, quia eius intellectus eſt ſine forma. Abbas de officio & poteſtate iudicis delega. capi. Prudentiam.

Homo grauis dicitur, non qui eſt in dignitate, ſed qui eſt bonæ famæ, & opinionis antiquæ. Ab. de teſti. c. Licet ex quadam.

Homo liber pro debito detineri non poteſt, etiam ſi non habeat, unde ſatisfaciat. Ab. de pigno. c. Lator. Si quis de facto recipit hominem in pignus perdit debitum, etiam alimentorum quantitem tenetur ſoluere, & relegatur. An homo poſſit ſe obligare ad carceres pro debito, opiniones, & declinat quod non, quia regulariter nemo debet incarcerari, niſi condemnatus nolit cedere bonis, uel ſuſpectus ſit de fuga. Ab. ubi ſuprà. Vide. Qui furatur hominem.

Homicida proprie eſt qui interficit, non autem qui mandat, licet teneatur de homicidio. Ab. de cleri. pugnan. in duel. c. Henricus.

In bello licet filio interficere patrem pro fide & patria, immo & patrem bannitum, quia hoſtis eſt patriæ quæ patri præfertur. Ab. de conuerſio. infide. c. Laudabile.

Homicidium committitur facto conſilio, præcepto, & defenſione. Si committitur uoluntate talis non ſolum non debet promoueri, ſed etiam debet deponi in perpetuum, etiam ſi paganum interficiat, eſt irregularis, nec cum eo diſpenſatur, nec miniſtrare poteſt, etiam ſi ſit occultum. ſi caſu committitur & dabat operam rei licite adhibita debita diligentia non imputatur ei, niſi ſcandalum eſſet, & tanta laboraret infamia quod inducenda eſſet purgatio. Si non adhibuit diligentiam debitam imputatur ei, & non promouetur ad ordines, nec in ſuſceptis miniſtrat, niſi papa diſpenſet, ſi dabat operam rei illicitæ, ſiue adhibuerit diligentiã ſiue non, ſemper ei imputatur. Si ex neceſſitate euitabili ut defendendo ſe, imputatur ei, ut ultra ad ordines non poſſit promoueri, in ſuſceptis tamen tolleratur. Si fuit ineuitabilis poteſt ſine diſpenſatione in ſuſcepto miniſtrare, ſed ad ſuperiores non aſcendit ſine diſpenſatione. Glo. de homici. c. Sicut dignum. Clamans ſubmiſſa uoce, uel poſt caſum contingentem non excuſatur per proteſtationem hanc, ſed debet monere ita tempeſtiue & fortiter clamare, ut quibus iminet periculum poſſint præcauere & fugere. Abb. de homici. c. Quidam. Committitur homicidium facto conſilio, defenſione, & præcepto. Ab. de cleri. pugnan. in duel. c. Henricus. Imputatur homicidium danti operam rei illicite, licet ſine culpa proceſſerit. Ab. de homici. c. Tua nos. Is quo prohibente & cauſam non dante a conſanguineis homicidium committitur non eſt homicida. Ab. de homici. c. Petrus.

Homicida eſt, qui percutit, ſi ex percuſſione moritur infra paucos dies uel plures, uel ex alia infirmitate cauſata ex uulnere illo. Recidiuatio primo morbo attribuitur. Vnde non dicitur liberatus qui recidiuauit. Credo melius hoc committendum iudicio medicorum. Abbas de homici. capit. Presbyterum.

Quando non poteſt apparere quis interfecit, ille ſolus ſecundum ius ciuile de homicidio tenetur, & primus, licet letaliter percuſſerit, tenetur tantũ de uulnerato ſecus ſecundum ius canonicum quo ad irregularitatem, quæ concernit animum & ſubſecutum actum. Abbas de homici. cap. Significaſti. ſecundum.

Qui aborſus cauſam dedit ſi fœtus uiuebat anima rationali eſt homicida, alias ſecus. Ab. de homici. c. Sicut. Talis eſt irregularis, & ſecundum leges capite punitur. Ludus leuis in prægnante non eſt prohibitus. In dubio an eſſet anima rationalis debet abſtinere a diuinis, ſi erat anima debet priuari capite, ſi non erat anima, & erat nobilis, fit publicatio in parte bonorum, ſi ignobilis, damnatur in metallum, niſi feciſſet propter pœcuniam, quia tunc punitur pœna capitali, ſi non erat animatum, lege canonica tenetur, quo ad peccatum & pœnam peccati, non tamen eſt irregularis. Ab. de homici. c. Sicut ex.

Homicidium caſuale imputatur qui dedit operam rei illicitæ, uel etiam licitæ non adhibita debita diligentia. De homici. cap. Continebatur. Non tamen imputatur ei qui non fuit in culpa. Vbi ſupra. capit. Lator. Talis abſque diſpenſatione promouetur ad ordines. Gloſ. & Abbas ubi ſupra.

Imputa-

Imputatur danti operam rei illicitę non adhibita diligentia. Vbi ſupra. c. Ad audientiam. Non autem danti operam rei licitæ, qui non fuit in culpa. Vbi ſupra. c. Dilectus.

Homicidium propter conſilium & mandatum. Ab. de exceſ. prælat. c. Ex litteris. Vide. Verba enunciatiua.

Homicidium cauſa defenſionis non imputatur ad culpam etiam quo ad imponendum pœnitentiam, nec priuat generaliter ſpe coniugii, ſed tantum in caſibus exceptis. Abb. de diuor. c. Si quæ. Licet occidere pro defenſione ſui, nec tenetur quis fugere etiam ſi poteſt de rigore iuris, in foro animæ ſi poteſt euitare fugiendo debet fugere. Pro rebus conſeruandis aut recuperandis non licet clerico occidere. Legiſtæ tenent laycum poſſe occidere. Citra occiſionem uel mutilationem licet clerico & layco reſiſtere & quam citius poſſunt; ſed pro iniuria perſonæ non licet alicui defendere niſi in incontinenti. In prima perdit tantum poſſeſſionem naturalem non ciuilem, ideo redeundo defendit poſſeſſionem ſuam ciuilem. & ipſum nemo poſſidet, nec dicitur expoliatus ſeipſo. Abbas de homici. capit. Significaſti. ſecundum.

Homicida ex propoſito debet deponi ab altaris miniſterio & tradi curiæ ſeculari ut moriatur ſi eſt incorrigibilis. Ab. de homici. c. Si quis. Poſſunt dici layci euelli ab altari. i. a communione fidelium per excommunicationem. unde lex antiqua in canone nomine mortis intelligit excommunicationem, quia ſicut mors ſeparat a corpore, ita excommunicatio a communione hominum. Secundo poteſt intelligi in clerico qui proprie euellitur ab altari cum ipſe ſit affixus & obligatus altari, & intelligitur de depoſitione quæ eſt quędam ciuilis mors, uel de morte naturali propter homicidium qualificatum. Ab. ubi ſupra. Deponitur homicida a ſacerdotio etiam ſi percutiat cauſa diſciplinæ, & inde ſequatur mors. Vbi ſupra. c. Presbyterum. Licet patri occidere filiam adulteram ſi eam inuenerit in turpibus actibus ſecundum leges ciuiles, non autem ſecundum ius diuinum aut canonicum. Abb. de ſponſali. c. Veniens. Licet & filio occidere patrem in bello pro fide, uel patria, immo etiam patrem bannitum. Abbas de conuerſio. infide. capitu. Laudabilem. In foro animę non punitur quis pro homicidio, licet culpa præceſſerit homicidium, ubi defuit uoluntas in committendo. Ab. de homici. c. Presbyterum.

Infans ſi reperiatur mortuus, & non appareat utrum a parentibus ſit ſuffocatus uel propria morte, non debent parentes eſſe ſine pœna, & ſi ſciunt ſe occiſſores, debent grauiter puniri. Ab. de his qui filii. occid. c. De infantibus. In parte hac multum ualet iudicium ſacerdotis diſcreti, qui ſecundum circumſtantias poteſt augere uel minuere pœnitentiam, etiam in iure expreſſam. Non debent parentes collocare filios in proprio lecto, & ſi aliter faciunt ſunt in graui culpa caſu aduerſo ſuperueniente. In aliquibus locis conſueuerunt imponere publicam pœnitentiam pro hoc delicto, quod fieri non debet, niſi crimen ſit adeo graue, ut commoueat totam ciuitatem. Ab. ubi ſupra. Non occiditur fur diurnus ſine culpa, ſed nocturnus. fic de homici. capitu. Si perfodiens. Intellige. qui nocturnus fur nocturnus non poteſt comprehendi ſine occiſione, licet teneatur ad pœnitentiam. Abbas ubi ſupra.

Qui occidit latronem qui ſe poteſt liberare punitur, & quomodo. Si aliter ſe liberare non poteſt, non tenetur agere pœnitentiam, niſi ad cautelam. Ab. de

homici.

homici. c. Interfeciſti. Occidere latronem pro rebus conſeruandis non licet clerico, immo potius debet ſuſtinere omnem iacturam rerum, non tamen prohibetur defendere ipſas res, unde pro conſeruatione rerum licet clerico manum iniicere, & baculo, & gladio defendere, non tamen debet procedere ad ſeua, nec ad occiſionem. Ab. ubi ſupra. c. Suſcepimus.

De homicidio tenetur qui interficit, ſicut qui ligauit, & de damno tenetur qui tenuit, ſicut qui percuſſit. Imputatur homicidium ſequens licet fuerit cauſa detenſionis, quia præceſſit culpa in ligando, quia iam habebat res ſuas ſaluas. Ab. de homici. c. Suſcepimus.

Ad homicidium non pertinet occiſio hominis licita, quia homicidium ſonat in delictum ſecundum communem uſum loquendi. Ab. de homici. cap. Si perfodiens.

Homicidium non imputatur medico ubi moritur infirmus, requiritur Primo quod ſibi conueniat officium, ideo imputatur clerico cui nō conuenit officium cirogiæ. Secundo quod ſit peritus reipſa. Tertio quod habeat diligentiam ſecundum artem ſuam. Quarto quod informauerit egrum de his quę ſunt contraria egritudini. Ab de homici. c. Tua nos.

Homicidam aſſocians animo occidendi licet non moueat, ſi tamen ex cauſa ſua ſecuta eſt mors, tenetur feriri pari pœna ſicut homicida. Qui aſſociat animo prohibendi ne impediatur tenetur paulo minori pœna, incitans ad homicidium minus punitur quam homicida, ſi incitat ad certum homicidium tenetur ut homicida, cuſtodientes ſarcenas occidentium facientes eos eſſe ſicarios non ſunt immunes a pœna homicidii. Occupantes bona occiſi nō propter hoc tenentur de homicidio, tenentur tamen illa reſtituere, nec ſufficit dare pauperibus, Participantes interfectoribus in excommunicaitone puniuntur ſecundum diuerſitatem participationis. Clericis præſtantibus in homicidio conſilium, auxilium uel fauorem imponitur pœnitentia. Ab. de homici. c. Sicut dignum.

Mulier occidens ſponte filium debet perpetuo in monaſterio pœnitere, ſi tamē timetur de incontinentia non negabitur licentia nubendi. Ab. de his qui ſi. occid. c. Veniens. Hæc decretalis loquitur in foro animæ. ſecundum leges ſuitur in ecculeo in ſacro coreo cum cane, ſimia, gallo gallinatio, & uipera, & ſic ponitur in mari, uel in flumine. Si mare uel flumen non ſint, portatur ad ſiluas a feris laceranda, & imponitur hæc pœna ut uiua careat uſu elementorum omnium, & ſuperſtiti deſit cœlum, & mortuæ terra. Canis naturaliter fugit ſimiam, & ſimiam gallus, & gallum uipera, quæ cum non inueniat refugium intrat corpus mulieris. De iure canonico ſi eſt laycus in terris eccleſiæ punitur ſicut per ius ciuile. Si clericus debet deponi & tradi curię ſeculari. Ab. ubi ſuprà.

Mulier occidens filium non debet propter hoc a uiro ſeparari, ſed alia pœna ſibi imponitur. Ab. de his qui ſi. occid. c. Intelleximus. Hæc decretalis loquitur in foro animæ. de pœna in foro contentioſo Eccleſia non ſe intromittit, cum ſit cauſa layca. Ab. ubi ſuprà.

Homicidæ non debetur pœna capitis, niſi adſit dolus de quo poſſit apparere per circumſtantias. Ab. de iniur. & dam. datis. c. Si rixati.

Occidens prælatum priuatur beneficiis, & feudis quæ habet ab eccleſia cui præerat prælatus ille, nec ei nec hæredibus ſuis illa reſtituuntur, nec alia de nouo concedi debent. Ab. de pœn. c. Ad aures. Occidens prælatum, uel clericum eccleſiæ per ſe uel per alium perdit quod habet ab illa eccleſia,

& eorum

& eorum nulli uſque ad quartam generationem admittuntur ad clerum, nec in religionibus præferuntur. Ab. de pœn. c. In quibuſdam. Non ſubſunt huic pœnę deſcendentes per lineam femineam nec hæredes extranei. Iſta pœna an extendatur ad canonicos eccleſiæ, uel tantum ad patronos, aduocatos, & uice dominos, opiniones. Secunda pars uidetur magis conſona litteræ. Iſtæ pœnæ ſunt inflictę ipſo iure, quia licet uerbum ſit futuri temporis, addit tamen prorſus quod inducit pœnam ipſo facto. Ab. de pœn. c. In quibuſdam.

Presbyteri interfecti compoſitio eſt ut bonorū pars detur eccleſiæ, cui pręfuit & altera diſtribuatur pauperibus pro anima eius. Ab. de pœn. c. Presbyterum. Si epiſcopus eſt indigens poteſt ſibi partem retinere, & aliam dare in eleemoſinas. Si habet hæredem iure ſanguinis excludit eccleſiam quatenus iura tangunt perſonam presbyteri. Ab. ubi ſuprà. c. Presbyteri. Hęc eſt pœnitentia. Primo pœniteat duodecim annis ſecundum diſcretionem ſacerdotis, Secundo priuatur militia, Tertio priuatur facultate contrahendi matrimonium. Ab. de peni. & remiſ. c. Qui presbyterum. Propter hoc non tollitur poteſtas ſecularis iudicis & eccleſiaſtici, quin poſſint illum grauius punire. Ab. ubi ſuprà.

Homicida eſt qui dat ſortilegia uel uenena ſterilitatis. Ab. de homici. c. Si aliquis. Diſpoſitio huius capituli habet locum ſi hoc facit cauſa libidinis, odij, amoris, uel amicitiæ, uel auaritiæ, & ſi inde ſequitur mors etiam præter intentum tenetur de homicidio. Ab. ubi ſuprà.

Occidens uxorem uel filiam deprehenſam in adulterio non punitur lege ciuili, eſt tamen peccatum graue, punitur per eccleſiam. Ab. de ſen. excommu. c. Si uero.

Homicidium de iure communi nec papæ nec epiſcopo reſeruatur quo ad abſolutionem, ſed quilibet ſimplex ſacerdos poteſt abſoluere, niſi epiſcopi ſibi reſeruant per ſtatuta & indirecte reſtringant auctoritatem mendicantium, qui non poſſunt abſoluere, niſi ut presbyteri parochiales. ſi tamen multum arctauerint in caſibus reſeruatis, licet recurrere ad ſuperiorem. Ab. de pœni. & remiſ. c. Deus qui. & de ſen. exco. c. Perpendimus. Vide oppoſitum in confeſſores in ordine prædicatorum.

Honorandi ſunt uiri litterati & æquiparantur nobilibus, & iſtis eccleſia debet prouidere de pinguioribus beneficiis. Idem dic de religioſis. Conferuntur eis beneficia maiora non propter utilitatem beneficii, ſed propter meritum perſonarum & cum eis papa diſpenſat de pluralitate beneficiorum. ſcientia nobilitat hominem, & maiores natu poſſunt dici uiri litterati. Ab. de præben. c. De multa.

In honoribus doctor præfertur militi. Abb. de magiſtr. c. Quanto. Vide. Doctoratus eſt dignitas. Inter doctores. Primum tenet locum magiſter in theologia. Secundum doctor iuris canonici. Tertium legis ciuilis. Quartum doctores artium & medicina & hoc patet ex nobilitate ſubiectorum in prædictis. Si tamen quis ſit uere doctor in utroque præcedit doctores iuris canonici, dico uere, quia plures doctorantur, qui canones ignorant. Magis ſufficientes præponuntur & non doctores doctoribus & in quibus. Ab. de iudi. c. Clerici. Iuris doctores ſunt medici morum & adminiſtratores iuſtitiæ qui tantum præſtant medicis quantum anima corpori & iuſtitia ægritudini, habet ergo nobilius ſubiectum. Ab. de iuram. calum. c. Cæterum. In honoribus epiſcopus præferrur Cardinali quia epi-

ſcopo

ſcopo uiſitanti conceduntur plures æqui quam Cardinali. Abb. de cenſi. c. Cum Apoſtolus.

In honoribus miles præferendus eſt monacho non ſacerdoti, ſecus ſi ſacerdos. & hoc probatur ex ordine litteræ in qua ſemper præferuntur digniores ut habetur lib. 6. de elec. c. Quies. in Glo. Iſta procedunt quando monachi non erant clerici. Ab. de appella. c. Nicolao.

In honoribus qui ſunt preferendi cognoſcitur ex ordine litterarum Apoſtolicarum, unde qui plus nominantur ſunt magis honorandi aliis. Abb. de iudi. cap. Decernimus. Vide in religioſus. Canonici regulares.

In honoribus & reuerentialibus prius ordinatus cæteris paribus prior & maior eſt habendus. Ab. de maio. & obe. c. Cum cæterum. Maioritas conſiſtit in loco, quia habet primum locum ad ſedendum in ſcribendo, in reſpondendo, in ſigillando in perceptione præbendæ, in collatione beneficiorum uacantium. In ordinatis non conſiderantur merita, ſed in promouendis melior proponitur: Si merita ſunt paria præponendus eſt qui prius ordinatus eſt, & primo ordinatus magis honoratur, licet ſecundo ordinatus ſit ſufficientior niſi habeat dignitatem a principe. Si ſimul ordinati ſunt præferendus eſt qui functus eſt maioribus beneficiis uel pluries aſſumptus eſt ad honores ciuitatis. Data paritate præferendus eſt antiquior ætate, habens filios præfertur non habenti, electione facta antiquior inter lectores debet erigere ſolenniter nominatum & uacante eccleſia antiquior in ordinatione poteſt conuocare, & cæteri tenentur uenire. & licet non habeat iuriſdictionem habet tamen hæc uocatio effectum hunc, quod poteſtas reſidet apud uenientes, & ſic facit abſentes contumaces, niſi in collegio ſit aliquis ad quem de iure uel conſuetudine ſpectat conuocatio capituli. Ab. ubi ſupra. H

Qui maior eſt ordine licet poſterius in eccleſia ſit receptus in loco & portione præfertur. Ab. de maio. & obedien. c. Statuimus. Ordo præfertur Senectuti & clericus Abati non ordinato. Neo ualet conſuetudo quod prius recepti canonici præferantur poſt receptis qui ſunt maiores in ordine, quia hoc eſt contra honeſtatem eccleſiæ. Qui maior eſt ordine eſt beneficiandus primo & potior in præbenda accipienda. Inter eos qui ſunt eiuſdem ordinis præferendus eſt qui eſt primo ordinatus. Iſta de minoribus ordinibus & prima tonſura intelliguntur, in portionibus tamen fiendis ſeruanda ſunt ſtatuta eccleſiæ. Minori tamen prius recepto prouidebitur prius de præbenda uacatura quam poſt recepto maiori, maiori tamen in ordine, ſi uterque receptus ſit auctoritate Apoſtolica. Si capitulum præbendam contulit extraneo prouiſo minori tenetur ad prouidendum maiori, donec prouiderit & de præbenda. Ab. ubi ſupra. I

In honoribus præfertur qui eandem dignitatem habet a principe & maiori puta militiam. Si tamen in aliis ſunt æquales. Ab. de maio. & ope. c. Per tuas. Vide. Ordinatus a papa. Inter eos qui ſunt eiuſdem ordinis præfertur qui immediate ordinatus eſt a papa etiam ſi ſit ordinatus poſt alios. Ab. de conceſ. preben. c. Paſtoralis.

Prælati in collegio in quo non ſunt ut prelati non habent primum locum ſed ratione dignitatis habent ſecundum. Sicut epiſcopus, qui eſt canonicus habet locum poſt prepoſitum uel archidiaconum, & in ſtudiis poſt rectorem, ſecus ſi ibi eſſet ut epiſcopus. Abbas de conceſ. preben. cap. Poſtulaſtis.

Inter religioſos illi magis honorantur quorum regula prius fuit approbata, uel ordo, ſicut prædicatores minoribus. Ab. de exceſ. præla. c. Nimis praua. In honoribus ſacerdos præfertur medico, quantum anima præſtat corpori. Ab. de pœni. & remiſ. c. Cum infirmitas.

Ad horas canonicas tenentur clerici de iure diuino, nec poteſt papa diſpenſare quod clerici nullum teneantur dicere officium, licet poſſit mutare, & diſtinguere officium, quia hoc eſt de iure poſitiuo. Abb. de celebra. miſ. c. Presbyter.

Ad horas canonicas tenentur ſecundum omnes qui ſunt in ſacris & beneficiati, Qui in minoribus eſt an releuetur ab officio dicendo ſi eſt abſens ab eccleſia in qua eſt beneficiatus & ſeruit eccleſiæ per uicarium, opiniones, declinatur quod non ſatisfaciat. In minoribus conſtituti non beneficiati de communi conſuetudine excuſantur, ſecus dicitur de mente iuris diuini, & humani, quia ad ordines aſſumptus eo ipſo aſſumitur in ſortem domino & transfert ſe in Deum & in eccleſiam. Vnde eximitur a poteſtate ſeculari & debet uiuere de patrimonio Chriſti, uel ſaltem epiſcopus debet prouidere. Ab. de celebra. miſ. c. Presbyter.

Qui tenetur cantare horas non ſatisfacit legendo. Abb. de pœni. & remiſ. c. Quod in te.

Inter horas canonicas credo computari officium beatæ uirginis & illud eſſe in præcepto propter conſuetudinem. Item ab antiquo publice dicitur in eccleſia. Multa ex antiqua traditione ſunt præcepta, quę non ſunt ſcripta. Ab. de celebra. miſ. c. Presbyter.

Diuinorum officiorum nomine ueniunt baptiſma paruulorm & pœnitentia morientium. Ab. de ſponſa. c. Non eſt.

Qui non dicit officium an faciat fructus ſuos. Calderi. tenet quod teneatur ad reſtitutionem fructuum. Cardinal. oppoſitum & ſoluit rationes eius. In foro animæ prima opinio eſt tutior. Si confitetur in poteſtate eſt confeſſoris indicere ſibi quod omiſſum dicat, uel in aliud mutare. Qui infirmus eſt, & dicere officium ei multum nocet, excuſatur, non autem ex antiqua quartana uel leui febre. Ab. de celebra. miſ. c. Presbyter.

Horæ canonicæ ſub præcepto debent dici ſtudioſe & deuote. Ab. de celebra. miſ. c. Dolentes. Studioſe quo ad os ut non ſincopando uel aliquid amittendo. Deuote refertur ad officium cordis. Qui intendit officio & Deo etiã ſi nihil intelligat meretur. Cogitans in officio de bono temporali, uel ſpirituali ſi neceſſitas non capit dilationem excuſatur a peccato, alias peccat non tamen mortaliter. Si ex cauſa legitima non occurrit in principio, uel fine officii, reaſſumere non tenetur, niſi in magnam partem omiſerit, cum ſuppleat defectus per alios. Confabulantes in officio diuino uel non dicentes ſtudioſe ſecundum aliquos mortaliter peccant, ſecundum alios uenialiter, ſecundum alios tamen obligantur ad pœnam. Mihi uidetur quod quantitas ſit conſideranda ex quantitate & qualitate contemptus & negligentiæ. Ab. ubi ſuprà.

Horæ canonicæ debent dici temporibus ſuis in eccleſiis. In priuato ex cauſa mane poſſunt dici omnes uſque ad ueſperas incluſiue, & adducitur exemplum de uuis bonis & acerbis, quia ille hæremita alias occupationes non habebat. Tempus dicendi horas eſt quando creditur quod populus ſit uenturus alias debet conformari horis diei. Matutinę prima & completorium ſunt horæ nocturnæ. Ab. de celebra. miſ. c. Presbyter.

Horas canonicas qui non recordatur dixiſſe, tenetur reitetare, & generaliter ubi actus de neceſſitate debet explicari ſi ambigitur utrum ſit geſtus debet reiterari, nec dicitur reiterari quod ambigitur factum. Abb. de presby. non bapti. c. Veniens.

Te Deum in commemoratione ſanctorum congruentius dimittitur, quam dicatur. Abb. de celebra. miſ. cap. Conſilium. Dicitur ad laudes de domina. Ab. ubi ſuprà.

Hortamur aliquando habet uim præcepti ſecundum ſubiectam materiam quandoque committitur iuriſdictio. Ab. de præſump. c. Quia iudicante.

Hoſpitale in alienatione rerum in ſolennitate ęquiparatur eccleſię ſimiliter loca pia. Abbas de rebus eccle. non alienan. cap. Nulli. Vbi eſt neceſſitas qua alii fame deficerent, & aliter prouideri non poteſt tenentur uendere precioſa, & immobilia, qua ceſſante non tenentur ſubuenire ultra quæ ex redditibus habent, unde tot in hoſpitali ſunt accipiendi quot gubernari in hoſpitalibus poſſunt, & non ultra, Abbas de pigno. capitulo. Nullus.

Hoſpitale ędificare poteſt priuata perſona ſine auctotitate epiſcopi & ibi oratorium, dummodo in eo non celebretur. Ab. de religio. domi. c. Ad hæc. §. Celebrandi. Interdum actus non concludit locum eſſe publicum & religioſum, niſi actus publicus ſit, & omnes admittantur indifferenter. Tale hoſpitale priuatum non gaudet immunitate eccleſię, quia eſt locus priuatus, & eſt hodię hoſpitale, & cras ſi uidebitur domino, erit domus priuata ciuis. Ab. de cenſi. c. Auctoritate. Oratorium non eſt ſignum quod hoſpitale ſit religioſum, nec ſufficit probare quod aliquando ibi celebrentur miſſę, ſi tamen probaretur quod omnes admitterent ad miſſam indifferenter, ſignum eſſet quod locus eſſet publicus. Si habet in campanili campanam eleuatam in altum, quia iſta non ſolent eſſe in locis priuatis. Si denominetur a ſancto aliquo non concludit locum eſſe religioſum. Qui tenetur hoſpitalitatem in aliquo loco priuato poteſt iura collegii exercere, quia exercet actum licitum & pium, ideo poteſt collegium ibi conſtituere erigere rectorem & ſindicum & alia iura collegii habere, poteſt etiam quis ſe obligare ad ſeruiendum hoſpitali perpetuo etiam priuato, & poteſt dici talis hoſpitalis dominus, patronus, ratione hoſpitalitatis ad quam deputatur hoſpitale. Signa ſupradicta ſimul iuncta non concludunt hoſpitale eſſe religioſum, & conſequenter non concludunt quod ſubiiciatur epiſcopo. Vbi hoſpitale eſt priuatum & inſtitutum auctoritate defuncti epiſcopus habet auctoritatem uidendi, & ingrediendi an cuncta procedant ſecundum uoluntatem defuncti, etiam ſi defunctus hoc noluiſſet. Ab. de donatio. c. Inter dilectos.

Hoſpitale ubi non apparet, quod ſit conſtructum auctoritate epiſcopi ſi ibi campana eſt quæ publice pulſetur, ſignum eſt hoſpitale eſſe publicum, & ſubiectum epiſcopo. Idem ſi ibi celebretur publice, & populus admittatur ad diuina. ſunt & alia ſigna. Ab. de priuile. c. Patentibus.

Locus hoſpitalitati deputatus auctoritate epiſcopi eſt religioſus, & ad mundanos uſus redire non debet. Ab. de religio. domi. c. Ad hæc. & infra. Si ſine auctoritate epiſcopi, non eſt locus religioſus, & poteſt uiuente eo qui ædificauit redire ad humanos uſus, non autem ſi deceſſit qui hoſpitalitatem ordinauit. Ab. ubi ſuprà.

Hoſpitalia gaudent priuilegiis eccleſiæ unde priuilegia fauorabilia conceſſa eccleſiis uidentur conceſſa hoſpitalibus & piis locis, & ſic uidentur iſta equiparari.

parari. Ab. de priuile. Accedentibus. & de conſue. c. Ex litteris. Gaudent priuilegio eccleſiæ in hoc quod malefactores eorum poſſunt conueniri in utroque foro, & quo ad reſtitutionem in integrum. Ab. de for. competen. c. Cum ſit generale.

Si epiſcopus exercet unum ius tantum in hoſpitali per hoc non probatur poſſeſſio quo ad alia, quia hoſpitale non eſt religioſum nec tenetur ad iura epiſcopalia, ideo ubi hoſpitale non apparet religioſum, tantum præſcribit quantum poſſidet epiſcopus. Ab. de religio. domi. c. Nunc autem.

Hoſpitalia & alia pia loca ſunt epiſcopi, & ad ipſum pertinet illa ordinare ad deſtinatum uſum. De religio. domi. cap. De zenodochiis. Ad epiſcopum pertinet in hoſpitali ponere rectorem alio non apparente, & ſi habet patronum ad epiſcopum pertinet confirmatio, non tamen diſponit epiſcopus de bonis eorum ad libitum, ſed ad deſtinatum uſum, ſi ędificata ſunt auctoritate epiſcopi tanquam religioſa. In aliis hoſpitalibus non epiſcopus ſed patronus diſponit ad libitum, niſi patronus eſſet mortuus, quia tunc ad epiſcopum pertinet ut piæ uoluntates executioni mandentur, & debet habere curam illius ex quo eſt locus pius, non tamen reſpondebit epiſcopo in epiſcopalibus. Rectores hoſpitalis non debent eſſe religioſi niſi ſit ſubiectum monaſterio, uel habeant eccleſiam curatam. Clerici ſeculares poſſunt eſſe rectores, ſed non poſſunt habere hoſpitalia in titulum. layci poſſunt eſſe rectores niſi ſint ſuſpecti. Ab. ubi ſupra.

Qui ſunt in hoſpitali poſſunt eligere rectorem ſi ſint ibi inſtituti per ſuperiorem perpetuo ad hoc dedicati, ſi exerceant aliquod opus eligunt rectorem potius quam perſonam loci, ſecus ſi non eſſent inſtituti per ſuperiorem ita ut facerent collegium, quia hoſpitale de iure eſt in diſpoſitione epiſcopi. Abbas de arbi. capitulo. Cum olim. Quis, & qualis debet eſſe rector. Abbas de religio. domi. capitulo. De zenedochiis. Vide ſuprà immediate.

Hoſpitalarii in præiudicium ſuum ſe & domum ſuam alieri religioſæ domui ſubiicere & donare poſſunt. Ab. de donatio. c. Inter dilectos.

Hoſpitalia uiſitare poteſt archiepiſcopus, & epiſcopus. Abbas de cenſi. capitu. Sopite.

Humores quattuor reſpondent quattuor elementis ſecundum qualitates, maninconia habet naturam terrę. flegma aquę, colera ignis. Sanguis aeris. Ab. de celebra. miſ. c. In quadam.

Ieiunium dicitur multipliciter & dicitur a quodam inteſtino, ſic dicto quod ſemper uacuum eſt, & ponuntur diffinitiones. Ab. in rubr. de ieiunio.

In aduentu domini non eſt ieiunandum de neceſſitate ſed tamen ſeruanda eſt conſuetudo loci. Ab. de obſerua. ieiu. c. Conſilium. Ieiunandum eſt in uigiliis Apoſtolorum præterquam in exceptis. In uigilia aſſumptionis, natalis domini, omnium Sanctorum, Sancti Laurentii, Pentecoſtes, In diebus rogationum ſeruanda eſt conſuetudo loci. Ab. ubi ſuprà. c. Ex parte. & in rubr. Vigiliæ aſſumptionis & natiuitatis domini, & Apoſtolorum & S. Mathiæ ſunt neceſſario obſeruandæ. Si non ieiunat quis in uigilia, non tenetur propter hoc ieiunare alia die propter cauſam quæ ſit in ipſo. Ab. ubi ſuprà. c. Ex parte. Excipiuntur uigiliæ. Ioannis, Iacobi & Philippi, quæ non ſunt ſeruandę, In uigilia Bartholomei, ſeruetur conſuetudo. Ab. ubi ſuprà. c. Conſilium.

Ieiunium non debet dimitti quia noceat corpori, quia anima pro qua inſtitu-

tum

tum eſt ieiunium præciſior eſt corpore. Si tamen probabiliter induceret infirmitatem dimittendum eſt. Ab. de pœni. & remiſ. c. Cum infirmitas. In pane & aqua. Ab. ubi ſuprà. c. Licet.

Ieiunium quo ad aſſumptionem euchareſtię interumpitur propter potum uini, ieiunium abſtinentiæ nunquam per potum nec per ſumptionem medicinæ. Ab. de celebra. miſ. c. Ex parte.

Ieiunii tempore non licet comedere carnes. Lacticinia, excepta quadrageſima concedi poſſunt, ubi eſt conſuetudo. Hora prandii in quadrageſima eſt dictis ueſperis, ſicut Chriſtus ieiunauit. 40. diebus ita & nos. forte completis ueſperis non eſt aliud officium diurnum & ſic ficte. 40. diebus non manducamus, quia uere ieiunare ſicut Chriſtus fecit nõ patitur natura, ideo qui comedunt ante, peccant. In aliis ieiuniis non eſt hora prefixa ab eccleſia & communiter tenetur quod in nonis ſit hora prandii, poteſt tamen poſt comedi de ſero pro collatione dummodo hoc temperate fiat, & ſecundum cõſuetudinem. Nec frangunt ieiunium ſeruitores menſæ aliquid ſumentes præueniendo. Qui cuſtodiunt reliquias, qui faciunt credentiam, qui recipiunt medicinam neceſſariam, hi non frangunt ieiunium. Abb. in rubr. de obſerua. ieiu.

Ieiunans in die natalis & pentecoſtes meretur niſi faciat ex ſuperſtitione. Ab. de obſerua. ieiu. c. Explicare.

In ieiuniis ſolennibus inductis ab eccleſia nihil poteſt conſuetudo quando ex toto uult tollere ieiunium; ſecus quando interpretatur, quis explicandum eſt ieiunium prædicto modo. Abbas in rubr. de obſerua. ieiu. cap. Valet conſuetudo in relaxatione ieiuniorum etiam ſi ieiunia ſint indicta, per eccleſiam, ubi eſt rationabilis cauſa, alias non ualet contra ius in concernentibus ſalutem animę. Ab. ubi ſuprà. c. Explicari.

In ieiuniis inductis ab eccleſia ſolus papa diſpenſat. Ex cauſa poteſt epiſcopus in aliud bonum commutare. Cauſa ſufficiens eſt debilitas perſonæ undecunque ueniat, non tamen intelligas quod propria auctoritate poſſit quis hoc ieiunium commutare; In ieiuniis ex uoto poteſt epiſcopus etiam ſine cauſa in melius commutare, horum ratio quia primum fuit a principio neceſſarium, nec eſt obuiandum præcepto ſuperioris ſine cauſa, ſecundum in principio uoluntarium & conſtat de uoluntate Dei quod commutetur in melius. Ab. in rubr. de obſerua. ieiu.

Ieiunium an ſit ſub præcepto. Ab. de proba. c. Quoniam contra. Vide. Conſtitutio continens aliquid non propter ſe ſed propter fidem.

Ad ieiunium nemo obligatur ante uigeſimum primum annum. debent tamen iuniores aſſueſcere. Coniugatę mulieres non tenentur ad ieiunia uoluntaria, Ad ea ad quæ tenentur ſi oriretur ſcandalum propter coniuges de licentia ſuorum ſacerdotum poſſunt ieiunium dimittere. Ab. de obſeruantia. ieiu. in rubr. Peregrini in ieiuniis & abſtinentia ciborum debent ſe conformare conſuetudini loci. & ad hoc poſſunt compelli per epiſcopum ne ſint aliis in ſcandalum. Cathelani concedentes hic carnes in ſabbato peccant, licet concedant in partibus ſuis. Ab. ubi ſuprà. c. Conſilium. Peregrini debent ſe conformare conſuetudini loci. Ab. de ſepultur. c. Certificari. Qui non ieiunat ubi uerba canonis præceptiua ſunt uel equipolentia peccat mortaliter, ſi communia, non, & recitantur opiniones. Ab. in rubr. de obſerua. ieiunii.

Ieiunium eccleſiæ poteſt transferri de die in diem, unde ſi feſtum eſt in ſecunda feria

da feria ieiunatur in ſabbato,& pari ratione ſi uigilia in feſto ſolenni,poteſt uigilia explicari die præcedenti quo ad ieiunium,ſicut in francia ieiunatur in uigilia.S.Quintini pro omnibus ſanctis.Idem poteſt fieri per epiſcopum, quando accidit uigilia uel ieiunium in feſto principali alicuius ciuitatis,uel loci. Ab.in rubr.de obſerua. ieiu. Credo quod uigilia Ioannis, Iacobi & Philippi non transferantur, quia ſunt inter feſta diuturna non debet fieri commutatio in diem ſic longiorem. Ab.ubi ſuprà.c.Conſilium.

Ignorantia craſſa & ſupina dicitur quando quis poteſt de facili ſcire,& non curat indagare,ſicut exiſtens ſuperius poteſt uidere quę ibi aguntur leuando caput & craſſus quando reſpiciet ad pedes leuando caput. In ſimili poteſt ſcire,& non curauit. Ignorantia craſſa & ſupina latiſſimæ culpę ęquiparatur,ſeu etiam impetus delictorum. Licet regulariter in delictis lata culpa, non æquiparetur dolo,ſed bene æquiparatur latiſsima culpa. Ab.de cle.excom. c. Apoſtolicę.

Ignorantia facti excuſat, ſi ſit probabilis, de ignorantia iuris,opiniones. Ab. Qui fi.ſunt legiti.c.Referente. In facto alieno non excuſat, quando tenetur quis indagare diligenter cuſtodire, & præcauere. Abb. de reg. iur. c. Quamuis.

Ignorantia iuris non excuſat a delicto, minus tamen peccat, quam qui ſcienter peccat. Abb. de Simo.cap.Per tuas. Ignorare ius poſitiuum quamuis licitum ſit, non tamen licitum eſt ius diuinum, aut naturale, nec uenire contra ſacramenta. Ab. de apoſta. c. Ex litteris. Licet ignorantia iuris non excuſet,error tamen probabilis excuſat. Abb de frigid. & malefi. c. Fraternitatis. Error iuris excuſat ubi agitur de pœna adulterii & inceſtus, non de perditione proprię ſubſtantię dotis aut donorum, non autem excuſat ubi agitur de pœna perditionis lucri.Ab.de dona. inter uir.& uxo. c.Et ſi neceſſe. Ignorantia legis excuſat quando omnino eſt ſine culpa, quia requirit dolum uerum uel interpretatiuum,ut non excuſet. Abb. de conſtitu. c. Cognoſcentes.

Ignorantia præſumitur in aliquo antiquo facto & proprio,niſi factum ſit arduum uel notabile,uel niſi faciens ſit diſcretus,& adultus. Ab. de ſent.excom. c. Cum illorum. Non præſumitur in facto proprio nec in alieno iudicialiter indagato, In facto proprio ſemper præſumitur ſcientia,niſi factum ſit intricatum & de longinquo. In alieno non præſumitur ſcientia regulariter,niſi ſit publice notum. Abb. de reſcrip. c. Ab excommun. Ignorantia non prætenditur de facto alterius quando tenetur eius facta & uitam indagare,ut in electionibus, & collationibus beneficiorum, niſi idem probet iuramento, ſi non erat publicum. Quo caſu non ſtabitur iuramento. Gloſ. & Abbas de elect. capitulo. Innotuit. Ignorantia non excuſat prælatum in peccatis ſubditorum. Abbas de reg. iur. capitulo. Quamuis.

Illegitimus. Omnia uide in filius.

Impeditur matrimonium contrahendum per dictum unius aſſerentis impedimentum,etiam ſi non iuret. Ab.de ſponſa.c.Præterea ſecundum. Si teſtis ſit uilis perſona,uel mulier reperitur uirgo,uel quid ſimile,ſi ſponſalia ſunt honorata, puto illa non impediri per dictum unius. Si fama defert impedimentum nullo etiam opponente epiſcopus poteſt ex ſuo officio inquirere, & ſi impedimentum eſt notorium,poteſt epiſcopus eos ſeparare. Ab.de diuor. c. Porro.

Impedimentum affinitatis contrahitur ex copula cum conſanguinea uxoris, nõ dirimit matrimonium contractum prius, ſed ſoluit ſponſalia de futuro, & priuat facilitate contrahendi, & executione debiti cum uxore prius habita. Ab. in rubr. de eo qui cogno. conſangui. uxo. Affinitas ſuperueniens non ſoluit matrimonium præcedens, ſed impedit exactionem debiti. Ab. ubi ſuprà. c. Si quis. Copula carnalis habita cum puella ſeptem annorum dirimit matrimonium poſt contractum cum eius conſanguinea. Vbi ſuprà. capitulo. Fraternitatis.

Inceſtus inhabilitat ad matrimonium contrahendum, & priuat facultate exigendi debitum a propria uxore. Committitur proprie cum affinibus & conſanguineis propriis. Licet per copulam contrahatur affinitas etiam ab ignorante, tamen ignorans has pœnas non incurrit, ſi tamen inceſtuoſus ſcienter contrahit, poſt matrimonium tenet. Si eſt uere inceſtus, epiſcopus diſpenſare non poteſt, niſi ratione iuuentutis, ſi non eſt uere inceſtus puta cum conſanguinea ſponſæ, epiſcopus poteſt diſpenſare citra iuuentutem. Ab. de eo qui cogno. conſangui. uxo. c. Si quis. Inceſtuoſus non poteſt contrahere matrimonium. Vbi ſuprà. c. Veniens. Quod epiſcopus poſſit diſpenſare ſicut dictum eſt. Ab. ubi ſuprà. Sponſa ſi ignorauit inceſtum uiri ante copulam cum eo, poteſt alteri nubere. Ab. ubi ſuprà. c. Ex litteris.

Inceſtuoſus matrimonium contrahere non debet, ſi tamen contrahit, tenet, & tenetur debitum reddere, ſed non poteſt exigere, & tenetur uxori miniſtrare neceſſaria. Ab. de eo qui cogno. conſangui. uxo. c. Transmiſſæ. Inceſtus nõ dirimit matrimonium contractum, & poteſt cum eo diſpenſari ſuper exactione debiti exiſtente cauſa puta iuuentute. Vxor inceſtuoſo non tenetur reddere debitum, etiam ſi ſemel poſt inceſtum petiit, quia hæc pœna ſibi non imponitur contemplatione uxoris ſicut in adulterio, ſed propter atrocitatem delicti, quam maritus non poteſt remittere, ſed de adulterio ſibi ſemel reconciliatus eſt, ideo ſecus de eo. Ab. ubi ſuprà.

Impediunt matrimonium contrahendum ſed non dirimunt contractum inceſtus, raptus ſponſæ alterius, uxoricidium, qui monialem ſcienter accipit in monaſterio, rebaptizans filium ſuum, ut ſeparatur ab uxore, presbytericidium, Glo. de pœni. & remiſ. c. Qui presbyterum.

Impedimentum conſanguinitatis. Iſti tamen ſunt prohibiti lege diuina, mater, nouerca, ſoror neptis, amita, matertera, uxor patrui, uxor fratris, filia & prigneua. Glo. de diuor. c. Gaudeamus. ſecundus gradus in linea inæquali in patruo & nepte eſt prohibitus lege diuina, in linea æquali, ut in filiis duorum fratrum eſt prohibitum tantum lege canonica. Ab. ubi ſuprà.

Impedimentum cognationis legalis, Inter adoptatum & filium adoptantis adoptione durante non poteſt conſiſtere matrimonium. Ab. de cogna. leg. c. Siqua. Si uult filium naturalem cum adoptata, illum mancipet. Si quis accepit coram perſonis honeſtis aliquem in filium citra ſolennitatem legalem, non acquirit iura legitime adoptati, nec impeditur contrahere matrimonium. Inter filios adoptantis & adoptatum non poteſt eſſe matrimonium. Licet adoptata non tranſeat in poteſtatem adoptantis, quia filia eſt durante adoptione dirimit matrimonium contractũ poſt impedimentũ. nec oportet impedimẽtũ eſſe perpetuũ, ſed ſufficit quod poſſit eſſe perpetuum. Illegitimus filius non poteſt contrahere cum adoptata. Abb. ubi ſuprà. Inter adoptantem & adoptatam ſemper impeditur matrimonium, licet ſoluatur adoptio. Adoptati inter ſe poſſunt contrahere matrimonium, quia hoc

non

non eſt prohibitum. Glo.ubi ſuprà.

Impedimentum cognationis ſpiritualis eſt uinculum proueniens ex eo quod quis baptizat, uel confirmat, uel baptizatum, uel confirmatum tenuit, in baptiſmo, uel confirmatione. Ex his duobus ſacramentis tantum oritur impedimentum contrahendi poſt, In catachiſmo & ſi contrahitur paternitas, non tamen dirimit contractum matrimonium poſt. Prima dicitur paternitas, compaternitas & fraternitas reſpectu diuerſorum. Ab. in rubr. de cogna. ſpirituali.

Compaternitas contracta per catachiſmum impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit contractum. Ab. de cogna. ſpiritua. c. Contracto. In catachiſmo, baptiſmo, & confirmatione debent eſſe ſinguli patrini, non autem debet unus in omnibus tenere. Vnus ſolus debet tenere, ſi tamen oppoſitum fiat, actus tenet. Ab. ubi ſuprà.

Inter patrem baptizati & uxorem leuantis prius cognitam ab eo contrahitur paternitas. Abbas de cogna. ſpi. capitulo. Martinus. Coniuges communicant ſibi actus ſpirituales, & extenditur paternitas contracta per uirum ad uxorem prius cognitam, non autem ſi non erat cognita, & licet communicent actiones, non tamen paſſiones, ideo ſi baptizatur primæ uxoris filius, ſecunda uxor etiam cognita non eſt conmater. Iſta cognatio extenditur etiam ad filium illegitimum leuantis uel baptizantis, non tamen ad illicitum coitum, puta ad concubinam leuantis. Inter ſimul leuantes nulla eſt compaternitas, nec impedimentum, ſed contrahitur inter leuantem, & baptizatum, & inter leuantem, & parentes baptizati inter baptizatos & filios leuantis. Quarto inter baptizatum, & uxorem cognitam leuantis. Quinto inter parentes baptizati, & uxorem leuantis prius cognitam, idem reſpectu baptizantis, & confirmantis, & tenentis in confirmatione. Abbas ubi ſuprà. Inter patrem baptizati, & leuantem contrahitur cognatio ſpiritualis ualida ad impediendum, & dirimendum matrimonium poſt contractum. Vbi ſuprà. c. Veniens. Cognatio ſpiritualis inter coniuges ſuperueniens ſcienter, uel ignoranter non diſſoluit coniugium. Vbi ſupra. c. Si uir. Si parentes in neceſſitate baptizant filios, nullum impedimentum oritur inter illos. Qui ſcienter filium baptizat, an poſſit petere debitum, opiniones. Iſte tenetur debitum reddere, ſed petere non poteſt. Qui ignoranter, utrunque poteſt. Ab. ubi ſuprà. c. Si uir. Cognatio ſpiritualis non acquiritur, niſi adſit intentio. Ab. ubi ſuprà. c. Veniens. Oppoſitum habes ubi ſuprà. c. Ex litteris.

Cognatio ſpiritualis non extenditur ad coitum illicitum, puta ad concubinam leuantis filium alterius. Ab. de cogna. ſpiritua. cap. Martinus. Extenditur tamen ad filios ſpurios leuantis, uel baptizantis. Abbas ubi ſuprà. c. Ex litteris.

Compaternitas an poſſit acquiri per procuratorẽ, opiniones. uidetur quod ſic, quia non eligitur induſtria perſonæ, nec agitur de magno facto, & multa prohibentur, quæ tamen facta tenent. Cum procuratore non contrahitur, quia hoc non intendit. Contrahi etiam poteſt cum aliqua uniuerſitate, ſi illi ad hoc conſtituunt ſindicum. Abbas ubi ſuprà. capitulo. Veniens.

Filii duorum compatrum ſi per eorum neutrum deuentum eſt ad compaternitatem, licite contrahunt matrimonium, niſi conſuetudo repugnet. Si per eorum alterum deuentum eſt ad compaternitatem, ſeparantur. Ab. de cogna.

gna. ſpiri. c. Verum autem. Baptizatus non poteſt contrahere cum filiis baptizantis, uel leuantis, ſiue nati ſint ante, ſiue poſt. Leuans non baptizans poteſt contrahere cum ſorore baptizati. Pater poteſt contrahere cum filia ſpirituali filii ſui, licet deſcendat impedimentum a patre in filios, non tamen aſcendit a filio ad patrem. Ab. ubi ſuprà. Si filii duorum compatrum per quorum alterum deuentum eſt ad compaternitatem, contrahunt matrimonium, ſeparantur, & tempore contractus ſcientes impedimentum denunciare tenenrur. Vbi ſuprà. c. Tua nos. Etiam ſi filij ſint geniti ante compaternitatem. Abb. ubi ſuprà. Si per neutrum eorum deuentum eſt ad compaternitatem, licite contrahunt matrimonium, ſi tamen conſuetudo eſt, quod impediat & dirimat matrimonium, illa ſeruanda eſt. Vbi ſuprà. c. Super eo. Si autem per alterum eorum deuentum eſt ad paternitatem ſeparandi ſunt non obſtante contraria conſuetudine. Si per neutrum ubi non eſt conſuetudo contraria poſſunt contrahere libere. ſi conſuetudo diſponit, quod permittatur, fortius poſſunt contrahere. Si diſponit ut nõ contrahatur etiam de facto præſumptum ſeparatur ſalua conſuetudine, ſi ex eius prætermitione generetur ſcandalum. Vbi conſuetudo eſt approbata per papam, non poteſt dici quod iſti coniuncti ſint adeo. Si conſuetudo eſt quod per neutrum deuẽtum eſt ad compaternitatem quod impediat, ſed non dirimat, ſeruanda eſt. Inter filios leuantis & baptizatum non poteſt eſſe matrimonium. Ab. ubi ſuprà. Vide. Conſuetudo.

Impedimentum criminis. Qui uiuente uxore contrahit cum ſecunda ignorante prima mortua ad ſuam petitionem non ſeparabitur a ſecnnda. De eo qui dux. quam pollu. c. Propoſitum. Tria uidentur impedire matrimonium. Primo ſi uiuente uxore cum alia contraxit & commiſit adulterium. Secundo ſi uiuente uxore dedit fidem alteri. Tertio ſi mulier machinata ſit in mortem uiri, Si tantum interuenit adulterium, poteſt uxorem illam habere. Si etiam uiuente prima contraxit cum alia, & ultra non proceſſit, hoc non impedit quin mortua prima poſſit contrahere cum ſecunda. Idem eſt ac ſi dediſſet fidem de contrahendo poſt mortem coniugis, ſi contraxit & ſecutum eſt adulterium cum ignorante poteſt eſſe matrimonium poſt mortem coniugis, ut eſt caſus hic. ſi tamen nunquam fuit cognita ipſa ſcienre de alia uxore uiua quia tunc non poteſt eſſe uxor etiam ſi in principio ignoraſſet. Idem præciſe quando præceſſit fides de ducendo ſecundam ſecuto adulterio. Quo ad tertium, ſi ſine adulterio ſit machinatio in mortem uiri cum extraneo ut illum habere poſſit in uirum, ſecuta morte non poteſt illum habere. Si interuenit machinatio unius tantum ſine adulterio non impedit matrimonium cum adulterio, impedit in caſu huius capituli. Si poſt mortem uxoris contrahit cum tertia, matrimonium tenet, quia cum ſecunda non fuit matrimonium, & matrimonium non poteſt claudicare, ſed ratione promiſſionis compellitur uir ad contrahendum, non autem mulier decepta, nec tenet matrimonium, niſi nouo conſenſu ſaltem tacito. Ab. de eo qui cogno. quam pollu. c. Propoſitum.

Si uiuente prima uxore, & cognita quis contraxit cum alia, & non cognouit eam, mortua prima non poteſt ſecundam habere. ſecus ſi prima non erat uxor legitima. Abb. de eo qui dux. quam pollu. cap. Significau t. Qui uiuente uxore etiam ab eo ſeparata quo ad thorum ſecundam conſciam ducit uxorẽ, mortua prima, ſecunda ſeparabitur, ſed cum alia poteſt cõtrahere. Vi ſuprà. c. Ex litteris. Si etiã cum adultera habet plures filios ſeparabitur.

Vbi ſuprà. c.Cùm haberet. Qui contrahit cum ſecunda uiuente prima poteſt per iudicem eccleſiaſticum puniri, etiam in foro contentioſo, & poteſt eos dehoneſtare ut abſcindantur panni ante & retro & mulier crinibus inciſis. In quibuſdam locis mittantur qui habent duas uxores. Ab. ubi ſuprà. c. Cum haberet.

Qui uiuente prima duxit ſecundam huius rei neſciam mortua prima remanet licite cum ſecunda nouo conſenſu interueniente. De eo qui dux. quam pollu. c. Veniens. Conſenſus præſtitutus ſecundę uiuente prima non inducit matrimonium, & quo ad conſentientem, ideo oportet ut ſit nouus conſenſus, ſaltem tacitus puta ſi ſcienter poſt mortem cohabitauit. Si ſtante matrimonio requiratur ut impediat matrimonium non ſufficit ſola fides, quia matrimonium non conſumatum non ita inducit ad machinandum mortem alterius. Si ſtante matrimonio quis dedit fidem ſine copula & mortua prima contraxit cum tertia & cognoſcit illam cui dedit fidem an poſſit illam habere uxorem, opiniones. mihi uidetur quod ſic, quia per contractum cum tertia uidetur receſſiſſe a fide ſecundæ. Iura inducunt hoc impedimentum ut uitetur machinatio, & hoc ceſſat, quia mortua prima noluit cum ea contrahere. Ab. ubi ſuprà.c. Si quis.

Si quis uiuente prima ſecundam huius rei neſciam duxerit ſi uir confitetur in iudicio ſe prius contraxiſſe cum alia, ſecunda non tenetur credere & donec probauerit pendente lite poteſt debitum exigere. ille autem nec petere nec exigere poteſt, ſed potius debet pati excommunicationem. Ab. de eo qui dux. quam pollu. c. Si quis. Si ſecundam non cognouit nec ante nec poſt prima mortua poteſt contrahere cum ſecunda. Vbi ſuprà. Si etiam non ſequatur copula grauiter peccat, & efficitur infamis. Ab. ubi ſuprà. Si mortua uxore contrahit cum ea quam cognouerat etiam prima uiuente, & non data fide tenet matrimonium. Si neuter eſt machinatus in mortem. Vbi ſuprà. c. Significaſti. Solo adulterio non impeditur matrimonium, ſed ſi ambo uel eorum alter machinatus ſit in mortem. Ab. ubi ſuprà.

Machinatio in mortem coniugis priuat ſpe coniugii, non autem homicidium uoluntarium. Ab. de diuor. c. Si qua. Propter machinationem in mortem coniugis ſequuto homicidio priuatur machinator ſpe coniugii. Vnde poſt mortem coniugis non poteſt cum alia contrahere. Propter homicidium non priuatur quis ſpe coniugii, niſi in caſibus exceptis. Ab. ubi ſuprà. Non poteſt quis habere uxorem, quam uxore uiuente cognouit, ſi machinatus eſt in mortem uxoris. Vbi ſuprà. c. Super hoc. Adulterium per ſe non ſufficit, niſi adſit machinatio unius cum effectu. alias non impedit matrimonium etiam cum adultero, nec ſola occiſio mariti etiam cum intentione habendi uxorem, quia machinatio unius non ſufficit ſine adulterio. Ab. ubi ſuprà c. Super eo.

Alteri deſponſatam ducens in uxorem nunquam eam in uxorem habere poteſt & punitur. Abbas de ſpon. duo. capitu. Accepiſti. Si contrahit cum duabus eſt infamis, & puniri poteſt per utrunque iudicem, quia ſacrilegium eſt mixti fori. ſi non cognouit mortuo primo uiro poteſt illam habere ex nouo conſenſu. Si cognouit, nunquam poteſt illam habere. Abb. ubi ſuprà.

Impedimentum diſparis cultus. Si Chriſtianus contrahit cum iudea, uel pagana matrimonium eſt nullum. Glo. de conditio. apponen. c. Si conditiones. Cum hæretica eſt matrimonium, cum habeat baptiſmum. Ab. ubi ſuprà.

ſuprà. Inter eos poteſt eſſe matrimonium prius contractum, ſi unus eorum conuertetur, & non alter. non autem poteſt eſſe ab initio. Ab. de diuor. c. Gaudeamus.

Impedimentum conditionis. Error impedit matrimonium quando deterioratur conditio contrahentis, ſecus ubi melioratur, ſimiliter impedit error perſonæ, non autem fortunæ, aut qualitatis. Abb. de coniug. ſeruo. cap. Propoſuit.

Si liber contraxit ignoranter cum ancilla ſeparatur matrimonium, niſi poſt hoc ſciens cognouerit eam. Abb. de coniug. ſeruo. cap. Propoſuit. Inter liberum & ſeruum poteſt eſſe matrimonium, quando ſciunt. Si credens contrahere cum libera contrahit cum ſerua non tenet matrimonium, ſi cum ſerua & contraxit cum libera, opiniones. Credo matrimonium impediri ubi deterioratur conditio contrahentis, ſecus ſi melioratur, uel conſeruatur in qualitate. In aſcriptitio communiter tenetur quod non impediat matrimonium. Si uir mouet litem ſuper ſeruitutem non debet reddere debitum, nec propter præceptum eccleſiæ debet uenire contra conſcientiam ſuam bene informatam. Dos tamen debet reſtitui domino non petente ancilla. Ab. ubi ſuprà. Si liber contraxit cum ancilla hoc ignorante & ex quo ſciuit non conſenſit, ſeparatur matrimonium, & cum alia poteſt contrahere. Vbi ſuprà. c. Ad noſtram. Copula non firmat matrimonium contra errorem conditionis ſerui, ſed imputatur ei qui non detexit conditionem ſui ſtatus. Dicens ſe conditionem mulieris ignoraſſe habet hoc probare, ſed dicitur probare eo ipſo quod non probatur contrarium, quia in facto alieno non præſumitur ſcientia, niſi conditio mulieris eſſet communiter nota in loco. Eo ipſo quod dominus ancillam tradidit libero incontinenti confertur libertas, & ſic tenet matrimonium, ut cum libera contractum. Ab. ubi ſuprà. c. Ad noſtram.

Seruus contradicente domino poteſt contrahere matrimonium, ſed propter hoc non liberatur a ſeruitio debito domino. Abb. de coniug. ſeruo. c. Dignum. Filii qui naſcuntur, ſequuntur uentrem. Si contrahit cum uoluntate domini tenetur prius obedire uxori quo ad neceſſaria impendenda. Si dominus non conſenſit, debet prius obedire domino, niſi timeatur fornicatio. Si ſunt diuerſorum dominorum debet dominus uendere ſeruum ita ut poſſit debitum reddere, ſi ambo unius, compellitur dominus aut ambos uendere, aut ita diſtrahere ut matrimonium non careat effectu, ſi contraxit cum libera, tenetur libera ſequi maritum. Si ignoranter, non tenet matrimonium. Ab. ubi ſuprà.

Impotens ad copulam impotens eſt ad matrimonium contrahendum, ſiue impedimentum ſit ætatis, ſiue naturæ. Ab. de frigi. & maleficia. c. Quod ſedem. Senex contrahere poteſt quod habet habitum reducibilem ad actum, hic prohibetur omnino impotens. Qui caret utroque teſticulo non poteſt contrahere, qui ſi habet unum tantum, poteſt. Qui uirgam habet erectam ſed non poteſt emittere ſemen propter impedimentum naturale uel accidentale, licet poſſit mulierem prouocare, communiter tenetur quod non poſſit contrahere. Ab. ubi ſuprà. Contrahens cum impotente ſcienter non ſeparatur ab eo. Vbi ſuprà. c. Conſultationi. Ideo ſi potens cum alia contrahit tenet matrimonium cum ſecunda, prouidebit tamen primæ ut ſorori. Iſta intellige de omni impotentia etiam accidentali ante contractum matrimonium. Ab. ubi ſuprà. c. Conſultationi.

Impe-

Impedimentum naturale ad coitum irreparabile arte medicorum impedit matrimonium. Ab. de frigi. & maleſi. c. Ex litteris. Intellige quod reparatio poſſit fieri ſine periculo corporis. Si impedimentum ſuperuenerit matrimonio contracto per uerba de præſenti, licet non ſit conſumatum, non ſeparabitur, quia non inuenitur quod poſſit ſeparari, niſi per profeſsionem, eſt tamen cauſa ſufficiens ut papa illud ſeparet, ſi timetur de incontinentia ſani, licet lex loquatur de impedimento naturali. idem tamen erit de impedimento accidentali, ſi præceſsit matrimonium. Ab. ubi ſuprà.

Impedimentum coeundi ubi poteſt in principio probari, non oportet coniuges cohabitare per triennium, nec quod iurent ipſi uel propinqui, quia fruſtra expectatur euentus huius effectus qui non inducitur. Vbi non poteſt probari, datur triennium ad experiendum utrum ſit impedimentum temporale; Confeſsio coniugum non probat ſufficienter nec proquinquorum qui iurant de credulitate. Ab. de frigi. & maleſi. c. Laudabilem. Coniuges non habent iurare ſpecifice ſuper aliquo impedimento, ſed ſufficit generaliter dicere quod nunquam potuerunt conſumare matrimonium. Vbi ſuprà. c. Laudabilem.

Impediti propter maleficium oportet per triennium cohabitare dando operam efficacem copulæ. Ab. de frigid. & maleſi. c. Accepiſti. & Laudabilem. Si poſt ſeparationem alteri nupſerit cum quo habet copulam, non reſtituetur primo, quia cum primo præſumitur impedimentum perpetuum. ut quia mortuus eſt qui fecit maleficium uel maleficium eſt perditum uel datum in potu. Item reuocatio dependet ex facto unius. Abb. ubi ſuprà. cap. Fraternitatis. Ex quo matrimonium non eſt conſumatum præſumitur maleficium præceſſiſſe matrimonium. In maleficiis ſemper oportet expectare triennium, quia quandoque peracta pœnitentia ſoluuntur. In impeditis etiam naturaliter debet priuilegialiter, ſecus ſi ſit euidens & non dubium. In ſeparatione non requiritur uirginitas, ideo extenditur ad uiduas, & ad ſecundas nuptias. Ab. ubi ſuprà. c. Lator.

Mulier ſi ſine miraculo & periculo corporis reddi non poteſt habilis ad copulam ſeparabitur matrimonium, reſtringitur tamen ſi poſt non apparet eccleſiam fuiſſe deceptam. De frigid. & maleſi. cap. Fraternitatis. Impotentia alterius coniugis poteſt allegari poſt plures annos. Mulieres reſpicientes debent eſſe prouide & honeſte & de eadem parochia, Mulier prius lauari debet in aqua calida & morari in ea diu, quia quandoque per medicinas fiunt arctæ. Impedimentum omne quod non poteſt reuocari arte humana ſine periculo corporis reddit inhabilem ad contrahendum. In dubio præſumitur præceſſiſſe matrimonium ex quo nunquam potuit eam cognoſcere. Si cognita a ſecundo uiro redditur apta primo uiro debet ei reſtitui, niſi conſtet de differentia utriuſque uiri. Si primus eſt adeo carnoſus quod non potuit deflorare mulierem ſine periculo mortis, ſecundus magis gentilis, puto quod non ſit reſtituenda primo, cui reddita eſt apta per uſum frequentem ſecundi, quia textus arguit a ſimili. Si reſtituta primo non poteſt coniungi, debet reſtitui ſecundo irreuocabiliter. Ab. ubi ſuprà.

Impeditus ad coitum. Vir poteſt petere ſeparationem in impotentia ſua ut non teneatur ad onera matrimonii, nec ſufficit confeſſio coniugum, ſed quæritur alia probatio. Quando ambo confitentur impedimentum quod etiam poteſt probari per ſigna & iuramentum coniugum & propinquorum, poſſunt ſeparari incontinenti. Triennium requiritur, ubi per ſigna

euidentia probari non poteſt. Tria ſunt augumenta ad probandum impotentiam, uidelicet aſpectus corporis ſecundo cohabitatio triennalis. tertio proprium iutamentum cum ſeptima manu. Si mulier negat ſe cognitam & uir affirmat & mulier non ſtatim reclamauit impedita propter maleficium debet ad minus cohabitare per triennium, quia hoc impedimentum remoueri poteſt. Si impedimentum probatur per reſpectum corporis, uel apparent ſigna euidentia impotentiæ, tunc cum iuramento proprio & propinquorum poſſunt in conſcientia ſeparari non expectato triennio. Si poſt ſeparationem uir frigidus aliam cognouit cogitur primam accipere, quia couſtat eccleſiam eſſe deceptam, ſecus ſi propter maleficium quod impedire poteſt reſpectu certæ perſonæ tantum. Ab. de frigi. & malefi. c. Accepiſti. Cum uxor dicit non habere potẽtiam coeundi ſecum, exprimat cauſam. Si tamen per triennium cohabitauerit coniugibus hoc iurantibus cum ſeptima manu propinquorum ſeparatur matrimonium. Vbi ſuprà. c. Litteræ. Tempus non currit quando allegari poteſt impotentia coeundi. Prædictorum confeſſio etiam cum iuramento & ſi probetur uirgo non ſufficit ad ſeparationem, niſi cohabitent per triennium. Non tenetur ſpecificare cauſam impotentiæ. Vbi non poſſunt haberi ex propinquis pauciores ſufficiunt maxime cum fama & in eorum defectum aſſumuntur uicini. Sufficit quod per triennium cohabitauerint ante uel poſt pœnitentiam & monitionem. Deeſt etiam quod peracta pœnitentia aliquod tempus ſtent ſimul nec oportet hoc triennium eſſe continuum, ſed ſufficit ſi ſuplet de eo quod deficit. Ab. ubi ſuprà.

Qui ſunt in ordinibus ſacris & qui profeſſi ſolenniter non poſſunt contrahere matrimonium. Abb. in rubr. c. Qui cleri. uouen. Qui ſunt in ſacris etiam ſi facti ſint irregulares ſi contraxerint, ſeparantur. Vbi ſuprà. De diacono. In ſacris exiſtens ſi matrimonium contrahit eſt irregularis, poteſt tamen diſpenſari. Irregularis & depoſitus ab ordine non poteſt contrahere matrimonium, quia ſemper retinet caracterem. Glo. & Ab. ubi ſuprà. Subdiaconus compellendus eſt abiurare uxorem, & tamen perdit executionem omnium ordinum. Diſpenſat tamen epiſcopus cum eo, niſi factus ſit bigamus contrahendo. Ab. ubi ſuprà. c. Litteris.

Impedimentum honeſtatis publicæ oritur ex ſponſalibus contractis cum impubere maiore ſeptennio. Ab. de deſponſa. impube. c. Continebatur. Oritur ſi maior ſeptennio duxit in uxorem minorem ſeptennio, & traduxit ad domum. De ſponſa. cap. Iuuenis. Ex ſponſalibus oritur publicæ honeſtatis iuſtitia inter ſponſam & conſanguineam ſponſi uſque ad quartum gradum dirimens matrimonium contrahendum inter eos. Impedimentum hoc eſt poſitum ab eccleſia ad tollendas inimicitias conſanguineorum. Inter minores ſeptennio non contrahitur impedimentum hoc, niſi forte ſint uerba de præſenti, & illam duxerit. Si ſponſa minor eſt ſeptennio & temptauerit copulam uel ſponſus ſecum cohabitauerit, uidetur oriri publica honeſtas ex quadam æquitate, hoc tamen iure non probatur. Ab. ubi ſuprà. c. Iuuenis. Si ſponſalia ſint cum minori ſeptennio conualeſcunt per cohabitationem poſt ſeptennium, & inducunt publicæ honeſtatis impedimentum. ſoluuntur tamen per matrimonium de præſenti. De deſponſa. impube. cap. Duo pueri. Impedimentum hoc dirimit matrimonium & ſponſalibus legitime diſſolutis dirimit ſequens matrimonium etiam conſumatum. Ab. ubi ſuprà. Impedimentum hoc non oritur ex ſponſalibus contractis a minori ſeptennio,

ſecus

ſecus ſi poſt ſeptemnium conſentiant, & affinitas ſequens ſoluit ſponſalia præcedentia. Ab. de deſponſa. impube. c. Litteras.

Impedimentum publicæ honeſtatis an oriatur ex copula, utraque pars ſuſtinetur. Ab. de eo qui cogno. conſanguineam uxo. c. Tuæ fraternitatis. Oritur ex ſponſalibus cum puella non completo ſeptemnio ſi attemptata eſt copula, & impedit matrimonium cum conſanguinea. Vbi ſuprà. c. Fraternitati. Oritur ex ſponſalibus conditionalibus conditione ſuperpræueniente, non autem ſi non ſuperueniat conditio. Ab. de conditio. apponen. c. De illis. Oritur autem inter ſponſam & conſanguineam ſponſi. Abb. de ſponſa. c. Sponſam. Extenditur hoc impedimentum uſque ad quartum gradum. Abb. ubi ſuprà. Oritur ex ſponſalibus contractis cum conſanguinea. Vbi ſuprà. c. Ad audientiam. Oritur ex ſponſalibus omnino nullis de iure poſitiuo, ſi tamen ſunt aliqua de iure naturæ. Ad hoc impedimentum ſatis eſt teneat ratione conſenſus, ideo oritur ex contractis ſponſalibus cum ſacerdote, quia non peccat in conſenſu naturali, ſed anuullatur ex ſtatuto eccleſiæ. Interueniente morte unius impedit alterum uſque ad quartum gradum. In matrimoniis contrahendis conſiderantur magis facta quam iuris effectus, hic non eſt orta obligatio inter contrahentes, quia contra legem, ſed ex illo contractu honeſtas inducitur, quod non liceat. Si ſponſalia ſunt conditionata non oritur impedimentum ante exiſtentiam conditionis. Ab. ubi ſuprà. c. Ad audientiam. Sponſalia nulla ex defectu conſenſus non cauſant impedimentum honeſtatis. ſponſalia autem aliqua ſic licet ſint legitimę diſſoluta. Ab. de deſponſa. impube. c. Acceſſit. Dirimit hoc impedimentum matrimonium, licet ſponſalia ſint ſoluta in uita uel in morte. Abb. ubi ſuprà. Hoc impedimentum eſt iuris poſitiui non diuini, ideo diſpenſat eccleſia in eo. Abb. qui fi. ſunt legiti. c. Referente. & de ſponſa. c. Ad audientiam. Impedimentum publicæ honeſtatis habens ſi duxit conſobrinam ſponſæ ſubſecuta copula non priuantur matrimonio ambo in perpetuum, ſed altero uiuente tantum, quia hic non eſt proprie inceſtus, quia per ſponſalia non contrahitur affinitas. Ab. de deſponſa. impube. c. Duo pueri.

Votum caſtitatis de præſenti impedit matrimonium contrahendum, eccleſia tamen ex cauſa permittit contrahere matrimonium. Qui cleri. uel uouen. cap. Veniens. Votum ſimplex impedit ſponſalia de futuro non autem dirimit matrimonium ſequens, ſecus eſt in uoto ſolenni. Abbas ubi ſuprà. c. Rurſus.

Votum ſolenne impedit matrimonium poſt contractum. Qui cleri. uel uouen. c. Inſinuante. Profeſſio impedit & dirimit matrimonii ex conſtitutione eccleſiæ, ideo ea remota ſi profeſſus contraheret, matrimonium teneret. Eccleſia poteſt ſtatuere, quod profeſſus poſſit contrahere matrimonium. Vt uotum ſit ſolenne oportet quod uouens profiteatur unam de regulis approbatis & ita quod ſit religioſus uere illius religionis, & non ſufficit, ſi uouit in genere tria ſubſtantialia uota, nec ſi in ſpecie unius religionis uoueat caſtitatem. Glo. & Abb. ubi ſuprà. c. Rurſus. Votum poteſt eſſe ſolenne abſque ingreſſu religionis ſufficiens ad dirimendum matrimonium, & hoc probatur. Ab. de frigi. & malefi. c. Fraternitatis. Solenne dirimit matrimonium poſt contractum. ſimplex uotum impedit contrahendum, ſed non dirimit contractum poſt. Qui cleri. uel uouen. c. Meminimus. Vouens religionem antequam contrahat matrimonium poteſt compelli, non autem poſt. Intelligitur etiam de profeſſione tacita. Abb. ubi ſuprà. Suſcepto

habitus

habitus ſine profeſſione non dirimit matrimonium contractum, impedit tamen contrahendum. Suſceptio habitus profeſſorum extra religionem a non habente poteſtatem incorporandi in religione impedit in dubio contrahendum, ſed non dirimit contractum. Qui cleri. uel uouentes.c.Conſuluit. Si habitum profeſſorum accepiſſet ab habente poteſtatem incorporandi in religione non poſſet contrahere. Qui aſſumit probationis habitum non impeditur. Abb. ubi ſuprà. c. Conſuluit.

Imperator non poteſt alienare ad libitum iura imperij. Donatio tamen conſtantini facta eccleſiæ tenet, quia papa habet in habitu omnem iuriſdictionem temporalem, ideo non eſt proprie alienatio. Intellige prædicta de donatione uel alienatione notabili, quam non poteſt facere, ſecus de modica. Ab. de iur. iuran.c.Intellecto. Donatio conſtantini tenet, & approbatur. Ab. Qui fil. ſunt legiti. c. Per uenerabilem.

Imperator ſecundum aliquos iuriſdictionem a Deo habet immediate, non autem a papa, quia imperium præceſſit Apoſtolatum. Alii dicunt quod executionem habet ab eccleſia, papa tamen utranque habet iuriſdictionem. Glo. qui fi. ſunt legiti. cap. Cauſam. Imperator non eſt ſimpliciter uicarius papæ nec ſimpliciter habet iuriſdictionem a papa, cum non poſſit indiſtincte illum reuocare. Ab.de for. competen.c. Licet ex ſuſcepto.

Imperator non poteſt habere iuriſdictionem in clericos, etiam papa conſentiente. Ab.de maio. & obe.c.Si quis. Et ubi ſuprà. c. Solite. Vide clericorum exemptio.

Imperator a decimis nullum eximere poteſt. Ab. de deci. c.Tua.

Imperator ſi donat rem alterius donatio eſt firma, nec agitur contra donatarium ſed contra fiſcum ad ęſtimationem infra quatriennium, alias præſcribitur. Intelligitur quando ignoranter donauit, ſi ſcienter, non ualet donatio, quia non poteſt imperator ſine cauſa aliquem priuare iure ſuo. Item ſpeciale eſt in principe, ut ſi habet rem communem cum priuato poteſt diſponere in totum, & ſatisfacit priuato ad extimationem. Iſta lex non ualet in præiudicium eccleſię & rerum ſubiectarum eccleſię, in cuius præiudicium imperator non poteſt legem condere. Ab.de rebus eccle.non alienan.c.Qui res.

Imperator rem immobilem eccleſię poteſt acquirere permutatione, data re meliori uel ęquali. Ab. de rerum permuta. c.Si princeps. Non requiritur neceſſitas nec utilitas eccleſiæ ſed ſufficit quod non deterioretur, cum hoc ſit inductum in fauorem, & recompenſationem imperatoris qui dedit priuilegia eccleſiæ. Non tamen poteſt diſponere de bonis eccleſiæ ſine uoluntate prælatorum, qui ſi nolunt conſentire permutationi, debent cogi per ſuperiores. Ab. ubi ſuprà.

Imperator non poteſt in præiudicium eccleſiæ, uel rerum eius ſubiectarum condere legem. Ab.de reb.eccle.non alienan.c. Qui res.

Imperator eligitur & a quibus & quę impediunt eligendum. Glo. & Ab. de elec.c. Venerabilem.

Imperator non poteſt legitimare incipiendo a radice matrimonii, quia non poteſt diſpenſare ſuper matrimonio, nec poteſt legitimare per reſcriptum in ſpiritualibus. In temporalibus poteſt, in terris ſibi ſubiectis mediate, uel immediate, immo ſolus poteſt legitimare, quia hoc eſt unum de reſeruatis principi. Ciuitates & principes non recognoſcentes ſuperiorem habent eandem poteſtatē, & quantam habet imperator in ſuo imperio. In terris eccleſiæ

cleſiæ imperator non poteſt legitim[illegible] de habentibus auctoritatem ab eo. Ab. Qui ſi. ſunt legi[illegible] Per [illegible]erabilem.

Imperator ſolus poteſt exonerare al[illegible] ab aliquo onere in temporalibus in prçiudicium aliorum, & papa in [illegible]alibus. Abb. de prçſcrip. cap. Accedentes.

Imperator coram papa poteſt conue[illegible] [illegible]acti ſeruandi. Imperator imperium habet a papa qui habet [illegible] [illegible]mporalem, quam exercet in grauibus negociis, & ubi eſt def[illegible] [illegible] unde ſubditus poteſt conuenire ſuperiorem coram papa, [illegible] [illegible]ognoſcat ſuperiorem. Ab. de proba. c. Ex epiſtolæ.

Imperatori omnes ſubduntur de iure [illegible] [illegible]lo. de priuileg. cap. Super ſpecula. Quid de gallis [illegible] [illegible]bi ſuprà. c. Vide Rex.

Imperator non poteſt priuar[illegible] [illegible]uſa. Ab. de for. compet. c. Verum. Iura imperii poſſunt præ[illegible] [illegible]ui ſi. ſunt legitimi. c. Per uenerabilem. Vide. Rex Franciæ.

Verum & mixtum imperium quid [illegible] & quorum. Ab. de off. iud. ord. c. Quod ſedem. Vide. Iuriſdictio comprehendit.

Impubes quis prçſumitur uſque ad decimumquartum annum, tamen puer annorum nouem impregnauit nutricem. Abbas de delic. puero. capitulo. Pueris.

Immunis a peccato quis dicitur peracta pœnitentia, & dimiſſo peccato etiam ſi prius illud commiſit. Ab. de pur[illegible]. cano. c. Accepimus.

Immunitas eccleſiç non reſtringitur ad parietes eccleſiæ ſed progreditur ultra. 30. uel 40. paſſus, ideo clauſtrum adhçrens eccleſiæ gaudet immunitate, nec poteſt quis in clauſtro capi, ſicut nec in eccleſia. Ab. de ſen exco. c. Cum pro cauſa.

Immunitatem eccleſiç uiolans non eſt ipſo facto excommunicatus, nec ſpolians eccleſiam nec accipiens uaſa ſacra ſine fractione & incendio. Ex hoc tamen textu poteſt argui ad utranque partem. Ab. de ſent. excommun. c. Cum pro cauſa. Incurrit tamen minorem excommunicationem. Loca, quç gaudent immunitate eccleſiæ. Vide. Eccleſiç immunitas. Quo ad onera. Vide. Clerici ad onera. Talea. capitu. Eccleſiæ dos. Eccleſia in dioceſi.

Incendiarius eccleſiç in morte abſolutus in cimiterio ſepelitur, & hçredes ad ſatisfaciendum compellnntur. Ab. de rapto. c. In litteris.

Inceſtuoſus priuatur ſpe contrahendi matrimonium ipſo iure. Ab. de præſcrip. c. Litteris. Vide. Impedimentum.

Incontinenti mox ilico. ubi non habent totam determinationem a iure recipiunt interuallum ad arbitrium boni uiri. Ab. de appel. c. An ſit.

Incorrigibilis dicitur non ſolum qui reuertitur & perſeuerat in delicto, ſed etiam qui committit alia. Qui non facit pœnitentiam non dicitur incorrigibilis, ſed qui pœnitentia non peracta accipit fugam, uel occultat ſe, uel aliter impedit, ut iudex non poſsit eum citare. Abbas de iudi. cap. Cum non ab homine.

Indictio ab indicendo, quia ſingulis quindecim annis indicebantur tributa a Romanis. Tribus quinque primis annis indicebatur tributum in ferro pro armis. in ſecundis quinque in argento pro ſtipendiariis, in tertij in auro ſeruando pro republica. ſimile eſt de corona imperatoris. Indictio inuenitur diuiſis annis domini per 15. additis tribus, quia natus eſt dominus indi-

tione

tione tertia. Abb. de fid. inſtrumen. c. Inter dilectos.

Indicium quid ſit. Abb. de cohabita. clerico. c. Veſtra. Vide. Noticia in indiciis. Quædam ſunt quibus conuincitur delictum, quædam faciunt dubitationem, & ſufficiunt ad torturam, & quæ ſunt illa. Abb. de proba. c. Tertio loco.

Indulgentiã poteſt dare inferior papa, In dedicatione eccleſiæ poteſt epiſcopus dare annum, in anniuerſario eius, & in aliis litteris eius non debet excedere dies. 40. Ab. de pœni. & remiſ. c. Cum ex eo. Inferiores epiſcopo non poſſunt concedere indulgentias. Ipſe epiſcopus in dedicatione eccleſię, & quando celebrat ſolenniter poteſt concedere annum. pro aliis cauſis tantum. 40. Iſti 40. dies debent eſſe utiles & annuales, non ut iniungitur in pœnitentia. i. ſi debet ieiunare in anno 40. dies, licet interpollatim puta in ſexta feria. Valet indulgentia. 40. dierum ad tollendum omnes iſtos dies 40. non currunt cottidie, ſed ſunt utiles. De anno ſic debet intelligi. ſi debet agere pœnitentiam per annum qualiſcunque ſit illa pœnitentia, puta ieiunare per annum ſemel in ſeptimana, tollitur per hanc indulgentiam, ita quod indulgentia anni non diuiditur per dies, ſed ualet reſpectu anni integri prout pœnitentia eſt annualis. Si epiſcopi excedunt, an ualeant indulgentiæ, opiniones. Ab. ubi ſuprà.

Si plures epiſcopi in dedicatione concedunt quilibet eorum annum, credo, quod teneant, licet quilibet eorum faciat contra mandatum papæ, qui non irritat, ſi ſecus factum fuerit. Glo. ubi ſuprà. Siue ſint datæ ab uno ſiue a pluribus, cum excedunt prædictum numerum ut dicitur eodem titulo finali. lib. 6. Indulgentia eſt ipſo iure nulla ultra terminum. Ab. ubi ſuprà.

Indulgentias poteſt concedere epiſcopus confirmatus qui non eſt ſacerdos & Cardinalis diaconus ſi eſt legatus, quia iſta ſunt iuriſdictionis. Ab. de exceſ. prę la. c. Accedentibus. In prouincia poteſt concedere archiepiſcopus & fortius legatus, quia hoc eſt iuriſdictionis quam maiorem habet legatus in prouincia, quam archiepiſcopus. Ab. de pœni. & remiſ. c. Noſtrum. Indulgentias poſſunt dare epiſcopi non conſecrati & Cardinales, quia concernunt iuriſdictionem non adminiſtrationem ſacramentornm ut dicit. S. Tho. Ab. de elec c. Suffraganeos.

Indulgentia conceſſa uere pœnitentibus & confeſſis prodeſt confeſſis ſemel in anno ſi habent propoſitum confitendi & contritionem de peccato præterito, quia uere pœnitentes ſunt ex quo ſunt uere contriti, & uere confeſſi, quia confeſſi tempore determinato & habent propoſitum confitendi. Abb. de pœni. & remiſ. c. Omnis utriuſque ſexus.

Indulgentia dicitur indiſcreta quando non ponderata qualitate, & quantitate cauſæ indiſtincte conceditur, debet autem concedi ſecundum qualitatem & quantitatem cauſæ. Ab. de pœni. & remiſ. c. Cum ex eo.

Indulgentia plenaria conceditur euntibus in ſubſidium terre Sanctæ. Papa uicarius eſt Chriſti & ſummus adminiſtrator. Sunt in eccleſia multa bona non remunerata ut mors Chriſti, paſſiones innocentium martirum ex quibus & aliis meritis conſtat theſaurus eccleſiæ cuius papa habet plenam diſpenſationem. Cum remittit pœnam uidetur donare de hoc theſauro ut ſit ſenſus quod in recompenſatione illorum bonorum remittit pœnam & ſit recompenſatio hinc inde. Hanc remiſſionem poteſt facere inferior prælatus cum certa limitatione, quia & ipſe electus eſt in partem ſolicitudinis, & ualet indulgentia talis quo ad pœnam tam imponendam quam impoſi-

impoſitam. Abbas de iude. capitulo. Ad liberandam.

Indulgentiæ quando dantur a pluribus prælatis ſimul pro eadem cauſa. Vide. Indulgentias poteſt dare inferior papa. Archiepiſcopus poteſt indulgentias.

Indulgentiæ, quæ conceduntur a prælatis, non ualent non ſubditis eorum, niſi proprii, iudices hoc concedant. Ab. de pœni. & remiſſio. c. Quod autem. Licite concedunt indulgentias in dedicatione eccleſiæ, ſecundo pro ædificatione pontium in loco periculoſo, ubi peregrini & pauperes patiuntur mortis periculum in tranſitu. Idem dic in aliis locis piis & actibus. Volentes peregrinari debent petere licentiam percipiendi indulgentias aliorum epiſcoporum. Indulgentiæ papales ad omnes extenduntur, quia omnes ſunt ſubditi eius. Ab. ubi ſuprà. Ratione delicti ampliatur iuriſdictio, cum ſit odioſa auctoritate iuris, ut delinquens cognoſcat ibi ſatisfacere rei publicæ quam læſit ibi delinquendo, ſed ratione indulgentiarum nulla ratio eſt ampliandi non ſui iudicis iuriſdictionem, immo confunderentur iuriſdictiones, & eneruaretur pœnalis ſatisfactio. Abbas de ſent. excommu. cap. Nuper.

Indulgentiæ proſunt in purgatorio quo ad pœnitentiam hic iniunctam. Si tenetur quis ieiunare. 40. diebus habita indulgentia. 40. dierum non tenetur ieiunare, & hic probatur. Cautius tum eſt indulgentias ſeruare pro pœnitentiis illorum peccatorum, quas homo non poteſt hic perficere. Ab. de pœni. & remiſ. c. Cum ex eo.

Indulgentiæ ad quid ualent, quinque opiniones. Glo. hic reprobatur. Valet ut uerba ſonant quo ad Deum, & homines, quo ad pœnitentiam hic iniunctam, & concedens intendit recompenſare meritum Chriſti, & Sanctorum, Per indulgentias poteſt quis euacuare pœnitentias ſibi iniunctas, nec requiruntur illa ſex de quibus Innocen. loquitur. Abb. de pœni. & remiſ. cap. Quod autem.

Infamia. Vide omnia in fama.

Infidelibus deferentes arma, ferrum, uel alias merces prohibitas, uel in ipſorum nauibus nauigantes excommunicati ſunt, & rebus ipſorum priuandi, & ſerui fiunt capientium. De iude. capit. In quorundam. Qui deferunt arma, ferrum, lignamina ſaracenis, ſunt excommunicati, & ipſo facto priuantur omnibus bonis ſuis, & efficiuntur capientium ſerui. De iure ciuili capite puniuntur, & confiſcatione bonorum. Iſtam pœnam incurrunt etiam qui deferunt prædicta abſque intentione ut impugnentur Chriſtiani. ſufficit enim, quod poſsint impugnari. Prohibentur, & fuſtes, & lapides. Qui incidit in hanc ſeruitutem, non poteſt manu mitti. Ab. ubi ſuprà. Tenentur dare in ſubſidium terræ Sanctæ duplum eius quod lucrati ſunt, & alia eorum bona confiſcantur. Ab. de iude c. Ad liberandam. Iſtud duplum dabit ante confiſcationem, uel tempore confiſcationis, uel de acquiſitis poſt confiſcationem, uel dicendum quod eccleſia imponit hanc pœnam, & princeps ſecularis aliam. Ab. ubi ſuprà. Pro redimendis captiuis licet alexandriam ire nunciantibus quod nihil deferunt auxilii, uel ſubſidii. Extra redemptionis articulum portans uel mittens etiam poſt treguas merces prohibitas, eſt excommunicatus. Pacis appellatione non ueniunt treguæ. Ab. de iude. c. Significauit.

Infidelibus tempore belli non licet per Chriſtianos aliquod ſubſidium afferri. & non ſolum prohibentur merces, ſed etiam non prohibita excepto pretio

capti-

captiuorum. Merces prohibitas non licet deferre etiam pro captiuis redimendis, licet alii teneant contrarium. Ab. de iude. c. Significauit. Qui cum ſaracenis tempore guerræ habent aliquod commercium, uel eis præſtant ſubſidium, ſunt excommunicati. Abb. de iude. c. Quod olim. Excommunicati ſunt, qui deferunt merces tempore belli quaſcunque, & qui habent cum eis commertia, impendentes conſilia non ſolum realiter, ſed etiã cum ingenio, ſed pro guerra ceſſante non ſunt excommunicati, niſi deferentes merces prohibitas. Ab. ubi ſuprà.

Infidelium cibis ueſci regulariter non licet, nec eis prædicare, niſi habita licentia a ſuperiore. Ab. de iude. c. Quam ſit.

Si unus coniugum infidelium conuertitur ad fidem, illi debetur filius. Ab. de conuerſio infide. c. Ex litteris. Vide. Coniugium infidelium, in littera. M. & filius in poteſtate patris.

Infideles licite poſſunt habere dominia, nec debent Chriſtiani impugnare eos, ſi cognoſcunt eccleſiæ dominium, & non ſunt infeſti Chriſtianis. Non tamen poſſunt habere dominium terrę ſanctæ, quia conſecrata eſt Chriſti ſanguine & acquiſita ab imperatoribus Chriſtianis. Hæretici poſſunt omnibus bonis ſpoliari, Infideles qui non habent niſi legem naturæ, ſi in illam delinquunt, per papam, qui eſt uicarius Chriſti, poſſunt puniri. Similiter iudei delinquentes contra legem in moralibus puniuntur per papam quo ad crimina eccleſiaſtica, in aliis puniuntur per imperatorem. In mixtis locus eſt præuentioni. Nec licet priuatis Chriſtianis eos expellere de regnis, aut eorum bona auferre. Principibus uero licet, ſi immineat periculum fidei, alias ſecus, nec debent compelli ad ſuſcipiendum fidem. In bello iuſto licitum eſt Chriſtianis uti auxilio infidelium, quia etiam machabei fecerunt ligam cum romanis. In bello iuſto licitum eſt parare inſidias & ſimulare & fideles licite iuuant infideles. Ab. de uoto. c. Quod ſuper. Quod poſsint habere dominium temporale. Ab. de iur. iuran. c. Nimis.

Infideles ligantur lege diuina, non autem canonica quo ad ſpiritualia. unde contrahunt matrimonium contra canones tantum, & ualet, non autem ſi contrahunt contra legem diuinam. ideo pagani, & iudei delinquentes contra legem diuinam poſſunt puniri, non autem ſi contra legem canonicam tantum. Ab. de diuor. c. Gaudeamus. Vide ſuprà immediate.

Infidelis minus malus eſt eo qui accepta fide retrocedit, quo autem ad aliquid eſt econtra, quia in baptizato bona prius geſta reuiuiſcunt, non autem in pagano. Ab. de apoſta. c. Quidam.

Infirmitas ſex de cauſis poteſt prouenire. Primo ut homo plus mereatur, Secundo ut cuſtodiantur uirtutes, Tertio ad correctionem peccati, Quarto ut manifeſtetur gloria dei, Quinto ut ſit initium pœnæ æternæ. Sexto ex mala diſpoſitione corporis. Abb. de pœni. & remiſ. cap. Cum infirmitas.

Infirmus non incurrit crimen inobedientię non obediendo medico, quia non eſt eius prælatus. Si eſt ſanus, peccat ſumendo nociua. Cuſtodes infirmorum grauiter peccant dando infirmis nociua, & non obediendo medicis. Ab. de homici. c. Ad ultimum.

Infirmi clerici debent habere præbendam, & cottidianas diſtributiones. Ab. de cleri. non reſid. c. Ad audientiam. Vide. Præbenda.

Ingratitudo eſt maximum peccatum. Quid ſit, quomodo propter eam in ſex caſibus reuocatur donatio. Ab. de dona. c. Propter. Vide. Donatio.

Inhibi-

Inhibitio iudicum contra ius facta non inducit nullitatem actus geſti contra ipſorum inhibitionem, etiam ſi non appellet a tali inhibitione. Ab. de reſtitu. in integ. c. Cum ueniſſet.

Inimicitia quando eſt capitalis. Ab. ut litis conteſta. c. Accedens.

Inimicus familiaris illam retributionem impendit, quam mus in pera, ſerpens in gremio, ignis in ſinu. ſuis hoſpitibus. Nulla peſtis eſt efficacior ad nocendum quam inimicus familiaris, quia homo ab eo non præcauet. Ab. de iude. c. Et ſi iudeos.

Iniuriarum actione agitur ciuiliter ad extimationem pecuniarum, & extimabitur per iuramentum iniuriati ſecuta taxatione iudicis, & debet iniuriatus referre ad extimationem damni, quod potius uoluiſſet pati, non ad lucrum, a quo potius uellet abſtinere. Si agitur criminaliter, pœna arbitraria erit, ſi actum eſt ciuiliter, non poteſt poſtea agere criminaliter. An clericus admittatur ad extimationem iniuriæ, ſi iniuriatus es mihi, & ego tibi. Si ſecundus dicit iniuriam primo animo purgandi ab illata iniuria quam inferebat puta dicit, mentiris, non competit primo actio iniuriarum, quia licet innocentiam meam defendere. Si conuitium meum concernit aliud factum ita quod non defenſionem innocentiæ meæ, quilibet poteſt agere de iniuria ſua. qui tamen eſt prouocatus, minus eſt puniendus. Qui dicit conuitium uerum alteri in iudicio non tenetur actione iniuriarum, ſi illud probat, ſi extra iudicium per libellum famoſum tenetur, ſi ſine libello ex cauſa correctionis non tenetur, etiam ſi publice dixit, cauſæ exiſtentia & ueritas indicant, quod non animo iniuriandi, ſi ſine cauſa puta in rixa tenetur. Non ſufficit ueritas conuicitii, ſed oportet abſit iniuriandi uoluntas. Ab. de ſen. & re iudica. c. Cum te. Iniuriarum actione damnatus eſt infamis. Vbi ſupra. Quomodo agit etiam, ſi uerum dixit. Ab. ubi ſupra. Iniuriam inferens uerbo uel facto ei a quo prius iniuriam ſimilem accepit, non excuſatur, quia ex ira hoc fecerit. mitius tamen punitur. Ab. de excep. c. Dilecti filii. In iniuriis non fit compenſatio, ſed quilibet poteſt agere pro ſibi illata. Ab. de appella. c. An ſit.

Iniuria epiſcopo illata dicitur illata omnibus eccleſiis illi ſubiectis, quia ſponſus eſt earum, & eccleſiæ inferiores poſſunt agere pro hac iniuria illata. Ab. de iniur. & dam. c. Olim.

Iniuriam quomodo debet extimari, & condemnari. Abb. de iniur. & dam. c. Olim. & de ſenten. & re iudi. capitulo. Cum te. Vide. Iniuriarum actione.

Iniuriam nulli facit, qui utitur iure ſuo, tenet niſi in iure caueatur aliud, ſicut in legitimatione quam princeps facit his uocatis, qui ſuccedere poſſunt ab inteſtato. Ab. de ſen. & re iudi. c. Cum olim.

Iniuria eſt perſonalis, quando quis principaliter intendit illam inferre perſonæ. Si intendit inferre dignitati eſt contra dignitatem. Iſta ex intentione diſtinguuntur, quia tanta eſt coniunctio inter eccleſiam. & prælatum, quod ſi infertur iniuria contra unum, ex conſequenti redundat in alterum, & econtra. Ab. de iudi. c. Cum ueniſſet.

Iniuriam debet quilibet remittere quo ad rancorem, & ſi aduerſarium non pœnitet, non tenetur oſtendere ſigna amicitiæ. Satiſfactionem iniuriæ nemo remittere tenetur, ſi non uult. Si dicit ſacerdoti, remitto mihi latam iniuriam, qui eſt infirmus cenſetur remiſiſſe odium, non ſatiſfactionem iniuriæ illius. Ab. de maledi. c. Innotuit.

Inno-

Innocens quis dicitur poſt pœnitentiam. Ab. de exceptio. c. Denique.

Imputanda ſunt alicui quæ ueniunt ex culpa ſua immediate,non autem ſi mediate,puta ex ſententia, uel pœna. Culpæ regulariter debet inſpici cauſa immediata,non mediata. Ab. de conceſ. præben. c. Quia diuerſitatem.

Inquiſitio de quibus delictis, & de quibus ſociis debet fieri. Ab. de confeſ.c. Cum monaſterium. Vide. Confeſſo crimen proprium. Inquiſitione. Confeſſio aduerſarii poteſt pro parte recipi, & pro parte reiici. Idem ſi continet plura, ſecus ſi factum ſingulare. Abbas de excep. cap. Cum Venerabilis.

Vbi de crimine clerici conſtat per eius confeſſionem apponitur pœna ordinaria,non obſtante quod proceſſum ſit per uiam inquiſitionis. Ab. de celebra. miſ.c.Litteras.

Inquiſitio ſi fiat contra Abbatem ut remoueatur ab adminiſtratione,ſi ea pendente promoueatur ad epiſcopatum, debet inquiſitio ceſſare,niſi tendat ad correctionem. An promotio teneat.Ab.de Simo.c.Per tuas.

Inquiſitio poteſt committi ad denunciationem unius tantum,& contra epiſcopum denunciatum, & licet denunciator non ſe inſcribat ad pœnam, tamen puniri debet,ſi deficit in probatione,& abſoluitur denunciatus. Si crimina non ſunt probata ſufficienter, non eſt locus delationi iuramenti in ſupplementum probationis. De calumnia conuincitur accuſator, uel denunciator eo ipſo quod non probat,niſi accuſauerit ex neceſſitate officii. Secundo quando ex neceſſitate, ut quod hęres tenetur uindicare mortem defuncti. Tertio ex immenſitate doloris, ut quando uir accuſat uxorem de adulterio. Quarto propter immenſitatem delicti, ut quando accuſat de falſa moneta. Quinto ſi accuſatus erat diffamatus de delicto. Sexto ſi audiuit illum eſſe criminoſum a fide dignis, ſecus ſi a uilibus perſonis. Septimo ſi teſtes deceperunt accuſatorem,ut quia promiſerunt teſtificare, & defecerunt. Octauo ſi accuſator ſemiplene probauit. In his & ſimilibus caſibus licet quis deficiat in probando,non præſumitur ſtatim calumniari,ſed iudex ex officio ſuo debet inquirere,& ſi inuenit euidenter calumniam puniet calumniatorem,etiam in his caſibus. Extra prædictos & ſimiles caſus regulariter communis opinio eſt,quod eo ipſo quod quis deficit in probatione præſumitur calumniator, & ſine aliis indiciis poteſt puniri de calumnia. Iudex pœnam iuris non tenetur imponere,niſi auditis prius excuſationibus, ſed pœnam ſucceſſiuam propter ortam præſumptionem ex deficientia probationis poteſt imponere cum limitatione,donec ſe purgauerit. Iſta intellige etiam in denunciatione, quæ fuit ad pœnitentiam, quia licet non ſe inſcribat,punitur tamen propter infamiam,quam conatus eſt inferre,quia infamare eſt graue delictum. In odium calumniatoris eſt quod ſimili pœna puniatur. Si non reperitur conſimilis pœna,quia ad pœnam non agebatur,debet alio modo puniri, quia crimina non debent remanere impunita. Ab.de calum. c.Cum dilectus.

Inquiſitio committitur ad dicta plurium, & licet pauci non infament,inquiſitor tamen inquiret de fama. ſecundo ſi inuenerit diffamatum inquiret de ueritate rei. Committitur contra prelatum ad denunciandum de dilapidatione bonorum,& pendente cauſa debet ſibi interdici poteſtas adminiſtrandi.Ab.de accuſa. c. Prælatorum.

Inquiſitionem ſi papa committat per uerba aſſertiua, eum infamatum,contra quem mandat inquiri,non debet inquirere de fama, ut cum dicit conſtat nobis,

nobis, uel accepimus a fide dignis uel ſimilia, alias inquiri debet de prius de infamia. Valet tamen proceſſus delegati ſuper crimine ſine inquiſitione famæ, ſi proceſſit ipſo præſente & nó contradicente. Inquiſitus ſi erat præſens & ignorabat quod teſtes deponerent ſuper principali non ualet proceſſus. Idem ſi erat abſens, & non contumax. Si contumax non poteſt excipere, quòd non præceſsit infamia niſi proceſſus ſit in ſtatu in quo ſi eſſet præſens poſſet admitti. Inquiſitus ſi erat præſens & oppoſuit ut prius inquireretur de infamia & appellauit non ualet proceſſus, nec ſufficit delegato dicere, quod ſibi conſtet de infamia, ſed debet recipere teſtes. Si ordinarius præcedit alio promouente inquiſitionem idem ſi ex officio puro, non tenetur recipere teſtes ſuper infamia, ſatis eſt ſibi conſtet extra, ſi tamen appellauerit ordinarius debet ſibi facere fidem iudici appellationis de infamia. Si probata infamia ipſe probet bonam famam reſpectu loci & temporis ſtabitur uериſimiliori probationi, & debet reddi cauſa, unde præſumatur oriri infamia. Si teſtes de infamia deponunt pro præterito tempore, & alii de præſenti, iſti de præſenti ſtabitur ſi in diuerſis locis debet attendi ratio ſuper qua ſe fundant teſtes, ſi omnia æqualia præualet probatio bonę famę ſecus, ſi instituta eſſet in loco delicti. Abbas de accuſat. cap. Cum oporteat.

Inquiſitio de crimine non fit niſi prius conſtet de infamia non inimicorum, nec periuri, ſed idonei uiri ad proſequendum inquiſitionem, ſi admittuntur etiam non probant ipſum crimen infamato inducitur purgatio. Abbas de accuſa. capitulo Cum oporteat. Infamia quæ oritur ex denunciatione, non ſufficit ad inquirendum contra eum, ſi inquiſitio ſimpliciter ſuper crimen tantum committitur. Intelligitur prius inquirat de fama. Abbas ubi ſuprà. Crimen probatum per modum inquiſitionis, ordinaria pœna non punitur, ſed ſi impedit ordinis executionem fit depoſitio ſicut in accuſatore. ſi impedit tantum beneficii retentionem fit priuatio de beneficio, nec poteſt iudex hanc pœnam moderari. Ab. de accuſa. cap. Inquiſitionis.

Inquiri non poteſt contra abſentem, niſi abſolutio ſit facta per colliſionem. Abbas de colliſio. capitulo In tantum. Si accuſator ab accuſatione deſiſtit poteſt iudex ex officio ſuo inquirere ſuper crimine delato. Ab. de colliſio. capitulo Scripta. Si ſtatim ut deſiſtit ab accuſatione facti, ſunt amici accuſans, & accuſatus debet iudex inquirere de modo deſiſtendi an liceat an non. Abbas ubi ſuprà. Deſiſtente accuſatore & accuſato iudex proſequitur. Ab. ubi ſuprà. capitulo Crimina. Si crimina ſunt probata poteſt procedere ad punitionem, ſi non ſunt probata, & pendet infamia iudex poteſt inquirere ex officio, ſi eſt tranſlatio illicita iudex procedet, ſuper inſtantia etiam ſi non præceſsit infamia, quia reus habetur pro confeſſo, ſi non gratuita portio, & accuſator auctoritate propria recedit a lite, iudex poteſt procedere ſuper eadem inſtantia. Abbas ubi ſuprà. cap. Crimina. Inquiri debet ubi eſt infamia cum ſcandalo. Glo. ubi ſuprà. c. In tantum.

In inquiſitione ad pœnam debet exprimi delictum, & circumſtantiæ, nec ſufficit delictum inquirere, ſecus ſi inquiſitio fiat tantum, ut ammoueatur prælatus ab adminiſtratione, opinio Bar. Alii tenent oppoſitum. Inquiritur in generali contra infamatum in generali, & inquiruntur circumſtantiæ, ubi pręlatus contra beneficiatum procedit. Quando exprimit ad

quem finem cum pœna ſit arbitraria, & poteſt aliter punire, quam priuando beneficiis non admittitur inquiſitio ſine circunſtantiis ſicut nec agitur de iniuria criminaliter. Ius in foro criminali cum inquiſito cum ſemper facit ad pœnam imponendam ſemper debet exprimi circunſtantia. Ab. de purgatio.cano.c.Accepimus.

Inquiſitio poteſt fieri ad inſtantiam partis, & tunc ſi lis non eſt conteſtata proceſſus eſt nullus, ſecus ſi iudex inquirat ex officio. Ab. de purga.cano. capitu. Cum dilectus. Poteſt fieri contra ſuſpectum, & prius inquirendum eſt de infamia, quam de crimine. Ab.ubi ſuprà.c.Si quis. Inquiſitioni non præfigitur tempus ultra quod non poſsit inquiri. Abb. de purga. cano. c. Accepimus.

In inquiſitione quæ fit ad denunciandum alteri requiritur quod præceſſerit admonitio. Abb. de calum. cap. Cum dilectus. Vide Inquiſitio poteſt committi.

Inquiſitionem debet præcedere frequens inſinuatio. Quota eſſe debet dico quod eſt arbitraria, cum non ſit iure expreſſum, & habetur reſpectus ad numerum inſinuantium, & ad qualitatem denunciati. Iudex non tenet locum partis, nec debet faciliter credere in præiudicium partis, ſecus in aliis. Si inquiſitio fiat uirtute denunciationis præcedentis requiritur præcedens admonitio, non autem ſi fiat ex mero officio iudicis, ſi fiat contra prælatum ſuſpectum non incontinenti remouebit ab adminiſtratione ſecus in tutore. Ab. de Simo.c.Licet Hely.

Inquiſitio ad denunciationem alicuius perſonæ, probe committitur ſuper denunciati fama, non ſuper criminis ueritate. Abbas de accuſa. c. Licet in beato.

Inquiſitionis uia deponitur qui per pecuniam eiecerat aliquem de eccleſia ſua, poſt ſe introducendo. Ab. de Simo. c. Qui alium.

Inquiſitio famæ cum non ſit multum præiudicialis poterit fieri modica præcedente infamia, uel ad denunciationem probæ perſonæ. Super ueritate criminis non debet fieri inquiſitio niſi præcedente infamia, ideo quando denunciatur non infamatus a perſona idonea inquiſitio debet prius fieri ſuper infamia quam ſuper ueritate. Si perſona denuncians non eſt idonea nulla fiet inquiſitio niſi ad cautelam, & ſi de infamia conſtiterit procedetur poſt ſuper ueritate. Abbas de accuſa. capitulo. Licet in beato. Si quis pluries eſt diffamatus poteſt inquiſitio fieri contra eum. Ab. ubi ſuprà.c. Cum dilecti.

Inquiſitio non eſt fienda propter infamiam à maliuolis ortam niſi infamia ſit etiam apud graues perſonas, ſed nec eſt indicenda purgatio, poteſt tamen occulte indagari de credulitate famæ. Abb.de præſump.c. Cum iuuentute. Inquiſitio fieri poteſt pro utilitate eccleſię etiam nulla præcedente infamia. Ab. de iur.iuran. c. Sicut noſtis.

Inquiſitionem oportet præcedat infamia. In generali inquiſitione, quæ fit in tota prouincia, & in generali quando inquiritur ſuper ciuitate uel caſtro & ſi contra aliquem ſpecialiter ex debito officii. In prædictis non oportet infamiam pręcedere & denunciantur tantum notoria. Si fit inquiſitio contra pręlatum ſecularem ex ſpeciali infamia non debet fieri niſi præcedat tanta infamia ut ſine ſcandalo uel periculo diſſimulari non poſſit. Contra ſubditum ſecularem ſufficit præceſſiſſe infamiam clamoſam. Contra regularem ſi agitur ad pœnitentiam non oportet iſtum ordinem ſeruare, ſed

de fa-

de facili, & ſine ſtrepitu procedi poteſt. Contra prælatum regularem debent iſta ſeruari, ſed non ad unguem. Contra alium regularem obedientiaruim, non ſeruatur iſte ordo quia ad libitum ſuperioris remoueri poteſt. ſi agitur contra regularem ad depoſitionem ab ordine etiam ſi ſit ſubditus talis ordo debet ſeruari, quia agitur de grauiſſimo prẹiudicio. Inquiſitio ſi fiat per ordinarium ex mero officio non debent recipi teſtes ſuper infamia, ſed ſufficit ſibi conſtet, quod ad aures eius peruenerit a uiris honeſtis, & prouidis ſecus in delegato, uel ordinario procedente ad inſtantiam partis. Abbas de accuſa. capitulo Qualiter & quando ſecundum. Inquiſitio non debet fieri ſpecialiter ad pœnam nec contra prẹlatos nec contra ſubditos regulares uel laycos non poteſt fieri ſine infamia ſecus ſi ſit generalis inquiſitio. Ab. de accuſa. c. Olim.

Inquirit ſuperior contra ſubditum maxime prẹlatum de his tantum de quibus tantum præceſsit infamia, & tunc uocabit eum, & dabit illi copiam nomina, & dicta teſtium publicabit, & ipſius legitimas exceptiones admittet & probato graui crimine eum ab adminiſtratione remouebit. In regularibus non eſt hic ordo ſeruandus ad unguem. Abbas de accuſa. capitulo Qualiter & quando. Vide Inquiſitio generalis. Inquiri non debet contra non infamatum etiam oblato libello famoſo contra eum in ſecreto, nec creditur periuro ſuper principali, qui iratus dixit ſe iniuriam illius &c. Idem ſi dixit ante iuramentum quia præſumitur dixiſſe in fraudem. Ab. de accuſa. c. Inquiſitionis. & tertio.

Inquiſitio generalis puta contra collegium, ſi quis repetitur culpabilis, poteſt ei imponi pœna, nec oportet de nouo accipere probationes contra ipſum ſpecialiter. Quando inquiritur in certo genere perſonarum, ſi extra illud genus, quis inueniatur culpabilis. An poſſit puniri. Poteſt etiam quilibet de collegio opponere contra inquiſitionem, cum agatur de intereſſe, & pœna cuiuslibet, ſecus ſi exceptio concernit collegium, quia tunc requiritur maior pars eorum. Abbas de accuſa. capitulo Ad petitionem. Generalis inquiſitio poteſt fieri nulla præcedente infamia, non autem ſpecialis in qua inquiritur perſona ſpecialis. Abbas de prẹben. capitu. Graue nimis. Non oportet prẹcedere infamiam quando fit non contra certam perſonam nec dẹ certo crimine. Ab. de accuſa. c. Cum olim.

Inquiſitio iterari poteſt ex noua infamia. Abbas de celebra. miſ. capitulo Litteras.

In inquiſitione ex mero officio recipitur iuramentum ab eis contra quos eſt fienda. Secundo non tenetur recipere teſtes ſuper fama. Tertio non admittuntur probationes contrariæ, ſuper fama, quia non ita præſumitur contra iudicem ſicut contra partem, Quarto non fit litis conteſtatio, quia non eſt cum quo. Quinto poſſunt recipi teſtes etiam publicatis atteſtationibus. In his differt ab inquiſitione quæ fit ad inſtantiam partis. Ab. de accuſa. c. Qualiter & quando.

Si prælatus eſt diffamatus inquiſitio poteſt fieri contra eum, non autem contra canonicos, uel alia membra debet fieri de crimine, poteſt tamen inquiri de fama eorum quia hoc modici eſt præiudicij. Ab. de accuſa. c. Cum dilecta. Inquiſitio contra prẹlatum non debet fieri niſi ſit infamia ſcandaloſa uel periculoſa. Cum ſubditis ad inquirendum ſufficit ſola infamia. Ab. de colliſio. c. In tantum.

Inquiſitio contra prælatos regulares differt ab aliis. Primo non ſeruatur ordo ad unguem & permittitur regularibus iure ignorare magis quam ſecularibus. Secundo non habent titulos ita firmos, & fixos ſicut ſeculares cum non habeant multum curare ſi remoueantur ab adminiſtratione. Tertio facilius remoueri poſſunt quia leuiores, & probabiles cauſas eis ſufficiunt. Quarto liberius remouentur ideo non admittuntur tot exceptiones, nec ſuperior tenetur formam exactam ſeruare. Ab. de accuſa. c. Qualiter & quando. ſecundum. In inquiſitione tamen prælati regularis ſeruandus eſt aliquis ordo, ſed non uſque quaque ſicut contra ſecularem. Hic mandat papa dicta teſtium exhiberi Abbati inquiſito ſecus ſi inquiſitio ſit facta contra clauſtrales ſimplices. Quando inquiritur contra prælatum regularem debent illi dari dicta & nomina deponentium, quia publicatio nominum non eſt de ſubtilitate iuris tantum, ſed ubi ſupprimitur præbetur audacia infamandi. Inquiſitio ſpecialis ad pœnam nunquam debet fieri contra prælatum regularem nec ſecularem, nec contra ſubditum niſi præcedat infamia. Ab. de accuſa. c. Olim.

Inquiſitio debet fieri contra præſentem niſi ſit contumax. Exponuntur ea de quibus inquiri debet dicta & nomina teſtium publicanda, exceptiones & reprobationes legitimæ admittuntur. Ab. de accuſa. c. Qualiter & quando. ſecundum. Iſta requiruntur in inquiſitione ſpeciali, ualet tamen inquiſitio non traditis capitulis ſi non fuit oppoſitum. Ab. ubi ſuprà.

Inquiſitio de occultis. Vide Inquiſitor generalis. Confeſſo crimen. Inquiri tamen debet de quibus præceſſit infamia. Abb. de accuſa. c. Inquiſitionis. §. Tertio.

Inquiſitionis proceſſus proprie eſt quando iudex poteſt ex officio ſuo puro & mero nemine deferente & impetrante inquiſitione. Quando fit ad alterius denunciationem eſt proprie proceſſus per uiam denunciationis ideo requiritur quod promoueatur. Ab. de accuſa. c. Qualiter & quando.

Inquiſitionem promouens ſi crimen executionem ordinis impedit debet obligari ad pœnam taleonis, & conſideratur effectus pœnæ imponendæ, non autem modus procedendi. Idem dic de denunciante, uel excipiente ubi reus coniunctus, non uenit omni beneficio priuandus & ordine. Si crimen priuat tantum beneficio, & non executione ordinis non habet locum pœna taleonis, quia non tenditur ad depoſitionem ſed quando deiicit a beneficio debet ſe obligare ad pœnam extraordinariam. Idē de excipiente dicitur ab obtento beneficio, admonitio tamen ſemper debet præcedere. Si crimen probatum eſt graue regulariter per uiam inquiſitionis, fit priuatio ab adminiſtratione. Si delictum non impedit executionem ordinis nec retentionem beneficij poſt peractam pœnitentiam poteſt eam moderari ſecundum quantitatem exceſſus & perſonæ. Ab. de inquiſitio. c. Inquiſitionis.

Inquiſitio ſi fiat contra ſimoniacum in ordine fiet depoſitio etiam ab ordine. Si ſit ſimoniacus in beneficio non debet fieri depoſitio. Abb. de Simo. c. De hoc.

Inquiſitio contra ſubditum &c. ſufficit infamia etiam non ſcandaloſa. Contra prælatum oportet ſit infamia, quæ ſine ſcandalo uel periculo diſſimulari non poteſt, ita quod timetur ſcandalum futurum niſi fiat inquiſitio & periculum. Huius ratio quia prælati exercentis officium non poſſunt omnibus placere, ideo de facili infamantur, ideo ſola infamia non ſufficit. Ab. de accuſa. c. Qualiter & quando.

Inquiſi-

Inquiſitor generalis ſi non ſeruauit inquiſitionis ordinem prudenter & caute corrigere debet. Iurabunt clerici quod ſuper his quæ ſciunt uel credunt in eccleſia ſua reformanda tam in capite quam in membris exceptis criminibus occultis, meram & plenam dicent ueritatem inquiſitoribus. Ab. de accuſa. c. Qualiter & quando. In inquiſitione ſpeciali iuratur tantum ſuper capitulis. Inquiſitio tamen non debet fieri niſi contra infamatum, nec debet fieri de occultis ſi tamen fiat, & non opponitur quod ſit diffamatus ualet proceſſus. Super occultis circumſtantiis interrogandi ſunt teſtes quia ſufficit crimen non eſſe occultum, ſi eſt infamatus de fornicatione in genere, & mulier eſt incerta, non debent teſtes illam reuelare quia eſt occulta. Si mulier ſuper hoc eſt diffamata teſtes debent ſuper hoc deponere, etiã ſi extra iudiciũ iuraſſent hoc non pandere quando iurauit ſi cogitauit hunc caſum iuramentum eſt temerarium. Si non cogitauit non extenditur iuramentum. Hoc uerum niſi habeat in confeſſione. Non tamen dicitur reuelatum peccatum in confeſſione ex eo quod quis dicit amico, dico tibi in confeſſione uel ſimilia uerba, ſed oportet quod dixerit in confeſſione ad ſalutem animę ſuę. Ab. ubi ſuprà. c. Qualiter & quando. Poteſt autem inquirere de ueritate criminis etiam non acceptis teſtibus ſuper infamia. Sufficit ei conſtet de infamia propter frequentem clamorem, ſecus in delegato ad unam cauſam tantum. Inquiſitori generali iurant primo teſtes uel inquiſiti dicere meram ueritatem & plenam. ſecundo interrogati ueraciter reſpondebunt ſi confeſſio fit cum iuramento primo modo non recipiet excuſationes, recipiet autem ſi iurauit ſub ſecunda forma, ita tamen quod excuſationes non perimant confeſſionem ſed exponant iuramentum ſemper debet fieri ſub prima forma, & ſi iudex aliter facit malefacit quia Papa hoc mandat actus tamen tenet, ſi iurant ſecundo modo. Abb. de accuſa. cap. Cum dilecti.

Inquiſitores hæreticæ prauitatis habent auctoritatem delegatam non ordinariam. Ab. de reſtitu. in integr. c. Cum reſtitutionis. Non eſt delegatus papæ ad uniuerſitatem cauſarum. Ab. de ſen. & re iudica. c. Duobus. Non procedunt contra epiſcopum ſed cum eo procedunt. Abb. de hære. c. Excommunicamus. De ſortilegiis & aliis non ſe poſſunt impedire etiam ſi hæreſim ſapiant niſi ſapiant hereſim manifeſtam, Nec poſſunt cognoſcere an ſapiant hæreſim quia data eſt eis iuriſdictio exiſtente qualitate notorietatis ſecus ubi cognoſcere uellent an ſapiant hæreſim manifeſtam. Ab. de ſortileg. c. In tabulis. Vide Sortilegia.

Inquiſitus ſi iurauit tantum reſpondere ad interrrogata poſt confeſſionem auditur uolens probare excuſationes quæ confeſſionem non perimunt ſed exponunt ſecus ſi iurauit meram & plenam ueritatem dicere. Ab. de accuſa. c. Cum dilecti. An teneatur dicere cum quo peccauit. Vide Inquiſitor generalis. Confeſſo crimen.

Inſtantia dicitur quaſi iuris ſtantia. Ab. de uerb. ſignifica. c. Forus. Quando tranſit uel non tranſit in hæredem ſucceſſorem. Ab. de iudi. c. Quia. G. In iudicio quanto tempore periit de iure canonico & quanto de iure ciuili qui actus pereunt ſimul cum inſtantia. An inſtantia poſſit prorogari per compromiſſum an ualeat ſententia lata poſt præfixum terminum. Inſtantiæ ſunt a iure & a ſtatuto, ſi ſtatutum apponit pœnam iudici & pars non petierit litem finiri in tempore, non tenetur iudex ad pœnam. Arbitri inſtantia ſtatuta eſt ſicut & iudici non autẽ arbitratori in cauſis ſummariis habet locum

petitio inſtantiæ omnia prædicta. Abb. de iudi.·c. Venerabilis. Inſtantia non periit per ſpacium triennii de iure canonico. Ab.de priuileg. c. Cum olim.ſecundum.

Inſtrumentum abraſum quando uitiatur & inſtrumentum autenticum facit conſuetudo loci. Abb. de fid. inſtrūm. c. Cum dilectus. & Gloſ. & Abbas ubi ſuprà.

Inſtrumenta communia peti poſſunt ut edantur non ſolum ad cauſæ cognitionem principali ſed etiam in cauſa reconuentionis ad inſtructionem. Ab.ubi ſuprà. c. Perpetuis.

Inſtrumenta clericorum ex ſola oſtenſione iudici facta abſque productione iudiciali non dicuntur facta communia ita ut altera pars poſſit illius æditionem inuito domino petere nec cogitur ædere ſuum proprium inſtrumentum etiam ſi ſit contrarium illi quo in iudicio utitur. Ab.de fid.inſtrum. c.Imputari.

Inſtrumentorum omnium quæ faciũt ad inſtructionem alicuius cauſæ poſſunt peti exemplaria etiam dicta teſtium & hoc ex quacunque iuſta cauſa, nec debet ordinarius hoc negare etiamſi ſint contra ipſum coram quo debet fieri exemplatio uel eius delegato ſpeciali qui debet diligenter inſpicere, & mandare tabellioni &c. Vitia ſi qua ſunt in inſtrumento impediunt exemplationem hanc ad hunc actum ſufficit unus tabellio cum auctoritate iudicis. Talia exempla habent auctoritatem eandem quam originalia. Ab.de fid. inſtrum.c. Inſtrumenta.

Inſtrumenta contraria ab eodem producta non faciunt fidem. Ab. de fid. inſtr. c.Imputari. poteſt tamen uti altero eorum. Nec dicitur quis inſtrumento uti antequam ſit productum in iudicio etiam ſi oſtendat iudici. Intelligitur de contrarietate directa uel indirecta quando producantur ab eodem non autem a diuerſis. Intelligitur etiam de priuatis ſcripturis & hoc tenet tam in reo quam in actore. Ab. ubi ſuprà.

Inſtrumentum corruit ſi teſtes inſcripti deceſſerunt, niſi ſigillum habeat autenticum uel a notario ſit factum. Ab.de fid. inſtrum. c. Scripta.

In inſtrumento debiti ſi exprimitur cauſa condemnatur debitor niſi probet indebitum. Si non exprimitur neceſſe eſt ut creditor probet id fore debitum. Ab.de fid.inſtrum.c. Cautio.

Inſtrumentum exemplatum per tabellionem auctoritate ordinarii, eandem uim habent quam originale. Ab.de fid.inſtru.c.Inſtrumenta. Exemplum non ſolenniter ſumptum non facit fidem abſque originali. Vbi ſuprà. c. Si ſcriptura. Si non ſit publica manu confectum uel litteræ non ſunt legibiles uel deletæ ſcripturæ uel enormem patiantur fracturam non probant. Vbi ſuprà. c.Inter dilectos.

Inſtrumenta & libri quando exhibenda ſunt. Ab. de procura. c. Ex epiſtolæ. Vide. Reus.

Inſtrumenti falſitas uel quod deeſt inſtrumento poteſt probari per teſtes. Ab. de fid. inſtrum. c. Cum Ioannes. Quando dicitur in totum falſum quia in aliqua parte quandoque non admittitur probatio. Quando additur ad inſtrumentum ſufficiunt duo teſtes, Quando reprobatur requiruntur quinque uel quattuor, ut dicit hic Glo. Quando teſtes non inſcripti impugnant duo teſtes omni exceptione maiores arbitrio iudicis ſufficiunt. Si teſtes ſcripti contradicunt inſtrumento quia dicunt ſic non fuiſſe actum. dic ut ſuprà. Si dicunt ſe non recordari, an interfuerint ſuſtinetur inſtrumentum.

mentum. Si abſolute unus dicit ſe non interfuiſſe & hoc probat per alios ſufficit ad probandam falſitatem. Si non probatur per alios & teſtis neceſſarius eſt non ualet. ſi eo excepto ſunt quot ſufficiunt ualet. Si plures dicunt ſe non interfuiſſe & probant abſentiam per alios, non ualet. Si non probant per alios aut ſunt de neceſſitate ut ſuprà ſi non ſunt neceſſarii ſunt opiniones, Dic tamen ut ſuprà quia ſunt ſingulares. Quando producuntur duo teſtes aſcripti oportet probare quod hi eo tempore habebant hæc nomina & cognomina & quod tunc non erant alii qui uocarentur his nominibus quia aliter non reprobatur inſtrumentum. Abb. de fid. inſtrum. c. Cum Ioannes.

Fidei inſtrumentorum detrahitur, primo ſi inſtrumentum eſt conſumptum, abraſum, uel ſubtiliatum in loco, in quo facile poteſt deprehendi, ut in notatione indictionis. ſecundo quando carta eſt uetuſtiſſima, & littera recentior. tertio ſi ſubſcriptio notarii eſt alterius litteræ quam tenor totius inſtrumenti, & notarius fatetur propria ſubſcripſiſſe. quarto quando non fuit confectum publica manu niſi habeat ſignum autenticum, & dicitur non autenticum quando litteræ non ſunt legibiles uel non eſt integrum. Abb. de fid. inſtrum. c. Inter dilectos.

Inſtrumentum quo quis utitur debet legi aduerſario coram iudice integraliter. Edi autem non debet niſi capitulum de quo agitur. Ab. de fid. inſtrum. c. Contingit.

Inſtrumentum locationis non probat proprietatem rei locatæ nec poſſeſſionem. Ab. de fid. inſtrum. c. Inter dilectos. Non probat niſi ſit tanti temporis locatio quod ſufficiat ad præſcriptionem, quo caſu probando locationem probatur dominium, quia detinens præſumitur poſſidere. Ab. de religio. domi. c. Cum uenerabilis.

In inſtrumento non ponitur nomen conſulis ſed papæ & imperatoris. cap. Ex epiſtolę.

Inſtrumentum notarii falſi uel excommunicati an ualeat. Ab. de hæreti. cap Fraternitatis. Vide Notario damnato.

Inſtrumenta non pereunt per ſpacium triennii de iure canonico. Ab. de priuileg. c. Cum olim. ſecundum.

Inſtrumenta irritantur quando ſubſcriptiones ſunt eadem manu notatæ. Perditum quomodo probatur. Ab. de priuileg. cap. Cum olim. Poteſt reprobari per aliud inſtrumentum dignius. Abb. de natis ex libe. uener. cap. Indecens.

Inſtrumento præſidis alicuius non creditur etiam ſi ſit regis quia creare tabellionem ſpectat ad imperatorem. ualet tamen conſuetudo circa ſolennitates & alios actus, etiam circa ſeruata principe diſponens. unde conſuetudo poteſt dare alicui tabellionatus poteſtatem. Iudex etiam poteſt ſcribere acta & adhibebitur ei fides ſi hoc habet conſuetudo. Vbi ex conſuetudine quis conficit teſtamentum creditur illi etiam in eccleſiaſticis ſpiritualibus etiam ſine teſtium alia ſuperſcriptione. Ab. de fid. inſtrum. c. Cum dilectus.

Inſtrumentum probat patenter, & notorium eſt quod inſtrumento conſtat. patet etiam quod indirecte continet. Abb. de cenſi, c. Cum olim. Facit etiam probationem euidentem etiam ſi non expreſſe ſed ex coniecturis colligatur mens diſponentis in inſtrumento. Abb. de dona. cap. Cum dilectus.

Inſtrumentum producens uidetur confiteri omnia contenta in eo, unde ſi qua ſunt contra eum poteſt alia pars adducere in fauorem ſuum. Ab. de cenſi. c. Cum olim. Inſtrumentum quod quis producit pro ſe tenetur recipere contra ſe. Gloſ. ubi ſuprà. Qui impugnauit inſtrumentum perdit illius commodum ſi continet tantum unum articulum qualificatum. Impugnatus fauor non eſt diuiſibilis. Si continet plures articulos iudicabitur tantum pro producente & non quatenus facit etiam pro impugnante, quia uidetur renunciaſſe ſuo beneficio. In conſcientia producens ſecundum aliquos tenetur per omnia inſtrumenta. Ab. ubi ſuprà. c. Cum olim. Qui producit inſtrumentum non poteſt uenire contra illud. Ab. de excep. c. Cum uenerabilis. Poſſunt produci poſt atteſtationes productas uſque ad concluſionem. Abbas de fid. inſtrumen. cap. Cum dilectus. Poſt concluſionem non licet regulariter, excipiuntur tamen aliqui caſus. Ab. ubi ſuprà.

Portacollum niſi ſit extenſum cum omnibus ſolennitatibus ſed breuiatum ut communiter faciunt notarii non facit fidem nec creditur notario quando ſcriptura eſt neceſſaria ex natura actus, uel ex conuentione partium. Oportet portacollum legi pręſentibus partibus & teſtibus, nec ſufficit ſcriptura, ſecus eſt in aliis niſi forte ex ſcriptura appareret notarium plus uoluiſſe ſcripſiſſe, puta uendidi Titio domum cum his conditionibus, nec eſt dictio & cetera. & alia ſimilis. Ab. de fid. inſtrum. c. Cum. P.

Inſtrumenti redditio quando arguit ſolutionem debiti uel etiam cancellatio inſtrumenti. Ab. ut lite penden. c. Eccleſia. ſecundum.

Inſtrumentorum ſolennitas intrinſeca, uel extrinſeca quando præſumitur: Quæ dicitur ſolennitas intrinſeca & quæ extrinſeca. Admittuntur tamen probationes contra præſumptionem ſolennitatis inſtrumentorum. Ab. de ſenten. & re iudi. c. Sicut nobis.

Inſtrumentum redditur ſuſpectum ex raſura, uel ex ſuperlinealis ſcriptura in loco ſuſpecto, licet uideatur repoſita eadem manu. Hoc non ſufficit, quia plures ſciunt diſſimulare ſcripturas aliorum. Aſſume cautelam ubi in ſcriptura notarius errauit ita ut oporteat radere, & iterum reponere, uel finire lineam in margine debet notarius in fine inſtrumenti continuando ſe mentionem facere qualiter ipſe errauit tale uerbum uel fecit talem lineam in margine. Ita habet hodie ſtilus notariorum quando raſura eſt in loco ſuſpecto. Nec tamen neceſſaria non ſunt ubi ex pręcedentibus uel ſequentibus poteſt elici ueritas eorum quæ cancellata ſunt. Abb. de religio. domi. c. Cum uenerabilis.

Inſtrumentum poteſt loqui per uerba pręteriti temporis, licet actus interueniat de præſenti, & præſumatur actus geſtus tempore confecti inſtrumenti, ſi tunc interuenire poteſt. Ab. de iur. patro. c. Quod autem.

Intentio ligat omnes. Intelligitur quo ad ea quæ ſunt indifferentia & ad bonum & ad malum, in aliis non ſufficit intentio. Ab. de ui. & honeſta. cleri. c. Cum ab omni.

Cui interdicitur greſſus eccleſiæ ad iudicium poteſt ingredi, ut reus non ut actor, nec poteſt aliter ingredi etiam quando non dicuntur diuina. Ab. de immunita. eccle. c. Cum eccleſia.

Interdicere eccleſiam non poſſunt canonici, ſed hoc debet facere epiſcopus cum capitulo. De his quæ fi. a maio. parte capitu. Quæſiuit. Capitulum ſine epiſcopo non poteſt eccleſiam ſubiici interdicto, nec indicere ceſſa-

tionem a diuinis, niſi aliud habeat conſuetudo quæ poteſt iuriſdictionem prescribere. Rector eccleſie parrochialis nec excommunicare nec interdicere poteſt eccleſiam, quia hæc ſunt iuriſdictionis contentioſæ. Ab. ubi ſuprà.

Interdicti tempore quando celebratur de licentia papæ poteſt teneri quod interdictum non relaxetur ſed papa operatur. Ab. de priuilegiis. c. Vt priuilegia.

Interdicitur ciuitas propter delictum perſonæ ſingularis, quæ de facili non poteſt cogi. Ab.de priuileg.c. Petiſtis.

Interdicta eccleſia propter delictum populi & in eius pœnam non poteſt populus eligere ſepulturam etiam in loco non interdicto. Ab. de priuileg.c. Vt priuilegia.

Quando interdicitur locus perſonæ alibi extra locum, licite percipiunt diuina, ſi perſonæ ſunt interdictæ ſequitur eos interdictum. Ab. de ſponſa. c. Non eſt. Interdicto loco non interdicuntur perſonæ niſi reſpectu illius loci ideo alibi poſſunt celebrare & audire diuina. Ab. de exceſ. præla. c.Tanta. Interdicto loco tantum poteſt populus alibi audire diuina, interdictæ perſonæ nullibi poſſunt. Ab.de priuil.c. Quod nonnullis. Interdicto loco ſemper excipitur baptiſmus etiam adultorum pœnitentia morientium, criſmatis confectio cum ſine ea non fiat baptiſmus. Matrimonium licet de ſolennitate dubitetur. Attentari poteſt quod quis ordinetur in loco interdicto ex quo conceditur quod poſſit confici euchareſtia quod fieri non poteſt niſi per ordinarios ſicut de criſmate dictum eſt. Ab. de ſponſa.c.Non eſt. Vide Interdicti generalis. Interdici poteſt perſona & talis priuatur perceptione ſacramentorum non hominum. Abb. de exceſſi. prelato. cap. Dilectus.

Interdictum ubi tantum notitia eſt ex fama an debeat ſeruari. Abb. de cleri. exco. c.Illud.

Interdictum generale dicitur quod fertur non ſolum in prouincia ſed etiam in caſtro uel in uilla. Ab.de uerbo. ſignifica.c.Cum in partibus. Particulare dicitur quando una tantum eccleſia uel plures ſpecifice & non ſub nomine uniuerſitatis interdicuntur. Generale quando unius loci uniuerſitas interdicitur ſiue locus ſit magnus ſiue paruus, ſi in uilla ſit tantum una eccleſia, & tamen apta nata eſt habere plures ideo continet in ſe uniuerſitatem. Ab. ubi ſuprà. c. Cum in partibus.

Interdictum generale pro debito pecuniario per ordinarium, uel delegatum ſine ſpeciali licentia pape non debet poni. Abbas de uerbo. ſignifica. cap. Cum in partibus. Eſt ipſo iure nullum. Abbas de iur. iuran. cap. Ex reſcripto.

Interdicti generalis tempore concedi poteſt baptiſmus, confirmatio, & pœnitentia morientium. Abb. de ſen. excommun. c. Reſponſo. Baptiſmus conceditur etiam adultis. Hodie etiam uiuis datur pœnitentia. Euchariſtia non datur niſi morientibus. Confirmatio conceditur indifferenter paruulis & adultis. Quid in matrimonio & ordinibus. Ab. ubi ſuprà.Conceditur quod ſemel in ſeptimana celebretur, ut ſeruetur euchariſtia pro morientibus. Abb. de ſen. excommu. c. Permittimus. Conceditur pœnitentia & uiaticum morientibus clericis qui ſeruauerunt ſepultura, conceditur cum ſilentio. In conuentualibus eccleſiis conceditur quod poſſint bini uel terni dicere horas ſubmiſſe. Cruce ſignatis & peregrinis conceditur

tur pœnitentia. Ab. de pœn. & remiſ. c. Quod in te. Hodie pœnitentia omnibus conceditur, de uiatico ſtatur huic iuri. Si perſona non eſt interdicta poteſt ſepeliri in alio loco non interdicto. Campanæ pulſatio prohibetur quia pertinet ad ſolennitatem exequiarum. Clericis licet concedatur ſepultura non tamen extrema unctio, An clericus ex hoc priuilegio poſſit ſepeliri in eccleſia ſpecialiter interdicta, opiniones, & uidetur quod poſſit. Qui extra eccleſiam ſepulti fuerunt ſi non fuerint culpabiles poſſunt exhumari & ſepeliri in eccleſia. Ab. ubi ſuprà. c. Quod in te. Vide Interdictum uiolans.

Interdicto iuriſdictio prælati non ſuſpenditur etiam circa ſpiritualia, unde poteſt excommunicare, beneficia conferre. Virtus interdicti tantum fertur ad executionem ordinis non ad iuriſdictionem. Per uiolationem interdicti perditur iuriſdictio, & ſuſpenditur ab omni poteſtate. Abb. de exceſ. præla. c. Tanta.

Interdictum quando fertur pro delicto non oportet monitionem præcedere. Ab. de appella. c. Reprehenſibilis. Interdici poteſt terra domino eius perſeuerante in quacunque contumacia. Abbas de iur. iuran. cap. Sicut & infra. Ex facto principis interdici poteſt prouincia & ſic indirecte punitur populus. Ab. de ſponſa. c. Non eſt.

Interdictum eſt odioſum, cum ad correctionem animarum infligatur, ideo ſententia interdicti non debet ſtricte interpretari ſed late quia uenit ad animæ correctionem, & ſeuerior eſt fienda interpretatio in concernentibus pericula animæ. Ab. de uerbo. ſignifi. c. In partibus.

Si his propter cuius delictum poſitum eſt interdictum non ſeruat illud alii tamen tenentur ſeruare, ſecus ſi ille non ſeruat in cuius eſt fauore latum. Abbas de priuileg. capitu. Petiſtis. Vt tamen illi dicantur uiolare interdictum requiritur quod illi uel maiores, uel maior pars uiolet. Abbas ubi ſuprà.

Interdictum quod ſeruat metropolis eccleſia tenentur epiſcopi ſuffraganei ſeruare, licet de ſententia interdicti non habeant plenam probationem. Ab. de poſtula. c. Ad hoc in beato. Ad interdicti obſeruantiam ſufficit præcedens fama quia in dubiis ſpiritualibus tutior uia eſt eligenda. Ab. ubi ſuprà. Vide. c. Conſtitutio u. liget.

Interdictum poteſt ſuſpendi per iudicem interdicentem & appellatio tempore ſuſpenſionis interpoſita operatur dilationem ſuſpenſionis in aduentum appellationis. Ab. de appella. c. Dilectus. Iudex qui tulit ſententiam poteſt interdictum ſuſpendere, & ſi ſtante ſuſpenſione appelletur, ſuſpenditur ſententia ſicut ſi interdictum eſſet conditionale, ſi fertur pro delicto proprio non poteſt ſuſpendi ſecus ſi in perſonam pro delicto alieno. Abb. de appella. cap. Ad hæc. Si interdictum ſuſpenditur ab epiſcopo an poſſit appellari. Gl. ubi ſuprà. Non ſuſpenditur per appellationem ſequentem. Idem dic de ſuſpenſione a beneficio, unde prædicta habent locum in excommunicatione interdicto, & ſuſpenſione ſuppoſitis. Abb. ubi ſuprà. Interdictum loci poteſt ſuſpendi, & poteſt ibi celebrari de licentia ſuperioris, ſed latum in perſona non poteſt, quia ſi perſonam pœnitet debet relaxari ex toto ſi non pœnitet eſt in peccato, ideo non debet celebrare. Si tamen latum eſſet in perſona ratione delicti alterius poteſt ſuſpendi, quia ceſſat ratio prædicta. Abb. de priuileg. c. Vt priuilegia. Interdictum & ſuſpenſio ſi ferantur ad tempus eo lapſo non indigent abſolutione. Cum dicitur ſuſpendo te donec ſatisfe-

ſatisfeceris, facta ſatisfactione non requiritur abſolutio. Ab. de ſponſa. c. Non eſt. Interdictum & ſuſpenſio poſſunt fieri ſub certo modo, quo exiſtente habebunt uires ſuas, & modo ceſſante ceſſabit earum effectus, ſecus eſt de excommunicatione quia etiam deficiente modo remanet excommunicatus niſi abſoluatur. Ab. de appella. c. Dilectus.

Qui uiolat interdictum eſt ineligibilis & impoſtulabilis, & poteſt dici quod ſit irregularis & ſuſpenſus, ideo nec eligi nec eligere debet, nec excommunicare nec beneficia conferre poteſt, quia claues eccleſię contemnit. Glo. de poſtula. c. Ad hoc in beato. Delegatus papæ poteſt interdicere propter crimen epiſcopi ubi habet iuriſdictionem temporalem, non autem ubi ſpiritualem tantum. Ab. de off. iud. deleg. c. Ex parte.

Interdictum uiolans ſi eſt clericus ſecularis priuatur beneficio, & religioſus in artius monaſterium detruditur. Ab. de ſen. excommu. c. Poſtulaſti. Celebrans in loco interdicto efficitur irregularis & ineligibilis actiue & paſſiue, & conſequenter poteſt deponi ab omnibus ordinibus. Abb. ubi ſuprà. Violans interdictum iuriſdictione, & clauium poteſtate ſe priuat, quia ſuſpenſus eſt ab officio, beneficio, & iuriſdictione. Ab. de exceſ. præla. cap. Tanta. Non tamen eſt ipſo facto priuatus beneficiis nec excommunicatus, ſed eſt priuandus per ſententiam, eſt tamen ſuſpenſus. In loco interdicto uel ſi eſt perſona interdicta celebrans eſt irregularis & per ſolum papam abſoluitur, & ſuſpenſus eſt ab omni poteſtate clauium & officio, & ratio eſt, Ex quo ſuſpenſus eſt ſimpliciter reſpectu loci, ergo ſi celebrat eſt irregularis & iuriſdictio competens prælato habet dependentia ab ordine poſt eius collationem. Dicitur uiolare interdictum qui exercet aliquid deputatum ordini, & hoc facit ut clericus, uel ſacerdos ſiue etiam ſit inferioris ordinis. Si Accolitus exercet officium ſuum eſt irregularis, ſecus ſi aliquid exercet non deputatum ordini ut cantare reſponſoria non officiando principaliter in benedictione menſæ, & cantando epiſcopalem ſine apparatu; quia iſta indiſtincte exercentur etiam per non ordinatos, & ſi fiant ab excommunicato & interdicto non incurritur irregularitas. Similiter ſi exerceat ea quæ ſunt iuriſdictionis, quia hęc non ſunt prohibita ideo nec ſi excommunicatus ea exerceat eſt irregularis. Excommunicans uel abſoluens tempore interdicti non eſt irregularis ſi hoc facit ſine ſolennitate non tanquam ſacerdos. Idem dic in aliis ſi non ſunt deputata certo ordini, uel ſi deputata ſunt ex conſuetudine quicunque exercet illa. Interdictum ergo ad ordinem refertur & quædam alia. Audiens diuina ex quadam deuotione licet peccet, non tamen eſt irregularis. ſi audit authorizando, ut quia pręlatus præcipit celebrare, irregularis eſt, quia ingerit ſe diuinis, & uiolat interdictum. Caueat prælatus ne tempore excommunicationis ſuſpenſionis, uel interdicti faciat ante ſe celebrare, aut interſit celebrationi, quia uidetur authorizare. Ab. de exceſ. præla. c. Tanta.

Interrogatus a iudice tenetur reſpondere, & ſi non reſponderit habetur pro confitente in ſuum præiudicium, & hoc etiam habet locum in procuratore, ut eius taciturnitas habeatur pro confeſſione in præiudicium domini, quia iura interpretantur quod tacite confiteatur. Si etiam fiat per alterum ex procuratoribus tamen nocet domino ſuo. Poteſt etiam aduerſarius partem confeſſionis quæ pro ſe facit acceptare, & aliam repellere. Ab. de poſtula. cap. Ad hoc in beato. Idem dicitur de confeſſione aduocati. Glo. ubi ſuprà.

Inter-

Interloquutoria ſententia ex qua quis pronunciat ſe iudicem nemo eſt diffinitiua, habet tamen uim diffinitiue eo quod de iure ciuili poſſit appellari. Ab. de reſcrip.c.Ex parte decani. Iudex tamen talis poteſt uariare ſententiam. Glo. de elec.c. Noſti.

Interpretatio in contractibus fit plena, in ultimis uoluntatibus plenior, in donationibus pleniſſima, ſimiliter in beneficio. Ab.de dona.c. Cum dilectus. Contractus inducit obligationem ex utraque parte, ideo debet ſeruari æqualitas ut fiat interpretatio plena. In legato res diſponitur in fauorem legatarii tantum, & eſt quaſi quoddam beneficium, ideo interpretatio plenior fit quam in contractu. Donatio exercet liberalitatem, unde ſicut fuit largus in dando ita præſumitur quod uerba ſua intelligat largiſſime. In beneficii largiſſima quando alteri non fit enorme preiudicium, ſed agitur tantum de præiudicio concedentis. In præiudicium tertii locum non habet pleniſſima interpretatio. Item procedit in beneficiis non deuiantibus a iure communi, quia receſſus a iure communi eſt odioſus, ideo diſpenſationes ſunt ſtricti iuris. Ab. de dona. c. Cum dilectus.

Intereſſe non ſolum conſiſtit in damno habito ſed etiam in lucro ceſſante, quia hoc mercator poteſt & habet precium in termino. Item ſi paſſus eſt damnum quia exequutor percepit fructus quos ipſe percepiſſet ſi haberet rem. Idem puto in uiduis, quæ ſolent habere dotem in banchis ut lucrentur ex honeſtis matrimoniis. Idem eſt in mutuante ſi debitor non ſoluit in termino, quia poteſt haberi reſpectus ad lucrum ceſſans, ſic talis ultra ſortem poteſt aliquid petere ratione intereſſe damni & lucri ceſſantis. Ab. de uſur.c. Conqueſtus.

Intruſus in eccleſia uel beneficio dicitur qui illud aſſequitur a non habente ius conferendi illud. Ab. de exceſ. prela. cap. Ad aures. Dicitur qui habet beneficium a non habente poteſtatem & peracta per eum non ualent licet tolleretur. Abb. de reſtitutione in integrum. c. Cum ueniſſet. Nec poteſt intruſus habere titulum uerum prelaturæ. Ab. de elec.cap. Qualiter, Vide Electio ſcienter.

Intruſus dicitur qui obtinuit beneficium ſine auctoritate illius ad quem de iure ſpectat collatio. Ab. de conceſ. præben.c.Quia diuerſitatem. Non ſolum qui propria auctoritate intruſit in beneficio uiuentis inhabilis eſt ad illud beneficium, ſed etiam qui aliquo quæſito colore fecit ſe inſtitui ſi hoc ſciuit, uel ſi fuit ignorantia craſſa. Ab. ubi ſuprà. Poſt electionem uidetur intruſus qui titulo legitimo non præcedente adminiſtrat, etiam ſi præceſſit electio. talis ſi poſt impetrat beneficium non facta mentione de intruſione eſt repellendus, quia eius promotio eſt ſubreptitia. Abb. de præben. cap. Cum iamdudum.

Inuentarium eſt ſcriptura continens omnia inuenta, & reperta in patrimonio defuncti. Ius canonicum approbat inuentarium quo ad excludendum hæredes a beneficio falcidiæ. Approbatur etiam quo ad forum contentioſum ut hæres teneatur creditoribus hæreditariis ultra uires hæreditarias ſicut diſpoſitum eſt de iure ciuili fundato ſuper præſumptione. In foro conſcientiæ non tenetur ultra uires hæreditatis qui eſt hæres. Abb. de teſtam. cap. Raynaldus.

Ioan.And. commentatus eſt omnes decretales incipientes. Ioannes. Abb. de regula.c. Ioannes. Raro habet opinionem non probabilem. Ab. de hæreti. c. Vergentis.

Ira

Ira non excuſat a peccato ex quo non tollit ſenſum hominis, ſecus ſi inducit furorem, quia delictum commiſſum tempore furoris non imputatur ad culpam. Satis punitur ſuo furore. Abbas de his qui fili. occid. capitulo Veniens.

Iratus ſi uouit uotum religionis uel obligat ſe ad eleemoſinam tenent quia iſta non indigent deliberatione niſi ſaperent mentis alienationem. Puto tamen quod ſi iraſcatur tantum quod ſecuto furore non feciſſet illum non obligari coram Deo. Sed quia difficile eſt hoc probare expedit ut eleemoſina teneat & uotum obliget. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Dudum.

Irrefragabilis, idem eſt quod irretractabilis & generale. Abb. de ordina. cap. Quod ſede.

Irregularis eſt qui cauſat ab orſum. Abb. de homici. cap. Sicut. Non eſt irregularis niſi interficiat animatum. Glo. ubi ſuprà. c. Si aliquis.

Irregularis non eſt clericus qui in bello iuſto uel conflictu ſpeciali aſſociat repellentes uiolentiam ex magna neceſſitate & proiicit lapides in quo bello aliqui moriuntur non tamen paſſi ab eo quia dabat operam rei licitæ. Ab. de cleri. percuſ. c. Presbyterum.

In bello iuſto ſi aliqui occiduntur uel mutilentur clerici præſtantes potentiã ſunt irregulares ſi iuſtum ex facto alieno non ſunt irregulares, ſed ex proprio, ſi ipſi non occiderunt niſi aliter uitare non poſſint. Qui arma exhibet alteri pro defenſione ſua quia uerìſimiliter euadere non poſſet, non eſt irregularis ſecus ſi pro ſuarum rerum defenſione. Ab. Ne cleri. uel monach. c. Sententiam.

In bello iniuſto clericus qui exhibet præſentiam ſuam auxiliando, licet non interfecerit ex quo a ſociis perpetratum eſt homicidium, eſt irregularis. Ab. de homici. c. Significaſti. ſecundum. & de pœn. c. Quod in dubiis. Vide Clericus in bello.

Clericus pugnando cõtra infideles ſi aliquem percuſſit & de interfectione ſibi remordet conſcientia a miniſterio altaris debet abſtinere. Ab. de homici. c. Petitio. In bello iuſto poſſunt clerici intrare pugnando & intereſſe ſed non pugnare & licet percutiendo malefaciant non tamen eſt irregularis ex quo non occidit nec mutilet licet alii occidant. Vbi bellum eſt iniuſtum quouis modo clericus præſtet opem uel cõſilium eſt irregularis ſecuto homicidio per alios. Si uadit cum pugnantibus ut ſint audaciores & inimici magis timidi ſicut per alios homicidio ſunt irregulares ſecus ſi ex bona cauſa etiã ſi inimici non defendant ſe putantes contrarium dummodo abſit dolus. Ab. de cleric. percuſſor. cap. Petitio.

Qui aſſumit arma contra prędones non eſt irregularis, nec tenetur de homicidio ibi facto, ſi abſque eius conſilio & facto eſt proceſſum, nec indiget diſpenſatione ut promoueatur ad ordines. Abbas de cleri. percuſſo. capitu. Continentia.

Irregularis eſt clericus ſi pugil ab eo datus aduerſarium occidat, nec excuſat conſuetudo, poteſt tamen diſpenſari cum eo circa beneficium. Ab. de cleri. pugnan. in duel. c. Henricus. An epiſcopus poſſit diſpenſare cum iſto in minoribus ordinibus, opiniones, Videtur quod non quia homicidium uoluntarium eſt, & iurat diſpenſationem antecedentia loquuntur de homicidio caſuali. Ab. ubi ſuprà.

Irregularis eſt qui dat cauſam homicidio. Ab. de homici. c. De cetero. Nec poteſt in ordinibus ſuſceptis miniſtrare. Pro cauſa proxima imputatur non

pro remota, & quando imputatur pro cauſa remota. Ab. ubi ſuprà. Cauſæ remotæ imputatur homicidium. Si id animo nocendi fecit. Glo. ubi ſuprà. Qui dat cauſam. Intellige de cauſa uel occaſione propinqua, propter quam occiſus eſt. Ab. de homici. c. Petrus.

Irregularitatem quis incurrit per ſolam mortem, uel membrorum detruncationem, ſecus ſi aliam uindictam ſanguinis exercet, ſi membrum debilitatur, non propter hoc eſt irregularis. Abbas Ne cleri. uel monach. capitu. Clericis.

Qui dictat ſententiam quacunque modo in cauſa mortis uel mutilationis membrorum eſt irregularis, licet non peccet ſi ſit ſecularis & miniſter iuſtitiæ. Non requiritur ad irregularitatem quod propriis manibus occidat. Incurritur etiam ſi præcepto, conſilio, fraude uel auxilio quis occidatur. Qui præſentes ſunt ſententię, uel exequutioni, ſi non præſtant auxilium, non ſunt irregulares, etiam ſi ſint clerici. Si clericus ſcribit, uel dictat litteras in cauſa ſanguinis irregularis eſt, ſi ſequitur mors uel mutilatio membri. Qui ſcribit de mandato iudicis, ut quis capiatur, ſi clericus in cauſa criminali irregularis eſt, ſi captura ſimpliciter credo, idem a quocunque fuerit iniunctum, ſi fuit in culpa in ſcribendo puta quia non ſpectabat ad officium ſuum, & mandatum eſt ſibi ab eo cui non tenebatur obedire. Si recipit & ſcribit dicta teſtium etiam ſi non ſit ſcriptura autentica, & ex hoc ſequitur mors, uel detruncatio membri erit irregularis. Si clericis litteras miſſas, ut quis ſuſpendatur legerit ei cui diriguntur ex tali lectione irregularis eſt, etiā ſi prius ignorabat quod in eis contineretur. Si in ſacris exiſtens ſit aduocatus & ſequitur mors ex parte rei uel actoris qui ſe ad pœnam taleonis obligauit eſt irregularis, quia dedit operam rei illicitæ. In layco dubium eſt ubi ſequitur mors accuſatoris & tutius tenetur quod ſit irregularis licet oppoſitum forte ſit uerius de iuris ſubtilitatem. Iſta uidentur habere locum in quolibet clerico, quia lex uniuerſaliter loquitur. Abb. Ne cleri. uel monach. c. Sententiam.

Ipſo iure ſit excommunicatus per hæc uerba infligitur pœna ipſo facto, quia uerba ſunt preſentis temporis. Ab. de ſolut. c. Si quorundam.

Irregularis eſt qui dat conſilium in homicidio. Ab. de uo. c. Ex multa. Qui ſunt in conſilio principis conſulere poſſunt ſuper abſolutione. Si quis damnandus eſt ad mortem, uel ad detruncationem membrorum nullum dabunt conſilium. Si tamen caſus immineret de præſenti poſſunt de iure reſpondere ubi reus uenit abſoluendus, quia non nutum debet conſulere ſi pœna taleonis immineat contra actorem. Ex conſilio incurritur irregularitas. Ab. ne cleri. uel monach. c. Clericis.

Irregularis eſt clericus auctoritatem uel conſilium præſtans directe, uel indirecte homicidio. Abb. de exceſ. præla. c. Ex litteris. Habens iuriſdictionem temporalem in loco ſi exhibet præſentiam ſuam quando ex iuſtitia ſequitur mors, uel mutilatio eſt irregularis. ſi non habet iuriſdictionem temporalem non eſt irregularis, peccat tamen grauiter. Interrogatus ſi dicit in tali caſu eſt pœna mortis ſi crimen tunc non eſt puniendum, non eſt irregularis, alias ſi ex conſilio ſuo generali, uel particulari ſequitur mors eſt irregularis, ſecus ubi non ex conſilio ſuo quia iudex uolebat eum omnino decapitare. Ab. de exceſ. præla. c. Ex litteris.

Irregularis eſt qui conſulit homicidium, Idem ſi præſtat cauſam propinquam ad mortem puta iactum baliſtæ, uel machinæ ad quam ſequitur homicidium.

dium. Si res pro qua conſulit ſit licita puta quod capiatur maleficus, uel exponat ſe morti pro fide, uel patrię, ſi ſequitur homicidium non imputatur conſulenti. Idem dic in ſimilibus caſibus. Qui conſulit, ut alium interficiat, & dum aggreditur interfectus eſt ipſe ſic conſulens eſt irregularis quaſi dans operam rei illicitæ. Si quis conſuluit, ut interficiat amicum ſuum & longo tempore interpoſito interfecit eſt irregularis, quia debuit conſilium reuocare. Et ſi ſibi non obtemperabat debebat ei qui ſic occiſus eſt intimare ut ſibi caueat alias non euadit irregularitatem. Qui urſum, uel leonem tenet ex quo quis occiſus eſt an ſit irregularis. Ab. de homici. c. Ad audientiam.

Homicidium per conſanguineos clerici clerico ignorante non imputatur clerico, ſecus ſi ſciuit & non contradixit. Idem ubi de homicidio uel mutilatione ſuſpicatur cautela eſt ut expreſſe prohibeat. Si clericus dat auxilium, conſilium uel fauorem ut alii occidant, homicidium imputatur clerico. Si clericus rixabatur cum aliquo, & a ſuperuenientibus amicis alius occiditur clericus eſt irregularis, quia fuit in culpa rixando niſi ex alia cauſa qua ex rixa fuiſſet interfectus. Clericus non ſolum prohibere ſed etiam reuelare debet tractatum, ſaltem de conſilio, quia alias culpa eſſet in foro animæ. Ab. de homici. c. Petrus.

Irregularis eſt qui letaliter alium percuſſit licet ab aliis ſit extinctus. Item ſi non apparet quando letaliter ex cuius uulnere obiit. Item ſi percuſſit non letaliter habens animum occidendi & ex aliorum uulneribus percuſſus expirauit. Ab. de homici. c. Significaſti, ſecundum. Qui non percuſſit letaliter, & habet animum occidendi una cum aliis eſt irregularis, quia dabat operam rei illicitę. Qui percuſſit non letaliter ſic tamen quod non poteſt fugere, & ab aliis ille occiſus eſt, ſi dabat operam rei licitæ puta defendendo ſua, non eſt reus homicidii cum non ſit culpabilis, debet tamen ceſſare a diuinis, & hæc uia tutior. Si quis clamauit latrones, & alius interfectus eſt erit irregularis, quia promotionis lex conſiderat factum non uoluntatem quia potuit cogitare quod ex hoc ſequeretur mors tamen non eſt ſine dubio ſi auditus non fuit ad mortem, ubi nullus ſolus percutiens occidiſſet ſed omnes ſimul omnes tenentur de homicidio. Ab. ubi ſuprà.

Irregularitatem incurrit ſacerdos ex lata culpa ad homicidium commiſſum, quantumcunque delictum ſit occultum, leuiſſima tamen culpa homicidii, non inducit irregularitatem. Abbas de pœni. & remiſſio. capitulo Licet.

Irregularis non eſt infans homicida, quia non conſentit in homicidium. Intellige niſi ſit doli capax. Abbas de delictis puero. cap. Peruenimus. Irregularis eſt puer decem annorum percutiens. Gloſ. ubi ſuprà. cap. Percutiens.

Homicidium caſuale non imputatur ei qui non occidit, nec fuit in culpa etiã ſi ad cautelam ueniam poſtulauerit. Abb. de homici. c. Exhibitam. Non imputatur etiam promouendo. Ab. ubi ſuprà. Nec imputatur ei qui dedit operam rei licitæ nec fuit in culpa. Ab. ubi ſuprà. c. Ioannes. & ubi ſuprà. cap. Quidam. Dicitur dare operam rei licitæ, qui exercet actum non prohibitum ſibi, licet ad illum non teneatur nec poſsit cogi ſicut ſacerdos pulſans campanam ubi non eſt cuſtos uel hoc facit ex officio cuſtodis. Caſus fortuiti non imputantur danti operam rei licitæ ſed illicitæ. Ab. ubi ſuprà. c. Ioannes. Si culpa homicidium caſuale præcedit, eſt irregularis, immo etiam

mo etiam deponendus ab omni officio cuiuſcunque ordinis. Poteſt tamen epiſcopus diſpenſare in minoribus. Intellige ſi uulneratus infra paucos, uel plures dies moritur, ſi tamen conſtat quod mortuus ſit propter uulnus etiam ſi prius aliquantulum conualuiſſet. Item ex uulnere grauata eſt infirmitas propter quam mortuus eſt. Ab. de homici. c. Presbyterum. In homicidio caſuali ſolus Papa diſpenſat in ſacris ordinibus, ſi culpa præceſſit caſum in minoribus diſpenſat etiam epiſcopus propria auctoritate, ut in iam ſuſceptis miniſtret. Abb. ubi ſuprà. c. Continebatur. & ubi ſuprà. cap. Ad audientiam. Cum eo qui non fuit in culpa, in homicidio caſuali diſpenſatur facilius. Abbas de homici. capitu. Tua nos. Qui dat operam rei illicitæ, & ſequitur homicidium eſt irregularis. Abb. de homici. c. Suſcepimus.

Irregularis non eſt qui interficit proijciendo nec clamat ubi conſuetudo non eſt eſſe homines, nec tranſire. Abb. de homici. c. Ex litteris. Æquitans ſi æquus rupto freno occidit infantem non eſt irregularis. Ab. de homici. c. Dilectus. Intellige de freno quod de leui frangi non debebat, alias in culpa eſſet. Item ſi nec ipſe laſciuire fecit æquum, nec ex eius imperitia laſciuit. Glo. ubi ſuprà. c. Dilectus.

Irregularis non eſt quis ex ſolo actu homicidii in ordine ſuſcepto niſi adſit uoluntas, uel culpa, uel ſcandalum ſolo tamen actu ne ad ſuperiores ordines promoueatur impedit. Gloſ. de homici. c. Dilectus. Iſta differentia inter promotum & promouendum non probatur iure, ideo tenendum ſicut de promoto. Ab. ubi ſuprà. c. Significaſti.

Irregularis eſt quis ex homicidio propter ſcandalum, & ſi non ceſſat per purgationem non debet celebrare diuina. Glo. & Ab. c. Ex litteris.

Irregularis eſt qui defendendo ſua interficit non autem defendendo ſe ſi non poteſt aliter euadere. Abbas de homici. cap. Interfeciſti. Si pro defenſione proximi uel rerum ſuarum, eſt irregularis. Idem ubi neceſſitas erat euitabilis, quia poteſt aliter ſe ſeruare. Idem ſi poteſt fugere licet legiſtæ dicant quod non tenetur fugere, ſi occidit aggreſſorem non tenetur de homicidio. Abbas de homici. capitu. Sicut dignum. Clericus ſi poteſt fugere, & occidit, peccat, & irregularis eſt, quia excedit manſuetudinem eccleſiaſticam uolendo potius occidere quam fugere. Laycus quia opprobrioſum, & iniurioſum eſt ei fugere, poteſt licite reſiſtere & liberare ſe. Ab. de homici. c. Suſcepimus.

Clerico petenti iuſtitiam ciuiliter de layco, ſi iudex exercet uindictam ſanguinis, non imputatur homicidium. Abbas de homici. capitu. Poſtulaſti. Si clericus ſciebat, quod ſine ſanguinis effuſione non poteſt conſequi debitum poteſt iuſtitiam petere præmiſſa proteſtatione, quod non intendit ad uindictam ſanguinis, nec imputatur clerico ſi iudex poſt imponit pœnam ſanguinis, nec tenetur a petitione iuſtitiæ deſiſtere alias daretur commodum expoliandi clericos. Ab. de homici. c. Poſtulaſti.

Qui interrogatus reſpondet, quod pro tali delicto eſt pœna mortis quando caſus non imminet de præſenti non eſt irregularis, alias ſi ex ſua reſponſione & conſilio ſequitur mors eſt irregularis. Abbas de fur. capitu. Qui furatur.

Qui auditi ſeculari dedit inſignia furis a quo fuit uulneratus, ſi fur poſt occidatur non eſt irregularis. Iſte non reperitur in culpa in morte iſtius, quia non accuſauit, nec fuit teſtis, nec mandauit occidi, nec illum ſubiecit

morti

morti ſed tantũ requiſitus dedit ſigna, fuit ergo cauſa iſte multum remota ideo non ſequitur irregularitas. Ab. de homici. c. Tua nos. & ubi ſuprà. c. Ad ultimum.

Medicus laycus peritus in arte in quo non reperitur culpa etiam in foro animæ non eſt irregularis nec ei imputatur mors. ſi eſt in aliqua culpa, quia non eſt peritus, uel non adhibuit diligentiam, uel ex certa ſcientia dat medicinam nociuam, uel differt liberationem ut ſalarium conſequatur, uel ponit ſpecies antiquas, uel malas in medicina, uel ſi dubitat de medicina non relinquit in manu Dei, ſed exponit medicina dubia peccat. Ab. de homici. c. Ad ultimum.

Clericus cirugicus ſi artem exercet & ſequitur mors uel truncatio membri eſt irregularis etiam ſi non culpa ſua quia dabat operam rei illicitæ, ſecus ſi eſt laycus & non culpa ſua. Ab. Ne cleri. uel monach. c. Sententiam. Irregularis eſt clericus exercens artem ſi ſequitur mors etiam ſi ſit peritus & diligens, & hoc fecerit cauſa pietatis, licet pro ſatisfactione poſſit cum eo diſpenſari. Ab. de homici. c. Tua nos. Laycus tamen non eſſet irregularis ſed clericus quia culpa ſua fuit miſcendo ſe delicto illi & hoc quo ad irregularitatem. Ab. ubi ſuprà. c. Ad ultimum.

Prelatus habens iuriſdictionem temporalem poteſt committere alicui generaliter & ſpecialiter quod faciat iuſtitiam in caſu occurrente, nec erit irregularis, licet qui exequitur incurrat. Papa tamen poteſt licentiam dare quod clericus in bello iuſto &c. Mihi hoc non placet de honeſtate. Ab. Ne cleri. uel monach. cap. Clericis.

Irregularitas ex homicidio uoluntario procedit, de iure diuino, non autem quæ eſt ex homicidio caſuali. Abb. de homicid. c. Si quis.

In irregularitate homicidii papa non poteſt diſpenſare quia eſt de iure diuino. Glo. de homici. c. Sicut dignum. Alii tenent oppoſitum & iura in contrarium exponenda ſunt non poteſt difficiliter diſpenſat, quia hoc permiſſum eſt a lege diuina & diſpenſatum in filio Aaron in teſtamento ueteri, & cum Paulo in nouo qui erant iregulares propter homicidium. Ab. de homici. c. Sicut dignum. Vide Peccati complices. Homicidium committitur facto ſi clericus exhibet præſentiam ſuam, ad homicidium committendum, uel uidit cum aliis ad pugnandum, & quandoque efficitur irregularis, licet ipſe manum non appoſuerit ad homicidium. Abbas ubi ſuprà.

Irregularitas cauſatur ex mutilatione membrorum. Quid ſi membrum non ſit detruncatum, ſed debilitatum tantum quod ſi propter inciſionem neruorum non poteſt eo uti. Ab. de cleri. pugnante in duel. c. Porro. Qui occidit uel mutilat irregularis eſt, non autem qui ſanguinem tantum fudit nec qui debilitat membrum etiam ſi reddatur inutile, nec qui digitum abſcidit cum non ſit proprie membrum ſecus ſi abſcidit manum uel oculum. Abb. Qui cleri. uel uouen. c. De diacono.

Irregularis non eſt qui celebrat ubi clerici de communi concordia ceſſant a diuinis. Ab. de appellatio. c. Dilectus.

Celebrans in excommunicatione minori non eſt irregularis. Ab. de cleri. exco. c. Si celebrat. Irregularis eſt qui uiolat interdictum. Ab. de exceſſi. præla. c. Tanta. Si in eccleſia eſt interdictam iuris uel hominis celebrant in ea eſt irregularis. Si interdictum iuris non uerum ſed ſuſpenſio organorum ut quando eccleſia eſt polluta, tunc celebrans non eſt irregularis. Si

interdictum hominis eſt irregularis ſi ponit nouum interdictum, ſecus ubi recenſetur prohibitio iuris quod in dubio præſumitur. Ab. de priuileg. c. Tua. Qui celebrat coram excommunicatis & interdictis non eſt irregularis, ſi tamen celebrat coram excommunicato manifeſte eſt ſuſpenſus per menſem. Ab. de priuil. c. Cum & plantare.

Irregularis eſt quilibet excommunicatus celebrans diuina, etiam ſi ſit tantum in minoribus ordinatus. Abb. de cleri. excommu. capitu. Fraternitatis. Item ſi facit excommunicatum celebrari coram ſe. Item qui ex fama notitiam habet excommunicationis ſi celebrat. Ab. ubi ſuprà. c. Illud. Vide Clericus notitiam excommunicationis. & irregularis eſt qui ſuſpenſus.

Qui excommunicatus eſt ſi exercet iuriſdictionem non deputatam certo ordini, etiam in ſpiritualibus non eſt irregularis. Ab. de exceſ. præla. c. Tanta.

Irregularis qui ordinem recipit furtiue, ubi prius eſt lata excommunicatio in eos qui hoc faciunt & in ea ſolus papa diſpenſat, etiam ſi ingrediatur religionem, ſicut & cum eo qui poſt interdictum miniſtrat. Si non eſt lata excommunicatio & intrat religionem, epiſcopus poteſt diſpenſare. Si remanet in ſeculo ſolus papa diſpenſat, quod in ſuſcepto miniſtret, & ad ſuperiores promoueatur. In inferioribus præhabitis poteſt epiſcopus diſpenſare. Ab. de eo qui ſuſcipit ordi. furti. c. Veniens.

Irregularitatem poteſt incurrere clericus cuiuſcunque ordinis. Ab. de purga. cano. c. Si quis de gradu.

Suſpenſio minor ſuſpendit ſicut excommunicatio minor, & eſt eandem ratio ſi celebrat quo ad irregularitatem. Suſpenſus maiori a iure, uel ab homine propter delictum, ſi celebrat diuina eſt irregularis, quia exercet officium ſibi interdictum. Qui eſt ſuſpenſus propter defectum, ut quia illegitimus non eſt irregularis, ſed peccat quia non eſt ſibi interdicta executio officii, & iure non cauetur quod ſit irregularis, ſuſpenſus propter infamiam & directe a ſuperiore eſt ſibi interdictum officium, ſi celebrat eſt irregularis, ſi non directe ut quia in iure non dicitur quod notorię criminoſi non debent celebrare propter infamiam & ſcandalum quæ oriuntur in populo, ſic celebrãs non eſt irregularis quia directe nec a iure nec ab homine eſt ſuſpenſus, ſed eſt quædam prohibitio propter ſcandalum euitandum. ſic poteſt ſciri an notorius fornicator celebrans ſit irregularis. Ab. de cleri. exco. c. Si celebrat.

Irregularis eſt qui ſuſpenſus ab officio attentat aliquid attributum ordini, quia ab officio eccleſiaſtico eſt ſuſpenſus, ideo ſacerdos exercens officium deputatum minoribus eſt irregularis. Abb. de cleri. exco. c. Si quis presbyter. Irregularis eſt clericus excommunicatus, uel ſuſpenſus qui eſt in minoribus ſi exercet aliquid de pertinentibus ad minores ordines, non autem ſi dicit officium cum aliis, quia hoc layci poſſunt. Ab. ubi ſuprà. Irregularis eſt clericus excommunicatus ſi celebrat ueſperas, uel matutinas in eccleſia. cum Glo. hic dicat diuina officia. Ab. ubi ſuprà. c. Clerici.

Irregularis eſt qui exiſtens in ſacris contrahit matrimonium. unde in ſuſceptis miniſtrare non poteſt nec ad ſuperiores promoueri. Abb. Qui cleri. uel uouen. c. De diacono. Diſpenſat tamen cum eo epiſcopus ubi non eſt diuulgatum populis, nec timetur quod eius exemplo corrumpantur, ſi tamen in contrahendo factus eſſet bigamus ſolus papa diſpenſat. Ab. ubi ſuprà. c. Ex litteris.

Irregularis omnis propter crimen eſt depoſitione dignus. Abbas de cleric. excommuni. capitulo Lator.

Irre-

Irregularis in dubio cenſendus eſt ubi non agitur ad impoſitionem pœnæ, ſed ut ceſſet a diuinis. Ab. de homici. c. Significaſti ſecundum.

Irregularitas non tollitur per ingreſſum religionis niſi in caſibus a iure expreſſis, nec tollitur in totum quia non poſſunt habere beneficium. Ab. de apoſta. c. Ex litteris. Irregularitas proueniens ex proprio delicto non tollitur per ingreſſum religionis, ſed datur facultas citius diſpenſandi. Abb. de eo qui furti. ordi. recipit. c. Veniens.

Irregularis non eſt priuatus ipſo iure officio & beneficio, ſed debet priuari. Ab. Ne cleri. uel monach. c. Clerici.

Iterum dicit actum geminatum. Glo. & Abb. de appel. c. Sicut nobis.

Itinerantes ad papam maxime clerici cum omnibus rebus ſuis dicuntur eſſe ſub ſedis Apoſtolicæ protectione ſecuri. Contra ſic itinerantes non eſt aliquid innouandum. Ab. de cleri. peregrinan. c. Conquerente. Nec reſtringitur ad itinerantes cauſa deuotionis immo ex quacunque cauſa ut prouideatur & de facto temptata contra, poſſunt recuperari ſibi ablata. Vt acta iudicis contra eum non teneant requiritur cauſa probabilis eundi ad papã. Hoc priuilegio gaudent etiam nuncii euntes pro aliis. Expoliatus ſolum probat quod tempore accepti itineris poſſidebat rem. Item reuocatur quicquid fecit iudex contra abſentem ex cauſa probabili poſt iter aceptum ſi ſit grauis præiudicii unde non tenet proceſſus nec excommunicatio lata contra tales. Abb. ubi ſuprà. Talis defenditur non uirtute appellationis ſed per titulum de peregrinantibus. Abb. ubi ſuprà. cap. Dilecti filii. & c. Meminimus. Intellige prædicta, quando reus ante citationem, uel notitiam litterarum impetratarum iter arripuit ad curiam etiam ſi in reſcripto ſit clauſula, appellatione remota, ſecus ſi poſt alterum prædictorum. Ab. ubi ſuprà. c. Meminimus. & de cleri. peregri. c. Conquerente. Itineris acceptio ad papam habet uim appellationis ſi ſeruantur quæ ſeruanda ſunt in appellatione. uidelicet ſi cauſam exprimat & petat Apoſtolos. Si prædicta non ſeruat poteſt defendi per capitulum. De clerico peregrinante, non ſolũ uenientes perſonaliter ad papam ſunt ſub protectione papę, ſed etiã nuntii uenientes pro aliis. Idem dic ſi accepit iter ad alium ſuperiorẽ quãdo procedit iudicialiater, ſi autẽ extraiudicialiter oportet ſit talis iudex qui adiri poſſit per modum querelę. Abb. de appel. c. Dilecti filii. Si mittit nuncium, an ipſe ſit ſub protectione principis. Quid ſuſpenditur. Abb. de appella. c. Vt debitus.

Iudæorũ pueri an ſint baptizãdi inuitis parentibus opiniones, ego dubito, quia proprie & ſtricte nõ ſunt ſerui, nec poſſunt ſeruitia coacta exigi ab eis & eorũ parentes cogerentur ad fidem. Iudæi non ſunt baptizandi inuiti, nec cogendi ſunt ad hoc, nec ſunt puniẽdi, nec ſunt expoliãdi de rebus ſuis, nec in ſuis feſtiuitatibus moleſtandi, nec eorum cimiteria uiolanda aut corpora exhumanda. Ab. de iude. c. Sicut Iudæi. Primum tantum eſt Abbatis. Nec compellendi ſunt ad fidem, nec debent baptizari poſtulantes, niſi prius appareat quod recta intentione petant & debent expectare per dies 40. Ab. ubi ſuprà. c. Sicut Iudæi. Baptizati iudaicos ritus dimittere compelluntur. Ab. de apoſta. c. Quidam.

Iudæus baptizatum uel baptizari uolentem non poteſt in ſeruum retinere. Ab. de iude. c Nulli. Ex quo ſequitur quod ſi emit non tenet uenditio & ſic emptus erit liber. Ab. ubi ſuprà. c. Nulli.

Iudæos baptzatos qui expoliant bonis ſuis principes ſeculares debent excom-

 municari.

municari. Ab.de iude. c.Iudæi ſecundum. Baptizati dum perdũt bona nec tenentur illa diſtribuere pauperibus & exiſtentes. Iudæi licite habent rerũ dominia ſi tamẽ ſunt iuſte acquiſita nec perdũt agnitionẽ immo ſuccedũt attinẽtibus & parẽtibus ut prius,quia nõ ſũt deterioris cõditionis.Ab.ubi ſuprà.

Iudęi poſſunt habere rerum dominia inter Chriſtianos. Ab.de deci. c.De terris. & de iude.c. Iudæi ſecundum. Subduntur etiam imperio Romano & legibus eius. Ab.de conuerſio. infide.c. Ex litteris.

Iudæi compellendi ſunt ad decimas ſoluendas, & ad oblationes ſoluendas de poſſeſſionibus eorum. Ab. de uſu. c. Quanto. Infideles omnes tenentur ſoluere decimas prædiales etiam ſi Chriſtiani illa prædia nunquam poſſederunt.Quo ad decimas perſonales opiniones. Vbi onus nõ eſt annexũ rei puto ſtandum eſſe conſuetudini ſecus ubi eſt annexum. Ab. ubi ſuprà.

Iudæi de iure ciuili nullam dignitatem nullum honorem nullam præeminentiam poſſunt habere inter Chriſtianos, ideo non debent doctorari. Inter ipſos tamen iudæos habere poſſunt. Ab. de iude. c. Cum ſit. Non debent doctorari quia doctoratus eſt dignitas. Ab. ubi ſuprà.c. Præſenti. Iudæum uel paſſarium proponens publicis officiis per concilium prouinciale corripitur & præpoſito denegatur Chriſtianorum commertium donec depoſuerit officium & in uſus Chriſtianorum pauperum reſtituet inde acquiſita ſecundum prudentiam epiſcopi. Ab.de iude. c.Cum ſit.Iudæi & pagani non ſunt publicis officiis præferendi,& ſi eis regalia iura uendantur ad ea colligenda præferendus eſt Chriſtianus non ſuſpectus.Ab.de iude.c. Ex ſpeciali.Iudæis non ſolum officia publica ſunt interdicta inter Chriſtianos, ſed etiã quodlibet officium uel cõmerciũ per quod Chriſtianis aliquod grauamen ingeri poteſt. Licite uẽditur iudæis & aliis paganis redditus regalis & qui deputantur Chriſtianis ad colligendũ debent eligi per principes. Ab. ubi ſuprà.

Iudæus ſortitur forum eccleſiæ ratione uſurarum, unde directe cõpelluntur ad reſtitutionem uſurarũ per eccleſiam quæ ſubtrahit eis cõmercium Chriſtianorũ & poteſt excõmunicare Chriſtianos cõtrafacientes & hæc eſt maxima pœna inter homines eſſe & hominũ commertiis carere. Ab. de uſur.c. Quanto.Iudicatur ab eccleſia in caſibus.17. Cardina. diſtin.5.ar.2.

Iudæus non eſt eccleſiæ ſubiectus quo ad temporalia de iure communi, ſed domino temporali.idem eſt de layco. In aliquibus tamen caſibus eccleſia iuriſdictionem exercet in eos propter ſacrilegium, & uiolentam manum in clericum poteſt a principio in eis exercere iuriſdictionem etiam cum inuocatione brachii ſecularis quia tamen ſumma pœna eccleſiæ eſt excommunicatio quæ non cadit in iudæum, ideo tanquam uiam facillimam eccleſia requirit temporalem dominum.Ab. de iude.c.Poſtulaſti.Iudæi & infideles alii exiſtentes in terris Chriſtianorum ſubduntur temporaliter de iure communi iudici ſeculari. Ab. de iudi. c. In nonnullis.

Iudæi in qualitate habitus debent diſtingui a Chriſtianis, in omni tempore debent portare ſignum diſtinctionis publicæ. Ab. de iudæis. c.In nonnullis. Iudęi & ſaraceni in terris Chriſtianorum debent uti habitu quo diſcernantur a Chriſtianis. Vbi ſuprà.

Iudęis cohabitare prohibetur Chriſtianis, unde non debent remanere in eadẽ domo & eorum uitanda ſunt conſilia,ne corrũpantur Chriſtiani,nec debent Chriſtiani medicinas accipere ab eis nec eſſe cum eis in balneis nec lauari, nec debent intrare ſcholas eorum cauſa diſcendi, quia contrahitur amicitia. Conſuetudo tamen habet contrarium. Ab. de iude. c. Præſenti.

Iudæi non aſtringuntur legibus canonicis circa ſacramentalia, & concernētia animam. unde licitę contrahunt matrimonia in gradibus prohibitis lege humana tantum, & per ſuperuentionem nouæ legis, non debet immutari quod geſtum eſt ſecundum antiquam, ex quo nondum emanauerat noua lex. Non aſtringitur iudæus ad ſeruandum ius canonicum niſi poſt baptiſmum. Id ergo quod geſſit antequam ſubiiceret ſe legi Chriſtianæ debet tenere ex quo non eſt geſtum contra legem diuinam. Lex diuina ſic aſtringit eos, quod papa poteſt eos punire de tranſgreſſione eius. Inter iudæos & alios infideles eſt uerum matrimonium ut hic patet. Deus non coniungit Chriſtianos in caſibus prohibitis ſed coniungit infideles quos lex canonica non includit, ubi lex diuina eos non aſtringit. Abb. de conſangui. & affinita. c. De infidelibus. Si non ſubduntur eccleſiæ, quo ad iuriſdictionem temporalem canones ad eos non extenduntur etiam indirecte, quia eccleſia non ſe impedit de laycis niſi ratione animæ, de animabus iudæorum non curat ex quo uolunt uenire ad fidem, ſi tamen contra legem delinquunt poſſunt puniri a papa uicario eius etiam indirecte, ut ſi eſſent infeſti Chriſtianę. Iudæi ſubiecti ſunt imperio & delinquentes puniri poſſunt etiam per iudicem ſecularem etiam dum ueniunt contra legem diuinam contrahendo matrimonium. Ab. de diuor. c. Gaudeamus.

Iudæi poſſunt mercimonia cum Chriſtianis habere, ſed eis interdicitur familiaritas, & nimia conuerſatio. Ab. de uſur. c. Poſt miſerabilem.

Iudæi in paraſceue non debent tenere feneſtras & oſtia aperta. Ab. de iude. c. Quia ſuper. In diebus dominicæ paſſionis non debent progredi in publicum nec in contumeliam creatoris proſilire, alioquin puniuntur. Ab. de iude. c. In nonnullis.

Iudæus qui percuſſit clericum temporaliter punitur, & ſi de facto puniri non poteſt ſibi interdicitur Chriſtianorum commercium donec ſatisfecerit iniuriam paſſo. Ab. de iude. c. Poſtulaſti.

Iudæus non poteſt habere ſeruum Chriſtianum ſiue ante ſiue poſt ſit Chriſtianus, uel etiam deſierit eſſe Chriſtianus. Ab. de iude. c. Præſenti. Iudæus emens ſeruum cauſa mercimonii qui deſiderat fieri Chriſtianus eſt factus datis duodecim ſolidos protinus ſubtrahitur ab eo. Si infra tres menſes ipſum uenalem non expoſuerit uel ad ſibi ſeruiendum emerit, nec ipſe uendere nec alius emere audeat nullo dato pretio reducitur ad libertatem. Abb. de iude. c. Nulli. Hi tres menſes incipiunt a uenditione & traditione ſerui non autem a petitione Chriſtianitatis, alias ſepe eſſet fraus. Solidi debent eſſe aurei. Ab. ubi ſuprà. Licet non poſſit habere Chriſtianum in ſeruum, poteſt tamen habere origenarium & aſchiptium. Ab. de iude. c. Multa.

Iudæi facti ſunt ſerui in morte Chriſti, ideo Chriſtiani qui eadem morte liberati non debent eis ſeruire. Item propter familiaritatem cum ſint eorum inimici. Ab. de iude. c. Et ſi iudæos. Poſſunt tamen Chriſtiani licite habere commercium licet non familiaritatem cum eis. Ab. ubi ſuprà. c. Poſtulaſti. Iudæis, ſaracenis uel paganis ſeruientes in domo debent excommunicari. Ab. de Iudæis. c. Iudæi. ſecundum. Indiſtinctæ prohibetur habitatio cum eis. Ab. ubi ſuprà.

In iudęorum familiari ſeruitio Chriſtiani eſſe non debent. Ab. de iude. c. Ad hæc. Chriſtiani non debent ſe exponere ſeruitio iudęorum, quo contrahant cum iudæo familiaritatem, ideo prohibetur hic aſſidua mora & ſeruitium in domo, & magis prohibetur ſimplicibus conuerſatio iudæorum

quam uiris litteratis, quia ſimplices facilius ſubuertuntur. Æquiparantur aſſiduum ſeruitium extra domum & ſeruitium in domo reſpectu cauſæ prohibitionis ſed ne ex familiaritate ſubuertantur & ne iudices ſuperiores & quilibet horum militat in ſeruitio quotidiano. Iſta intellige quando Chriſtianus uult ſeruire perſonæ iudæi ſecus ſi uellet in domo ſua ædificare. An poſſint nutrire pueros extra domum, opiniones, credo quod ſic quia alias petere poſſent. In eorum domibus non poteſt epiſcopus diſpenſare, quia non diſpenſat contra ius niſi tacite uel expreſſe permittatur, maxime quia iſta diſpenſatio tendit in dedecus fidei & commodum priuatum. Ab. de iudæis. c. Ad hæc.

Iudæi nutrices & ſeruitrices Chriſtianas habere non debent, contrarium facientibus interdicitur Chriſtianorum commercium. Abb. de iude. c. Et ſi iudæos. Hec conſtitutio non prohibet iudæos habere nutrices Chriſtianas niſi in domibus eorum, & quia faciunt prius imitare lac in latrinam. Ab. ubi ſuprà.

Iudæi ſinagogas antiquas retinere poſſunt nouas erigere non poſſunt. Abb. de iude. c. Iudæi. Si corruunt poſſunt de nouo illas ędificare in priſtinum ſtatum non ut ampliores fiant. Gloſ. ubi ſuprà. Veteres in priſtinum ſtatum reformare poſſunt non ampliores, nec præciſiores. Abb. de iude. cap. Conſuluit. Conſtantinus contulit libertatem eccleſiæ, & iudæos ſeruitute ſubiecit. Iulianus apoſtata dedit licentiam iudæis conſtruendi nouas ſinagogas. Glo. ubi ſuprà. c. Chriſtus. Poſt mortem ſuam ſubito iudęos ſeruituti ſubiecit, & eccleſiam erexit. Conſtantinus imperator exequutor fuit, ſi ſinagoga ex toto corruit non licet reædificare in loco ubi erat antiqua quia uidetur noua. Tollerantur iudæi, quia ſpes eſt conuerſionis. Ab. ubi ſuprà. c. Conſuluit.

Iudæi compelluntur reſtituere uſuras. Ab. de uſur. c. Poſt miſerabilem. Peccant iudæi exercendo uſuras in Chriſtianos, & compellendi ſunt ad reſtituendum uſuras. Ab. ubi ſuprà. c. Quanto.

Iudex dicitur quaſi ius dicens populo, uel quod de iure diſceptet, quod eſt juſte iudicare, Non eſt iudex niſi ſit in eo iuſtitia. Abb. de uerbo. ſignifi. cap. Forus.

Iudex eſſe non poteſt quis impedimento naturę ut ſurdus, mutus, perpetuo furioſus, impubes, quia diſcretione caret. Lege impeditur qui a ſenatu remouetur ratione infamiæ. Item moribus ut ſerui & feminę, qui non funguntur ſeruilibus officiis. Gloſ. de lega. c. Cum uigeſimum annum. Idoneus iudex debet habere quinque ſenſus. Glo. in princip. prohe. In iure tantum inuenitur de uiſu & auditu. Idem dicitur de notario. Abb. ubi ſuprà. Iudex eſſe non debet ſeruus manifeſtus. Si tempore ſentētiæ fuit occultus tenet ſententia, etiam ſi poſtea ſciatur, nec infamis, nec excommunicatus, ſuſpectus autē poteſt repelli. Illiterato niſi conſuetudinem habeat cauſarum non poteſt committi ut iudicet, nec ſi habet impedimentum non per petuum, ut infirmitas, ſurditas. De infamia dicit quidam tantum habere locum in iudice delegato, quia ordinarius remouetur tantum per excommunicationem. Glo. & Ab. de reſcrip. c. Sciſcitatus. In omnibus prædictis poteſt fieri exceptio. Ab. ubi ſuprà.

Iudex contra abſentem procedens ſupplet defectum illius ex officio, & ſi inuenit ſententiam iniuſtam debet illam infirmare. Abbas de appella. cap. Per tuas.

Iudex

Iudex de aduocato debet prouidere parti quando pars non poteſt habere, & poteſt dare domeſticum etiam ſi ſit iudex delegatus. Ab. de officio. iudi. c. Ex litteris. Sunt quædam perſonæ quibus iudex debet prouidere etiam ſi non petant ut ſunt pupilli, feminæ, debiles perſonę quæ non ſunt menti compotes qui propter potentiam aduerſarii non poſſunt aduocatum habere. Iudex pro prædictis poteſt compellere aduocatum ad aduocandum, & ſi pars eſt potens ad ſoluendum conſtituet ſalarium, ſi impotens tenetur iudici obedire ſine ſalario, & poteſt iudex compellere aduocatum ad patrocinandum gratis in hoc caſu. Ab. ubi ſuprà. Iudex poteſt allegare pro utraque parte, & dubia proceſſus aperire gratis in hoc caſu. Glo. de poſtula. c. Bonæ memorię. ſecundum. Item ſupplere defectum in ſibi notis ut iudici puta ne pars ignoret depoſita ſibi. Tertio facit in facto ſibi notorie noto. Quarto in exceptione quę reddit iudicium retro nullum. Quinto ubi uertitur periculum animarum, Sexto circa repulſionem teſtium niſi exceptio ſit talis, quę poſſit a parte remitti. Septimo in fauorem publicum cum procedit ex officio nobili. Octauo ad utilitatem eccleſiarum, uel miſerabilium, uiduarum, & pupillorum. Nono quando altera parte abſente allegatur cum proceditur contra abſentes in utilitatem eorum poteſt teſtes adducere. Decimo poteſt in omni cauſa, & caſu interrogare teſtes qui obſcure depoſuerunt, quando ſunt iam inducti teſtes. Vndecimo interrogare partes quantum ſibi uiſum fuerit. Duodecimo in his quę iudicantur in perſona iudicis poteſt ſemper ex officio ſupplere utraque parte petente ut examinare libellum, iuramentum preſtare, dilationem dare. Tertiodecimo abſente parte non ſupplet pro ea niſi altera parte petente. Quartodecimo in his quæ ordinantur in partes iudicii regulariter non ſupplet ut excipere, petere quia non debet aſſumere officium partis, & ſupplere ad commodum priuatum ubi bonum commune impeditur per priuatum debet tolli priuatum. Abb. de poſtula. c. Bonæ memorię. Si ſcit aliquem excommunicatum publice debet illum repellere ab agendo etiam ſi non excipiatur ab aduerſario. Glo. ubi ſuprà.

Iudex quando uult, quod non poteſt, uel poteſt quod non uult, ſi agit, an agat id quod poteſt. Abbas de officio & poteſtate iudicis delega. c. Cum ſuper. Vide delega.

Agi poteſt contra iudicem iniquæ ſententiæ ad intereſſe ſiue appellatum fuerit ſiue non ſidem, dic de arbitro. Ab. in rubri. de appella. Si elegit opinionem quam multi ſequuntur licet non ſit bona quando poteſt, uel non poteſt iudicari. Ab. de ſen. & re iudi. c. Sententiam.

Iudex in arbitrariis excedit modum imponendi pœnam. ſi imponit ordinariam, uel maiorem quia datur arbitrium ut moderetur non ut augeat, uel puniat quantum ordinarie puniretur, ideo ſi crimen non impedit executionem ordinis nec retentionem beneficii non debet iudex priuare clericum officio & beneficio, ſed beneficio translato etiam eſt iudex ſi mandat pœnam conſuetam imponi tali delicto. Arbitrium iudicis reſtringitur ex conſuetudine. Ab. de accuſa. c. Inquiſitionis. In commiſſis arbitrio ſuo debet ſeruare ęqualitatem. Ab. ubi ſuprà. c. Licet in beato.

Iudex articuli ut ſe informet & referat poteſt citare partes ut coram eo compareat, ad quem fit remiſsio, cum hoc poteſt iudex ergo & iſte ne cauſa remançat ſine termino. Item commiſſo principali commiſſa uidentur comitantia & acceſſoria ad cauſam. Ab. de accuſa. c. Prælatorum.

Iudex poteſt aſſeſſorem eligere, quem uoluerit etiam inuitos partibus, quæ etiam tenentur illi de ſalario. Ab. de off. & pot. iud. delegato. c. Super quæſtione. §. Verum.

Iudex ne auctoritas eius uileſcat debet laborare, & debet illam augere. Ab. de accuſa. c. Qualiter & quando. Iudex honorari debet alias euaneſcet eius auctoritas & conari debet quantum poteſt ne contemnatur a ſubditis, ideo euitare debet eorum familiaritatem, & augere dignitatem ſuam. Abb. de pœnis. c. Dilectus.

Iudex citare non tenetur in notoriis nec ſententiam ferre in ſcriptis, ſed ſufficit præceptum ad executionem ſi notorium aliis & non ſibi, & eſt notoreitas fundamentum ſuæ iuriſdictionis non tenet proceſſus qui in notoriis ſufficit ſi non erat fundamentum ſed ſolum præſtabat facultatem reſpectu ordinis iudiciarii ualet proceſſus. Cautela eſt ut prius pronunciet etiam notorium & ſic etiam ſi non ſit notorium ualet proceſſus. Abb. de iur. iuran. cap. Ad noſtram.

Iudex non debet uelle uideri clementior lege. Abb. de ſenten. & re iudi. cap. Iurgantium.

Iudex cui committitur articulus ut inſtruat ſuperiorem poteſt partibus conſtituere terminum ita quod coram delegante compareant etiam ſi in commiſſione hoc non dicatur. Abbas de ſenten. & re iudi. cap. Cum Bertoldus.

Iudex cui committitur cauſa intelligitur committi tantum de iure tam communi quam ſpeciali, hic iudicabit ſecundum priuilegia conſuetudines & alia iura ſpecialia etiam iuri communi contraria. Abb. ut litis penden. cap. A memoria.

Iudex non tenetur ſequi conſilium ſapientum, ſed poteſt ſequi ſimpliciter iudicium ſuum, immo poteſt & leges interpretari quo ad decidendum cauſam ſuam. Item poteſt iudicare contra communem opinionem doctorum ſi illa opinio communis ſit notoriæ falſa, uel poſſit conuinci pluribus rationibus. Ab. de appella. c. Vt debitus.

Iudex ſi uult conſulere ſuperiores eo quod dubitet de iure debet copiam conſultationis partibus edere, alias uerbis conſultantis fides non adhibebitur. Abb. de appella. c. Intimaſti. Copiam debet dare per manum notarii uel duorum uirorum, uel roborata ſigillo autentico ut nihil poſſit immutari, unde punctus eſt formandus de conſenſu partium. ſi conſentiunt omnes, uel non contradicunt conſultationi formatę per iudicem, non poſſunt amplius contradicere. Si ſit relatio parte contradicente non facit fidem niſi aliter probetur in actis. Idem dic ſi pars eſt abſens per contumacia, uel ſi non fuit facta relatio. Si partes non concordant in formatione puncti. Iudex compellit ad concordiam ſi noluerint poteſt interloqui factum ſic ſe habere prout ipſe format, & niſi appelletur ſtabitur interloquutorie. Si iudex de conſultatione fienda pronunciat, non poſſunt partes appellare. ſi in ea formanda, non exprimit uerum poteſt appellare. A reſponſione principis non poteſt appellare, a diffinitiua quam iudex profert ſecundum reſponſionem principis poteſt appellare. Ab. ubi ſupra. c. Intimaſti.

Iudicem ſi quis conſtituat ſubmittendo ſe ei, & ille acceptet non poteſt poſt pœnitere, non tamen poteſt quis aliquem conſtituere ſibi iudicem alias iuriſdictionem non habentem. Abbas de foro competen. cap. Significaſti.

Iudex

Iudex ratione contractus. Vide Conueniri poteſt ratione contractus. Iudex delicti. Iuriſdictionem dat delictum.

Iudex propter contumaciam rei poteſt rem petitam ſequeſtrare, & contumacem condemnare in expenſis quas propter contumaciam illius, uel exceptionem doloſam actor fecit. Abb. de dolo. & contuma. c. Ex litteris. Iudex poteſt contumaci gratiam facere puta expectare in alium diem niſi alteri ſit ius acquiſitum, puta quia appellatio eſt deſerta. Ab. de appella. c. Sæpe contingit.

Iudex debet credere peritis in arte, & illis debet præſtare iuramentum non quod ſit ſed quid credunt dicant. Ab. de frigid. & maleſi.c. Fraternitatis. Vbi eſt probabile dubium quod iure non poſſit decidi, debet iudex ſumere peritos uere in arte & ſecundum eorum depoſitiones ſententiaie & debent eſſe plures. Circa hoc ponuntur duæ quæſtiones. Ab. de homici.c.Significaſti. Vide Iudex deponit.

Iudex in quem partes compromittunt poteſt utraque auctoritate procedere uidelicet ut iudex, & ut arbitrator: ſi excedit metam iuris in pronunciando: attribuitur arbitratorie poteſtati, & ſi procedit iuridice, iudiciariæ poteſtati, Vnde actus geſtus ab habente duplicem poteſtatem præſumitur geſtus in dubio a poteſtate ſecundum quam actus tollerari poteſt. Ab. de præben. c.Niſi eſſet.

Iudex nullus poteſt compellere partes ad compoſitionem & concordiam. Ab. de elec. c. Cum inter. Si cauſa eſt ciuilis nec princeps ordinaria poteſtate nec iudex poteſt compellere ad compoſitionem, ſi tamen lis non poteſt de facili decidi ab eo credo quod iudex poſſit. Abb. de maio. & obe. c. Humilis. Iudex nullus poteſt compellere partes ad pacem & treguam in cauſis ciuilibus in criminalibus niſi ſit adeo longa & intricata quod de facili non poſſit extirpari. Idem poteſt arbiter ſuper pacifico ſtatu ciuitatis. Abb. in rubri. de pace & treg. Sed nec papa poteſt compellere partes ad componendum, poteſt tamen ſi res ſuper qua litigatur eſſet in libera eius diſpoſitione & hoc ex plenitudine poteſtatis. Inferior papa non poteſt niſi lis eſſet adeo intricata, quod non poſſet de facili expediri. Ab. de pact. cap. Cum pridem. & tranſactio. c. Ex parte. Vide Papa.

Iudex omnis poteſt committere aliquem articulum ſaltem non iuriſdictionalem cauſę ſibi commiſſæ. Abb. de off. & pot. iud. delega. c.Super quæſtionem. Poteſt tamen deputatus ad aliquem articulum ſine iuriſdictione recuſari pro parte quando eſt ſuſpectus & ex actu ſuo poteſt grauare partem, ut quando committitur nuda examinatio teſtium uel quis datur ad arbitrandum exceſſus qui in prędictis poteſt lædere partem occulte. Si deputetur merus exequutor ad exequendum inter diſcuſſa & deciſa per ſuperiorem, tunc prætextu ſuſpitionis non poteſt accuſari, puta ſi deputetur ad denunciandum aliquem excommunicatum, uel ad citandum uel quid ſimile. Vnde ſubdelegatus ad cauſam particularem nullum actum iuriſdictionalem committere poteſt, unde non poteſt examinationem teſtium committere niſi ſine iuriſdictione, puta quia ipſe iudex prius approbat perſonas teſtium, & examinat interrogatoria, & capitula, & tunc committit nudum miniſterium. unde ſi fieret die feriata teneret, non autem poteſt committere niſi prędicta prę cedant quia committeret iuriſdictionem quam non poteſt committere. Ab. ubi ſuprà.

Iudex condemnans quando poteſt ferre ſententiam in dominum, & quando in procura-

procuratorem. Gloſ. & Abb. de elec. cap. Quærelam.

Iudex an conueniri poſſit pro delicto durante officio, qui habet dignitatem ſine adminiſtratione poteſt ut ſunt comites palatini, qui ſepe poſſunt conueniri. Si delinquunt extra officium, & ſunt iudices inferiores habentes ſimplicem iuriſdictionem poſſunt conueniri. ſi iudices maiores perpetui ſimiliter poſſunt, ſi temporales non poſſunt regulariter conueniri durante officio, compelluntur tamen pręſtare cautionem de reſpondendo depoſito officio. Ab. de maio. & obedien. c. Legebatur.

Iudex poteſt dari ad petitionem partis, & quando. Abb. de reſcrip. c. Ceterum. Non poteſt iudex dari contra mortuum. Abb. ubi ſuprà. c. Significauit nobis. Iudex quot modis incedit quómodo contra delegatum impéditum uel ordinarium poteſt excipi. Si impeditus reſtituatur, iuriſdictionem habet, ſi impedimentum erat occultum, & poſt ſententiam detegitur an retractum ſit a ſententia. Iudex cui fit commiſſio an poſſit ſe excuſare prætextu ſuæ infamiæ. Ab. de reſcrip. c. Suſcitatus.

Iudex poteſt ſe offerre ad defenſionem cauſæ ſi uult etiam non uocatus quando proceſsit ad inſtantiam partis. Ab. de reſcrip. c. Dilectus filius.

Iudex deponit ut teſtis coram aliis iudicibus de geſtis coram ſe. Ab. de exceſ. præla. c. Inter dilectos. Deponere poteſt ſuper geſtis coram ſe, & ei creditur depoſito officio creditur & actis contra partem, uel deponentem, licet pars uel deponens dicat ſe aliter dixiſſe. In officio exiſtens non poteſt eſſe teſtis. Ab. de accuſa. c. Cum dilecti.

Iudex definit eſſe iudex quando cauſa remittitur ad ſuperiorem. Si tamen ſit ordinarius poteſt eam reaſſumere de conſenſu partium niſi cauſa ſit præſentata principi, quia illudetur ſuperior. Abbas de off. & poteſt. iud. deleg. c. Licet undique.

Iudex dilationes datas a legē quando poteſt breuiare uel elongare. Abbas de appella. cap. Cum Romana. Dilationem datam de conſenſu partium, non reuocat parte inuita niſi ex magna cauſa, ſi eſt data non de conſenſu partium poteſt reuocare. Ab. de appella. c. Significauit.

Iudex poteſt dimidiare rem quando probationes ſunt ęquales, non tamen debet ad hoc eſſe facilis, hæc eſt ſententia ruſticorum. Abb. de præſump. cap. Afferte.

Iudex domicilii ſi reus inuenitur in loco domicilii poteſt in eum exercere iuriſdictionem omnimodā, & poteſt conueniri de omnibus contractibus alibi geſtis, & de re ſita alibi, & de criminibus alibi commiſsis. Hic forus eſt ordinarius & ad omnia generalis. Si ſtatutum loci delicti imponit pœnam ipſo facto punietur ſecundum illud, ſi pœna uenit imponenda per iudicem ſi per legē loci delicti magis aggrauatur pœna, uel iudicatur delictum quod non erat puniendum ſecundum eam. Si neutrum horum eſt, poteſt punire eum ſecundum legem ſuam. Si eſt abſens poteſt citari per iudicem domicilii quo ad omnes effectus. & licet plures teneant quod extra territorium non poſsit excommunicari, tamen oppoſitum eſt uerum. Nec uiolatur territorium alterius quia hoc uinculum iniicitur animæ inuiſibiliter ſine uiolatione territorii. Ab. de foro competen. c. Licet.

Iudex admittens exceptionem quam non debet admittere ſi exceptiones de ſui natura non concludatur non tenetur iudex ſecundum eas iudicare, ſi autem concludunt licet a principio non deberent admitti, tenetur ſecundum eos iudicare, puta quando tempore in competenti producuntur exceptiones.

nes. Abb. de officio & poteſt. iud. delega. cap. Cum contingat.

Iudex deputatus ſuper exequutionem ſententiæ fraudis, uel nullitatis ſententiæ admittit exceptionem non ut ſuper ea pronunciet, ſed ut negocium ad ſuperiorem tranſmittat ſi exceptionem probabilem inuenerit. Ab. de ſenten & re iudi. cap. De cetero. Qui iudex poteſt uel non poteſt ſententiam exequutioni mandare. Abbas de foro competen. cap. Si quis. Iudex quando alterius poteſt ſententiam executioni mandare. Abbas ubi ſuprà. c. Poſtulaſti.

Iudex non condemnans reum in expenſis ſi petitæ fuerunt tenetur ad reſtitutionem de ſuo. Glo. de reſcrip. c. Nonnulli. Non habet locum quando expenſæ non fuerunt petitæ, quia iudex non tenetur officium impartiri non poſtulanti. Contra iſtos iudices ſi petitæ ſunt expenſæ poteſt appellari & ipſi poſſunt conueniri coram ordinario. Non poteſt appellare a iudice ſi non fecit quod potuit ex officio, ſed debet imputari non petenti. Abbas ubi ſuprà. Qui pronunciat reſcriptum ſibi directum eſſe nullum, poteſt per totam illam diem etiam poſt pronunciationem in expenſis & damnis datis. Ab. ubi ſuprà. c. Quia nonnulli. Sententia condemnatoria expenſarum lata contra abſentem ex probabili cauſa per nuncium excuſata legitime eſt nulla. Ab. de procura. c. Querela. Iudex quando poteſt in expenſis futuris condemnare. Ab. ubi ſuprà. c. Auditis. Poteſt taxationem expenſarum ſibi reſeruare quando cum diffinitiua condemnatur in expenſis in generali. Ab. de ſequeſtra. poſſeſ. c. Ad hæc. Poteſt etiam condemnare in expenſis poſt diffinitiuam per totam diem illam poſt interloquutoriam poteſt. Ab. de appella. c. Sepe contingit. Poteſt etiam condemnare partem in expenſis prius quam ſuper principali pronunciet in ſententia, licet ſeruetur oppoſitum. Ab. de priuileg. c. Cum olim.

Iudex non procedit contra infamem ſibi notum ut priuata perſona, ſed oportet probetur in iudicio, ſecus in aliis notoriis ſibi. Abb. de ſponſa. cap. Cum in tua.

Iudex contra delinquentem poteſt procedere ut caueat ne in futurum ſimile delictum committat, & erit iſta cautio fideiuſſoria, uel pignorantia pœna appoſita. Qui me offendit poteſt cogi & diſtringi ad præſtandum cautionem ne me offendat in futurum. Ab. de ſen. exco. c. Grauem.

Iudex non debet incipere ab excommunicatione ſed a ſuſpenſione & interdicto uenire ad excommunicationem qua nulla pœna eſt maior in eccleſia & ex frequentia contemnitur. Vbi multi ſunt illaqueati non debent omnes ſuſpendere, interdicere, uel excommunicare, ſed debet incipere a principalioribus nec tenetur iudex illum abſoluere ſi non ſe corrigit. Ab. de cohabita. cleri. c. Clericos.

Iudex incompetens. Si partes litigantes coram eo ſciebant eum incompetentem & poterant iuriſdictionem eius prorogare, non poſſunt contrauenire ſententiæ, ſi ignorabant poſſunt contrauenire. Si poſt ſententiam latam ipſi approbauerunt, tacite uidentur contrahere, & paciſci, & ſicut pactum tenet, ſecus ſi non approbauerunt. Abb. de foro competen. cap. Significaſti.

Si iniuriam paſſus abſoluit eum qui intulit, iudex tamen debet procedere in quantum tangit ius rei publicæ quod pars dimittere non poteſt. Ab. de iur. iuran. c. Veniens. Iudex etiam poteſt ulciſci iniuriam ſibi notorie illatam. Ab. de appella. c. Nouit ille.

Iudex

Iudex ſi iniuſte procedit extraiudicialiter non poteſt amplius in illum procedere etiam iudicialiter, ſimiliter ſi aſſumit defenſionem ſuper ſua iuriſdictione. Abb. de reſtitu. ſpolia. c. Conquerente. Iudex faciens contra iuſtitiam eſt ſuſpenſus. Ab. de priuileg. c. Dilecto.

Iudici qui iniuriatur per ſuperioris arbitrium debet puniri. Abbas de pœn. c. Dilectus. Ordinarius ubi iniuria eſt notoria & pœna taxata poteſt eum qui ſibi iniuriam dixit punire. Si non eſt notoria & tangitur principaliter perſona iudicis, non poteſt ipſe punire ne ſit iudex in facto proprio. Si tangit principaliter dignitatem poteſt punire, ſed quia conſequenter tangit perſonam poteſt recuſari ut ſuſpectus. Ordinarius punire poteſt aduocatos, procuratores, notarios & conſimiles excedentes in officiis. Delegatus poteſt procedere contra impedientes iuriſdictionem ſuam, ſi iniuria lata non impedit iuriſdictionem debet per ſuperiorem eius puniri. Idem cum quis temere contradicit iudici ut cum dicit, mentiris, uel nihil ſcis. Ab. de pœn. c. Dilectus.

Iudex non debet inquirere niſi præcedat infamia. Intelligitur de promoto ut puniatur. De promouendo debet inquirere etiam non præcedente infamia, ſed non oportet quod teſtes ſint iurati nec quod fiat ſolennis inquiſitio, nec de crimine ſpeciali ſed in generali. Abb. de poſtula. cap. Ad hæc. Non debet inquirere contra infamatum. Abb. de electio. cap. Cum uobis olim. Iudex inquirens non præcedente infamia abſoluto reo tenetur ad expenſas. Ab. de dolo. & contuma. c. Cum dilecti.

Iudex raro inquirit contra prælatum quin inquirat contra eccleſiam eius totam, quia ex mala uita prælati inſurgit præſumptio contra totam eccleſiam quæ eam tollerauit. Ab. de elec. c. Per inquiſitionem.

Iudex iudicare tenetur ſecundum allegata & probata etiam ſi ut priuata perſona iudicat contra conſcientiam. Glo. de officio & poteſtate iudicis deleg. cap. Paſtoralis. Vnde non iudicat ſecundum conſcientiam quam habet ut Deus uel homo, nec poteſt quia iurare debet quod iudicabit ſecundum leges. Abb. de iure iuran. cap. Venientes. Quando autem poteſt ſecundum proprium ſenſum iudicare & quomodo intelligatur. Ab. de conſtitu. cap. Canonum.

Iudex iudicare poteſt de eo quod eſt ſibi notorium etiam non probatum in actis nec allegatum quod notorium allegari poteſt. Poſt concluſionem, ſi tamen ſit notorium facti permanentis quod non indiget probatione & ſufficit quod allegetur, ſecus in notorio iuris, uel actus tranſeuntis. Appellatione notorii, uenit tantum notorium facti. Abbas de elec. cap. Dudum.

Iudex poteſt iudicare ſecundum id quod eſt ſibi notum notorie ſine probatione alia ſecus ſi ſit notum ſibi ut priuato. Abb. de iudi. c. Dilecti filii. Ex officio ſupplet in publice notis ne poſſit iudicare de eo quod eſt notum ſibi & poteſt inhabilem repellere etiam ſi non repellatur a parte etiam ſi pars ex culpa ſua non poteſt excipere. Ab. de excep. c. Exceptionem. In notoriis etiam in facto proprio poteſt procedere quando pœna eſt determinata a lege quia eſt potius exequutor legis quam iudex ſecus ſi committitur arbitrio iudicis. Ab. de appella. c. Propoſuiſti.

Iudex non debet iudicare die ultima ſuæ iuriſdictionis, ſi tamen iudicat ualet ſententia. Intelligitur quando ſucceſſor eſt præſens. Item in ordinario non autem in delegato. Ab. de iure iuran. c. Si Chriſtus.

Iudex qui non eſt inſtructus, & qui non poteſt inſtrui de re probanda quia in expertus, uel honeſtas non patitur debet recurrere ad iudicem peritum in illa arte, & ſecundum eius teſtimonium iudicare. Peritis in arte, ſua iuramento creditur. An ſufficiat iudicium unius periti. Eligentur periti a partibus in facto dependentiæ a plena facultate partium, alias ex officio eliget iudex. Et licet poſt ſententiam appareant peritiores non tamen ſententia retractabitur de rigore iuris nec de æquitate, ſecus ſi ſententia ſit lata ad partis iuramentum quia non eſt plena probatio. Ab. de proba. c. Propoſuiſti. Quando cauſa decidenda eſt per iudicem peritum ita quod teſtes non poſſunt deponere niſi de credulitate ſecundum peritiam artis poſſunt teſtes peritiores non obſtante publicatione priorum recipi immo ad hoc debent compelli contra eam pro quo iurauit licet contra alium ſi producantur teſtes poſſunt repelli niſi poſt iuramentum. Abb. de teſti. & atteſt. c. Intimauit.

Iudex ſi ignorat fundamentum ſuæ iuriſdictionis etiam ſi habeat illam non ualet proceſſus, ualet tamen ſententia ubi iudex ignoret ſuam iuriſdictionem prorogatam. Ab. de iureiuran. c. Ad noſtram.

Iudex cognoſcit an iuriſdictio ſit ſua parte negante quando procedit ex officio ſuo. Ab. de appella. c. Solicitudinem.

Iudex ſi ſcit ſe non habere iuriſdictionem uel quod de facili ſit elidibilis eius proceſſus non ualet contra abſentem etiam contumacem qui tamen ualet in quantum punit contumaciam ſi ignorat. Ab. de appel. c. Si duobus.

Iudex poteſt habere iuriſdictionem ordinariam & delegatam ſimul & utraque auctoritate procedere & tunc appellatio erit ad papam propter delegatam. Si habet tantum unam & credit ſe habere aliam quam eligit non ualet proceſſus quia errat in eo quod neceſſario requiritur ad exercitium iuriſdictionis, & ualiditas omnis actus dependet a uoluntate & iuriſdictione & altero deficiente non poteſt ſolide explicari. In caſu in ordinaria deficit uoluntas, in delegata poteſtas. Si iudex errat in ſenſu legis indulgentiæ uel priuilegii tenet ſententia. Si habens iuriſdictionem delegatam & ordinariam procedit ſimpliciter ſi citando non exprimat quam habet poteſtatem non tenetur citatus comparere ſi tamen comparet uidetur elegiſſe poteſtatem quam habuit. Dignitas ſæpe exprimitur ad demonſtrandum perſonam. Si habenti iuriſdictionem ſit delegatio inutiliter partes ſcientes litigant coram illo, qui ſi proceſſit ut delegatus non ualet proceſſus, ſi ut ordinarius ualet, quia eius iuriſdictio prorogabilis eſt. Si in principio delegationis delegans carebat iuriſdictione & poſt eſt eam adeptus ſi iuriſdictio delegantis cauſa incerta erat uel radicata licet non haberet exercitium puta quia iam electus erat confirmatus delegatio ſuperueniente iuriſdictione, ſecus ſi non erat radicata tempore delegationis, quia non ualet proceſſus. Si antequam ſuperueniat iuriſdictio delegantis exercuit actum ſubſtantialem iudici non poteſt conualidari proceſſus etiam quo ad alia. Si nihil de ſubſtantialibus & iuriſdictio uenit ex cauſa de præterito confirmatur. Si ex cauſa de præſenti orta poſt delegationem non ualet niſi forte delegans approbet. Ab. de præſump. c. Cum ex.

Iudex poteſt leges interpretari & canones quo ad cauſam uertentem coram ſe. Ab. de feriis. c. Capellanus.

Iudex debet prouidere quod partes ſint in loco ſecuro. Abb. de procura. c. Accedens. Locus excuſari poteſt non ſolum propter inimicitias proprias, ſed

ſed etiam propter inimicitias ciuitatis ſuæ. Ab. de off. & pot. iud. delega. c. Cum ſecundum cano.

Iudex in cauſa matrimoniali debet habere poteſtatem & non ignorare canones. Si non habet poteſtatem non tenet ſententia, ſi non habet ſcientiam peccat, & tenet ſententia, debet ergo peritiori cauſam delegare uel partes conſulere. Abb. de conſangui. & affini. c. Ex litteris. Adiri poteſt iudex ſecularis ut compellat ſponſum ad contrahendum de præſenti ubi non uertitur in dubium de ueritate ſponſaliorum. Item ut cogat ad obſeruantiam iuramenti. Ab. de ſponſa. c. Ex litteris ſecundum. Siue uxor detineatur in uita, ſiue uolens poteſt adire iudicem eccleſiaſticum, uel ſecularem ex quo non contenditur de ſubſtantia uinculi matrimonialis, & eorum quilibet eſt iudex competens. Item poteſt maritus uxorem ſibi uendicare, & econtra adducta cauſa de iure canonico uel diuino. Abbas de ſponſa. cap Non eſt.

Iudex in cauſa matrimoniali poteſt eſſe laycus. Vide ſuprà immediate.

Iudex poteſt mulctare etiam non petente parte, immo parti nulla cõpetit actio reſpectu mulctæ. Abb. de iudi. c. De quo uult Deus. Poteſt in primo præcepto ponere mulctam & pœnam excommunicationis ex cauſa rationabili. Ab. de teſti. cogen. c. Cum ſuper.

Iudex debet habere notarium, uel duos qui ſcribant acta iudicialia qui ſint idonei, ſi quid emerſerit difficultatis per ſuperiorem punietur, nec creditur ei ſuper proceſſu, niſi inquantum peracta, uel alias per legitima documenta conſtabit. Abbas de proba. cap. Quoniam contra. Non creditur ei niſi in leuibus & arbitris quando partes concedunt quod procedant ſine ſcriptis. Ab. ubi ſuprà.

Iudex in notoriis licet non teneatur recipere probationem, poteſt tamen ſeruare iudiciarium ordinem ſi uult, ſed aduerſarius non tenetur probare, quo non contradicente tenet proceſſus. In notoriis non exigitur examinatio nec citatio ſi ſit adeo notorium quod parti abſenti nulla debeatur defenſio. Vbi non eſt ſic notorium ſine citatione proceſſus & ſententia ſunt nulla. Si delictum ſit notorium & perſona occulta quæ deliquit poteſt iudex ſine citatione inquirere in generali, ſed non contra certam perſonam, & ſi qui inueniantur in illa inquiſitione generali debet poſt procedere ſpecialiter contra ſic nominatos, quia proceſſus factus in generali non probat in ſpeciali, quia pars non fuit citata, nec uidit iurare teſtes, & ſimilia. Hodie hoc totus mundus ſeruat. Si notoriis iudex ſeruauit ordinem iuris & in aliquo deliquit non propter hoc irritatur totus proceſſus quia non tenebatur. Abbas de elec. cap. Bonę memoriæ. Vide Iudex citare. In actibus notorie iuſtis procedit extraiudicialiter, ſi ergo quis notoriȩ tenet eccleſiam iniuſte, non oportet quod epiſcopus eum uocet in iudicio, ſed poteſt eum expoliare de facto ſicut de facto ſe intruſit. Ab. de iure patrona. cap. Quia clerici.

Iudex officium ſuum impartiri non tenetur ad utilitatem priuatam niſi poſtulatus. Ab. de reſcrip. c. Quia nonnulli.

Iudex ſequens opinionem communem legis etiam ſi erret ſiue in iudicio ſiue extra immunis eſt a pœna. Sequens opinionem ſui magiſtri debet excuſari a condemnatione expenſarum, quem magiſtrum debet defendere quantum poteſt. Abb. de poſtula. c. Ad hoc in beato. Sequens opinionem communem ſi errat excuſatur, non autem ſequendo ſingularem opinionem. Si

tamen

tamen opinio communis eſt notoriæ falſa, uel poteſt conuinci apertiſſimis rationibus, licite iudex ſequitur opinionem ſingularem ſpernendo communem. Ab. de ſponſa. c. Ex litteris.

Iudex cum datur ei optio imponendi diuerſas pœnas, illam imponere debet quæ magis timetur. & licet a principio poſſit eligere unam, poſt poteſt procedere ad alias ſi hoc meruerit proteruitas contumaciæ. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Quærenti.

Iudex pœnam imponit ſecundum modum proceſſus. ſi procedit per accuſationem imponitur pœna debita accuſato conuicto, ſi per inquiſitionem minor, ſi nullomodo agendi præcedente inducit purgationem in ea deficiens minus ſumitur & arbitrarie, propter tamen grauitatem criminis quandoque ſuſpendit quandoque priuat beneficiis. Abb. de purgatio. cano. cap. Cum dilectus.

Iudex poteſt pœnam dimittere ex amicitia. Glo. de off. & pot. iud. delega. c. Niſi ſpecialis. Si tamen amicitia ſit fundata in uirtutibus, & pœna ſit applicanda iudici & quando poteſt imponere arbitrio ſuo, & etiam poteſt remittere ſine graui præiudicio alterius non autem pœnam iam impoſitam. Si eſt intereſſe ſolius fiſci, illam poteſt remittere princeps etiam ſine cauſa. Si uertitur intereſſe alterius tunc poteſt princeps ex cauſa tantum, & ſemper pręſumitur moueri ex iuſta cauſa. Si ipſo iure imponitur non poteſt remittere niſi ex cognitione cauſę. Si uenit imponenda per iudicem a principe moderari poteſt etiam ſi ſit ſtatuaria, & tenet remiſſio etiam ſine legitima cauſa, licet iudex malefaciat qui etiam poteſt puniri. Poſt ſententiam non poteſt dimittere taxatam, nec quando condemnauit de delicto. poteſt tamen remittere pœnam qua uenit immediate ipſo iure puniendus, niſi iudex diſpenſare poſſit de delicto. Abbas ubi ſuprà. capitulo Niſi ſpecialis.

Iudex ex gratia poteſt pœnam remittere contumaci & delinquenti. Gloſ. de poſtula. cap. Ad hoc in beato. Vbi pœna poſita eſt a iure, uel ſtatuto, iudex ab eo non recedit, ubi non eſt appoſita eſt arbitraria. Ab. de off. & pot. iud. delega. c. De cauſis. §. Certum. Iudex habet poteſtatem parcendi contumaci & expectare eum uſque in ſequentem diem, nec poteſt aduerſarius contradicere, quia utitur poteſtate ſua, non tamen poteſt expectare poſt terminum ultra duos dies. Ab. ubi ſuprà. c. Conſuluit. Non tamen poteſt remittere expenſas. Glo. ubi ſuprà.

Iudex non debet imponere omnem pœnam iuris ſi ſubeſt cauſa, puta quia multitudo delinquit quæ ſine ſcandalo plecti non poteſt. Item poteſt moderari pœna ſtatuti. Vbi iura non ſunt expreſſa debet inclinari in mitiorem partem, & imponere pœnam habito reſpectu ad perſonas, cauſas, loca, & tempora, & æquitatem ſeruare. Quando nec ius nec æquitas ſunt ſcripta, debet ſeruare ęquitatem, quando alterum tantum eſt ſcriptum illud eſt ſeruandum. In omnibus relictis arbitrio iudicis debet ſeruare ęquitatem ſi unum ſcriptum eſt in genere aliud in ſpecie ſeruandum eſt quod in ſpecie ſcriptum, ſi utrunque in genere aut in ſpecie æquitas præferenda eſt ſemper quia fauorabilior. Iura non admittunt compoſitionem nec diſpenſationem in crimine publico quia quantumcunque compoſita iudex punire debet. Secundo in aliis ciuilibus, & criminalibus ubi ex compoſitione, uel diſpenſatione quis incurrit peccatum mortale, uel remanet in eo. Tertio in iure pręceptiuo præceptorio, quia eius tranſgreſſio inducit mortale.

Quarto

Quarto in his quæ determinantur iure naturali uel diuino. Ab. de tranſa- lu&tio. c. Ex parte.

dicis auctoritate omnia præſumuntur rite, & recte geſta poſtquam ſententia tranſijt in rem iudicatam. Ab. de electio. c. Bonæ memoriæ. Semper pro iudice præſumitur donec contra ipſum aliquid legitime probetur. Ab. de renunciatio. cap. In noſtra præſentia. Si ſententia diceretur eſſe nulla, uel quod lis non fuit conteſtata, uel non ſeruatur ordo probaretur ex proceſſu. Gloſ. ubi ſuprà. capitulo Bonæ. Pro iudice præſumitur quando procedit iudicialiter, ſecus ſi procedit extraiudicialiter in actu qui ſolet iudicialiter exerceri. Abbas de reſtitutio. ſpoliato. capitulo Conquerente.

Iudex habet ſex modos procedendi. Primo in notoriis procedit puniendo. Secundo per accuſationem. Tertio per denunciationem. Quarto per inquiſitionem. Quinto per exceptionem. Sexto per uiam actionis, quæ impropriè dicitur accuſatio. In qualibet harum ſecundum formam iudicii debet ſequi ſententiam, & fatuus eſt qui condemnat in alio quam fuerit petitum. Si proceſſum per inquiſitionem debet iudex imponere pœnam ordinariam, ſi per denunciationem tantum debet compellere ad pœnitentiam. Ab. de accuſa. c. Qualiter & quando ſecundum.

Iudex non poteſt procedere nec cognoſcere de cauſa. Primo ſi exceptio poſita contra illum ſigillum infamia, uel defectu, uel crimine. Secundo quando exceptio excludit illum a principali, ut quia furioſus minor ætate, uel quia mulier, uel alium patitur defectum naturæ. Tertio quando opponitur de principali fundamento iuriſdictionis, ut quia non eſt epiſcopus, uel habet affectionem ad cauſam puta quia eſt cauſa propria. Quarto cum agitur de nudo iuriſdictionis exercitio, puta, citatus dicit ſe exemptum & iudex negat. Quinto quando notorium eſt ipſum non eſſe iudicem, uel ſaltem ipſe ſic. Sexto quando iudex ſe ingerit ita quod iuriſdictionem contendit ac ſi eſſet pars. Extra prædictos caſus cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio. Caſus in quibus dubitatur ſunt tres, quando excipitur locus delicti. Secundo quando iudex eſt habiturus commodum ſportularum. Tertio quando reſcriptum dicitur falſum. Abbas de reſcrip. cap. Super litteris.

Iudex non poteſt pronunciare proceſſum nullum abſente parte. Abb. de reſcrip. c. Cauſa quæ.

Iudex qui promiſit non declinare, penitere non poteſt. Ab. de iudi. c. De quo uult Deus. Niſi oriatur noua cauſa, uel antiqua prius manifeſtetur & reſpectu iam habentis iuriſdictionem. Quid operetur nuda promiſſio quod non declinabit iudicium eius. Quid etiam operetur iuramentum opiniones. Ab. ubi ſuprà.

Iudex debet punire reum in eo in quo deliquit quantum poteſt. Abb. de off. & poteſt. iud. delega. c. Cum olim ſecundum. Miniſter mitius agit cum confeſſo quam cum conuicto. Intelligitur ſi a principio, & ſponte confeſſus & non metu probationis. Ab. de elec. c. Per inquiſitionem. Poteſt punire ſi crimen probatur contra aliquem eo aſſumente defenſionem, licet ad hoc non ageretur ſecus ſi non aſſumpſiſſet defenſionem. Ab. de fideiuſſio. c. Peruenit.

Iudices duo quando poſſunt punire eundem pro eodem delicto. Ab. de offi. & pot. iud. delega. c. De cauſis. Vide Statutum. Iudex eccleſiaſticus, &

ſecularis

ſecularis ad eũdem blaſphemum puniendum concurrunt, & pœnà impoſita per unum non impedit imponendam per alium. An etiam ſic ſit in aliis delictis mixti fori. Ab. de maledi. c. Statuimus.

Iudex recuſari poteſt, ſi eſt dominus aduerſarii. Ab. de off. & poteſt. iud. delega. c. Cauſam quæ inter. Idem ſi ſit uaſallus impetrantis. Item ſi conſanguineus, uel aduocatus in cauſa eadem extiterit. Idem uidetur ſi habet conſimilem cauſam. Verſus. Quattuor iſta timor, odium, dilectio, ſenſus. Semper ſolent hominum rectos peruertere ſenſus. Glo. ubi ſuprà. Hęc ſiue iudex ſit ſolus ſiue habeat collegium qui poteſt ferre ſentẽtiam inuictam. Idipſum ſcholares, ſi habeant doctorem ſuſpectum in examine ſuo. Item recuſari poteſt, quando iudex ſuccedit in totum, uel in partem litigatori ſuo, quia iudicaret in facto proprio. Iſta locum habent etiam in ordinario qui tamen poteſt eſſe arbiter, quia adeſt conſenſus partium, etiam in facto proprio. Abb. ubi ſuprà. Iudex poteſt propter tria recuſari quando agitur de intereſſe ſuo. Glo. & Ab. de off. & pot. iud. delega. c. Cum ſuper. Item recuſari poteſt a parte quæ litem habet cum iudice, uel ratione dignitatis. Secundo quando iudex noluit cum parte recuſante exercere dignitatis actum, & pars quæ ſolet exerceri cum aliis eſt in tali gradu cum parte recuſante puta ſi iudex noluit admittere in eccleſia ad oſculum pacis, quia præſumitur inimicus, etiam ſi neget inferiori. Tertio quando iudex eſt comminatus parti quod ſibi noceret. Minæ iudicis probant iuſtam cauſam accuſandi. Quarto quando quis non uult eum ſalutare. Glo. & Ab. de off. & poteſt. iud. delega. c. Cum ſuper. Vicarius epiſcopi poteſt recuſari quando epiſcopus eſt ſuſpectus, ſiue habeat iuriſdictionem ab epiſcopo, ſiue ſit delegatus papæ, uel eius uicarius. Ab. de off. & poteſt. iud. delega. cap. Inſinuante. Iudex datus in cauſa eccleſiæ poteſt recuſari ex perſona rectoris, uel prælati ſuſpecti, ideo ſi ſit conſanguineus prælati, immo etiam ordinarius poteſt recuſari in cauſa ſui familiaris. Si dominus ſit ſuſpectus, poteſt recuſari tota eius familia propter dominũ. Si iudex eſt ſuſpectus domino, redditur etiam ſuſpectus toti familię. Intelligitur de familiaritate qua quis habet poteſtatem in alterum, alioquin quilibet poſſet recuſari. Ab. de off. & poteſt. iud. delega. c. Inſinuante. Subdelegatus auditor, & exequutor poſſunt recuſari, ſi adſit legitima cauſa, quę habeat proponi ipſis, quare recuſantur, ſed habent probare coram ipſo ſubdelegante, ſiue ſit delegatus, ſiue ordinarius, etiam ſi in toto ſubdelegauit, ſi autem ſit datus de conſenſu partium non poteſt accuſari, quia ſuſpectus. Glo. & Ab. de off. & pot. iud. delega. c. Super quæſtione. §. Si uero. Iudex datus a principe proprio motu poteſt recuſari propter rationabilem cauſam, quia princeps in dubio non uidetur uelle committere ſuſpecto. Ab. de off. & pot. iud. delega. c. Cum olim magiſter. Iudex poteſt accuſari, ſi ſit familiaris uni parti, uel eius ſocius. Et dicitur ſocius, qui habet conuenire ſæpe cum illo ad aliquod unum ut canonici, & ſcholares, & eorum præceptor. Item ſi ſit oriundus de terra impetrantis, ſi ſuffraganeus eius, ſi conſanguineus, ſi habet conſimilem cauſam. Canonicus iudex inter canonicos duos non recuſaretur, quia ad eos par eſt affectus. Iudex quando poteſt eſſe, qui non poteſt eſſe teſtis, ut pater in cauſa filii, & criminoſus. Facilius & ex modica cauſa recuſatur iudex, quam teſtis, quia facilius eſt inuenire iudices, quam teſtes. Glo. & Ab. de off. & poteſt. iud. delega. cap. Cum ſecundum cano. Locus teſtium recuſari poteſt non ſolum propter inimicitias

 proprias

propias, ſed etiam propter inimicitias ciuitatis. Ab. ubi ſuprà. Iudex faciens aliquid ex quo concluditur minus fauere parti legitimæ, poteſt recuſari. Ab. de reſtitu. in integr. c. Cum ueniſſent.

Iudex accuſari poteſt ſi eſt conſanguineus inimici capitalis partis aduerſæ. Secundo quia iudex eſt clericus commenſalis amici mei. Tertio quando iudex eſt oriundus de terra partis. Quarto quando iudex eſt de diſtrictu aduerſarii mei. Quinto quando non poteſt haberi acceſſus ad iudicem, niſi per terminum inimicorum. Glo. ut litis non conteſta. c. Accedens. Sexto quando ex circumſtantiis concluditur quod iudex nimis fauet alteri parti. Septimo quando ſocius. Ab. de appella. c. Ad hæc. Recuſari poteſt etiam in cauſa eccleſiæ ſi habet litem aliam cum prælato eccleſiæ, immo etiam ſi ſit dominus eius. Ab. de iudi. c. De quo uult Deus. Item ſi in facto manifeſto. i. quod probari poteſt ex legitima cauſa, non autem poteſt accuſari in notorio. Intellige quando pœna non uenit imponenda arbitrio iudicis, quia tunc ſemper recuſari poteſt. Qui ut priuata perſona habet cauſam conſimilem, quam habet ut iudex, a iudicãdo remouetur. Ab. de iudici. cap. Cauſa quæ inter. Generaliter ex cauſa propter quam uerisimiliter concluditur iudicem minus fauorabilem, poteſt recuſari. Si cauſa non ſit omnino ſimilis, ex quo tamen redditur aliqualiter ſuſpectus ex affectione, quam habet ad cauſam ſuam poteſt recuſari. Hoc ſufficit non ſolum ad ſubrogandum alicui, ſed etiam ad recuſandum. Abbas ubi ſuprà.

Iudex dum recuſatur, cauſa recuſationis eſt proponéda coram illo, uel arbitris probanda. Abb. de appella. cap. Secundo requiris. Si timetur ſcandalum cauſam proferendo, ſtabitur iuramento partis, licet non probetur iure. Ab. ubi ſuprà. Exceptio recuſationis eſt proponenda ante litis conteſtationem, quia ſi ingreditur iudicium, recuſationi renunciat, niſi talis exceptio eſſet occulta, uel ſit orta poſt litis conteſtationem. Si propoſitam recuſationem litigat ſuper principali, uidetur illi exceptioni renunciare. Qui litigat coram iudice ſuſpecto ſuper exceptionibus aliis, uidetur illum approbare, & renunciare exceptioni ſuſpitionis, licet in hoc ſint opiniones. Ab. de ſen. & re iudi. c. Inter monaſterium.

Iudicem recuſare uolens debet coram eo cauſam ſuſpitionis probabilem proponere, & eam coram arbitris communiter eligendis probare, qua non probata iudex utitur ſua iuriſdictione in principali, ea autem probata remittit negocium ad ſuperiorem, uel cauſam committit de conſenſu partium. Ab. de appella. cap. Cum ſpeciali. Non oportet, quod cauſa iuſta ſit in iure, ſed ſtabitur iudicio arbitrum, an ſit iuſta, & ſi male iudicabunt, poſſunt appellare, nec debet reſtringi iſta littera ad ordinarium, ſicut Gloſ. quia hæc uera ſunt etiam in delegato. Arbitri præfigunt terminum accuſatori approbando cauſas ſuſpitionis, & iudex arbitris ad decidendum cauſas ſuſpitionis. Vt ordinarius committat, an requiratur accuſatoris conſenſus, opiniones, & ſuſtinetur quod ſic. Qui recuſat ſufficit proponat coram iudice cauſam probabilem ſuſpitionis, nec tenetur offerre probationes, nec petere, ut eligantur arbitri. Si tamen cauſa recuſationis eſſet friuola euidenter, non tenetur iudex uenire ad electionem arbitrum, ſed exceptionem debet ſpernere, ſicut nec etiam oportet arbitros eligere, quando cauſa eſt iuris, & in facto notoria. Iudicis recuſati proceſſus recuſator amplius non appareat in iudicio etiam citatus eſt ipſo iure nullus, ſi autem comparet, & eſt præſens in proceſſu, proceſſus tenet.

net. Abb. de appella. capitu. Cum ſpeciali.

Iudex non poteſt recuſari ex eo quod appellatum fuit ab eo in alia cauſa, ſed propter grauamen malo animo illatum, & ex hoc preſumitur de futuro. Idem dic ſi appellatio tranſierit in rem iudicatam, & ſi appellans fuit contumax. Abbas de appella. capitulo Adhæc. Iudex non poteſt recuſari, ſi eſt ſuſpectus ex culpa recuſantis. Gloſ. de appella. cap. Vt debitus. Immo poteſt, niſi quando appellatur irrationabiliter, quia tunc non poteſt recuſari, niſi forte Iudex comminatus eſſet. Ab. ubi ſuprà.

Iudicis recuſatio, & relatio ad ſuperiorem ſuſpendunt iudicis iuriſdictionem, & reddunt nullum, quicquid poſt fuit attentatum. Abbas in rubri. de appella. Iudex recuſatus committit alteri uices ſuas. Abb. ubi ſuprà. cap. Ad hec.

Iudex recuſatus poteſt compellere partes, ut iudicem eligant, cui ipſe uices ſuas committat. Ab. de appella. c. Ad hæc.

Iudici reſiſti poteſt & quando. Abb. de officio & poteſt. iudi. delega. cap. Si quando.

Iudice procedente non rite poteſt peti reſtitutio in integrum, ſicut de expoliato, quia agi poteſt poſſeſſorie ſicut contra expoliationem factam per priuatum, & ſicut priuato ſiſti poteſt, ita & iudici in hoc caſu, ſecus ſi iudici non deficiebat poteſtas, & iudicialiter proceſſit, quia tunc licet iniuſte aliquem deiecerit a poſſeſſione non tamen poteſt contra eum agere poſſeſſorio. Ab. de off. & pot. iud. delega. c. Cum cauſa.

Iudex ratione rei de qua agitur coram eo poteſt conueniri. Quilibet qui ibi rem habet pro qua conuenitur, ſiue res ſit mobilis, ſiue immobilis ibi permanſura, ſecus ſi ad cuſtodiam, uel in tranſitu. ſi tamen ſit ſuſpectus, poteſt fieri ſequeſtratio, niſi præſtetur cautio. ſi non eſt ſuſpectus, neutrum poteſt fieri. Ab. de foro compet. c. Licet.

Iudicis ſententia eſt nulla, ſi fertur exprimendo cauſam non concludentem, licet ex cauſa non expreſſa poſſit iuſtificari. Ab. de conceſſi. præben. c. Ex parte Aſtenſis.

Iudicis ſententia in beneficialibus poſt decem dies tranſit in rem iudicatam nullo contradicente, ſed non reſpectu beneficiati, cum iudex poſſit inquirere de legitimo titulo, intelligitur etiam de interloquutoria. Ab. de elec. c. Cum dilecti filii.

Iudex per reſcriptum falſum impetratus poteſt detecta inualiditate reſcripti condemnare impetrantem in expenſis. Abbas de iudi. capitulo De quo uult Deus. Si de conſenſu partium ſit datus, non poteſt recuſari, niſi ſuperueniente legitima cauſa. Abbas de foro competen. cap. Si quis. Iudex per litteras nullas datus poteſt pronunciare ſe non iudicem, quia in hoc eſt iudex, & poteſt condemnare partem in expenſis, ſi ab eo fuit appellatum, quia pronunciauit ſe non iudicem, non extinguitur iuriſdictio ſua, & poteſt ad eum cauſa remitti. Abbas de præben. capit. Dilecti filii.

Iudicis ſententia ſi profertur parte non citata etiam per legatum de latere, uel etiam per principem eſt nulla, ſecus ſi crimen ſit ſic notorium, ut abſenti nulla defenſio poſſit competere. Ab. de elec. c. Venerabilis. Requiruntur tres citationes, uel una pro tribus. Ab. de off. & pot. iud. delega. c. Conſuluit.

Iudex non poteſt ferre ſententiam contra non confeſſum, uel conuictum, alioquin ſententia eſt nulla ipſo iure. Idem ſi non præceſſit citatio, item ſi præcedit non data copia parti ad ſe defendendum. item ſi non informatus de meritis cauſæ tulit ſententiam. In omnibus prædictis eſt ſententia nulla. Abb. de conſtitu. c. Eccleſia.S. mariæ.

Iudex qui tenetur proferre ſententiam cum conſilio alicuius ex ſtatuto poteſt ſubdelegare auctoritatem ſuam, & uicarius tenebitur procedere cum conſilio ſicut prius. Ab. de elec. c. Cum in ueteri.

Si iudex profert ſententias contrarias, & in ſecunda non fit mentio de reuocatione primæ, tenet prima & non ſecunda, quia præſumitur. Ab. de ſen. & re iudica. c. Cum olim.

Iudicis ſententia lata in eccleſia etiam ſi ſint arbitres non tenet. Ab. de iureiuran. c. Quintiualis.

Iudex omnis poteſt ſententiam executioni mandare, quo ad ea quæ pertinent ad ſuam iuriſdictionem. Si requiratur ad exequutionem id quod excedit iuriſdictionem ſuam puta incarcerare, debet recurrere ad ſuperiorem. Ab. de ordina. capitu. Cum ab eccleſia. Quando ſententia eſt nulla, non eſt exequutioni mandanda. immo exequenti impune non parcetur, & uiolenter reſiſti poteſt, ſicut & officiali uenienti ad recipiendum bona alicuius, niſi prius forma data fuerit ab imperatore. Gloſ. de officio & poteſtate iuſticiis delega. cap. Ex litteris. Immo etiam per tertium poteſt reſiſti, cum poſſit quilibet iuuare proximum, ut hic probatur ex textu expreſſo. Ab. ubi ſuprà.

Iudex non poteſt ſententiam ferre ſuper futuro quando obligatio nondum orta eſt de præſenti reſpectu futuri temporis, quia non poteſt iudex ſe intromittere, quia actori deficit actio. Vnde non poteſt condemnare ad uſuras futuri temporis, ſi obligatio eſt de preſenti etiam ratione futuri temporis. Iudex poteſt proſpicere futurum, ut quod parrochianus habeat ius quod nemo poſſit ſepelire ſuum parochianum. Idem eſt in ſeruitutibus, & annuis præſtantiis. Ab. de ſepultu. cap. In noſtra. Iudex in ſententia non reſpiciet futura, niſi natura actionis hoc patiatur. Abb. de deci. c. Dudum.

Iudicis non inſtructi de meritis cauſæ ſententia præſumitur iniuſta, & quando eſt nulla, & quando exprimit unam cauſam cum dictione præcipue licet in proceſſu temporis appareat, quod illa cauſa ſit falſa, non tamen propter hoc ſententia eſt nulla. Abbas de reſtitu. in integr. capitu. Cum ex litteris

Iudicis ſententia contra ius eſt nulla quando clarum, & indubitabile eſt. Quando ius clarum non eſt, ſed dubitabile, tenet. Ab. de conſuetudi. cap. Cum dilectus.

Iudex non poteſt interpretari ſententiam ſuam, ſi eſt delegatus. Ordinarius uel inferior, ſi habet merum imperium poteſt, & ita debet interpretari, ut non corrigat, nec mutet, ſed tantum declaret. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Ex parte tertium.

Iudex de notorio ſibi, ut notorium poteſt ferre ſententiam, etiam ſine teſtibus, ſi ſit notorium facti tranſeuntis. Abb. de eo qui cognouit conſangui. uxo. c. De illo.

Iudicis ſententia in nocte lata ad lumen licet non ſit lata congruo tempore

tamen

tamen tenet, maxime quando iudex eſt honeſtus. Glo. & Ab. de off. & pot. iud. delega. c. Conſuluit.

Iudex poteſt ferre ſententiam contra communem opinionem doctorum. Ab. de dolo & contuma. c. Fidem.

Iudicis ſententia cuius obſeruatio eſt peccatum, nunquam tranſit in rem iudicatam. Ab. de elec. c. Cum dilecti.

Iudices quando ſunt plures quando requiruntur omnes ad ferendam ſententiam ut proceſſus ſit ualidus, quando conualeſcere poteſt proceſſus, uel ſententiæ ubi non conueniunt omnes, quando plures poſſunt aliquid facere poteſtate ordinaria, uel delegata, an oporteat quod omnes conueniant, & quod incohatum eſt per unum an poſſit per alium proſequi & finiri. Abb. & Gloſ. de offi. & pot. iud. deleg. c. Prudentiam.

Quando duo iudices conſtituuntur per diuerſa reſcripta, uel dubitatur an poſſint ſibi inuicem deferre, uel altera pars uideat quis ſit iudex, etiam non conſentientibus his quorum eſt cauſa, ſi ſibi inuicem non deferunt, cuius ualet proceſſus, ſi ſimul cognoſcere uolunt qui ſunt iudices, & non concordant, non ſtabitur iudicio plurium ſed eligetur arbiter, & ſtabitur ſententiæ ſuæ. Ab. de reſcrip. c. Paſtoralis.

Iudex ex præſumptione poteſt ferre diffinitiuam ſententiam, ſi ſit uiolenta etiam ſi non allegetur præſumptio, nec probetur per partes, nec ſit per partes excogitata, quando eligitur præſumptio ex facto ipſius de cuius facinore agitur ſic ſententia fertur ſine probationibus, quando tamen agitatum eſt aliquid in cauſa, quia non præſumitur minus iuſto data, debet tamen ſcribi in actis uiolenta præſumptio mouens animum iudicis. Debet etiam iudex moderari ſententiam, ne condemnet, niſi raro, & modice ad pœnam quamcunque, niſi præſumptiones ſint urgentiſſimæ, quia tunc punitur pœna ordinaria. Ab. de præſump. c. Afferte. & ubi ſupra. c. Auditis. Ab. de cohabita. cleri. c. Si quis.

Iudicis ſententia poſt terminum impoſitum per ſtatutum in quo mandatur, quod iudex puniatur, tenet, non autem ſi iudici non apponitur pœna, quia tunc non habet iuriſdictionem, & in odium litis eſt introducta. Ab. de off. & poteſt. iudi. delega. cap. Quoniam. §. Cæterum. Sententia contra ius ualet de quo poteſt probabiliter dubitare ratione conſuetudinis, uel alterius. Abb. de elec. cap. Cum cauſa. Iudex & teſtis quando poſſunt uariare ſententiam, uel dicta ſimiliter contrahentes. Glo. & Abbas de elec. cap. Noſti.

Iudici licet diſſimulare gratia ueritatis inquirendæ ſe aliquid facturum, quod in ueritate non intendit facere ut ducere reum ad locum tormentorum, uel uelle torquere. Ab. de præſump. c. Afferte.

Iudex poteſt ſtipulari pro priuato, & cautionem accipere pro parte. Abb. de ordina. c. Pro parte.

Iudex ſuperiori refert negocium tripliciter. Primo ex natura cauſæ, quæ reſeruatur ſuperiori. Secundo uirtute delegationis iam factæ. Tertio fit relatio cauſæ conſulendæ de dubio iuris, & tunc remittitur tantum punctus dubius. Ab. de appella. c. Intimaſti.

Iudex ſupplet ex officio ſuo in publice notis, unde poteſt iudicare de ſibi notorio & inhabilem a iudicio repellere, etiam ſi pars ex culpa ſua non poteſt excipere. Ab. de excep. c. Exceptionem. Supplere etiam poteſt ex officio

ſuo ut uſurę reſtituantur, & quod non ſoluatur. Cum iudex uidet aliquem in precipitio peccandi poteſt pręuenire executionem eius. Supplet etiam ad commodum perſonæ priuatæ, quando mandat uſuras reſtitui, ſed hoc facit potius propter utilitatem publicam & ſalutem animarum, ut obuiet periculis & peccatis alias non faceret. Ab. de uſur. c. Tuas.

Iudex ſi de principali & exceptionibus præiudicialibus ſimul cognoſcit uel ſuper principali lite non conteſtata teſtes recipit, licite ab eo appellatur. Ab. de iudi. c. Exhibita.

Iudex unius territorii non poteſt exequi ſententiam ſuam in alio territorio, etiam reſpectu bonorum illius quæ habet infra ſuum territorium. Quando poteſt, uel non poteſt alterius ſententiam excutioni mandare. Ab. de foro competen. c. Poſtulaſti.

Iudex territorii poteſt repetere malefactorem captum in territorio ſuo per alienum iudicem. Ex tali captura uiolatur eius territorium. Si captus reſtitui non poteſt, agi poteſt ad ſatisfactionem uiolati territorii. Idem dic in epiſcopo, quando ſuus clericus capitur per iudicem laycum. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Ex parte.

Iudex poteſt terminum præfigere partibus ad agendum abſque eo quod citet per nuncium, quia monitio per iudicem facta habet uim trinę citationis. Ab. de off. & pot. iud. deleg. c. Quoniam.

Iudex in tranſactione inter partes debet ſe interponere, præterquam in caſibus ubi iura non admittunt. Abb. de tranſactio. c. Ex parte. A principio conari debet ad compoſitionem partium, non tamen poteſt compellere partes ad concordiam, niſi ſit papa, qui plenitudinem poteſtatis habet. Iudex cum bona conſcientia poteſt inducere compoſitionem, ubi iura partium ſunt ignota. ubi ſunt clara, non debet, niſi ex circumſtantiis appareat, puta quia exequutio poteſt uerti in longum litigium, uel actor eſt pecunioſus, & paratus ad appellandum. Ab. de tranſactio. c. Ex parte.

Iudices duo poſſunt ſimul procedere. ſi eorum unus eſt inhabilis puta excommunicatus, corruit totum quod fecerunt, etiam ſi ſint delegati cum clauſula. Quod ſi non omnes. Ab. de ſen. & re iudica. c. Ad probandum.

Iudex appellationis a quo poteſt abſoluere excommunicatum non obſtante appellatione legitima propter periculum mortis, & quia tendit in faciliorem exitum cauſę appellationis, & quia iudex ad quem hoc debet facere. Abb. de ſen. exco. c. Sacro.

Iudex appellationis non habet in poteſtate ſua admittere uel reiicere appellationem, ſed iuſtam tenetur admittere, & iniuſtam repellere. Ab. de appella. c. Accepta. Si non admittit appellationem, & ſuperſedet ut non procedatur, eſt monendus ut acceptet, quod ſi non fecerit, appellabitur eo quod appellationem non acceptat. Ab. ubi ſuprà. c. Ex parte. M. Iudex appellationis remittit appellantem, & cauſam ad priorem iudicem, niſi ſibi conſtiterit de grauamine, uel ex iniuſta cauſa fuiſſe appellatum. Abb. ubi ſuprà. c. Cum in eccleſia. Si iudex appellationis ſit talis qui poſſit adiri per modum querelæ, uel etiam ſi iudex a quo admiſit appellationem poteſt dimiſſo articulo appellationis procedere ſuper principali, ſi appellatus hoc petat etiam appellante inuito cui nec iudici in aliquo præiudicatur, non autem ubi conditio prædictorum abeſt. Ab. de appella. c. Vt debitus. Si contra iudicem a quo in una cauſa appellatur, poteſt in alia cauſa coram eo conueniri, niſi eum recuſet ut ſuſpectum. Ab. de appella. c. Ad hoc. Si appellatum eſt a

graua-

grauamine ſi illud reuocat, poteſt procedere in cauſa principali. Abb. ubi ſuprà. c. Cum ceſſante.

Iudex qui non detulit appellationi, poteſt terminum ſtatuere ad proſequendum appellationem. Abb. de accuſa. c. Prælatus. Qui autem defert appellationi poteſt præcipere parti, ne attemptet id propter quod appellauit, & ſic appellatio non tuetur appellantem, ut poſſit illud facere propter quod appellauit. Iudex poteſt omnia temptare quæ tendunt in faciliorem exitum cauſæ appellationis non cognoſcendo de iuribus appellationis. Ab. de matrimonio contracto contra interdic. eccle. c. Ex litteris.

Iudex ſi procedit ex officio, & ab eo appellatur uocandus eſt alias, non ualet proceſſus immo non oportet niſi ageretur ad condemnationem iudicis. Ab. de appella. c. Cum ſpeciali. §. Porro.

Iudex a quo appellatione exiſtente friuola reaſſumit iuriſdictionem, & cauſa ſecundæ iuriſdictionis ſententię latæ quam exequitur, ſi nihil additur, ſed confirmatur præciſe prima ſententia, exequitur illam, quam etiam exequi poteſt iudex ad quem. Ab. de appella. c. Cum in eccleſia.

Iudex appellationis a quo non poteſt præfigere terminum ad finiendum appellationem, ſed ad proſequendum poteſt ſic quod a neutra parte poſſit præueniri. Quod ſi fecerit, intelligitur ſtatuiſſe ad ſe præſentandum. Si tamen ſtatuit ad finiendum terminum illi, licet ſit contra intentionem iudicis. Ab. de appella. c. Ex inſinuatione. Si infra terminum ſibi præfixum a iudice a quo non proſequitur appellationem, ipſe iudex a quo reaſſumit iuriſdictionem. Ab. ubi ſuprà. c. Reprehenſibilem. Habet pręfigere terminum ſiue procedat ad inſtantiam partis, ſiue ex officio, & ſi breuiorem aſſignat, poteſt pars appellare. Abbas de appellatio. capitulo Cum ſpeciali. §. Porro.

Iudex appellationis ad quem habet cognoſcere de cauſa appellationis, & interim ille a quo eſt appellatum, eſt ſuſpenſus. Glo. & Ab. de reſcrip. c. Cum dilectus filius. De iure ciuili non poteſt cauſam ſubdelegare. ſecus de iure canonico. Glo. & Abb. de officio & poteſtate iudicis delega. cap. Super quæſtione.

Iudex appellationis poteſt cognoſcere abſente excommunicatore per contumaciam altera parte præſente, & petente de iniuſtitia excommunicationis. Intellige quando ſententia eſt lata ad inſtantiam alterius, quia tunc defendere ſententiam ad eum principaliter pertinet, non autem ad iudicem qui poteſt aſſiſtere, ſi uult. Vbi iudex ex officio ſuo tulit ſententiam, tenet partem cum aliis, ideo ſemper debet citari. Abbas de ſenten. excommun. cap. Sacro.

Iudex appellationis habet pronunciare bene, uel male appellatum, refo rmare ſententiam in toto, uel in parte ut opus fuerit, quia ſuccedit loco primi iudicis. Idem eſt de iudice qui additur ut reducat laudum ad arbitrium boni uiri. Ab. in rubri. de appella. Non ſolum pronunciat bene, uel male appellatum, ſed etiam condemnat ubi quis de iure debet condemnari, & poteſt ſententiam reformare. Vbi perpendit eam de iure reformandam etiam ſi a parte non allegetur, poteſt. & hoc poteſt etiam quilibet alius iudex & ſuplere defectum partis. Vbicunque aliquod ius deductum in iudicio competit parti, licet pars ignoret, poteſt, & debet iudex ex officio ſuo ſupplere, quia illud eſt ſibi notum & notorium ut iudici. Abb. de teſtamen. cap. Raynutius. Cum ſuccedit in locum primi iudicis, poteſt, & de-

bet omnia facere quæ primus iudex poterat, & debebat. Ab. ubi ſuprà. ç Raynaldus.

Iudex appellationis ad quem condemnat appellantem in expenſis, ſi non proſequitur appellationem. Si appellatus non inſtat ad ulteriora, quia ſic proceditur contra contumacem abſentem expectabitur rei euentus. Abb. de appella. c. Nicolao.

Iudex appellationis non ſemper ſatisfacit ſententiando bene appellatum eſſe, uel ratificando ſententiam, ſed oportet quod quandoque condemnet, abſoluat, & adiudicet. Ab. de ſenten. & re iudica. c. Lator. Poteſt autem ſententiam reſecare, & addere in fauorem appellati, niſi ille qui appellat ſe reſtringat ad certos articulos, unde poteſt facere totum quod poterat primus iudex, cui ſuccedit. Cautela appellantis eſt, ut ſe reſtringat ad certos articulos qui ſunt contra ſe, & cautela appellati, ut & ipſe appellet, quo ad omnia, quæ ſunt pro ſe. Abb. de fide inſtrum. cap. Cum Ioannes.

Iudex appellationis poteſt ſententiam pro parte confirmare, & pro parte caſſare Quando tamen reuocat debet exprimere cauſam propter honorem primi iudicis. Abbas de priuileg. capitulo Cum olim. ſecundum.

Iudex delegatus poteſt in dubio cognoſcere de ueritate reſcripti, ut ſi excipiatur de ſubreptione. Ab. de reſcrip. cap. Super litteras. Item poteſt, ſi contendatur de omnimoda nullitate iuriſdictionis. Abb. ubi ſuprà. c. Ex parte decani.

Iudex delegatus non poteſt exire locum commiſſionis. ſi deputatur in certa dioceſi, extra illam nec cognoſcere, nec ſubdelegare poteſt. Dicitur deputatus in certo loco quando dignitas iudicis eſt expreſſa in certo loco, puta cum dicitur epiſcopo Senenſi. Vnde extra dioceſim non habet cognoſcere niſi in reſcripto dicatur quod commemoratur in alio loco, ut ſi dicatur. Committimus cauſam epiſcopo Senenſi commoranti Romæ. Abb. de reſcrip. c. Nonnulli gratia.

An quis poſſit conueniri coram duobus iudicibus, uno delegato, & alio ordinario, uel coram duobus delegatis, uel duobus ordinariis, an poſſit conueniri in duobus locis. Gloſ. & Abbas de reſcrip. capitulo Quia nonnulli.

Iudex delegatus cum clauſula. Quod ſi non omnes &c. Si conſtat de impedimento tertii duo procedent, nec oportet admonere tertium. Abb. de præben. c. Excitante. §. Qui uero in repetitione.

Iudex eccleſiaſticus rector eccleſiæ poteſt eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ, quia cauſa non eſt ſua ſed eccleſiæ. Ab. de poſtulan. c. Clerici. An prælatus poſſit eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ ſubiectionis alterius, & an poſſit in eo cognoſcere, & an ſua ſit iuriſdictio. Abb. de appella. cap. Ad audientiam.

Iudex eccleſiaſticus de quibus criminibus poteſt cognoſcere. Abb. de foro competen. cap. Cum ſit generale. Vide. Iudex laycus de uſuris. Crimina eccleſiaſtica. Licet non habeat iuriſdictionem in laycum, tamen ſi crimen de quo cognoſcit, eſt eccleſiaſticum poteſt punire delinquentem, & in bonis temporalibus. Ab. de pœnis. cap. Ad aures. & ubi ſuprà. cap. In quibuſdam.

In iudicio ſeculari ſi excipiatur de excommunicatione Simonia, exceptiones prius terminabuntur per iudicem eccleſiaſticũ. Ab. de ordine cogni. c. Tuã

Iudex

Iudex eccleſiaſticus ſiue ordinatius ſiue extraordinarius non poteſt excommunicare, nec abſoluere extra territorium ſuum, nec aliquid eorum facere, quæ requirunt cauſæ cognitionem, cum non poſſit ibi tribunal eligere, ſed poteſt exercere quæ ſunt iuriſdictionis uoluntariæ, ut conferre beneficia, cauſas delegare. Extra territorium non ualet proceſſus, niſi de conſenſu iudicis in cuius territorio ſunt & partium, quæ inuitæ extra trahi non poſſunt. ſi tamen eſſet cauſa notoria, poteſt excommunicare. Abb. de off. & poteſt. iudi. delega. c. Nouit ille.

Iudex eccleſiaſticus poteſt excommunicare omnes impedientes produci teſtes coram ſe cuiuſcunque ſint conditionis, & compellere ſubtrahentes ſe a teſtimoniis. In cauſa ciuili ſi teſtis impeditur per ſe uel prǽſumptiue per alium debet pro producto haberi, & extraordinarie puniri, non autem in cauſa criminali. Ex facto amici, uel conſanguinei præſumitur conſenſus partis, quando actus eſt ſucceſſiuus, & perſeuerat, non autem quando momentaneus, ut homicidium. Poteſt tamen præſumptio per coniecturas elidi. Abb. de teſti. cap. Cum cauſam. Excommunicare etiam poteſt quoſcunque impedientes partes in explicandis his quæ in iudicio ſunt neceſſaria, & fertur excommunicatio generalis ex quo ignorantur impedientes. Ab. ubi ſupra. c. Conſtitutus. Vbi poteſt excommunicari iudicialiter concluditur iuriſdictionem habere, non autem ſi extraiudicialiter. Ab. de foro competen. c. Cum ſit generale.

Iudex eccleſiaſtieus poteſt excommunicare, & interdictum ponere pro conſeruatione iurium ſuorum. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Ex parte.

Iudex eccleſiaſticus non debet incipere ab excommunicatione ſed a ſuſpenſione, & interdicto uenire ad excommunicationem, qua nulla pœna eſt maior in eccleſia, & ex frequentia contemnitur, ubi multi ſunt illaqueati, non debet omnes ſuſpendere, interdicere, & excommunicare, ſed incipere a principalioribus, nec tenetur iudex ipſum abſoluere, ſi non ſe corrigit. Ab. de cohabita. cleri. c. Clericos.

Iudex ex officio ſuo poteſt inquirere. Primo ubi agitur de reſtitutione uſurarum, quas debitores iurauerunt non repetere. Secundo de conſanguinitate inter coniuges. Tertio de iuribus principis. Quarto ſuper iuribus eccleſiæ. Quinto etiam ad priuatam utilitatem, quando agitur de miſerabilibus perſonis, & actu pio. Sexto in exequutione ultimarum uoluntatum, & aliis piis cauſis procedit per uiam inquiſitionis, unde etiam recipit teſtes lite non conteſtata. In criminalibus non præcedente infamia non procedit niſi ad correctionem delicti. Abbas de iureiuran. capitu. Ad noſtram.

Iudex eccleſiaſticus tenetur iudicare ſecundum quod papa inter certas perſonas iudicauit. Abb. de ſenten. & re iudica. cap. In cauſis. De re confirmata per papam ſcienter non poteſt inferior cognoſcere, ſi confirmatio tenet, ſecus ſi ſit ſubreptitia, uel litigioſa. Ab. de confirmatio. uti uel inuti. c. Si quis. Inferiores iudices debent iudicare ſicut papa uel eccleſia Romana. Intellige ſicut papa præcipit iudicare, non ut ipſe iudicet, quia uult etiam conſuetudines aliorum locorum ſeruari. Glo. & Ab. de frigid. & malefi. c. Conſultationi.

Iudex eccleſiaſticus etiam delegatus debet gratis iudicare, nec poteſt exigere aliquam quotam litis, etiam ſi hoc habeat conſuetudo. De uita & honeſta. cleri. c. Cum ab omni. Si recipit pecuniam pro ſententia in ſpiritualibus,

ritualibus, uel annexis eſt ſimonia, ſi in prophanis, non, licet grauiſſime peccet. An liceat dare pecuniam ad obſeruationem ſui iuris. Si dat pecuniam ut corrumpat iudicem non poteſt illam repetere, ſed hoc poteſt fiſcus, cum ſit turpitudo ex parte utriuſque, ſi ut recte iudicet, ſi timebat grauari poteſt illam repetere, alias non. Nec delegatus nec ordinarius eccleſiaſtici debent recipere ſportulas, cum ad hoc habeant beneficium ut recte iudicent, nec ualet conſuetudo in oppoſitum, ſecus in iudice ſeculari. Delegatus non habens beneficium ſufficiens an poſſit recipere, opiniones. & uidetur quod ſic. Ordinarius non poteſt petere expenſas cum proficiſcitur quas facit extra domum, nec computando quas domi feciſſet, nec expenſas uictualium nec uictualium æquorum, quia ad hoc habet beneficium, niſi in caſu hic excepto uidelicet quando conſecrat, uel uiſitat eccleſiam. Delegatus eius ad uniuerſitatem cauſarum nihil petere poteſt. ſi ad unam tantum & non ex malitia poteſt petere expenſas. Ordinarius non poteſt exigere ſalarium pro aſſeſſore, quia ipſe debet canones ſcire, & habet redditus ut ſubeat onera, nec reperitur iure ſtatutum. Dubitari poteſt de notario, ſed epiſcopus prouidere debet ſuis officialibus. Delegatus papæ licet beneficiatus licite petit expenſas pro uictualibus uicturis. Beneficia illi non conferuntur cum hoc onere, cum non habeat iuriſdictionem, nec tenetur computare expenſas, quas feciſſet domi. Poteſt etiam petere ſalarium pro aſſeſſore, & pro notario, Aduocati procuratores poſſunt exigere mercedem. Quid quando moriuntur ante finitam cauſam. Ab. de ui. & honeſta. c. Cum ab omni.

Iudicem eccleſiaſticum poteſt laycus adire ubi eſt contentio de obſeruantia iuramenti, uel de fructibus in ſortem computandis, qui & poteſt compellere ad reſtituendum quicquid accepit pro pignore. Abb. de iureiuran. c. Ad noſtram.

Iudex eccleſiaſticus poteſt per uiam denunciationis euangelicæ, uel iudicii procedere contra quemlibet laycum ratione peccati, uel periurii, uel pacis fractæ. Ab. de iudi. c. Nouit ille. Non debet tamen admittere omnem denunciationem iudicialem, ſed tantum eam quæ eſt in defectum iuſtitię. Si de natura ſua crimen eſt eccleſiaſticum, uel ratione pacis, uel iuramenti, uel quando crimen eſt notorium, uel quando non auditur in foro ſeculari, uel quando obligatio eſt naturalis tantum, uel ubi ex iure ciuili nutritur peccatum, uel ubi quis propter potentiam alterius non poteſt ſe iuuare, debet tamen ſe fundare ſemper ſuper peccato principaliter, & tendere ad correctionem, & quomodo ſit formandus libellus, & quomodo iudex procedet, & quæ requiruntur ad hoc iudicium. Abb. ubi ſuprà. c. Nouit ille.

Imperator conceſſit eccleſiæ, quod litigantes in quacumque parte litis poſſunt petere ſe remitti ad iudicem eccleſiaſticum cum monimentis cauſæ. Hoc priuilegium ſecundum canoniſtas eſt irreuocabile. Ab. de appellatio. c. Super eo ſecundum. Iudex eccleſiaſticus poteſt adiri inter laycos, ut fructus rei pignoratę reſtituantur, uel computentur in ſortem. Item ut interpretetur iuramentum an ligauerit iurantem, uel non, cum iudex ſecularis non poſſit interpretari iuramentum dubium. Ab. de pignori. c. Significante. Adiri poteſt ubi agitur de matrimonio, & de conſequentibus ad matrimonium, ut pro pœna, & pro dote. Ab. de ſponſa. c. Gemitus. Et qui fil. ſunt legiti. c. Et ſi.

Iudex

Iudex eccleſiaſticus poteſt inhibere iudici layco, ne procedat ſuper cauſa dependente ex cauſa quę uertitur coram iudice eccleſiaſtico. Abb. de ordi. cognitio. c. Tuam.

Iudex eccleſiaſticus iudicat inter laycos de rebus eorum ubi ſtatutum, uel conſuetudo nutrit peccatum, uel præſtat pronitatem peccandi, licet etiam iudex ſecularis poſſit poteſt declarare tales conſuetudines non tenere. Ab. de ordi. cognitio. c. Tuam.

Iudex eccleſiaſticus poteſt implorari, quando in ciuitate non eſt iudex, uel ſi eſt, recuſat, uel negligit facere iuſtitiam, nec eſt in ciuitate ſuperior iudice ad quem recurratur pro defectu iudicis ſecularis. Vnde uacante imperio eccleſia in iuriſdictione ſuccedit. quando iudex ſecularis eſt in ciuitate, ſi ſint perſonæ quæ miſerabiles non ſint, actu, nec habitu, illæ non poſſunt trahi ad forum eccleſiaſticum, niſi ſint de foro eccleſiæ ratione cauſæ, uel perſonæ, & ſi impetrantur litteræ ad delegatum, ſunt ipſo iure nullæ. Tales perſonæ ſunt maſculi & potentes coniugatę feminæ diuites, quę non habent aliquam qualitatem, propter quam natura moueatur ad miſerendum. Quædam miſerabiles ſunt habitu, ſed non actu, & uiduæ diuites, & pupilli. Hæ perſonę ſi opprimantur, poſſunt aduerſarios trahere ad iudicium eccleſiæ. Sub hac ſpecie comprehenduntur peregrini quo ad ea quæ deferunt ſecum, & quo ad iniurias illatas. Idem in cauſa libertatis & in cauſa eccleſię & officialibus ſuis & eorum ruſticis, & ſimilibus. Si tamen non opprimantur, debent recurrere prius ad iudicem ſecularem contra laycos. Si prius impetrat litteras, non ſunt ipſo iure nullæ, ſed impeditæ tantum. Data negligentia unius iudicis ſecularis non tenentur ire ad ſuperiorem iudicem ſecularem, ſed poſſunt immediate ire ad eccleſiaſticum quod non poterant facere prius, immo etiam data negligentia omnium iudicum ſecularium. Quædam ſunt actu & habitu miſerabiles, ut uiduæ & pupilli pauperes & diu infirmi, & hi poſſunt trahere ad iudicem eccleſiaſticum, etiam nulla data negligentia iudicis ſecularis. Idem eſt de peregrinis quo ad contractus initos in ipſa peregrinatione. Idem de pœnitentibus. Et licet poſſint trahere ad forum eccleſiaſticum, ſi tamen ipſi trahantur ad forum ſecularem, non poſſunt declinare illud. Si tamen grauantur ſententia ſecularis iudicis appellandum eſt ad ſuperiorem iudicem ſecularem, non ad eccleſiaſticum, quia appellatio fieri debet gradatim. Abb. de offi. & poteſt. iud. delega. c. Significantibus.

Iudex eccleſiaſticus non cognoſcit inter laycos de cauſa ciuili, cognoſcit qui ſint ex legitimo matrimonio. Abb. Qui ſi. ſunt legiti. c. Cauſa. Cum de legitimis cognouerit, debet ſe interponere, ne is quem legitime pronunciauit, ab hæreditate excludatur, & ſic impedit ſe de temporalibus quando acceſſorie ueniunt ad ſpiritualia. Abb. ubi ſupra. c. Prælatum. Qui pronunciat filium legitimum, poteſt pronunciare hæredem. Ab. ubi ſupra. c. Quod uobis. Inter laycos cognoſcit de legitimatione quando acceſſorie uenit ad cauſam matrimonialem, etiam ſi ſit contentio ſuper hęreditate temporali. Ab. ubi ſupra. c. Conqueſtus. Cognoſcit de cauſa temporali inter laycos quando uenit acceſſorie ad cauſam eccleſiaſticam, licet non ſit ſibi pręiudicialis. Si cauſa ſpiritualis incidit coram iudice ſeculari, non poteſt cognoſcere de illa, ſed remittit ad iudicem eccleſiaſticum. Commiſſa cauſa principali uidetur commiſſa acceſſoria. Abb. de dona. inter uir. & uxo. cap. De prudentia. Poteſt ſe intromittere in doce reſtituenda maxime quan-

me quando difficultat diſſolutionem illiciti matrimonii. Abbas ubi ſu-prà. cap. Et ſi. Cognoſcit de cauſa natiuitatis. Abb. Qui fi. ſunt legiti. cap. Lator.

Iudex eccleſiaſticus poteſt compellere clericum ad ſeruandum nullam promiſſionem. Abb. de pactis. c. Antigonus. Coram ordinario, & delegato habet locum reconuentio, non autem coram delegato. Ab. de arbi. c. Cum dilectus.

Iudex eccleſiaſticus poteſt procedere contra laycos adulteros etiam quando non agitur ad thori ſeparationem, ſed ad uindictam. Abb. de appella. cap. Conſuluit. Compellit laycum relaxare iuramentum ab eo turpiter receptũ qualitercunque turpitudo requiratur, ex quo ex parte ſuſcipientis ſeruari non poteſt ſine peccato. Abb. de iureiuran. c. Sicut & infra. A iuramento per metum extortum eccleſia ſolet abſoluere, & tranſgreſſores eius, non puniet ut peccantes mortaliter. Vbi ſuprà. c. Verum. Iuriſdictionem habet in laycos ratione pacis fractæ. Abb. de iureiuran. c. Sicut & infra. Compellit laycum ad ferendum teſtimonium etiam in cauſa uertente coram iudice ſeculari, etiam per generalem excommunicationem, etiam nulla præcedente infamia. Ab. de iureiuran. c. Ad noſtram.

Iudex eccleſiaſticus debet clericis, & laycis iuſtitiã miniſtrare non obſtante appellatione fruſtratoria, clerici tamen non debent ad forum ſecularem trahi etiam data negligentia prælati. Ab. de iudi. c. Qualiter & quando. Poteſt etiam ex officio ſuo occurrere peccato futuro, & impedire ne fiat, & compellere laycum ad reſtituendum id quod non poteſt ſine peccato retinere. Ab. de iureiuran. c. Adminiſtrationis.

Iudex eccleſiaſticus ſupplet negligentiam iudicis ſecularis, & non econtra, quia eccleſia habet iuriſdictionem in habitu quam exercere poteſt, & debet negligentia iudicis ſecularis qui cenſetur miniſter eccleſiæ. Iudices ſeculares non habent iuriſdictionem in clericos nec actu nec habitu. immo ſunt omnino eius incapaces. Abb. de iudi. cap. Qualiter & quando. Laycus non poteſt eſſe iudex eccleſiaſticus, etiam cum mixtura clerici. Ab. de foro compet. c. Significaſti.

Iudex eccleſiaſticus habet mulctare ſubditos, & condemnationem ad utilitatem eccleſiæ conuertere. Ab. de ordina. c. Dilectus.

Iudex eccleſiaſticus poteſt imponere pœnam corporalem, non tamen quę tranſeat in uindictam ſanguinis, etiam ſi ſit delegatus regis in criminalibus. Ab. de rapto. c. In archiepiſcopatu. Poteſt imponere pœnam pecuniariam mulctando, & hoc poteſt quilibet iudex ſi illa magis timetur. Diffinitiua poteſt imponere quando ius imponit pœnam pecuniariam. Si ſtatutum uel conſuetudo habet, quod pro quolibet delicto imponatur pœna pecuniaria, non ualet, quia inſurgit diſſolutio, quia non timent pecuniis redimere delictum. Si ultra pœnam ius imponit, quod puniantur pœna pecuniaria ualet ſtatutum, ſi tamen non ex auaritia, ſi nec ſtatutum nec conſuetudo ſubeſt prelatis extra iudicium non poſſunt exigere pecuniam, quia certi ſunt modi procedendi a iure. Si uult iudicialiter procedere, ſi certa pœna non eſt impoſita, poteſt pœnam pecuniariam imponere, ſi illa magis timetur. Si certa pœna ſit ſtatuta, tunc ſi cum cognitione cauſæ uolunt illa temperare permutando, poſſunt. Hoc conceditur cuicunque iudici cognoſcenti de crimine. poſtquam pronunciauit non poteſt, niſi poſſit diſpenſare ſuper crimine illo, niſi eſſet multa impoſita, quæ etiam poteſt propter inopiam rei

temperari

temperari etiam ex poſt facto. Epiſcopus poteſt pecuniariam imponere layco temporaliter ſibi non ſubiecto in caſibus, in quibus iuriſdictionem habet in laycos. licet Ioan. And. & Hoſtien. dicant quod debet facere infligi per iudicem laycum. Iſtam pœnam poteſt epiſcopus ſibi retinere, ſed ſi uult euitare ſuſpitiones cupiditatis, debet deputari ad pias cauſas. Ab. de pœn. c. Licet archidiaconi.

Iudex eccleſiaſticus poteſt procedere ſimpliciter & de plano in uſuris non autem iudex ſecularis, quia lex canonica non poteſt dare foro ſeculari modum procedendi. Ab. de conſtitu. c. Eccleſia.S. Mariæ.

Iudex ordinarius uel delegatus non poteſt accipere, niſi eſculenta,& poculenta, quæ in paucis diebus conſumi poſſunt. Legati & prælati alii forte licite poſſunt accipere alia dona, ſi omnino ceſſet fraus. Ab. de ſimo. c. Et ſi queſtiones.

Iudex ordinarius poteſt inquirere de fama alicuius ſimpliciter, & de plano ſine ordine iudiciario, & ſine teſtibus ubi non inquirit reſpectu magni præiudicii. In præiudicium abſentis nihil eſt innouandum. Ab. de ſponſa. c. Cum in tua.

Iudex tam ordinarius quam delegatus poſſunt ſuam interlocutoriam reuocare, etiam ſi appellatum fuit ab eo,& pendeat appellatio, nec exigitur conſenſus partium,nec grauatur appellans, quia ab eo remouetur grauamen. Interlocutoria non tranſit in rem iudicatam per decennium quo ad iudicem, ideo poteſt reuocare, licet non ad petitionem partis. Fallit tamen ubi interlocutoria habet uim diffinitiue. Secundo quando finitur iuriſdictio iudicis, quia in his duobus functus eſt officio ſuo, niſi ſit appellatum,& tunc reuocare poteſt. Tertio quando ab interlocutoria fuit bis appellatum, & ſemper confirmata eſt. Quarto ſi fuit lata de conſenſu partium, quia tunc non ſufficit conſenſus alterius. Quinto ſi iudex appellationi detulit. Sexto ſi finita iuriſdictione quouis modo deuenit in alium iudicem. Septimo ſi iudex ad quem appellatum eſt inhibuit, ne procedat in cauſa, ne illudatur,ſed hoc dubium,quia appellatio nō ſuſpendit iudicem a quo reſpectu reuocationis a grauamine. Octauo quando iudex ad quem commiſit cauſam appellationis, & excitatus eſt in prædicta cauſa. De duobus ultimis dubito ratione prædicta. Ad petitionem partis non poteſt iudex reuocare interlocutoriam ultra decennium, ex officio ſuo poteſt uſque ad diffinitiuam, quia tanto tempore durat iuriſdictio in principali, ſine cauſa reuocari non poteſt citra appellationis timorem, ſi ſubeſt cauſa debet adhiberi cognitio cauſæ uocata parte. ſi eſt dicta contra cognitionem cauſæ, ſi eſt mandata executioni non poteſt reuocari, niſi conſentientibus partibus, uel cognita cauſa. Licet iudex fateatur grauaſſe, ex quo tamen reuocat, non poteſt ab eo ob hanc cauſam appellari, nec poteſt recuſari. Quibus uerbis utetur ad ſaluandum honorem ſuum. Abb. de appella. c. Cum ceſſante cauſa.

Coram ordinario delegato locum habet reconuentio, non autem coram arbitris. Ab. de arbi. c. Cum dilectus.

Iudex ordinarius recuſatus, quia ſuſpectus ſemper poteſt cauſam committere etiam inuitis partibus, licet de æquitate debeat eſſe conſenſus partium, nec proceditur in infinitum in recuſando delegatos. Non ſic eſt de delegato papæ, & aſſignatur ratio. Ordinarius ſemper habet iuriſdictionem committendi. unde ab eius delegato ſemper appellatur ad ipſum ordinarium

narium non ut cognoſcat quia recuſatus, ſed ut committat alteri non ſuſpecto, non autem appellabitur ad ſuperiorem. Epiſcopo præſente appellabitur a ſuo delegato ad ipſum epiſcopum, & eo abſente ad ſuum uicarium. Ab. de foro competen. c. Si quis contra.

Iudex ordinarius non poteſt repelli propter exceptionem criminis quamdiu tolleratur in officio, nec ab eo contra quem procedit ad correctionem, niſi excedat modum. Ab. de iudi. c. Qualiter & quando ſecundum.

Iudex ſecularis tenetur impendere auxilium iudici eccleſiaſtico, & econtra Eccleſiaſticus poteſt ad prædicta cogere iudicem ſecularem, ſed non econtra. Quando iudex uterque tenetur facere fidem de ſuo proceſſu, & quando non. Ab. de off. iud. ordina. c. Pernicioſum.

Iudex ſecularis in cauſa clerici in præparatoriis ſeruat conſuetudinem & ſtatuto laycorum, quia cauſa regulatur ſecundum naturam fori in quo agitatur. Ab. de conſtitu. c. Eccleſia. S. Mariæ.

Iudex ſecularis ſi clericum diſtrigit per ſe uel condemnat debet excommunicari. Abb. de foro competen. c. Nullus. Clericus in quocunque ordine conſtitutus gaudet priuilegio fori, oblati perpetuo ſeruitio eccleſiæ, qui ſunt de familia epiſcopi, qui conueniendus eſt ſuper re quam tenet ab eccleſia. Clericus coniugatus ſi incedit in habitu & uxor eius in criminalibus non in ciuilibus. Similiter uxor quæ uouit caſtitatem, & uir eius promotus eſt ad ordines gaudet priuilegio fori. Qui ſequuntur non gaudent priuilegio fori in criminalibus, uidelicet pœnitentes, hæremitæ, rectores hoſpitalium, fratres & ſorores tertii habitus, fratres gaudentes. Ieſuati. Horum ratio eſt, quia nullus eorum eximitur a iuriſdictione imperatoris, niſi per profeſſionem trium uotorum in religione approbata, uel ſuſceptionem ordinis. Ex his patet quid dicendum de diſciplinis & aliis. Abb. ubi ſuprà. Perturbans uel cogens clericum litigare in foro ſuo eſt excommunicatus. Ab. de immunita. eccle. c. Aduerſus.

Iudex ſecularis poteſt punire crimen ſpiritualiter punitum per iudicem eccleſiaſticum. Ab. de ordina. c. Pernicioſam.

Iudex ſuperior cui non eſt cauſa plenę remiſſa non debet in contumacem ſententiam ferre, niſi pateat de meritis cauſæ, etiam ſi ſit ex defectu contumacis, niſi forte ex proceſſu alterius partis plene inſtruatur iudex, alioquin ſententia eſt nulla, quia lata a iudice non inſtructo de meritis cauſæ. Sunt alii modi quibus punitur contumacia, quibus utendum eſt. Ab. de elec. c. Dudum.

Iudex ſecularis nec in eccleſia nec in eius domo debet ius reddere. In eccleſia proceſſus & ſententia corruunt ipſo facto. In domo eccleſiæ utrunque ualet. Non extenditur hoc capitulum ſi habet domum conductam, uel gratis conceſſam ab eccleſia, cum dicat quod pro conſuetudine iudici aſſignari debet locus publicus ad hoſpitandum, & ius reddendum, ut facilis ſit acceſſus ad eum. Abb. de immunita. eccle. cap. Vt in domibus. In eccleſia & cimiteriis proceſſus, & ſententia ſunt nulla ipſo iure. Abb. ubi ſuprà. cap. Cum eccleſia.

Iudex ſecularis non poteſt priuare laycum iure patronatus per ſe, poteſt autem cum uniuerſitate bonorum. Vnde in crimine læſæ maieſtatis tranſit ad fiſcum, & non ad filios hæredes. Abbas de iure patro. capitu. Cum layci.

Iudex ſecularis non tenetur ſtare proceſſui iudicis eccleſiaſtici danti clericum

cum uel laycum puniendum. Fallit in crimine hæreſis in quo iudex ſecularis habet nudam executionem. Ab. de ſtatu mona. c. Ea quę.

Iudex ſecularis ſi quæſtio ſpiritualis incidit coram ipſo, debet remitterre ad eccleſiaſticum, & ſuperſedere ſuper principali, donec quæſtio terminetur per eccleſiaſticum, qui poſtquam cauſa eſt ſibi delata, poteſt terminum præfigere opponenti exceptionem, infra quem tenetur probare, ſi ſibi uidebitur expedire. Vbi quæſtio principalis fuit intentata coram iudice ſeculari iudex eccleſiaſticus qui incidenter cognouit non poteſt cognoſcere de principali, ſed debet partes remittere ad iudicem ſecularem, quia cauſa principalis eſt incohata coram eo, ſecus ſi nulla quęſtio mota eſſet coram iudice ſeculari, & ageretur de legitimatione. Abbas Qui ſi. ſunt legiti. cap. Lator.

Iudex non debet ad aliud laborare: niſi ut partes ad concordiam reducat. Vnde ſuperior committendo cauſam non tollit libertatem componendi, & tranſigendi ſuper illa cauſa. Ab. de tranſactio. c. Contingit.

Iudex poteſt & debet ſe interponere pro tranſactione inter partes facienda præterquam in caſibus, in quibus hoc iura non admittunt. Vbi ſuprà. cap. Ex parte.

Iudicis officiũ conſiſtit nõ ſolum in decidendo cauſas ſecundum iuris regulas: ſed etiam in componendo inter partes: debet enim iudex a principio conari quantum poteſt, ut partes reducat ad concordiam, uel ad bonam compoſitionem.

Iudex ſecularis remiſſus poteſt compelli per excommunicationem ad faciendum iuſtitiam. Glo. de foro competen. c. Cum ſit generale.

Iudex ſecularis de uſuris. Si dubitatur de ſubſtantia contractus an ſit uſurarius ſolus iudex eccleſiaſticus cognoſcit, quia hæc eſt determinatio peccati, & illius prohibitio, & ortum habet a iure diuino, & canonico. Vbi uſuræ repetuntur, ſi clare uult probare ſic quod non dubitatur, de uſura uterque iudex poteſt cognoſcere. Iudex ſecularis compellit ad obſeruantiam iuramenti, & punit periuros, & ſacrilegos. Si dubitatur de peccato recurritur ad eccleſiaſticum, nec obſtat quod leges permittunt uſuras, quia ubi concluditur peccatum mortale, iudex ſecularis compellit obſeruare ius canonicum. In crimine hæreſis Iudex ſecularis non poteſt cognoſcere, ſed tantum habet exequutionem ad petitionem eccleſiæ. Similiter nec in ſimonia. De iuramento quo ad remiſſionem, & an ſit licitum, pertinet ad eccleſiaſticum, quo ad pœnam tranſgreſſorum, & quo ad exceptiones ad utrunque iudicem. De adulterio citra pœnam ſanguinis cognoſcit eccleſia. Falſarii litterarum Apoſtolicarum ad utrunque iudicem. Concubinatus ad iudicem eccleſiaſticum, maxime ſi ſit cum clerico. Sortilegi & diuinatores poſſunt ab utroque iudice puniri. Item delictum concernens ſtatum totius Chriſtianitatis. Item crimen layci commiſſum in eccleſia. Item ratione pacis fractæ. In prædictis poteſt eccleſia ſe intromittere. Item de quolibet peccato, quando indirecte agitur ad pœnitentiam. Item de raptoribus, & inuaſoribus aliorum locorum. In prædictis ſe intromittit eccleſia. Abb. de foro competen. c. Cum ſit generale. Vide crimen eccleſiaſticum.

Iudicium dicitur quaſi iuriſdictio. Ab. de uerbo. ſignifi. c. Forus.

In iudicio uno acta quando ualent, & non ualent in alio iudicio. Abb. de teſti. capitulo Cauſam. Vt actus ſit iudicialis. 14. requiſita reponuntur.

Abbas

Abbas de proba. capitulo Quoniam contra.

In iudicio nullus compellitur ad reſpondendum, niſi habeat aduocatum, & poteſt quilibet implorare officium iudicis, ut prouideat ſibi non ualenti aduocatum habere, ſiue ſit iudex ordinarius, uel delegatus. Ab. de officio iudi. cap. Ex litteris. In iudicio principalis pupillus debet proponere per ſe non per aduocatum, niſi ſit indiſcretus. Ab. de iudi. c. Paſtoralis. Quæ conſiſtunt in facto debent proponi per partes, non per aduocatos. Indiſcretæ perſonæ ſunt ſimplices. Non tamen excluduntur procuratores, qui dicuntur principales perſonæ, excipiuntur tamen prodigus, & mulier luxurioſa. Licet aduocati excludantur a propoſitione, & reſponſione, tamen quicquid iuris tangit, expeditur per aduocatos, & quę ſunt illa. Quo ad illa quæ conſiſtunt in facto, illa erunt inter partes. Ab. ubi ſupra.

Ille in quo facta eſt alienatio iudicii conuenitur per reſcriptum contra alienantem. Ab. de alienatio. iudi mutand. cauſa. c. Ex quorundam.

In iudicio ab aduerſario poteſt capi pars eius dicti, & non alia, quando dicit duo. Quando dicit aliquid qualificatum non poteſt niſi aſſumatur totum. Hæc intellige, niſi cōtra illam partem, quę faceret pro confitente, fuerit urgens præſumptio, ut ſi dicit ſe occidiſſe hominem pro ſui defenſione, & hoc probet. Ab. de poſtula. c. Bonę memorię. & de confeſ. c. Ex parte. Vide. Interrogatus.

Iudicium dicitur criminale quando pœna uenit applicanda fiſco. Ciuile quando applicanda parti, uel criminale quando eſt pœna corporis. Ciuile pecuniaria. Melius agitur criminaliter, quando directa uia crimen deducitur ad iudicium, ut puniatur acrius, quam poſſit cuicunque applicetur pœna. Si crimen non deducitur ſic directa uia, dicitur agi ciuiliter, etiam ſi pœna non applicetur parti, & dicitur ciuiliter, quia remota ſtricta ſeueritate. Ab. in rubri. de iudi.

In iudicio quando poteſt excipi. Abb. de procura. c. In noſtra. In iudicio & extra quando poteſt quis uenire contra factum ſuum proprium. Ab. & Glo. de elec. c. Nolti.

In iudicio inquiſitionis ex mero officio iudicis tenetur crimnoſus reſpondere poſitioni, ſi id de quo queritur eſt notorium, uel famoſum, alias ſecus. Ad inſtantiam partis neceſſario eſt reſpondendum poſitioni criminoſæ, ſi id de quo quæritur ſit famoſum, & impediat ordinis executionem, uel retentionem beneficii de quo agitur, nec ueniet imponenda temporalis pœna. Abbas de confeſ. cap. Cum ſuper. Si poſitio ſit falſa in qualitate, poteſt negari tota, ſi in quantitate, uel in parte ſumma, uel rei non poteſt negari tota, ſed debet confiteri partem debitam. Abb. de plus petitio. cap. Conſilium.

Iudex interrogare poteſt uſque ad ſententiam. Ab. de fide inſtrumen. c. Cum Ioannes. In caſibus in quibus iudex poteſt interrogare non reſpondendo, ſed negando, uel celando peccat quis mortaliter, quia debet quilibet obedire ſuperiori. In ſpectantibus ad officium ſuum, unde accuſatus timens condemnari ſi negat ueritatem, peccat mortaliter. Item qui negat ueritatem cum poſſit prodeſſe proximo. Item ſi quis falſo deponit contra ſeipſum etiam timore tormentorum, omnes peccant mortaliter. ſecus ubi iudex interrogat de non ſpectantibus ad officium ſuum. Ab. de teſti. cogen. c. Cauſam. De quibus poteſt interrogare. Vide. Confeſſo crimen. In iudicio qui negat ueritatem, peccat. Ab. de ſepultu. c. Ex parte.

Iudicij

Iudicij locus debet eſſe ſecurus omnibus qui uenturi ſunt ad iudicium in fauorem partium. unde non ſufficit quod ſit tutus domino, & non procuratori, nec procuratori, & non domino. ſi locus ſit notorie non tutus, poteſt pars citata appellare. immo poteſt etiam appellationem omittere, & de citatione non curare, quia citatio non arctat citatum. Abb. de appella. cap. Ex parte tua.

In iudicio poteſt quis gerere perſonam duorum, puta quādo poteſt eſſe iudex, & notarius. & quando non poteſt & quæ officia ſunt incompoſſibilia. Ab. de proba. c. Ex litteris.

In iudicio partes poſſunt prorogare tempus ferendæ ſententiæ, quia renunciare poſſunt his quę in fauorem eorum ſunt introducta, non autem poſſunt renunciare diebus feriatis & ſtatutis ad publicam utilitatem, ut quod ſententia feratur in ſcriptis. Glo. de officio & poteſt. iudi. delega. c. De cauſis quæ infra. Si prædictis renuncient, non erit ſententia, ſed pactum. Ab. ubi ſuprà.

In iudicio ſeculari ſi excipiatur de excommunicatione, uel ſimonia, exceptiones prius terminabuntur per iudicem eccleſiaſticum. Abb. de ordine cogni. c. Tuam.

De ſubſtantia iudicii ſunt tantum hæc, citatio, ſi pars eſt abſens, libelli oblatio, conteſtatio litis, iuramentum quod ſententia feratur in ſcriptis congruo loco & tempore, ſeruatis debitis circumſtantiis, & ſolennitatibus. Ab. de ſen. & re iudica. c. Cum. I. & A.

In iudicio terminus præfixus ad aliquid faciendum non præcludit uiam ad faciendum & proponendum id, cuius promiſſione imminet periculum animæ. In cauſa matrimoniali ſententia non tranſit in rem iudicatam, unde crimen quod poteſt proponi tempore ordinario, & extraordinario in ſubſidium poteſt proponi tempore extraordinario, etiam ſi malitioſè fuerit prætermiſſum propter peccatum imminens. alias ſecus. Abb. de excep. c. Exceptionem.

Iudicium uniuerſitatis poteſt recuſari, non autem concilium generale papę. Abb. de foro competen. cap. Licet ex ſuſcepto. & de iudi. c. De quo uult Deus.

Iurare licet pro cauſis contentis in his uerſibus. Pax, & fama, fides, reuerentia, cautio damni. Defectus ueri ſibi poteſt magna caueri. Glo. de elec. c. Significaſti. An ſit licitum uel non, nullo modo cognitio pertinet ad principem ſecularem, ſed ad epiſcopum, & ad papam tantum in arduis & quando inter magnas perſonas & quando uult dare licentiam contraueniendi ſine commutatione in melius. Ab. de elec. c. Venerabilem.

Iuramento oritur actio ſemper, quæ & quomodo. Ab. de inſtitutio. c. Cum ueniſſet. Actus tamen geſtus contra iuramentum tenet. Abb. de præben. cap. Dilecto. Iuramento actoris, quando ſtatur. Vide. Violentia probatur.

Iuramentum calumniæ continet quinque, uidelicet quod credit bonam cauſam habere interrogatus non negabit quod crediderit eſſe uerum, non utetur ſcienter falſa probatione. Dilationem non petet in fraudem. Non dedit, nec dabit, nec promittet aliquid pro hac cauſa, niſi illis, quibus leges permittunt dari. Glo. de iuramen. calum. c. Inhærentes. Non ualet conſuetudo quod iuramentum calumniæ omittatur. Ab. de fideiuſſo. cap. Conſtitutus.

Iuramentum contra canones, uel in fauorem publicum proditum non ligat. Ab. de iureiuran. c. Ad noſtram. Nec obligat ubi reprobatur, & eſt eccleſiaſticum, unde ſtatuta laycorum non poſſunt impedire abſolutionem iuramenti. Ab. ubi ſuprà. c. Quemadmodum.

Iuramentum contra officium caritatis, & pietatis, & proprietatis rationem non ualet ut de non præbendo conſilium, ſubſidium cum ſibi coniuncto, uel ei loquendi eſt illicitum. Ab. de iureiuran. c. Cum quidem.

Iuramentum ubi eius obſeruantia in caſu ficto non tendit in aliquam læſionem illius cui fuit præſtitum, immo ſubeſt cauſa large interpretandi, tunc debet uerificari etiã in caſu ficto, ſecus ubi iuramenti obſeruantia tendit in fauorẽ alterius, nec ita uerificatur in caſu ficto, immo potius contra intentum, quo caſu poteſt habere locum contrarium, quia ſpecifice eſſet obſeruandum. Ab. de cleri. non reſiden. c. Ex parte tua ſecundum.

Iuramentum præſtans alicuius rei ceſſante re illa abſolutus eſt a iuramento. Qui iurauit obedire epiſcopo, uel facere reſidentiam deſtructa eccleſia auctoritate ſuperioris abſolutus eſt a iuramento, eo etiam depoſito a dignitate non tenetur obedire ei, quia ceſſat cauſa, cuius ratione iurauit. Abb. de noui operis initia. c. Cum ex iniuncto.

Iuramentum habet uim clauſulæ. Si non ualet, quod ago, ut ago, ualeat ut ualere poteſt. Ab. de iureiuran. c. Quanto. & cum contingat in fine. & Abb. de foro competen. c. Si diligenti. Valet ubi ſuprà. ideo promittens factum alienum interpretari debet quod faciat, quod in ſe eſt, ut ſequatur effectus. Ab. de ſponſa. c. Ex litteris ſecundum.

Iuramentum quando obligat clericum in præiudicium eccleſiæ. Ab. de cenſi. c. Grauis. Qui iuramentum recipit de nouo cenſu impoſito eccleſiæ perſoluendo compellitur iurantem abſoluere. Ab. de cenſi. c. Significauit.

Iuramentum præſtitum ad commodum hominis poteſt remitti ab eo ad cuius commodum fuit iuratum, ſi iurauit tibi ſoluere decem, non ſum periurus ſi remittis iuramentum, uel das dilationem ad ſoluendum. ſi intuitu Dei iurauit, non poteſt iuramentum remitti ab homine. Abbas de ſponſa. capitu. Præterea.

Iuramento ſtatur alicuius in dependentibus a conſcientia illius, & ab animo eius, niſi ubi præſumptio certa extrinſecus coniecturat animum, quia tunc non ſtatur iuramento in contrarium in præiudicium alterius. Ab. de regula. c. Vidua.

Iuramentum ubi conualidat contractum, eo ſoluto non reſcinditur contractus. Ab. de iureiuran. c. Ex adminiſtrationis. Quando iuramentum confirmat contractum. Abb. ubi ſuprà. c. Cum contingat. Vide. Lex prohibens. c. Et iurans.

Iuramento licito licet contrauenire ſine auctoritate ſuperioris urgente neceſſitate, ſi non poteſt haberi, qui abſoluat. Idem eſt ſi utilitas magna hoc exigat. Ab. de iureiuran. c. Quanto. Qui iurauit quod licitum eſt, ut canonicus, ſi poſt fiat epiſcopus, ratione dignitatis non perſonæ poteſt contrauenire. Abb. ubi ſuprà. c. Ex noſtris. Quando poteſt quis propria auctoritate contrauenire, quando oportet abſolutionem petere, quando omnino eſt ſeruandum, quando poteſt quis compelli ad relaxandum. Ab. ubi ſuprà. c. Cum contingat.

Iuramentum eſt deferendum ei qui habet ſemiplenam probationem pro ſe. Glo. Licet textus hoc non probet, poteſt tamen iuramentum deferri habenti

benti unum teſtem pro ſe in ſupplementum probationis etiam in cauſa non leui. Ab. de procura. c. Ex inſinuatione. Nunquam differendum eſt illi, contra quem uehementer præſumitur de tranſgreſſione, immo deferens peccat, quia eſt cauſa interitus illius. Ideo prouidendum eſſet quod ſcholares non iurarent obedire rectori. Abb. de cohabitatio. cleri. c. Clericos. Non defertur etiam prælato in defectum probationis, ubi agitur de magno prçiudicio. Ab. de ſucceſſione ab inteſta. c. Cum dilectus.

Iuramentum cui ſit deferendum in cauſa matrimoniali in defectum probationis. Ab. de iureiuran. c. Muliere. Debet autem deferri primo deferenti ubi debet eſſe uerisſimiliter informatus is, cui defertur. Ideo in actionibus famoſis non debet deferri iuramentum, ſicut in aliis actionibus. Ab. ubi ſuprà. c. Iuramentum. Non debet deferre petenti, ſed alteri parti, quando etiam poteſt deferri, & quæ pœna quando per iuramentum non probatur. Iuramentum eſt deferrendum cauſa legitima exiſtente, alioquin pars poteſt appellare, ut quando actor aliquid probat, uel eſt aliqua præſumptio pro eo, non autem ubi plene, aut nihil probat. Dato aliquo gradu probationis recurrendum eſt ad iuramentum. Semper tamen ſi præſumptio pro actore non facit ſemiplenam probationem, non poteſt iuramentum deferri actori, ſed reo. Iuramentum purgationis ad hoc ſufficit unus teſtis cum actore. Cui ſit deferrendum actori, an reo, ſunt opiniones, ſed prima fronte placet quod deſſeratur reo, niſi conſideratis circumſtantiis perſonarum, & cauſis iudex deferrat actori, puta ſi actor melius ſcit ueritatem. Si actor plene probaret, & reus ſemiplene defendit, iurabit actor. Ab. ubi ſuprà. c. Iuramentum. §. Sane. Poſt iuramentum delatum a iudice ſine conſenſu partis poteſt recedi a deciſione propter probationes, non autẽ poſt iudiciale quod defertur de conſenſu partis, quia quędam eſt tranſactio, niſi uergat in periculum animæ irremiſſibile per partes, ut in matrimonio, & ſimilibus, ſecundo quando petitur legatum etiam non apparente teſtamento defertur iuramentum. ſi lis deciditur uigore iuramenti neceſſarii poteſt appellari a ſententia, antequam tranſeat in rem iudicatam. Si rigore iudicis qui detulit appellationi, non poteſt. Si is cui primo fuit delatum, detulit deferenti, qui noluit iurare, & fertur ſententia contra eum, non poteſt appellare, quia elegit deciſionem per iuramentum, ideo non debet ſibi delatum recuſare niſi ex iuſta cauſa recuſet. Si is cui defertur, iurat uoluntarie, appellare non poteſt, ſi per approbationem iudicis, & eius mandatum, poteſt appellare. ſi recuſat iurare ad mandatum iudicis ſententia fertur contra eum, ſed poteſt appellare, & niſi probauerit iuſtam cauſam non iurandi, confirmabitur ſententia. Ab. de iureiuran. c. Iuramentum.

Iuramentum ſemper exigi debet a reo, ubicunque uertitur periculum animæ, licet actor nihil probauerit. Ab. de deſponſa. impuber. c. Continebatur. Semper debet exigi a reo ubi agitur de ſacramento matrimonii, licet actor nihil probet. Idem ubi uertitur periculum animæ. Ab. ubi ſuprà. c. Atteſtationes. Vbi deficit probatio matrimonii, non eſt exigendum iuramentum a reo, ſed eſt pure abſoluendus. Iura in oppoſitum intelliguntur, quando eſt aliqua ſuſpicio pro matrimonio, ſecus ubi pro eo nihil apparet. Abb. de clandeſti. deſponſa. c. Quod nobis.

Iuramentum licet principaliter fiat Deo, ſi tamen ille in cuius fauorem ſit, remittit obligationem non indiget alia abſolutione, ſi iurat principaliter contemplatione Dei etiam papa non remittit ſine cauſa. Ab. de iureiuran. c.

Ex adminiſtrationis. Quando clariſſime continet turpitudinem, non oportet quod uocetur pars coram relaxante, ſi actus ſuper quo iurauit non apparet prima fronte uitioſus. non tenet abſolutio non uocata parte, ſecus eſt de abſolutione ab excommunicatione. ſi eſt obligatorium ex parte iurantis, & cõtinens utilitatem ex parte recipientis, nunquam debet reuocari, niſi uocata parte, & cognita cauſa, cũ epiſcopus non poſſit relaxare ſine cauſa. Alias abſolutio non ualet, niſi notorie conſtet. Iuramentum continens turpitudinem ex parte recipientis ita quod certum eſt parti abſenti nullam defenſionem competere, poteſt reuocari, poteſt autem peti relaxari, ubicunque quis turpiter recipit iuramentum quocunque modo. Ab. de iureiuran. c. Ex adminiſtrationis. Quando licitum eſt ex parte recipientis poteſt compelli recipiens ad relaxandum, & ſi uoluerit, iudex relaxabit. Ab. de teſti. cogen. c. Venerabilis. Si impletio iuramenti continet turpitudinem, agi poteſt ad relaxationem. Ab. de iureiuran. c. Ex adminiſtrationis. Iuramentum turpiter receptum obligat parti. Ab. de iureiuran. c. Sicut & infra.

Iuramentum quo quis principaliter intendit duo probare nõ requirit alterius conſenſum, ſi intendit probare parti principaliter, Deus illud recipit ad commodum partis etiam abſentis, ideo ſi pars non curat de implendo, nec Deus, & hoc reſpectu ut obliget, requiritur conſenſus partis, cui iurauit. Ab. de iureiuran. c. Sicut & infra.

Iuramentum triplex, uidelicet neceſſarium, deciſiuum litis, iudiciale & quod a parte defertur parti, ex eorum quolibet oritur ratio agendi, primum non poteſt recuſari ſine iuſta cauſa nec ſecundum, niſi a iudice approbetur. Iuſta cauſa reſcindendi poteſt eſſe, quia is cui defertur, non eſt informatus, uel eſt talis materia, ſuper qua non poteſt conueniri, uel actor plene probauit, & ſic eſt iuſta cauſa recuſandi ex parte rei. Abbas de iureiuran. cap. Iuramentum.

Iuramentum dolo præſtitum non obligat, quando dolus poteſt auferre conſenſum. Ab. de iureiuran. c. Cum contingat.

Iuramentum de eccleſiæ bonis non alienandis præſtant omnes epiſcopi in conſecratione ſua, non tamen extenditur niſi ad alienationem illicitam, non ad neceſſariam, nec ad eam quę eſt pro utilitate eccleſiæ. Iuramentum præſtitum in materia iuris reſtringitur ad limites iuris. Vnde iurans reſidere poteſt pro neceſſitate, uel utilitate eccleſiæ abeſſe. Vbi per ſe iurat non alienare inconſulto papa intelligitur de licita & illicita alienatione. ſi tamen imminerec ſumma neceſsitas alienandi, & celeritas tanta eſſet, ut non poſſet conſuli papa, uel ſuperior, credo alienationem poſſe fieri ſine licentia papę, uel ſuperioris. Hoc nota pro exemptis habentibus ſuperiorem in remotis. Iuramentum non extenditur ad alienationem modicæ rei. Legatus licet ubi non eſt iuramentum, poſſit dare licentiam alienandi, & ubi quis iurauit legato ſuæ prouincię, non tamen ſi iurauit papæ, uel prælato alterius prouincię. Poteſt tamen prelatus uendere fructus, & locare poſſeſſionem, licet non ad magnum tempus. Iuramentum de non alienando bona eccleſiæ extenditur ad iura eccleſiæ directe & indirecte. Ab. de eccle. edificat. c. Tua nos. Iuramentum præſtitum pręlato de non alienando res eccleſiæ inconſulto papa extenditur tantũ ad res, quarum eccleſia habet dominium directum, & utile, non autem ad feudataria, & emphiteotica, quia ſi reuertantur ad eccleſiam, poteſt prelatus de nouo concedere alteri, quia non eſt noua alienatio. Ab. de feud. c. Ex partę.

Iura-

Iuramentum ſuper iuribus eccleſię præſtitum per prælatum ualet quatenus pręiudicat ipſi prælato, non autem quatenus præiudicat eccleſię. Vnde ſi prælato ſilentium imponitur ad petitionem eccleſiæ, uel iudicis officio conſulitur dignitati. ſi iurauit non contrauenire contractui, nec petere reſtitutionem in integrum, poteſt petere reſtitutionem in integrum. Quando eſt ſeparabile a præiudicio eccleſię, ſed præiudicat in uita ſua. Abb. de inſtitu. c. Cum ueniſſet.

Iuramentum tendens contra eccleſiæ utilitatem non ligat: unde ſeculares qui iurant ſeruare ſtatuta ciuitatis inter quæ ſunt aliqua contra libertatem eccleſiæ & utilitatem, & prælatus cuius iuramentum tendit in damnum eccleſiæ, etiam ſi per alium poſſit conſuli eccleſię, non ligantur. Ab. de his quæ fi. a maiori par. capi. Cum in cunctis. Nullomodo ligat etiam ſi per alium poſſit conſuli indemnitati eccleſiæ, quia non uinculat iniquitate, nec ligat adminiſtrationi eccleſiæ, unde non poteſt reſtitutionem petere. Pręiudicat tamen inquantum concernit honorem & pręiudicium prelati. Ab. de reb. eccle. non alienan. c. Si quis. Iuramentum contra eccleſiæ utilitatem non tenet. Iurans ante promotionem ſuam in præiudicium dignitatis non tenetur poſt ad obſeruandum. quod nota pro canonicis & Cardinalibus. Ab. de iureiuran. c. Sicut noſtis.

Iuramentum epiſcoporum & Abbatum in eorum conſecrationibus. Abb. de iureiuran. cap. Ego epiſcopus. Iurant epiſcopi & ſacerdotes in caſibus expreſſis, & in omnibus arduis & ubi epiſcopus eſt diffamatus ſacra tangendo in leuibus, & caſibus priuilegiati ſunt ut non tangant, ſed interrogandi ſunt ſuper conſcientiam. Abbas de iuramen. calum. capitulo Cum in cauſa.

A iuramento excuſat difficultas, & neceſſitas. Abbas de iureiuran. capitulo Breui.

Iuramentum non debet extendi de facili, cum ſit ſtricti iuris propter periculum periurii. Qui primo iurauit & poſt dicit promitto per idem iuramentum facere, ſi intendit extendere iuramentum & ſic teneri ad obſeruantiam alterius actus, non fit extenſio, quia non extenditur iuramentum ex ſimplici conſenſu, & forma iurandi eſt de ſubſtantia; nec intendit de nouo iurare & ſic non obligatur. Si autem intendit per relationem ad primum, & exprimit formam prioris, ut ſi dicit iuro per primum iuramentum, & ſecũdum formam ibi expreſſam obligatur nouo iuramenro non quod extendatur antiquum; quia iuramentum non extenditur ex ſimplici conſenſu, & forma iurandi eſt de ſubſtantia eius. Qui aſſerit aliquid facturum per iuramentum non eſt periurus, licet id ſit falſum. Si detur licentia notario ut extendat inſtrumentum ut uult, nõ poteſt addere iuramentum, uel ſtipulationem, ſi formaliter non interſit, quia non poteſt hoc ſupplere ſimplici conſenſu, cum habeant certam formam. Ab. de iureiuran. c. Clericis.

Iuramentum non extenditur ad ea, de quibus non eſt cogitatum in iuramento, nec ad ea quæ tunc non extant. Gloſ. de renunciatio. capitu. Cum inter. P.

Iuramenti pręſtatio & fidei promiſſio quomodo differunt. Ab. de his quæ ui metus cauſ. fi. c. Ad aures.

Iuramentum generale debet intelligi, ſi fieri poteſt, ut non obuiet iuri. alias temerarium eſt. nec obligat ad iuris obſeruantiam. Abb. de iureiuran. c. Ad noſtram ſecundum. Debet etiam ſecundum ſubiectam materiam reduci ad

terminos iuris communis. Ab. ubi ſuprà. Iuramentum generale præſtitum debet intelligi ciuiliter, & reſtringi ad cauſam honeſtam, & ueriſimiliter cogitatam, aliter non urget, & poteſt appellare. Ab. de appella. c. Ad hæc. Intelligitur ſi res ſic permanſerit. Abb. de iureiuran. c. Petitio. Non extenditur, ut quis teneatur ad homicidium. Abb. de homici. cap. Cum iuramento. Sub eo non ueniunt illicita. Abbas ubi ſuprà. Debet reſtringi ut minus obliget iurantem quantum poteſt. Vbi tractatur de obligatione debet fieri interpretatio ſtricta. Abbas de uerbo. ſignifica. cap. Cum clerici.

Iuramentum non tranſit ad hæredes iurantis licet tranſeat ex parte recipientis ratione dignitatis quatenus poteſt quis ſe obligare. In ſpiritualibus non poteſt quis alium obligare, niſi habeat mandatum ſpeciale. Vnde hæres nunquam erit periurus propter iuramentum defuncti, nec poteſt conueniri propter illud coram iudice eccleſiaſtico. Abbas de iureiuran. capitu. Veritatis.

Iuramentum ſiue ſit calumniæ, ſiue non, ſemper poſſunt peti induciæ ad deliberandum, & reſpondendum. Abbas de iuramen. calumn. cap. Cum cauſam.

Impedimentum iuſtum impedit commiſſionem pœnæ, & tranſgreſſionem iuramenti, quia non incidit in pœnam, quia non ſeruat iuramentum quando non poteſt, & ſi præcipitur ſub pœna excommunicationis, ut aliquid faciat, uel impleat, ſi non poteſt adimplere, non incidit in excõmunicationem, licet aliqui dicant aliud eſſe in excommunicatione. Abb. de pignori. cap. Significanti.

Iuramentum impuberis obligat, ſi ſit doli capax. Ideo ſi contrahit matrimonium, & iurat, cogitur ſeruare contractum. Abbas de ſponſa. cap. Ex litteris.

Iuramentum quo inquiritur quale eſſe debeat. Ab. de accuſa. c. Qualiter & quando. Vide. Inquiſitio generalis.

Iuramentum intelligitur ſtricte, quatenus uenit in derogationem iuris communis. Ab. de iniuria. & damno datis. c. In noſtra.

Iuramentum contra ius commune, uel in præiudicium dignitatis non debet ſeruari. Ab. de iureiuran. c. Intelleximus.

Iuramentum contra legem æditum in fauorem publicum non obligat, quia non ligat ad illicita. Abb. de foro competen. cap. Si diligenti. Si ſit præſtitum ſuper actu a lege infirmato principaliter fauore iurantis, licet ſecundario in fauorem publicum eſt neceſſario ſeruandum, ſi non ui, nec dolo præſtitum eſt, & in alterius præiudicium principaliter non redundat. Abb. de iureiuran. cap. Cum contingat. Si lex aliquid prohibet propter bonos mores naturales conſeruandos, aut fundatur ſuper bono publico utroque modo iuramentum contra legem non obligat. Si lex fundatur non in prædictis, ſed in odium aliquorum uel principaliter ſuper fauore priuato & in conſequentia ſuper publica auctoritate, utroque modo iuramentum in contrarium obligat, & horum aſſignantur rationes. Improbatur illa diſtinctio Barto. aut uerba diriguntur ad perſonas aut ad rem pro qua contrahitur. Si lex ciuilis uel ſtatutum irritat iuramentum, & contractum niſi ſaluetur certa ſolennitas ſi ſine alia præſumptione fraudis prohibet obligationem, uel alium actum, iuramentum ſeruandum eſt. Nec poteſt imperator tollere iuramentum, ſed eccleſia tantum. Si ſtatutum non ſeruata ſolennitate præ-

ſumit

ſumit dolum, uel aliam cauſam illicitam, ſi nulla apparet ſpecifica, & uerisimilis coniectura præſumendi fraudem, tenet iuramentum, quia ſine tali cauſa non poteſt impediri obligatio acquiſita Deo. Si ſubeſt cauſa præſumendi ut quia in loco communiter & qui & ſic arguitur a communiter accidentibus quod fuerit dolus. Si in foro animæ contractus fuit uerus, tenetur ſeruare iuramentum, & in foro contentioſo ſi hoc publice confitetur, quia ſibi creditur contra ſe. Si allegat fraudem præſumptam per legem, & ſtatutum, iuramentum obligat. Iudex tamen ſecularis in prædictis caſibus an iuramentum debeat ligare non debet cognoſcere, ſed tantum eccleſiaſticus, ex quo oritur probabile dubium, quando res ardua eſt & inter perſonas magnas, uel uult dare licentiam contraueniendi ſine aliqua permutatione ad ſolum papam pertinet. Vbi iuramentum interpoſitum contractui aſtringit contra diſpoſitionem legis, uel ſtatuti, an audiantur petentes ab illo abſolui, & ponuntur plures caſus. Iuramentum contra legem eſt pluribus modis. Primo quando lex uerſatur circa bonos mores. Secundo quando circa utilitatem publicam. Tertio quando prohibet in odium alicuius; Quarto quando prohibet fauore iurantis. Quinto quando prouidet aduerſus exceptiones. Sexto quando prohibet ratione ſolennitatis. Septimo quando prohibet contractum ratione rei uel materiæ ſuper qua fit contractus. Octauo quando aliquid prohibetur propter aliorum ſubditorum utilitates. Nono quando iuramentum interponitur in actu, cui lex non aſſiſtit. In prædictis quando eſt obligatio. Abb. de iureiuran. cap. Cum contingat. Iuramentum præſtitum in caſu a lege prohibito obligat iurantem, ſi prohibitio legis emanauit in odiũ aliorum, & fauorem iurantis, quia ſeruari poteſt ſine peccato, licet non firmet contractum. Ab. de pigno. c. Significante.

Iuramentum præſtitum in materia iuris ſecundum materiam ſubiectam debet intelligi. Ideo ſi præſtatur in materia ſeu natura legitimationis debet intelligi a legitimatione. Vnde cum ius permittat abſentiam clerici ex legitima cauſa ſuę eccleſiæ, uel etiam propria debet intelligi quod reſidebit, niſi ex legitima cauſa ſe abſentet, petita tamen licentia. Abb. de cleri. non reſiden. c. Ex parte tua.

Iuramentum eſt litis finis, uerum quando datur in ſupplementum probationis, ſecus ubi datur aliter. Ab. de iureiuran. c. Mulieri.

Iuramentum litis deciſorium a iudice delatum ſine iuſta cauſa. recuſari non poteſt, delatum a parte recuſatur licite in actione crimino ſa. non licet reo iuramentum deferre. Ab. de iureiuran. c. Iuramentum.

Iurans ſtare mandatis eccleſiæ, uel iudicis non obligatur niſi ad mandatum iuſtum, & ſecundum ius. Ab. de his quæ ui metus & cau. fi. c. Perlatum. Qui iurat ſtare mandatis eccleſię non auditur appellans contra iuramentum. ſi tamen de facto grauatur, appellare poteſt. Ab. de appella. cap. Ad hæc ſecundum & c. Quæſtioni. Si præcipit contra iuramentum prius licite factum non tenetur præceptum ſeruare. Abb. de iureiuran. c. Veniens. Nec tenetur obedire, ſi præcipit illicita, ut quod filium exhæreditet. Vbi ſuprà. c. Quintiualis. Vide. Precipiens.

Iuramentum non impedit matrimonium ſequens. Vnde ualet matrimonium a periuro contractum. Cum actus ſpiritualis teneat contra iuramentum fortius debet tenere actus temporalis uidelicet teſtamentum. Ab. de ſponſal. cap. Sicut. Si præſtitum ſit metu, ut quis contrahat matrimonium non eſt

obligatorium forte, quia eſt contra bonos mores, & contra ſubſtantialia matrimonii, quia non dat libertatem conſenſus, & conſenſus coactus eſt nullus. Ab. de eo qui duxit quam pollu. c. Significauit.

Qui iurauit cum aliqua contrahere, ſi uult religionem ingredi, debet primo contrahere, ut ſeruet iuramentum, & ante copulam monaſterium ingredi. Ab. de ſponſa. c. Commiſſum. Contrahere eſt de conſilio non de neceſſitate, ut non notetur de periurio ſecundum opinionem uulgi. In omni iuramento intelligitur ſi res in eodem ſtatu permanſerit, ſed hic non permanſit. Si poſt matrimonium de preſenti licet intrare religionem inuita ſponſa fortius hoc fieri poteſt poſt ſponſalia cum iuramento, licet ſecundum alios iſte non debet intrare tunc religionem, ſed in domo ſua experiri auſteritates, & de ſuis diſponere. Si tunc ingredi uoluiſſet papa non conſuluiſſet ut contraheret, ſed ut religionem ingrederetur. Ab. ubi ſuprà.

Iuramentum metu extortum eccleſia ſolet abſoluere, & tranſgreſſores eius non punit ut peccantes mortaliter. Ab. de iureiuran. c. Verum. & ubi ſuprà. c. Peruenit. Si poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis ſaluandum eſt, in tali tamen eccleſia Romana ſolet abſoluere. Vbi ſuprà c. Si uero. Idem eſt de epiſcopo, nec oportet monere partes. Ab. ubi ſuprà. Iuramentum metu mortis, uel amiſsionis bonorum eſt obligatorium quo ad eccleſiam, abſoluit tamen eccleſia etiam ſi metu ſit improbabilis. Nec oportet, ut prius compellat partes ad renunciandum, ſed poteſt ſuperior illud dimittere directe. Ab. ubi ſuprà. c. Verum. Si iurans non habet animum ſe obligandi quo ad Deum, non indiget abſolutione, peccat tamen uenialiter, ſi habet animum ſe obligandi contraueniendo peccat mortaliter. In dubio præſumendum eſt quod non habet animum ſe obligandi, uult tamen eccleſia, quod obſeruet, poſt factum tamen non punit pro mortali. Votum metu factum non tenet. De iuramento ſtatuit eccleſia quod teneat ne detur materia allegandi metum, & ſic ueniendi contra iuramentum, cum interueniat frequenter in actibus humanis, & pro reuerentia petatur abſolutio, quæ ratio ceſſat in uoto. Ab. ubi ſuprà. c. Si uero. Extortum metu in caſu non prohibito a lege obligat, ſecus ubi lex prohibet, ut de alienatione dotis, uel donorum. Ab. ubi ſuprà. c. Cum contingat. Si metu iurauit id quod tenebatur de iure communi obligatur; & ſi non ſeruat, eſt periurus, poteſt tamen petere abſolutionem. Ab. ubi ſuprà. c. Ad noſtram ſecundum. Metu extortum obligat, licet poſſit peti abſolutio. Qui impletionem iuramenti in melius commutat, non periurat. Si impletio concernit honorem Dei & utrunque poteſt impleri, poteſt epiſcopus commutare in melius, ſi non poteſt ſeruare iuramentum ſine perturbatione maioris boni, poteſt propria auctoritate mutare, non tamen ſemper. Si concernit utilitatem priuatam ſine conſenſu eius cui eſt præſtitum, commutari non poteſt, nec prodeſt ſuperioris auctoritas. Ab. de iureiuran. c. Peruenit.

Contra iuramentum metu præſtitum nullus auditur, niſi fuiſſet metus, qui potuiſſet in conſtantem uirum cadere. Ab. de his quæ ui metus & cau. ſi. cap. Cum dilectus. Dolum paſſo. Vide.

Iuramentum contra bonos mores non obligat. Intellige de moribus naturalibus non de ciuilibus, alias nunquam obligaret contra leges. Ab. de dona. inter uirum & uxo. c. Donatio.

Iuramentum quando poteſt mutari. Ab. de iureiuran. c. Peruenit.

Iuramentum exigi poteſt ab aliquo per nuntium, & tunc idem eſt, ac ſi ipſe iu-

traſſe

raſſet. Abbas de elec. capitulo. Significaſti.

Iuramentum præſtitum alicui ratione dignitatis non obligat, ſi ille deponatur a dignitate, ſed nec depoſitus tenetur ad ea quæ geſſit ratione dignitatis, quia non ſequuntur obligationes perſonam, ſed computatur ut mortuus. Si ſubſit neceſſitas uel magna utilitas, præſumitur probabiliter quod ſuperior qui non poteſt adiri, diſpenſaret ut contrauenirct iuramento. Quando quis iurat principi, intelligitur obligari eo in dominio perſeuerante. Ab. de elec. c. Venerabilem.

Iuramentum eſt obſeruandum in forma ſpecifica, nec ſufficit adimplere illud in effectu. Ab. de iureiuran. c. Ad noſtram.

Iuramentum obligat ſemper ubi non habetur reſpectus ad dignitatem recipientis, nec præſtantis, ſi iuramentum eſt reſpectu alicuius dignitatis, uel alterius qualitatis exiſtentis in perſona iurantis, uel recipientis, ceſſat obligatio ceſſante illa dignitate uel qualitate. Ab. de iureiuran. c. Veritatis. Non eſt iuramentum obligatorium ultra intentionem iurantis. Abb. ubi ſupra. ç. Quintiualis. Cum contingat. Iuramentum non obligat ſi ab alia parte non impletur conditio reſpectu cuius iurauit. Vbi ſupra. c. Peruenit ſecundum. Secus ubi promiſſiones non ſe reſpiciunt mutuo. De ſpecie ad ſpeciem non admittitur compenſatio. Si ex neceſſitate uel iuſto impedimento non implet, non tenetur altera pars ad iuramentum. Abb. ubi ſupra, cap. Sicut, & infra. Vide. Iuramentum quod ſeruari non poteſt ſine peccato.

Iuramentum ut obliget requirit deliberationem, propoſitum uoluntatis, & promiſſionem, nec obligatur iuramento alterius, niſi ille ſit procurator capituli, nec obligat ſucceſſores iurantis. Ab. de iureiuran. c. Sicut ex litteris. & de reſtitutio. ſpolia. c. Olim.

Iuramentum obligat, ſi ſit præcibus extortum, ſi metu cadente in conſtantem uirum obligat, ſed poteſt peti abſolutio. Abb. de iureiuran. capitu. Petitio noſtra.

Iuramentum ſi ſit præſtitum in materia principaliter ſpectante ad papam poteſt papa ſine cauſa abſoluere. Si in alia materia & in honorem Dei nullus præter Deum poteſt ſine cauſa remittere. Si ſubeſt iuſta cauſa, poteſt papa remittere. Iuſta cauſa eſt, ſi continet turpitudinem ex parte recipientis, uel propter ſcandalum euitandum, uel in melius commutando. Idem facit epiſcopus, niſi in cauſis magnatum in quibus eſt ad papam recurrẽdum, & in multum dubiis. Alii prælati qui non habent iuriſdictionẽ epiſcopalem non poſſunt abſoluere. Si reſpicit commodum hominis principaliter papa non diſpenſat ſine cauſa, poteſt tamen remittere ille de cuius commodo agitur, ſi ad commodum proprium, nec ipſe nec alius poteſt remittere ſine cauſa. Ab. de iureiuran. c. Quanto.

Iuramentum quando præſuponit uoluntatem papæ. Ab. & Glo. de reſcrip. c. Conſtitutus.

Iuramentum in pactis, quando obligat. Vide. Pactum cum iuramento.

Iuramento partis non fit plena probatio. Abb. de proba. c. Propoſuiſti. In dependentibus autem a conſcientia ſua ſtatur iuramento eius. Ab. de teſti. c. Præſentium.

Iuramentum ut ſit ſine culpa requirit. primo ut fiat neceſſitate, uel pro utilitate ſua, uel proximi. ſecundo debet habere comites, ueritatem, iudicium, & iuſtitiam, alias eſt potius periurium. In ueritate conſcientiæ, ut iurans

credat

credat id eſſe uerum. Iudicium.i.diſcretionem ex modo iurandi & ex cauſa propter quam iurat. Si iurat per Deum, & cauſa eſt neceſſaria ſatis eſt diſcretum. Iuſtitia.i.quod iuſtum eſt iuret. Iuramentum indiſcretum ex parte eius quod iuratur, puta quia illicitum, non obligat. Si ex modô puta per creaturam, uel ſine deliberatione, uel ſine utilitate obligat, & dicitur periurium.i.incauta iuratio, nec tamen ſemper eſt peccatum mortale. Abb de iureiuran. c. Et ſi Chriſtus.

Iuramentum quod ſaluari non poteſt ſine peccato mortali non eſt obligatorium, ſed iurans auctoritate propria poteſt contrauenire. Item ſi uergit in interitum ſalutis corporis. Item ſi in diſpendium ſalutis, ut quando obligat ad ueniale. Quarto quando uergit in peiorem exitum quod eſt. 6. modis. Primo quando iurat mortale. Secundo quando ueniale in ſe. Tertio quando ex ſe indifferens, quod tamen ex circumſtantiis eſt mortale, uel ueniale, quia ſi a principio fuiſſent circumſtantiæ, iuramentum fuiſſet temerarium. Quarto quando excludit opus ex neceſſitate faciendum. Quinto quando excludit opus de genere bonorum, ut acceptare epiſcopatum; quia in præiudicium boni publici, ſecus ſi acceptaſſet propter priuatum ut ſ. præeſſet & non prodeſſet. Sexto quando excluditur opus indifferens pia intentione Deo uel proximo faciendum, ut ſi iurauit non eſſe fideiuſſor non mutuare, uel alia perfectionis opera non facere. Quinto ſi contra bonos mores naturales, ut ſi præbet occaſionem peccandi, ſecus contra mores ciuiles. Sexto ſi ex ira, quia conſenſum non habet. Extra prædictos caſus iuramentum eſt ſeruandum regulariter, etiam ſi eſt temerarium, eo quod nulla neceſſitas impellat ad iurandum. Ab. de iureiuran. c. Si uero. Cuius ſeruatio eſt contra animam, uel contra Deum, ſi iurat ſtare mandatis eccleſię non debet intelligi præſtitum ſecundum intentionem recipientis, ſed iurantis, ideo non tenet. Item intelligitur quod ſatisfaciat pro quo fuit excommunicatus, ſi tamen excommunicatio ſit iuſta. Abbas de reſtitutio. ſpolia. cap. Litteris. Quando non poteſt ſaluari ſine interitu ſalutis, non obligat, nec quando pręſtitum eſt de non reuelando certum quid. Si iurans perducitur in teſtem. Abbas de teſti. cogen. capitu. Venerabilis.

Iuramentum præſtitum a pręlato ſuper rebus eccleſiæ non recuperandis non ualet. Abb. de iureiuran. c. Peruenit. Nullum iuramentum poteſt ligare prælatum in damnum eccleſiæ, quia iuramentum non debet eſſe uinculum iniquitatis, nec per iuramentum poteſt quis ſe ſubtrahere ab onere publico. Ab. ubi ſuprà. Si iurat præſentibus de antiquo cenſu augendo, & poſt contrariũ iurat inſtituenti, ualet ſecundum, & non primum, & tamen ab eccleſia remouetur. Ab. de iureiuran. c. Tua nos.

Iuramento perpetuitatis actus ſtatur deficiente probatione ſuper circumſtantiis, ubi aperte conſtat de hoc caſu. Ab. c. Significaſti.

Iuramento ſit probatio, ubi uenit aliquod probandum conſiſtens in conſcientia. Ab. de crimine falſi. c. Accedens. In dependentibus a conſcientia alicuius ſtatur iuramento eius, nec aliter grauari poteſt ad probandum. Ab. de ſen. exco. c. Si uero.

In iuramento promiſſorio intelliguntur hæ conditiones, ſi Deo placuerit, ſi papę placet, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, ſi mihi ſeruabitur fides honeſta, & poſſibilis, ſi mihi numeraueris pecuniam, ſi nuptiæ ſunt ſequutæ, ſi moderatum quod pręcipiatur. Commoditates conditiones ſpeciales non intel-

intelliguntur, niſi exprimantur, licet animo concipiantur niſi ubi lex exprimit aliquid agi inter contrahentes, quia tunc pro expreſſo habetur. In aſſertorio nulla intelligitur conditio, nec tamen propter prædicta iuramentum eſt conditionale, niſi interdicat iudex, uel ius commune. Quando pater iurat ſe daturum filiam in uxorem, item ſaluo iure alterius. Item intelliguntur dicta in capiulo. Quintiualis. Si iuraui alicui, ab eo debeo abſolui. Ab. de iureiuran. c. Quemadmodum.

Iuramentum contra promisſionem alicuius ſimplicem factum non ualet, licet Innocen. oppoſitum dicat. Ab. de ſponſa. c. Sicut.

Iuramentum proprium excludit præſumptionem leuem, non autem urgentem, & ſtringentem. Gloſ. & Abb. Qui matrimo. accuſa. poſſunt. capitu. Cum in tua.

Iuramentum recuſare poteſt qui plene probauit. ſimiliter reus, ſi actor non probet. Vbi eſt ſemiplena probatio, uel præſumptio, poteſt exigi iuramentum. Ab. de proba. c. Sicut conſuetudo.

Iuramentum poteſt relaxari per epiſcopum non uocata parte, ſi conſtat eſſe illicitum ex parte recipientis, ſi non conſtet, non ualet relaxatio, niſi uocata parte. Abbas de iureiuran. capitu. Sicut & infrà. Abbas de appella. cap. Qua fronte. Vide. Iuramentum fit Deo. Epiſcopus abſoluit a iuramento.

Iuramentum reprobatur non ſolum quando continet peccatum, ſed etiam ſi occaſio eſt peccati. Ab. de iureiuran. c. Cum contingat.

Iuramentum eſt ſeruandum in ſpecie, nec ſufficit implere illud in effectu. Ab. de iureiuran. cap. Ad noſtram. An ſit ſeruandum in arduis & inter magnos, & quando datur licentia contraueniendi ſine commutatione in melius, pertinet ad iudicem Apoſtolicum. Ab. de iudi. c. Cum ueniſſet.

Iuramentum in præiudicium ſuperioris non ualet. Abb. de iureiuran. c. Venerabilis. Intelligitur in materia in qua ſubditur. Vnde clericus iurans non recedere de aliqua ciuitate non obligatur ſi reuocetur per epiſcopum ex iuſta cauſa, ſecus ſi iuraſſet pro neceſſitate ſtudii, & haberet licentiam eundi ad ſtudium. Idem eſt de patre reuocante filium, & principe ciuitatis ſubditum. Ab. de iureiuran. c. Veniens. Si ſubditus iurauit obedientiam, & fidelitatem ei cui non debet, in præiudicium ſuperioris iuramentum eſt illicitum. Abb. ubi ſuprà. c. Ex te.

Iuramentum ubi diſpoſitio exigit quod ſit tactus ſcripturæ non ſufficit ſine tactu. Ab. de teſti. c. Teſtibus. & ubi ſuprà. c. Tuis quæſtionibus. Vbi exigitur iuramentum corporale pro ſolennitate non ſatisfit iuri ex iuramento uerbali ſolo. Ab. in rubri. de iureiuran. c. De regula. Nullus. Quando forma & diſpoſitio requirit Euangeliorum tactum non ualet actus, niſi iuramentum ſit cum tactu corporali Euangeliorum. Abb. de frigi. & malefi. cap. Laudabilem.

Iuramentum de non præbendo teſtimonium, conſilium, auxilium, contra aliquem non ligat, quò minus ductus in teſtem non teneatur contra illum teſtimoniũ ferre, immo debet compelli contra eum pro quo iurauit, licet contra alium ſi producatur, repelli poſſit, niſi poſt iuramentum feceſit pœnitentiam. Ab. de teſti. c. Intimauit. Iuramentum de non teſtificando contra aliũ in criminali non ualet. Abb. ubi ſuprà. c. Conſtitutus. Iurans non reuelare ſecretum, ſi poſt deducatur in teſtem, tenetur reuelare iudici. Abb. de teſti. cogen. c. Veritatis.

Iura-

Iuramentum non conualidat tranſactionem illicitam. Abb. de tranſactio. cap. Conſtitutus.

Iuramentum non continens turpitudinem ex parte iurantis ſemper eſt ſeruandum, etiam ſi non ualet contractus ſuper quo eſt præſtitum. Ab. de tranſactio. c. Conſtitutus. Vide. Pactum. In omni iuramento continente turpitudinem ex parte iurantis poteſt, epiſcopus diſpenſare, & abſoluere iurantem, nec oportet ut prius impleat iuramentum, uel compellere faciat recipientem ad relaxandum, ſed poteſt directe petere abſolutionem ab epiſcopo. Abbas de his quæ ui metus & cau. ſi. capitu. Ad aures. Ad audientiam.

In ueritate eſt iuramentum, nec oportet quod addatur uerbum, iuro ſed ſufficit ad confirmationem quod interponat Deum implicite uel explicite. Ab. de iureiuran. c. Et ſi Chriſtus.

Iuramentum de ueritate dicenda poteſt exigi etiam in fine cauſæ. Ab. de iureiuran. cap. Ex litteris. In cauſa uſurarum, uel alia in qua imminet peccatum, licet ex natura cauſæ non ſit præſtandum, ex quo non eſt ſpiritualis, deficientibus tamen aliis probationibus, & exiſtentibus aliquibus præſumptionibus poteſt iudex ex officio exigere iuramentum de ueritate dicenda. Ab. ubi ſuprà.

Iuramentum etiam ui extortum obligat parti. Ab. de iureiuran. c. Ex adminiſtrationis.

Iuramentum contra uotum & profeſsionem non obligat. Abb. de iureiuran. c. Ex litteris. Non eſt uinculum fortius uoto, tamen contractus etiam iurantis contra uotum non tenet, Vnde non ualet iuramentum contra uotum, ſed eſt temerarium. Ab. Qui cleri. uel uouen. c. Rurſus.

Iurans non accuſare poteſt illum denunciare, ſi iurat non denunciare, non ualet iuramentum, ſi uult denunciare principaliter propter periculum animæ ſi mouetur propter proprium intereſſe non poteſt ſine metu periurii, quia iuramentum ualet reſpectu intereſſe priuati, non autem reſpectu publici. Iuramentum quod non accuſabit de commiſſo adulterio licitum eſt, ſi de committendo reſpectu accuſationis criminalis non ualet iuramentum, nec pactum. ſi reſpectu accuſationis ciuilis eſt dubium, cum agatur ad diuortium propter commodum uiri, ideo dicitur in littera. Tutius eſt ut denunciet. ſi ſe non correxerit, poteſt uir eam deferre, corrigere, & in uinculis tenere. Si iurauit non accuſare uxorem eſt iuramentum temerarium ſi ſpecialiter de adulterio poteſt denunciare, ſed non debet accuſare. Ab. de iureiuran. c. Quemadmodum.

Iurans redire ad carceres obligatur, ſi bellum eſt iuſtum, & non eſt detentio iniurioſa, nec timetur de periculo perſonæ. unde periurus eſſet non redeundo, uel fugiendo carcerem. Ab. de iureiuran. c. Sicut & infra. Si ſubſit periculum mortis tenetur redire, dummodo carcer non ſit iniurioſus. Abb. ubi ſuprà. c. Si uero.

Iurans non eſſe contra aliquem in cauſis propriis, & eccleſiæ ſuæ poteſt eſſe contra eum, etiam ſi timenti conſpirationem iurauit. Ab. de iureiuran. cap. Petitio ueſtra. Ex generali ſermone perſona loquens intelligitur excepta, & quælibet alia quę adiuuari debet, ut perſona propria, ut eccleſia iurantis, patria, coniunctæ perſonę, omnia declarantur. Ab. ubi ſuprà.

Iurans ſeruare contractum etiam iurat omnia & ſingula eſſe uera, ſi uult probare ſimulationem ueram ex actis, & ſic contrauenire inſtrumento iurato, an

poſsit

poſſit non petita prius abſolutione a iuramento & quando . Ab. de iureiuran. c. Cum contingat. Si iurauit non contrauenire contractui, an renunciaverit iuri quod ignoret, an oporteat illum cerriorari de illo iure, an poſſit contrauenire, opiniones. Poteſt tamen petere abſolutionem a iuramento. Ab. de emptio. & uenditio. c. Cum cauſa.

Iurans ſeruare contractum intelligitur ſe obligare quantum alius ſeruat pro parte ſua, alias non tenetur ad obſeruantiam. Si rumpunt pacem, qui frangit ſecundo poteſt accuſare primum, & non econtra. Intelliguntur etiam quę communiter ſunt de natura contractus eſſe iurata, & promiſſa, etiam ſi non exprimantur, ſicut quod uxor ſit caſta. Iuramentum appoſitum in aliquo contractu recipit omnes conditiones, additiones, ſubauditiones, limitationes, quas habet ille contractus, ſi etiam in alia diſpoſitione, uel obligatione reguletur ab illa. Ab. ubi ſupra. c. Quemadmodum.

Iurans cui non debet, cui debet iurare compellitur. Abbas de iureiuran. cap. Ea te.

Iurans per creaturas peccat, quia contra præceptum Dei, obligatur tamen, ſi illud poteſt ſeruari ſine periculo animę, per creaturas quę in iure exprimuntur licet iurare, & tantum per illas, quia per ipſas habetur reſpectus ad creatorem, non ſic faciliter in aliis, ut per ſalutem principis. Ab. de iureiuran. c. Et ſi Chriſtus.

Iuramento poteſt quis ſe obligare quod non mouebit quæſtionem ſuper beneficio in quantum concernit fauorem ſuum, non autem in quantum concernit fauorem eccleſię, uel parochianorum, quia in eorum præiudicium non poteſt. Ab. de reſtit. expoli. c. Audita.

Iurans per Deos alienos licet peccet, obligatur tamen, & tranſgrediendo minus peccat, ſimiliter quia per creaturas, quam qui tranſgreditur iuramentum per Deum uerum, qui ab infidelibus recipit iuramentum ſecundum eorum ritum. Qui ſine cauſa & iocoſe iurat, qualiter peccet. Ab. de iureiuran. c. Et ſi Chriſtus.

Iurans defendere eccleſiam ſi requiſitus ſine iuſta cauſa recuſat, eſt periurus, nec eum defendit appellatio. Abb. de iureiuran. cap. Breui. Tenetur etiam ſine recuſatione, ſi ſit quod ſuo indiget patrocinio, ſi eccleſia non ſeruauit ſibi fidem, uel ſubtraxit ſalarium conſuetum, uel remorder conſcientia de iniuſta cauſa, non tenetur, & tamen ſi ſua conſcientia ut erronea in iudicio eccleſiæ erit periurus. Ab. ubi ſupra.

Qui iurauit reſidere in eccleſia, licite ſe abſentat pro ſeruitio eccleſiæ. Abb. de cleri. non reſiden. c. Ex parte.

Qui iurat aliquid facere, ſi poſt contra iuramentum facit, an teneat. Ab. de iureiuran. c. Intellecto. Vide. Alienatio in eccleſia.

Iurare eſt licitum ex cauſa neceſſaria, etiam religioſo. Abbas de iureiuran. cap. Si Chriſtus. Iuratur licite ut recedatur a lite, & exceptio quod cauſa fuit iuramento firmata impedit litis conteſtationem. Abbas ubi ſupra.

Iurans ſcienter illicitum non indiget abſolutione, ſed tenetur illud non obſeruare, ſi ignoranter, debet obſeruare ſi licito modo eſt obſeruabile, ſi licitum, & putabatur illicitum, debet obſeruare, & de animo deprauato pœnitere. Ab. de iureiuran. c. Quinto.

Iurans licitum ſcienter, & iocoſe, uel indeliberate, ſi poſt tranſgreditur, peccat mortaliter. Qui iurat etiam falſum ſcienter, peccat mortaliter, ſi iurat

ex leui-

ex leuitate quod poſt implere non poteſt ex aliqua neceſſitate, eſt ueniale. Si credit id eſſe uerum non peccat, ſi adhibuit omnem diligentiam, alias eſt ueniale, & ſi fuit in culpa, eſt mortale. Iurans illicitum ex deliberatione, & propoſito peccat mortaliter, ſi iocoſa leuitate incaute, eſt ueniale. Ab. de iureiuran. cap Tua nos. Iuramentum ex iracundia ex abrupto factum non obligat. Ad cautelam tamen poteſt peti abſolutio. Abb. de iureiuran. c. Ex litteris.

Iurans contrahere matrimonium propter superuenientem fornicationem, uel deformitatem ſuperuenientem poteſt ea repellere, non autem propter precedentem. Ab. de iureiuran. c. Quemadmodum.

Iurans obedire prælato & eccleſię, non alio diœceſano, ſed capitulo cathedralis eccleſiæ obedire tenetur. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Cum clerici. Non tamen tenetur obedire cuilibet canonico, ſed obligatur ei, ut uniuerſitati & epiſcopo, ut capiti, ideo ſi epiſcopus, & capitulum mandat contraria, obediet epiſcopo quo ad ſpiritualia, habet ea ab epiſcopo & capitulo, ſed ſi haberet feudum à capitulo, iuraret capitulo; & ſi ab epiſcopo, iuraret epiſcopo. Ab. ubi ſuprà.

Iurans non reuelare ſecretum, ſi illud ſit inhoneſtum, aut alicui nociuum, poteſt reuelare ei qui poteſt prodeſſe. Abb. de iureiuran. cap. Ego. Si etiam poſt producitur in teſtem, non tenetur ſeruare. Ab. de teſti. cogen. cap. Veritatis.

Iurans ſeruare ſtatuta ędita, & poſt per illud iuramentum aliter non iurando promiſit ſeruare ædenda, uel poſt ædita, non tenetur ex iuraméto ad nouiter ædita. Ab. de iureiuran. c. Clericos. Si iurat ſeruare ſtatuta ſimpliciter, non obligatur ad ſtatuta, quæ poſt fiunt, niſi ſint modici preiudicii, non autem ſi grauis. Abb. ubi ſuprà. Iurans ſeruare ſtatuta, ſi poſt tollunt ſtatutum collegialiter, an ſit periurus. Quando collegium poteſt eum abſoluere a iuramento. Quando ligat ſingulariter, & quando collegialiter. Si ſinguli de collegio iurant in fauorem collegii, poteſt collegium iuramentum remittere, ſi in fauorem ſingulorum, poteſt collegium iuramentum remittere, ſi in fauorem ſingulorum, uel eccleſię, non poſſunt hoc iuramentū remittere, quia non ualet quis ſeipſum abſoluere, quia uinculat ſe Deo, cui primaria obligatio acquiritur. Ab. de præben. c. Dilecto.

Iurans temere non admittitur ſtante temeritate in teſtimonium, niſi contra eū pro quo iurauit, ſi pœnitet, poſt admittitur ad omnes. Ab. de teſti. cogen. c. Conſtitutus. Periurat, & poteſt cogi ad agendum pœnitentiam. Abb. de ſponſa. c. Ad audientiam.

Iurans temere illicitum peccat mortaliter, non autem ſi ſit ſine neceſſitate, uel utilitate, uel iocoſe non tamen illicitum, quia tunc eſt ueniale. Impedit primum ab electione fienda non autem a facta, quia inter mortalia eſt leue, eo quod illi debeatur tantum unius anni pœnitentia. cæteris pœnitentia centum annorum. Ab. de iureiuran. c. Sicut noſtris. Iurans temere peccat mortaliter, & qua pœna punitur. Ab. de his quę fiunt a maio. parte. capi. Cum in cunctis.

Iurans uſuras ſoluere habet multa remedia, etiam ſi iuret non denunciare iudici, nec querelam quouis modo mouere. Ab. de iureiuran. c. Ex adminiſtrationis. Si iurauit non repetere uſuras, & non adire iudicem, & epiſcopus facit edictum generale, debet deponere, quia ad hoc obligare ſe non poteſt, & ſi denunciat, poteſt teſtes producere. Ab. ubi ſuprà. cap. Ad noſtram.

ſtram. Iuramentum de ſoluendis uſuris compelluntur creditores relaxare per ordinarium, & delegatum. Abb. ubi ſuprà. c. Ex adminiſtrationis. Iuramentum nullum ligare poteſt eum qui uſuras ſoluit, quod peccatum uſurarii non denunciet eccleſiæ. Ab. de regula. c. Veniens.

Iurans creditori nullum grauamen ſuper pignore inferre donec ſoluerit debitũ nõ auditur repetens pignus uolendo compenſare fructus in ſortem ſed debet prius debitũ integraliter ſoluere, & demũ rem cum fructibus inde perceptis expoſcere. De iureiuran. c. Ad noſtram. Si iurauit ſoluere poteſt abſolutionẽ petere a iuramento. Ab. ubi ſuprà. Per iuramentum præſtitum ſuper uſuris reſtituendis acquiritur obligatio ſuſcipienti, unde ex puro iuramento oritur parti ſuſcipienti obligatio naturalis, etiam ſi iuramentum ſit extraiudiciale, ſi continet turpitudinem ex parte præſtantis, eſt tamen obligatorium. Abbas de iureiuran. capitu. Ex adminiſtrationis. Vide. Vſurarii ad reſtituendum.

Periurus non eſt qui neceſſitate non implet iuramentum. Ab. de iureiuran. c. Querelam. Largo modo periurus eſt, qui iurat illicitum, uel indiſcretum. Ab. ubi ſuprà. c. Et ſi Chriſtus.

Periurus admittitur de nouo ad iurandum quando iuramentum tendit in præiudicium ſuum, non autem ſi tendit in ſui releuationem, uel honorem, uel ut gerat officium aliquod. Vnde nunquam admittitur in teſtem. Si poſt ſecundum iuramentum uenit contra primum, puniri poteſt ut de pluribus periuriis. Ab. de maiori. & obe. c. Cum in eccleſiis. Non admittitur ad iuramentum honoris, ſed oneris, quod illum obligat. Ab. de appella. cap. Quæſtionem. Ab. de iudi. c. Intelleximus. Si eſt in ſacris, quando poteſt eſſe teſtis. Ab. de teſti. c. Teſtimonium.

Condemnatur periurus, qui dat cauſam periurii. Ab. de præben. c. Dilecto ſecundum.

Periurus eſt ab eccleſia remouendus, quia non neceſſitate, ſed uoluntate uenit contra licitum iuramentum. Ab. de iureiuran. c. Querelam. Periurus eſt dignus remotione beneficii, & depoſitione ab ordine. Abb. ubi ſuprà. Qui conſtituit ſe inter iuramenta contraria eſt ab omni officio perpetuo remouendus, & qui periurus eſt reſpectu certi beneficii, priuatur omnibus aliis & inhabilitatur perpetuo ad beneficium ſuſcipiendum etiam ſi periurium non irroget infamiam. Ab. de iureiuran. c. Tua nos. Non tamen ex periurio perdit ſtatim cauſam, etiam ſi litiget ſuper ſpirituali re. Abbas de do. & contuma. capitulo. Prout. Periurus poteſt puniri ab eccleſia, ſimiliter fractor fidei. Abbas Ne prælati uices ſuas. capitu. Querelam.

Iurgium dicitur quaſi ius garium. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Foris.

Iuriſdictionem ampliant incidentia cauſæ, intelligitur ſi iudex eſt capax. Ideo iudex laycus non cognoſcit in cauſa ſpirituali incidenti. Abbas Qui ſi. ſunt legiti. capitu. Lator. Vide. Papa iuriſdictionem inter laycos.

Iuriſdictio poteſt acquiri conſuetudine, ſiue ſit iuriſdictio ſimplex, ſiue imperii, ſiue mixti imperii. Quomodo acquirantur ea quæ ſunt papæ, imperatoris, & epiſcoporum ex talibus præſcriptionibus. Ab. de foro competen. c. Cum contingat.

Iuriſdictio comprehendit ea quæ ſunt mixti, & meri imperii, & quæ ſimplicis iuriſdictionis. Imperium eſt iuriſdictio, quæ exercetur officio iudicis, nobili. quod non deſeruit intente alicui actioni per partem. Merum imperium

rium eſt quæ exercetur officio iudicis nobili reſpiciens publicam utilitatem. Mixtum imperium eſt iuriſdictio, quæ exercetur officio iudicis nobili reſpiciens priuatam utilitatem. Dicitur imperium merum, quia mere collatum a principe nec alicui neceſſitati ſubiectum, quia iudex ex officio ſuo procedit ad utilitatem publicam ſine impedimento aliorum. per hoc epiſcopi habent liberam poteſtatem inquirendi. uel poteſt dici merum, quia non habet aliquam mixturam cognitionum pecuniariam. Tertio dicitur merum, quia in nullo participat alicui cum iuriſdictione. Vnde non habet mixturam iuriſdictionis ut partim accedat ad imperium, & partim ad iuriſdictionem. Quæ exercentur officio iudicis nobili ad publicam utilitatem, dicuntur meri imperii, quæ ad utilitatem priuatam, mixti, quę officio iudicis mercenario ad utilitatem priuatam, iuriſdictionis ſimplicis ſunt. Imperium merum dicitur ſex modis qui inueniuntur in iure ciuili, & canonico, & ponuntur exempla. Iſta omnia imperia de iure canonico poſſunt ſubdelegari. Mixtum imperium dicitur, etiam ſex modis. Verum & mixtum imperium habet iudex, qui præeſt prouinciæ, non autem qui preeſt ciuitati de iure communi. Ciuitates Italiæ hodie habent omnia, quæ olim prouincia, ideo poteſtas habet omnia iſta non caſtri ſubiecti ciuitati, cuius iudices non cognoſcunt de maioribus criminibus ſed ad ciuitatem remittunt. Rectores artium non habent ea quæ ſunt imperii, qui cognoſcunt tantū ea, quæ eueniunt ratione illius ſocietatis. In eccleſiaſticis epiſcopi & ſuperiores, legati papæ habent quę ſunt imperii, inferiores prælati non habent regulariter & de iure communi, niſi forte quæ ſunt in minori, & minimo imperio. Poſſunt tamen excommunicare quod eſt imperii. Quando excommunicant in fauorem priuatum, credo ſit mixti imperii. Fallit in prælatis regularibus qui cognoſcunt in criminalibus contra ſubditos, dummodo non procedant ad depoſitionem. Abbas de officio & poteſt. iudicis ordinarii. c. Quod ſede.

Iuriſdictio quando reſpectu certæ cauſæ per legem ciuilem attribuitur uniuerſaliter alicui, talis actiue & paſſiue comprehendit etiam clericos, in quibus uiget illa qualitas, ſuper qua fundatur iuriſdictio etiam in præiudicium ordinarii. Vnde dominus feudi exercet iuriſdictionem in uaſallos clericos, licet ipſe ſit laycus remoto epiſcopo loci. Ab. de iudi. c. Cæterum.

Iuriſdictionem dat delictum, & quare opiniones. Si delinquens reperitur in loco delicti eſt de iuriſdictione iudicis loci delicti quo ad omnes effectus reſpectu perſonę, & bonorum quo ad forum contentioſum, non autem quo ad pœnitentiale, ſi non reperitur in loco delicti, & præuentus eſt citatione, poteſt excommunicari & proceſſus fieri ſuper perſonam, quantum patitur ſtatus, & cauſę qualitas, & poteſt citari extra territorium uerbaliter, quia iam contumax & præuentus. Si non fuit pręuentus citatione, poteſt citari ad effectum diſtringendi bona, & poteſt acquiri iudex, ubi degit ut eum citet, aut remittat, & ille debet facere, & ſi ſit citatus, non comparet, poteſt excommunicari per iudicem delicti, & proceſſus fieri contra perſonam. ubi ſupra. Si iudex ubi degit non facit citationem aut remiſſionem, puto quod non poſſit proceſſum facere, nec citationem ad iſtum effectum extra territorium conſtituto. Si extra territorium non habet iudex iuriſdictionem in perſona, ſed in bonis, non poteſt iudex delicti citare. Hic forus eſt accidentalis, & non debet extendi ad conſtitutum alibi, niſi quando permittitur a iure per recurſum ad alium iudicem, & remiſſionem fiendam. Si agitur ciuiliter

uiliter contra eum qui degit in territorio alieno non tenetur iudex facere remiſſionem rei ad iudicem delicti, ſecus ſi agitur criminaliter, niſi ſit iudex domicilii, qui uelit eum punire. Si tamen ſit præuentus a iudice delicti debet remitti ad ipſum, ſi contumacia præceſſit, ſatis præſumitur contra reum. ſi non præceſſit, iudex domicilii antequam remittat, habet ſummariam cognitionem delicti. Nec ualet conſuetudo de fienda remiſſione, niſi inter iudicem, qui uult ipſum punire, & iudicem delicti. Iudex delicti puniet ſecundum ſtatuta loci delicti, niſi ignorantia probabilis excuſet. Abb. de foro competen. c. Licet. Vide. Forum quis ſortitur.

Iuriſdictio defuncti antequam ſucceſſor inſtituatur. Si defunctus exercebat ſolus iuriſdictionem, uel aliquem actum, ea quæ habet ab alio, deuoluuntur ad eum, a quo habet. Si poteſtas archidaconatus reuertitur ad epiſcopum, cuius uices gerit. Si habet a ſe & non ab alio, ut ſi ædificauit eccleſiam de bonis archidiaconatus, non deuoluitur poteſtas, ſed reſeruatur ſucceſſori. Quando exercitium ſpectat ad defunctum & ad alium, poteſtas deuoluitur ad collegium, non ad ſuperiorem. Si habet iuriſdictionem a pluribus deuoluitur prout ab ipſis tenebatur, ideo mortuo epiſcopo poteſtas confirmandi prælatos deuoluitur ad capitulum. Si epiſcopus exercebat alia cum aliis, deuoluitur ad illos non ad capitulum. Quod dictum eſt de defuncto, idem intelligo in abſente, uel negligente. Ab. de hære. c. Ad abolendā.

In iuriſdictione inferior non poteſt exercere ſententiam cenſuræ, uel aliam in maiorem, nec poteſt abſoluere. Archidiaconus qui poteſt delicta corrigere, non poteſt punire epiſcopum ſuum, ſed alium delinquentem, quia in territorio alieno cenſetur priuata perſona. Suffraganeus non poteſt punire archiepiſcopum ſuum in prouincia ſua, poteſt autem in alia. ſi in alia habet epiſcopatum. Si ſuperior ſubmittit ſe inferiori, non ualet, niſi forte de licētia ſuperioris illius, ſine quo nō pōt cōſentire. Ab. de maio. & obe. c. Cū inferior.

Iuriſdictio data inferiori reſpectu certæ cauſæ per legem data impotentia propter uoluntatem ipſius iudicis aut rebellionum ſubditorum deuoluitur ad ordinarium. Ab. de iudi. c. Ceterum.

Iuriſdictio iudicis layci poteſt per laycos prorogari ſine conſenſu ſuperioris. Hoc non poſſunt clerici, & aſſignatur ratio diuerſitatis. Layci ſi ſunt uaſſalli non poſſunt ſine licentia domini feudi quo ad temporalia. In ſacramentalibus ſpiritualibus non poſſet prorogari iuriſdictio ſine licentia proprii iudicis eccleſiaſtici. Iuriſdictio layci non poſſet prorogari in ſpiritualibus etiam cum commixtione, clerici poſſunt tamen pro intereſſe ſuo prorogare iuriſdictionē iudicis eccleſiaſtici. Ab. de foro compet. c. Significaſti.

Iuriſdictio eorum quæ ſunt in aliquo collegio, & omnis ordinaria iuriſdictio prorogari poteſt, non ſolum ſi competit ex iure communi, ſed etiam ſi ex conſuetudine. Ab. de foro comperen. c. Significaſti.

Iuriſdictio ordinaria competit alicui ex lege, ex conſuetudine, ex priuilegio principis. Ab. de off. iud. ordina. c. Duo ſimul. Semper iuriſdictioni coniungitur aliqua coactio, alioquin nulla eſſet. Glo. & Ab. de off. & pot. iud. delega. c. Paſtoralis. & c. Ex litteris.

Iuriſdictionem ordinariam non habet dominus in ſeruos, nec pater in filios, nec maritus in uxorem, poteſt tamen dominus ei ſeruientes caſtigare. Seruum poteſt caſtigare & mittere in uinculis, non tamen ſeuire, & cognoſcere iudicialiter. Vir non habet poteſtatem in uxorem ſicut in filium; poteſt tamen caſtigare, & uerberare ex cauſa, non tamen enormiter. An poſ-

ſit eam uinculare & recludere in apto loco. Licet pater poſſit delictum filii leuiter corrigere & tradere iudici ut puniat ſecundum eius uoluntatem iuſte, delicta tamen eius attrocia debent puniri per iudicem. Si tamen prædicti ſunt etiam ordinarii non delegati, licet ſint uariæ opiniones, poſſunt tamen prædictam iuriſdictionem exercere, niſi recuſentur. Melius eſt a principio committant omnia. Ab. de foro compet. c. Cum contingat. Iuriſdictio poteſt prorogari. Delegatus poteſt prorogare ſex modis. Primo de tempore ad tempus, ſi ſit delegata, ſed oportet ſit eiuſdem naturæ, & fori, ſicut prima, aliter non poteſt fieri. ſi ſit ordinaria & perpetua, poteſt prorogari in extraneum, qui acceptat ſubiici uſque ad tale tempus, ſi ſit ordinaria, & temporalis, ſicut ea quæ eſt poteſtatis, non poteſt prorogari, quia in præiudicium ſui ſucceſſoris & partes poſſunt conſtituere ſibi iudicem perpetuum. Secundo de re ad rem, & hæc prorogatio poteſt fieri tam coram ordinatio, quam delegato, ſiue res ſit eiuſdem quantitatis, ſiue maioris, quia non uariatur ſpecies. Tertio de perſona ad perſonam. & ſi eſt delegata, non poteſt ad perſonas non expreſſas, niſi cauſa contingat illas perſonas non expreſſas in reſcripto, ut cum agitur de iure prælationis, & alii comparent dicentes ſe potiores, tunc iſti poſſunt prorogare iuriſdictionem delegati. Ordinaria iuriſdictio prorogabilis eſt ad extraneos quouis modo ſit ordinaria. Quarto de loco ad locum, quæ in delegato poteſt fieri, ſi partes conſentiant expreſſe. Si ordinaria, poteſt prorogari in toto territorio ſuo, non autem extra, quia ibi cenſetur priuata perſona, niſi conſentiant partes, & iudex territorii. Iuriſdictio inhæret territorio. Quinto de caſu ad caſum, quæ fieri non poteſt. Sexto de cauſa ad cauſam, uel de una ſpecie iuriſdictionis ad aliam ſpeciem prorogatio fieri non poteſt. Qui deputatus eſt per mercantias non poteſt prorogare ut cognoſcat in aliis cauſis ſeparatis, & qui in maleficiis ut cognoſcat in ciuilibus, quia oportet illam iuriſdictionem habeat in ſubditos ſuos, ad hoc ut prorogari poſſit ad extraneos. In cauſis meri & mixti imperii prorogatio poteſt fieri, ſi iudex habeat iuriſdictionem conſimilem, & prorogatio ſit in præiudicium prorogantis, non autem ſi in præiudicium proprii iudicis, uel reipublicæ, cui condemnatio ueniebat applicanda. Laycus in ſpiritualibus nullam prorogationem poteſt facere ſine conſenſu ſuperioris in foro conſcientiæ, in contentioſo poteſt in iure patronatus prorogationem facere non ſui iudicis. Si tamen fieret colliſio, poſſet iudex ſuus procedere. Glo. & Ab. de off. & pot. iud. delega. P. & G. c. Per litteras. Clericus quo ad perſonam uel beneficium non poteſt prorogare iuriſdictionem nō ſui iudicis ſine licentia papæ uel epiſcopi proprii, tacite tamen per actum contrarium clericatui fit prorogatio, uel propter inobedientiam, contrahendo tamen de liquido in dioceſi aliena clericus tacite prorogat iuriſdictionem non ſui iudicis. Iuriſdictionem iudicis layci prorogare non poteſt in ſe etiam de conſenſu epiſcopi, ſicut nec epiſcopus de conſenſu metropolitani, papa non poteſt ſe ſubmittere imperatori. Layci ſine conſenſu ſuperiorum poſſunt prorogare iuriſdictionem, qui hoc a lege habent. In cauſa feudatali ſi laycus prorogat iuriſdictionem ſine conſenſu domini, non ualet iudicium. Vnde non poteſt iudex ſubdito ſuper quo non habet iuriſdictionem niſi quo ad nudum exercitium prohibere, quin ſub alio iudice iudicetur. Clericus tamen non poteſt prorogare iuriſdictionem iudicis eccleſiaſtici præterquam in criminalibus. Ad prorogationem requiritur. Primo quod is cui uult ſe ſubmittere, iuriſdictionem habeat. Secundo

cundo quod partes conſentiant ex certa ſcientia, quia. ſ. ſciunt illum non eſſe iudicem proprium, & ſufficit tacitus conſenſus. Tertio quod iudex ſaltem non contradicat, ſi tamen ignorat prorogationem factam, uitiare hoc non poteſt in prorogatione perſonarum. In prorogatione ad tempus requiritur tacitus conſenſus iudicis. Quarto quod partes non conſentiant per metum, quia iuriſdictio data per metum nulla eſt. Glo. & Ab. ubi ſupra.

Iuriſdictio prorogatur tacite adeundo iudicem alienum & coram eo litigãdo. Nec requiritur expreſſus conſenſus. Sola patientia ſuſtinendo iudicem alienum procedere non prorogat iuriſdictionem, ſed oportet ex parte illius interueniat aliquid facti. Vt fiat prorogatio oportet, quod non erret, nec in iure, nec in facto, niſi procedat iudex proprius, qui tamen poteſt aliqua exceptione repelli ſecundum aliquos. Melius. ſi inquiſitor datus eſt ad petitionem partis, & re integra patitur alium iudicem procedere, uidetur renunciaſſe litteris. Si papa ex certa ſcientia reuocat negocium, non ualet proceſſus per inferiorem factus, etiam ſi non excipiatur, ſi papa uni commiſit, & alius procedit præſente parte & non excipiente, non ualet proceſſus. Ab. de accuſatio. c. Ad petitionem.

Iuriſdictio fundata in qualitate. Vide. Qualitas.

Iuriſdictio tẽporalis pleno iure quid ſit, opiniones. Ab. de fo. cõp. c. Cõqueſtus.

Iuriſdictionem uoluntariam qui non poteſt exercere, minus poteſt exercere contentioſam, ut hic arguit papa. Ab. de paroch. c. Nullus epiſcopus.

Ius eſt ars boni & ęqui, & fit ſecundum communes regulas iuris. Iuris rigor eſt iuris exceſſus, qui quandoque ſtatuitur ad terrorem aliorum, quandoque tamen ſumitur pro ordine iuris. Æquitas eſt ordinata iuſtitia temperata dulcedine miſericordiæ. Ab. de ſen. & re iudica. c. Iurgantium. Iuris apices dicuntur obiectiones contra proceſſum, & non poſſe poſt publicationem producere teſtes. Ab. de teſti. c. Conſtitutus.

Ius eſt deciſio, quæ fit ſecundum iuris regulas. Æquitas uero eſt quędam continentia, & quoddam temperamentum recedens ex cauſa a communibus regulis iuris. Ab. de tranſactio. c. Ex parte.

Ius acquiri poteſt alicui ut uictualia non uendantur, niſi in locis ſuis. Idem eſt de furno, molẽdino, & huiuſmodi. & hoc poteſt competere ex priuilegio, & conſuetudine. Si alibi uolebant hæc exercere, & inhibiti acquieuerunt inhibitioni per legitimam præſcriptionem completam. Ius hoc poteſt etiam clericis cõpetere, licet ipſi non habeãt talia exercere. Cauſa fraudis nõ licet, ſed ex priuilegio, uel cõſuetudine. Licet lex hoc ꝓhibeat reſpectu perſonarũ uel rerũ, non tamẽ reſpectu loci, primũ uerius eſt. Ab. de appel. c. Significãte.

Iuri contrarium dicitur non ſolum quod de directo illi obuiat, ſed etiam ſecundum mentem. unde & ſententia dicitur data contra ius, ſi data ſit contra mentem. Ab. de capellis monach. c. Ex parte tua.

Ius diuinum eſt inuariabile &c. Tamen etiam in præceptis moralibus, ubi tranſgreſſio non eſt peccatum, cõſuetudine & legibus poteſt limitari, & hoc ubi ponitur regula generalis. Conſuetudo poteſt ius diuinum augere diminuere, & diſtinguere, ſicut lex poſitiua. immo hoc poteſt lex ciuilis, ubi ratio naturalis hoc dictat, & ſuadet, & tunc præſumitur Deum ſic uoluiſſe, & ſic limitandi, augendi, & diminuendi poteſtatem dedit uicario ſuo. Vbi ratio naturalis non ſuadet, nulla lex, nulla conſuetudo ualet, & dum papa diſponit circa ius diuinum, potius dicitur errare, quã legẽ condere. ſic nõ ualẽt multa ſtatuta, puta quod homicida puniatur pœna pecuniaria propter pronitatẽ pec-

cati, nec quod interficiatur a conſanguineis interfecti,& occidens ſit impunitus, ſi fiat odio. Quo ceſſante poteſt fieri ſtatutum quod illi ſint miniſtri iuſtitiæ,ualet etiam quod banniti interfici poſſint,& occidens ſit impunis, quia ſunt inimici ciuitatis. Ab.de conſuetu. c. Cum tanto.

Ius diuinum quandoque dicitur canonicum. Abb. de iureiuran. c. Nimis.

Ius reuocandi domum,& ius declinandi forum differunt.Declinat quis forum, quando non eſt ſubiectus iuriſdictioni alterius. Reuocat domum, quando eſt ſuppoſitus,ſed ex legitima cauſa non tenetur tunc reſpondere,quia non uenit ad hoc deliberatus. Ab. de foro competen.c. Licet.

Ius reuocandi domum competit uenienti Romam ex cauſa neceſſaria,uel quaſi neceſſaria,uel probabili. ſecus ſi ex cauſa uoluntaria omnino. Exemplum primi, ſi uenit ut legatus etiã pro particulari utilitate, ſicut procurator eius, qui ei imperare poteſt,ſi ut teſtis,uel iudex.Cauſa probabili ſi uenit ut uideret filium cauſa uoti,peregrinationis,uel deuotionis. Voluntaria omnino,cũ uagatur cauſa ſolatii,uel eſt nuncius eius, cui non tenetur obedire, ſi pro negocio ſuo omnino uoluntario ueniens Romam ut petat reſtitui in integrum, ſi iudex qui protulit ſententiã poteſt hoc facere,non gaudet priuilegio reuocandi domum,ſecus ſi non poteſt reſtituere,uel ubi non eſt remedium, niſi ſedes Apoſtolica,uel commode non eſt aliud,& hoc eſt equum,licet de rigore iuris nõ gaudeat,ſicut & legatus,ſi agit,tenetur ſe defendere aduerſus omnes.Nec oportet qui petit redire domum preſtet cautionem de reuertendo Romam,ſed ſufficit certo die promittat ſtare iudicio. In prædictis non poteſt quis reuocare domum in cauſis electionis prelati alicuius, nec in aliis, quæ celeritatem deſiderant,& quæ tempore ſunt peritura. Secundo ſi in curia contraxerunt ante legationem legati non poſſunt conueniri.Tertio quãdo agunt,tenentur ipſi reſpondere. Quarto ſi uoluntarie ſtant in curia perfecta legatione. In his quattuor caſibus non competit ius reuocandi domum. Ab. de foro competen. c. Licet. ſecundum.

Iura epiſcopalia in capellis & in eccleſijs hæc ſunt. Primo tenentur ad canonicam obedieutiam,& per hoc recognoſcunt epiſcopum iudicem etiam layci in pertinentibus ad animam. Secundo tenentur ad ſubiectionem,ideo epiſcopum recognoſcunt in dominum, non tamen ſicut dominum ſecularem. Tertio ad reuerentiam,ideo epiſcopum recognoſcunt ut patrem. Quarto iuriſdictio libera, inſtitutio,& deſtitutio, niſi eccleſia ſit collegiata, quia tunc electio prelati eſt collegii,& inſtitutio epiſcopi. In patronatis præſentatio pertinet ad patronos,deſtitutio ad epiſcopum,etiam ſi alius habet ius inſtituendi. Quinto epiſcopus habet correctionem. Sexto reformationem morum. Septimo habet ius omnium cauſarum pertinentium ad ſuam eccleſiaſticam iuriſdictionem,etiam ſi habeat alium prælatum inferiorem. Octauo habet pœnitentias laycorum,& clericorum publicas,uel reſeruatas. Nono debent recipere ab eo ſacramenta,quæ ſunt ordinis epiſcopalis.Decimo clericus tenetur ire ad ſynodum eius. Vndecimo habet ſenodochium,& cathedraticum.i.duos ſolidos aureos, uel argenteos a qualibet eccleſia ſecundũ conſuetudinem.Duodecimo quartam decimarum,& mortuorum. Tertiodecimo habet uiſitationem,& pro ea procurationẽ. Quattodecimo poteſt petere caritatiuũ ſuffragiũ ad quod tenẽtur etiã capellæ ſubiectę monaſteriis. An teneantur monaſteria,dubium eſt. Hoc intellige ex cauſa rationabili,puta quia epiſcopatus tenuis eſt, uel redditus non ſufficiunt, uel grauatus eſt debitis,uel epiſcopus uult ire ad concilium,uel alibi pro communi utilitate.

Iſta iura poſſunt præſcribi per prelatum inferiorem epiſcopo in aliis eccleſiis in toto, uel in parte. Ad hoc tamen requiritur ſcientia epiſcopi. Ab. de off. iud. ord. c. Conquerente.

Ius huiuſmodi non ſunt ſtatuta concilii, & papæ, nec dicuntur propriè ius diuinum, quia hoc eſt de neceſſitate ſalutis, & ueniens contra illud ſemper peccat mortaliter, non autem ſi uenit contra ius poſitiuum ex rationabili cauſa. Ab. de teſti. c. Licet ex quodam.

Ius litigatoris dicitur quando in ſententia non exprimitur error contra ius cómune, cuius gratia fertur ſententia. Abb. de ſenten. & re iudica. c. Cauſa inter.

Iuris ordo ſeruandus eſt in inquiſitionibus, & in aliis iudiciis ordinariis, & hoc uerum in ſecularibus. In regularibus ſecus, in quibus uſquequaque ſeruatur, quia de plano & ſine ſtrepitu iudicii debet procedi. Glo. de accuſa. c. Ad petitionem. Cum agitur contra prælatos regulares non ſolum renunciatur in parte ordo iuris, ſed etiam fit remiſſio iuſtitiæ communis, quia ex familiaribus cauſis etiam non ſeruato ad unguem ordine iuris poteſt remoti. Inter æquales perſonas ſeruatur æqualitas ſecundum iuſtitiam, ſed non inter inæquales. Abb. de ſimo. cap. Per tuas. & de accuſa. cap. Qualiter & quando.

Ius permutare uolentibus in rebus permutandis acquiritur in ſpiritualibus interueniente auctoritate ſuperioris abſque alia traditione. Ab. de præben. c. Inter cætera.

Iuris ordo. Si is de cuius crimine conſtat in iudicio petit reſtitutionem propter iuris ordinem non ſeruatum non eſt audiendus, ſed eum tanquam criminoſum notorium debet ſuperior de nouo punire. Abb. de accuſa. c. Ad petitionem.

Iure pleno una eccleſia ſubditur prælato, quando epiſcopus nullam iuriſdictionem epiſcopalem in ea exercet, uel quia prelatus poſſidet in temporalibus & ſpiritualibus. Ab. de reſtitutio. in integrum. c. Auditis.

Ius poſitiuum & conſuetudo poſſunt ampliare leges, & interpretari ius diuinum. Ab. de feriis. c. Quoniam. Vide. Ius diuinum.

Iuris poſitiui ſolennitas in quocunque actu ſi ſit pretermiſſa, non tenetur quis ſibi conſcientiam facere, ex quo non interuenit deceptio, & affuit conſenſus eorum qui habent actum explicare de iure naturæ. In foro conſcientiæ æquitas iuris naturalis præfertur rigori iuris poſitiui. Abb. de reſtitu. in integr. c. Requiſiuit.

Ius in re obiectum eſt in iure poſſidendi. Ius generaliter dictum eſt a iuſtitia, & eſt pars boni & æqui, cuius ſpecies ſunt ius ciuile & ius gentium. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Ius dictum.

Iuris rigor ſcriptus præfertur æquitati. Ab. de dona. c. Propter.

Iura loquentia de ſocietatibus poſſunt adaptari ſcholaribus, & aliis in cenaculo eodem habitantibus. In materia tamen odioſa nomine ſocii non uenit ſcholaris: Si ſtatutum dicit quod ſocius teneatur pro ſocio, non tenetur ſcholaris. Ab. de fide inſtrum. c. Inter dilectos.

Ius patronatus Patroni aduocati, uel uicem domini uendicantes ſibi in eccleſiis plus quam iura permittant, per cenſuram eccleſiaſticam compelluntur. Ab. de pœnis. c. In quibuſdam.

Ius patronatus patroni alienare non poſſunt propria auctoritate, niſi uelint donare eccleſiæ. Nec poſſunt ab eccleſia aliquod temporale exigere, niſi

tempore fundationis illud reſeruatum ſit ab epiſcopo. Ab. de iure patro. c. Præterea ſecundum. Vendi per ſe non poteſt, quia extimaretur res inextimabilis, & eſſet ſimonia, tranſit tamen cum uniuerſitate uendita acceſſorie, ſed præcium pro re temporali conſtituitur. Abb. de iure patrona. c. De iure.

Ius patronatus dicitur annexum ſpirituali, quia ad inſtitutionem non debet perueniri, niſi præſentatio præcedat, & huic iuri ſpirituali inſtitutionis eſt annexum. Præſentatio non eſt ſpiritualis cum per eam nullum ius acquiratur, ideo patroni ſemper ante inſtitutionem poſſunt uariare prꝑſentandum. Licet tranſeat ad hæredes, tamen iudex ſecularis de eo non cognoſcit, quia layco ex quadam gratia conceditur ut præſentet, & quia hæc conceſsio eſt exorbitans, non debet extendi in præiudicium eccleſiæ. Poteſt tamen ſi eſt in aliqua uniuerſitate ſeculari, quia priuando uniuerſitatem eſt conſequenter priuatus iure patronatus, ſicut uendendo uillam transfertur ius patronatus in ementem. Sed tunc oportet quod nec in libello, nec in ſententia, nec uenditione fiat mentio de iure patronatus, quia tunc non ualerent. Si laycus donauit, uel promiſit donare iſta, non poteſt cauſa tractari niſi coram iudice eccleſiaſtico. Ab. de iudi. c. Quanto.

Ius patronatus non acquiritur conſuetudine in laycum, quia habet ſpirituale annexum. Licet concedatur layco fundare eccleſiam fauore eccleſiæ, quia plures mouentur ad eas fundandas, non tamen poteſt extendi, ubi non eſt hęc cauſa. Ab. de elec. c. Quærelam. Acquiritur ex ſola fundatione eccleſiæ, & tranſit ad hæredes licet fundator hoc ius ſibi expreſſe non reſeruet. Ab. de teſti. c. Significauit. Non acquiritur niſi ædificatione, conſtructione, uel dotatione. Vnde communis error eſt, quod ſi eccleſia ſit ſita in aliqua parrochia quod parrochianus debet præſentare. Ab. de excep. c. Cum uenerabilis. Acquiritur ex fundatione eccleſię etiam a muliere & ab excommunicato, licet non quo ad exercitium, non autem a iudeo, nec ab hæretico. Ab. de iure patro. c. Nobis. Vide quod ſequitur.

Ius patronatus eſt ius honorificum, oneroſum, utile, competens alicui in eccleſia, pro eo quod dioceſani conſenſu eccleſiam conſtruxit, uel fundauit, uel dotauit ipſe, uel ille a quo cauſam accepit, honorificum, quia patronus præſentat, & præ ceteris honoratur in eccleſia, oneroſum, quia tenetur defendere bona eccleſiæ, utile, ſi deuenit ad inopiam tenetur eccleſia alere illum: Acquiritur ex conſtitutione eccleſiæ, uel quia dedit fundum, uel quia dotauit, & ſic poſſunt eſſe tres patroni diuerſa ratione, & plures eadem, ut ſi plures eam dotauerunt, conſtruxerunt, uel dederunt fundum. Ab. in rubri. de iure patro. Ex noua conſtructione tali de conſenſu epiſcopi, ſi etiam non poſsit haberi recurſus ad eum, qui conſtruxit, ſi per alium dotatur de conſenſu epiſcopi, his duobus modis acquiritur nouus patronus, ideo in eccleſiis cōuentualibus fauore eccleſiæ hæc conſtitutio dotis retrahitur, & uidentur donata ante conſecrationem, nec tamen quis patronus efficitur, niſi nomine dotis det. Si eccleſia ex toto reficiatur, prior patronus ex conſtitutione tantum deſinit eſſe patronus, ſecus ſi reficiatur ſecundum partes. Ab. de iure patro. c. Quoniam in quibus.

In inſtitutione beneficii patronatus etiam eccleſiaſticus patronus non poteſt apponere certum modum celebrandi diuina, nec reſtringere inſtituendum in illo beneficio, ſed hoc explicare, & inſtituere pertinet ad ſuperiorem. Qui inſtituit, debet ordinare beneficium, ut ſibi uidebitur, & illum ordinem por-

rigere

rigere epiſcopo, uel papæ, & ſuperior inſtituet beneficium, & apponet onera uel modos, qui ſibi legitimi uidebuntur. Licet canonici inſtituant beneficium, non tamen tollitur iuriſdictio epiſcopi. Vnde inſtitutus non poteſt dimittere beneficium ſine conſenſu epiſcopi, & patroni. Ab. de præben. c. Significatum.

In eccleſia collegiata ſi patronus ſine cauſa non uult conſentire electioni, confirmabitur tamen electio. An poſsit fieri collegiata inuito patrono. Ab. de iure patro. c. Nobis. Si eccleſia collegiata habet pręſentare, præſentabit prælatus de conſenſu maioris partis capituli, niſi de conſuetudine, uel priuilegio conueniat ſoli prælato. Ab. de his quæ fiunt a maio. par. capi. Ea noſcitur. Patronus eccleſię collegiatæ habet conſentire electioni prælati, etiam ſi patronus ſit laycus, & eo nolente conſentire non confirmatur electio. Glo. de Simo. c. De hoc. Hoc eſt falſum ſi patronus non pretendit cauſam legitimam, uel habeat hoc ſpeciale a ſolo papa. Abb. ubi ſuprà. Patronus non habet ius præſentandi prælatum, quia electio pertinere debet ad collegium, poteſt tamen præſentare ad præbendas, quando eſt patronus, & preſentatio poteſt dici donatio. Nemo citra papam poteſt concedere quod laycus cum clericis eligat pręlatum, poteſt tamen de conſenſu epiſcopi intereſſe tractatui, nec ualet conſuetudo contraria. Ab. de iure patro. c. Nobis.

Patronus non poteſt conferre eccleſiam loco religioſo ſine licentia epiſcopi. De iure patro. capitu. Nullus. Si epiſcopus noluerit licentiam dare ſine cauſa, archiepiſcopus compellit dare licentiam. Ab. ubi ſuprà. Non poteſt conferre eccleſiam etiam clerico, & ſi contulit, poteſt præſentare ad illam. Collatio facta per patronum clericum non habet uim præſentationis. Patronus non conſequitur ius conferendi, nec eligendi, ſed tantum præſentandi. Ab. ubi ſuprà. c. Tranſmiſſe.

Conceſsio ſecunda facta per epiſcopum & patronum ualet non obſtante priori facta per patronum. De iure patrona. capitu. Suggeſtum. Epiſcopus non poteſt concedere ſine conſenſu patroni, nec econtra, ſufficit tamen conſenſus epiſcopi ex poſt facto, licet actus a principio fuerit nullus, nec poteſt eligi in collegiatam, nec bona conuerti, ut deſeruiant aliis eccleſiis ſine conſenſu patroni. In primo ius patronatus perdit. in ſecundo intereſt eius, ne bona eccleſię alienentur. Poteſt tamen epiſcopus ſine eius con ſenſu concedere iura epiſcopalia, & conſtituere præbendam pro uno clerico. Ab. ubi ſuprà.

Iuris patronatus directa, uel indirecta promiſsio de beneficio uacaturo facta a patrono non tenet. Ab. de conceſsio. præben. c. Cum dilecta. Non poteſt dare poteſtatem alicui præſentandi, cum uacauerit. In genere tamen poteſt dare alicui poteſtatem præſentandi, cum ſubeſt cauſa ut peregrinatio longa, quia laycus non habet uicarium, ſicut epiſcopus. Ab. ubi ſuprà.

Ius patronatus laycorum poteſt papa conferre ſine patrono. Si tamen non facit mentionem quod pertineat ad laycum, non ualet prouiſio tanquam ſubreptitia. Legatus non poteſt conferre inuito patrono. Quando pertinet ad clericum ratione eccleſiæ, ut ad clericum pertinet. Quando ad clericum ut laycus cenſendus eſt ut laycus, & non mutat naturam ſuam, cum per ſucceſsionem poſsit redire iterum ad laycum. Ab. de præben. cap. Dilectus filius. Si tamen patroni ſunt eccleſiaſtici, poteſt legatus conferre illum.

lum. Ab. de iure patro. c. Illud prętereundum. Licet eccleſia ex donatione layci conferat beneficium, tenet tamen illius beneficii impetratio de hoc non habita mentione. Ab. de præben. c. Dilectus filius.

Si patroni diſcordant, & eccleſia caret adminiſtratore, in eccleſia ceſſatur a diuinis, tolluntur reliquiæ, hoſtia clauduntur, ſi aliter ſine ſcandalo prouideri non poteſt. Ab. de iure patro. c. Relatum. Reliquiæ tollendæ de eccleſia ſunt illæ, quæ ſunt in capis non autem quæ in altari, quia execraretur altare ex amotione earum. Ab. ubi ſuprà. cap. Quicunque. Si diſcordant, præfertur præſentatus a maiori parte, ſi idoneus eſt. ſi ſine ſcandalo fieri non poteſt, uel patroni non præſentant infra tempus debitum, epiſcopus ordinabit eccleſiam. Vbi ſuprà. c. Quoniam in quibuſdam. Si contentio eſt ſuper idoneitate præſentati, uel inter patronum, & epiſcopum, nõ prouidebit epiſcopus poſt tempus prędictum. An requiratur maior pars ſimpliciter uel reſpectu aliarum partium. Ab. ubi ſuprà. Vide. In electione requiritur maior pars.

Si iuris patronatus quæſtio non diffinitur infra quattuor menſes, epiſcopus ordinabit eccleſiam. Ab. de iure patro. c. Cum propter.

Ius patronatus poteſt patronus donare religioſo loco ſine auctoritate epiſcopi, ſed non eccleſiam, in qua habet ius patronatus. Glo. & Ab. de dona. c. Conſultationibus. Non poteſt donari layco ſine licentia epiſcopi, ualet autem donatio, ſi fiat religioſis, & tunc aſſumit naturam iuris patronatus eccleſię. Vnde habet quattuor menſes ad præſentandum, & poſſunt patroni religioſi rationem exigere de temporalibus. Abb. de præben. cap. De monachis.

Patronus in dote neceſſaria non poteſt ſibi retinere aliquod ſeruitium, unde ſi dat tantum dotem neceſſariam, non poteſt ſibi retinere penſionem, nec aliquod ſeruitium, nec prodeſt epiſcopi auctoritas, cum ſit contra ius. Dicitur dos neceſſaria ſine qua eccleſia in debito ſtatu commode ſuſtentari non poteſt, ſecus ſi ultra neceſſitatem dedit. Nec poteſt clericus aliquod ſeruitiũ impartiri pro decimis receptis, & ſi ad hoc ſe obligauerit, eſt obligatio nulla. Præſtatur tamen ſeruitiũ eccleſiaſticum, unde ſoluitur decima, ſi illa prædia prius erant tributaria. Si habet ultra neceſſitatem eccleſiæ, tenetur ad onera perpetua. Ab. de cenſi. c. Sancitum.

Patronus eccleſiaſticus poteſt exigere rationem ab inſtituto de rebus temporalibus eccleſiæ, nec tamen eſt exigenda ratio multum ſubtilis, & fortius epiſcopus poteſt exigere. Si patronus laycus, & eccleſiaſticus ſimul currunt cenſetur ius patronatus eccleſiaſticum. Ab. de iure patro. cap. Cum propter.

Ius patronatus emens ut poſſit præſentare filium, uel nepotem, eo debet expoliari. Abb. de iure patro. cap. Quia clerici. Idem ſi emit uniuerſitatem temporalium hac intentione, licet Glo. teneat oppoſitum In hoc caſu eccleſia libera remanet. Si etiam eccleſiam emat, remanet libera non ratione contractus ſui, ſed quia uenditor debet expoliari. Ab. ubi ſuprà.

Patronus ſi ſit epiſcopus, quomodo præſentabit. Abbas de iure patrona. cap. Significaſti. Si ius patronatus deuenit ad exemptos, propter hoc in nullo lædi debet ius epiſcopale. Abb ubi ſuprà. cap. Cum ſecundum.

In fundatione eccleſiæ non ſolum poteſt poni penſio ſoluenda patrono, ſed etiam tertio, uel alteri eccleſiæ, & tamen una eccleſia non erit alteri ſubiecta, licet illa ſoluat penſionem. Abb. de cenſi. c. Quanto. Qui iura-

mentum

mentum recepit de nouo cenſu impoſito eccleſiæ perſoluendo compellitur iurantem abſoluere. Vbi ſuprà. c. Significauit.

Ius patronatus tranſit ad hæredes omnes etiam extraneos. Qui habet filium, ſi inſtituit hæredem uniuerſalem extraneum, ad iſtū tranſit ius patronatus, non ad filium. Indifferenter tranſit ad hæredes maſculos, & fœminas, & ſuccedunt per ſtipites non per capita, poſſunt etiam patroni conuenire, ut alternatim præſentent. Et ſi plures habet, quod quilibet eorum habeat unum. Licet patroni non ſint æquales in hæreditate, ſunt tamen ęquales in iure patronatus. Ab. de iure patro. c. Relatum. Si filia eſt hæres, ſuccedit ſicut maſculus. Vbi ex conſuetudine tantum primogenitus eſt hęres, ſolus ſuccedit in patronatu. Abb. ubi ſuprà. c. Cum ſecundum. Ius patronatus non poteſt diuidi inter hæredes, ſi æqualiter ſunt hæredes, non poteſt uni ad iudicari, ſi inęqualiter non poteſt ad iudicari habēti minorem partem, quia commutaretur cum re temporali, & reciperet extimationem. Nec poteſt patronus nihil habens in bonis ius patronatus credere creditoribus, quia non recipit extimationem. Licet patroni non poſſint diuidere ius, poſſunt tamen diuidere exercitium pręſentandi, nec diuidi poteſt ubi ſunt plures hæredes, nec poteſt cadere ſub extimatione, nec poſſunt layci mutare ad inuicem ius patronatus, ſi plura habent ſine epiſcopo. Ab. ubi ſuprà. c. Quærimoniam.

Si epiſcopus non uult inſtituere præſentatum, poteſt præſentatus appellare, & adire ſuperiorem, ut eum compellat ad inſtituendum. Appellatio ante præſentationem dupliciter ualet, ſed quæ eſt poſt, tollitur, quia non eſt appellatio contra patronum, nec quo ad hoc poteſt appellare, quia ius concedit, quod poſſit pręſentare ſecundum. Tempus inſtitutionis poſt præſentationem non eſt a iure determinatum, ideo poſt ſex menſes non deuoluitur poteſtas ad ſuperiorem. Si epiſcopus malitioſè primum repulit compellitur eidem prouidere de competenti beneficio, ſi eſt notoriè dignus. ſi non examinauit eum, præſumitur de malitia. ſi male iudicauit, habet præſentatus contra epiſcopum regreſſum. ſi ſine cauſa rationabili ante præſentationem ſecundi noluit admittere primum, incurrit hanc pœnam. ſi non dixit ſe nolle admittere, ſed forte uolebat examinare, & interim præſentatus eſt ſecundus, ſi conſtare poteſt de malitia epiſcopi inſtituentis ſecundum, habet locum pœna. In dubio ſi ſecundus idoneior eſt, non præſumitur malitia, quę præſumitur, ſi primus eſt idoneior data paritate nullus eſt potior. Ab. de iure patro. c. Paſtoralis. Pręſentatus non confirmatus ſi appatet quod nolit reſidere, non debet inſtitui per ſuperiorem, & confirmatus ex nō iuſta cauſa non reſidens priuatur appellatione remota. Abb. de clerico. non reſidente. c. Relatum. Ad pręſentationem religioſorum in eorum eccleſiis nullus debet inſtitui per epiſcopum, niſi ei prius congrua portio redditiuum aſſignetur. Abb. de præben. c. De monachis. Inſtitui non poteſt niſi præſentatus per patronum. Fallit primo, quia data negligentia patroni poteſtas deuoluitur ad eum, qui habet inſtituere, etiam ſi non ſit epiſcopus. Secundo quando patronus præſentat indignum, quia ea uice priuatur. Tertio ſi per papam fiat conceſſio, non autem ſi per legatum, qui non poteſt inſtituere, niſi præſentatum per patronum laycum. ſi tamen ius patronatus ſit eccleſiaſticum, legatus poſſet conferre illud. Ab. de iure patro. c. Illud prætereundum.

Inſtituti in eccleſiis patronalibus per nouos patronos mutari non poſſunt, nec

poſſunt

poſſunt per eos fieri uiciſſitudines eccleſiarum. Abb. de iure patro. cap. Quærimoniam. Inſtitutus ad præſentationem eius qui ius patronatus poſsidebat, reuocari non debet, licet ius illud poſt amittat, ſecus ſi non poſſidebat, ſed tantum credebatur eſſe patronus. Vbi ſuprà. c. Conſultationibus. Si nullus eſt in poſſeſsione ualet collatio per uere patronum, ſi alius eſt in poſſeſsione præſentandi, eius præſentatio tenet, quia eſt quidem fructus, & eſt poſſeſſor bonę fidei, qui facit fructus ſuos, ſecus ſi eſſet in mala fide, quia pręſentatus & inſtitutus reuocaretur. In dubio ſi auctoritate iudicis ſeruato ordine miſſus eſt in poſſeſsionem, præſumitur bonæ fidei, ſi tamen eſſet in mala fide, geſta per patronum non ualent, quia agit ut priuata perſona, non ut publica. Si poſſeſſor bonæ fidei pręſentat, & eius præſentationi ſecuta eſt inſtitutio, præfertur pręſentationi ueri patroni. ſecus ſi mala fide uel poſtquam ſuccubuit, quia nullius eorum ualet præſentatio. Ab. ubi ſuprà.

Patronus laycus a patrono clerico differt. Primo laycus poteſt uariare poſt præſentationem. Secundo habet tantum quattuor menſes. Tertio legatus non poteſt conferre beneficium ſine eius præſentatione. Quarto clericus præſentans indignum priuatur ea uice. Quinto layco non redditur ratio de temporalibus. Sexto in ordinatione tituli. Septimo ius patronatus poteſt donari clerico, non autem layco ſine conſenſu epiſcopi. Octauo laycus non habet cuſtodiam eccleſię uacantis. Nono in eccleſia patronata in oneribus debet iuuare patronum. Ab. de iure patrona. cap. Cum propter. Laycus poteſt uariare præſentatum etiam interpoſita appellatione per primum, quia non poteſt appellare, quod alius non præſentetur, & inſtituatur patronus. Eccleſiaſticus ſecundum præſentare non ualet, nec eius inſtitutio. Ab. ubi ſuprà. c. Paſtoralis. Laycus uno præſentato poteſt alium præſentare accumulatiue, non autem refutare primum. Clericus non poteſt uariare, ſi præſentatio competit ſibi iure eccleſię, quia habet uim electionis, ſecus ſi præſentat iure patrimonii. Vbi plures præſentantur, magis idoneus obtinere debet. Abbas ubi ſuprà. cap. Cum autem.

Si patronus laycus clerico uel religioſo loco concedit eccleſiam ſine conſenſu epiſcopi non obſtante tali conceſsione, quæ non ualet ad ipſam eccleſiam cum uacauerit præſentare poteſt. Abb. de iure patro. c. Illud prætereundum. Si patronus concedit eccleſiam loco religioſo & hoc conſtat, conceſsio ſine licentia epiſcopi eſt nulla, nec transfertur ius patronatus, quia non intendat illud concedere. Hic locum habet regula, quod noluit, potuit, & quod uoluit adimplere nequiuit. Si concedit ius patronatus & conſtat & hoc concedit cum uniuerſitate quadam transfert etiam ſine auctoritate epiſcopi, non tamen debet exprimi, uendo uillam cum iure patronatus exiſtente in ea, quia non ualet uenditio reſpectu iuris patronatus. Si legatur ius patronatus in teſtamento de conſenſu epiſcopi ualet. Si concedit eccleſiæ, uel religioſo loco etiam inter uiuos, & ſine auctoritate epiſcopi ualet. Conſenſus epiſcopi ut uidetur requiritur an expediat eccleſiæ mutare patronum, ne ſit fraus, & ficta uenditio, non tamen ualet conceſsio ubi clericus recipit nomine proprio. Si concedit eccleſiam, & non apparet quid uelit concedere, ſi concedit cum conſenſu epiſcopi transfertur ius patronatus, & omne ius quod habet in ea, ſine conſenſu epiſcopi non ualet conceſsio, quia peccat in forma, ſi intendit donare eccleſiam non uacantem loco reli-

co religioſo cum conſenſu epiſcopi ut ualeat ex nunc in præiudicium rectoris non ualet donatio, ſi ſine prȩiudicio eius, ualet. Ab. ubi ſuprà.

Ius patronatus cadit in mulierem ſiue habeat dignitatem ſiue non. Si eſt patrona ratione ſuæ dotis præfertur prȩſentatus per uxorem præſentato per uirum, & præſentatus per pupillum prȩſentatur per tutorem. Ab. de præben. c. Cum dilecta. Si filia eſt hæres, ſuccedit ſicut maſculus. Ab. de iure patro. c. Cum ſecundum.

Ius patronatus eſt quid mixtum ex ſpirituali, & temporali, ideo cadit in laycum, qui poteſt ſemper alium præſentare ante confirmationem. Ab. in rubri. de iudi. Cauſa eius ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum. Abb. de iudi. c. Quanto. Et licet quia.

Patronus exiſtens in poſſeſſione iuris patronatus, licet non habeat proprietatem iuris illius, ualide præſentat, ita quod præſentatus per eum, & inſtitutus per ſuperiorem non debet poſt remoueri, licet appareat in futurum præſentatorem non habuiſſe ius præſentandi, quia præſentatio cenſetur fructus iuris præſentandi, & fructus ad poſſeſſionem pertinet. Nec tenetur reſtituere, ſi bona fide conſumpſit. Antequam moueretur quȩſtio exiſtens in poſſeſſione bona fide poteſt præſentare, non autem ſi mala, quia non facit fructus ſuos etiam quos conſumpſit, ita nec uolens præſentare poteſt. Si ante præſentationem ei qui eſt in bona fide, & controuerſia eſt qua negatur poſſidere, non debet admitti eius prȩſentatio, quia ſuper hoc pendet quæſtio, ſi mota eſt ſuper proprietate iuris, quia alius dicit ſe non eſſe patronum, licet alius ſit in poſſeſſione, admitti poteſt preſentatio, ſed inſtitutio differtur in euentum cauſæ, quia tenetur omnes fructus reſtituere poſt litis conteſtationem, quos iſte non poteſt in caſu, quia non poteſt remoueri inſtitutus. Ab. de iure patro. c. Ex litteris.

Pendente lite uel ſequeſtro facto nec patroni nec alii preſentare poſſunt. Ab. de iudi. c. Ex animato. Si primo preſentato patronus preſentat alium accumulatiue, poteſt epiſcopus alterum eorum quem uoluerit confirmare. Si neutrum uoluerit, poteſt cogi ad confirmationem unius eorum. Si confirmauit preſentatum per non uerum patronum, & uerus patronus alium preſentat hunc debet confirmare, etiam non caſſando electionem primi, quod ſi non fecerit, habet ius, & agere poteſt contra epiſcopum, & contra intruſum. Si primus preſentat aliquem, & in preſentatione perſiſtit, acquiritur illius non in re, ſed ut poſſit petere confirmationem. Iura, quæ habent quod preſentato non acquiritur ius, hoc ideo dicunt, quia patronus non poteſt uariare non refutando primum, ſed accumulatiue alium preſentando, & tunc erit in poteſtate epiſcopi alterum eligere. Ab. de ſen. & re iudica. c. Cum Bertoldus.

Patronus exiſtens in poſſeſſione ſi donat alteri, poteſt donatarius donatorem preſentare, quia preſentat nomine proprio. Si patronus conceſſit pro illa uice ius preſentandi, non poteſt illum preſentare, quia nomine eius facit. Ab. de iure patro. c. Ex inſinuatione.

Patronus non poteſt preſentare ſeipſum, licet poſſit prȩces fundere pro ſe, ſi eſt pauper in alio beneficio ſimplici, quia hoc uidetur petere ex debito, nec debet iudicare de perſona ſua, nec auctorizare in ſeipſo, ſi tamen epiſcopus ſponte confert, ualet collatio facta patrono, qui etiam poteſt rogare epiſcopum ut ſibi de hoc prouideat, ſi eſt ſimplex beneficium. Ab. de iure patro. c. Per uȩſtras. Poteſt tamen preſentare filium ſuum, uel nepotem.

Glo.

Glo. & Abb. ubi ſuprà. c. Quia clerici. Vbi patroni ſunt plures poſſunt præſentare unum ex ipſis. Ab. ubi ſuprà. c. Conſuluit.

Patronus poteſt præſentare per litteras, ſed præſentatus debet eſſe præſens, niſi ſit notus. Ab. de his quæ fi. a maio. parte capi. Ea noſcitur. Layci qui in eccleſiis patronalibus inſtituunt, & deſtituunt, uel bona eorum adminiſtrant, excommunicantur. Abb. de iure patro. c. Præterea. Nec poteſt patronus hanc iuris diſpoſitionem immutare. Patronus etiam clericus non conſequitur inſtitutionem, ſed illa pertinet ad epiſcopum, quam non poteſt patronus uariare. Abb. ubi ſuprà. De conditioni. appoſi. c. Si conditiones. Si patronus laycus præſentat duos ſucceſsiue, & ſecundus inſtituitur, ualet ius inſtitutio. Abb. de iure patro. c. Quod autem. Poteſt patronus præſentare quemcunque clericum, etiam extraneum, ſi ſit notus, & idoneus. Ab. ubi ſuprà. c. Significaſti.

Ad præſentandum tempus præfixum layco ſunt quattuor menſes, clericis ſex. Si contendunt, debet epiſcopus expectare uſque ad tempus prædictum, ſi non conſtat eccleſiam eſſe patronatam, non debet epiſcopus differre inſtitutionem propter dicta contendentium de illo iure. Si elapſo hoc tempore epiſcopus aliquem inſtituerit qui ex contendentibus euicerit, ille præſentabit inſtitutum per epiſcopum, ut adipiſcatur poſſeſsionem præſentandi, Si noluerit illum preſentare, non nocet inſtituto, qui iam habet ius plenum. Ab. de iure patro. c. Si uerum. Si quæſtio patronatus non terminatur infra prefatum tempus a uacatione, epiſcopus inſtituet rectorem ſine preſentatione. Vbi ſuprà. c. Ea te. Si contenderet clericus cum layco de patronatu, expectabit per ſex menſes. Cum dicitur, clericus habet ſex menſes, intellige ſi eſt patronus nomine eccleſiæ, quia ſi ſit ratione patrimonii habet tantum quattuor menſes, ſicut & laycus. Ab. ubi ſuprà. Si patronus infra tempus conceſſum non preſentat, epiſcopus ordinabit eccleſiam, & qui euicerit preſentabit inſtitutum per epiſcopum. Abb. ubi ſuprà. cap. Si uero. Hec preſentatio eſt ut cognoſcatur ille eſſe patronus. Gloſ. ubi ſuprà.

Si patroni non preſentant infra ſex menſes, poteſtas deuoluitur ad prelatum etiam inferiorem epiſcopo, ſi habet ius inſtituendi, non ad epiſcopum. Inſtitutor non habet ſex menſes, ideo ſi diſtulerit inſtituere, debet cogi per ſuperiorem. Ab. de conceſsio. preben. c. Nulla eccleſiaſtica. Si poteſtas libere conferendi deuoluitur ad eum qui habet ius inſtituendi. habet ſemeſtre ad prouidendum, & incipit currere tempus a die notitiæ & ſic ſucceſsiue ad quos deuoluitur gradatim poteſtas. Abb. ubi ſuprà. cap. Quia diuerſitatem. Si propter negligentiam præſentandi patroni poteſtas eſt deuoluta ad epiſcopum, habet epiſcopus alios ſex menſes ad prouidendum, & hoc tempus non currit collectori primo uel ſecundo, nec ulterioribus, niſi a notitia. Ignorantia tamen ſuppina non excuſat. Abb. de iure patro. capitu. Tranſmiſſe.

Preſentatus non conſequitur ius ex ſola præſentatione in eccleſia, ideo patronus poteſt ſemper uariare accumulatiue, non tamen prorſus recedendo a primo. ſi patronus in propoſito manet poteſt præſentatus proſequi ſuam preſentationem, ut habeat effectum, non autem conſequitur ius ad beneficium, ſi patronus tranſit ad ſecũdam preſentationem, & epiſcopus ſecundum inſtituit, primus non poteſt agere. Ex inſtitutione quis conſequitur plenum ius in beneficio, etiam ſi non habet poſſeſsionem. Ab. de iure patro. c. Quod autem.

autem. Inſtitutus ſine præſentatione poteſt reuocari. Abb. ubi ſuprà. cap. Querimoniam.

In iure patronatus ſuccedunt hæredes, pariter maſculus, & fœmina. Ab. de teſti. c. Dilectus. Vide. Ius patronatus ad heredes.

Ius patronatus non tranſit in contractu pignoris, quia in hoc contractu debet reſtitui omnis fructus uel æquiualens quod hic non poteſt ſeruari. Abb. de ſen. & re iudica. c. Cum Bertoldus.

Ius patronatus conſiſtens in uniuerſitate temporali tranſit cum illa, etiam ſi uniuerſitas tranſeat tantũ quo ad utile dominiũ, niſi ius patronatus fuerit ſpecifice exceptum. Ab. de iure patrona. c. Ex litteris. Poteſt eſſe acceſſorium rebus temporalibus. Tranſit cum locatione non ad modicum tempus, quia facit fructus ſuos, & habet quaſi utile dominium. In pignore non tranſit, quia tenetur reſtituere omnes fructus. Vt tranſeat cum uniuerſitate oportet rem eſſe talem, quod abſque expreſſione alia contineat in ſe iura uniuerſitatis, ut uilla, caſtrum quę habent in ſe honorem, iuriſdictionem, & diſtrictum ex conſuetudine, uel ſtatuto hominum, ſecus de iure communi. Si uenditur fundus uel palatium non tranſit, quia non habent uniuerſitatem. Si uendit omnia bona, uel hæreditatem, tranſit ius patronatus cum eis, quia habet uniuerſalitatem. Abb. ubi ſuprà. Si eccleſia conſtituta eſt in fundo tuo per alienationem fundi non tranſit ius patronatus. Ab. ubi ſuprà. c. Cum ſecundum. Donari poteſt, & legari, ſi legatur layco, uel clerico nomine proprio requiritur conſenſus epiſcopi, non autem ſi legatur eccleſiæ. Abb. ubi ſuprà. Si uenditur fundus pręſumitur quod uoluntate domini. Secundo transfertur ſucceſſione. Tertio permutatione, alienatione, uniuerſitatis donatione cum conſenſu epiſcopi. Glo. ubi ſuprà. In donatione etiam cum patrono facta requiritur conſenſus epiſcopi, niſi recipiatur nomine eccleſiæ. Ab. ubi ſuprà. c. Ex inſinuatione. Publicatis bonis parentum an filij perdant ius patronatus deſcendens a ſuis antiquioribus. Abbas de feud. cap. Ex parte. Tranſit ius patronatus cum confiſcatione bonorum. Abbas de iure patrona. cap. Nobis. Patronus ius patronatus alienare non poteſt. Vide. Eccleſiæ bona.

Ius patronatus poteſt uendi. Ab. de Simo. c. Quærelam. Vide. Propoſitio copulatiua.

Iuſtitia dicitur quaſi iuris ſtatus. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Forus.

LAycus dicitur quaſi populus. Abb. de uita & honeſta. clerico. cap. Vt clerici.

Laycus non poteſt accuſare clericum criminaliter. Abb. de accuſatio. cap. Nullus. Ad accuſandum clericum criminaliter non admittitur, qui præſumitur quod ex odio, & qui debet eos uereri. Fallit, ſi laycus uult proſequi iniuriam ſuam, uel ſuorum. Secundo quando crimen eſt exceptum, ſi laycus ſit bonę famæ, & non uilis perſona. Si clericus eſt infamatus admittitur etiam uilis perſona, oportet tamen quod accuſans poſſit aſcendere ad illum ordinem, ideo irregularis non admittitur ad accuſandum clericos, ſi uult clericum accuſare ciuiliter etiam ut priuetur beneficio, admittitur patronus. De parrochianis dubium eſt, alii non admittuntur. Ab. de accuſa. c. Cum. P. In notoriis poteſt accuſare clericum. Abb. de purgatio. canoni. c. Cum dilectus ſecundum.

Laycus quilibet poteſt accuſare laycum, ſi crimen eſt publicum, niſi ſit ſpecialiter

liter prohibitus. ſi eſt crimen priuatum tantum ad pœnam capitalem cuius intereſt. Ad pœnam pecuniariam admittitur quilibet de populo. Si layci ſunt malæ famæ, non admittuntur. Abbas de accuſat. cap. Cum. P.

Laycus prope altare dum celebratur officium ſtare non debet, ſed communicandi cauſa accedere poteſt. Abb. de uita & honeſta. cleri. c. Vt layci. Acceſſus ad altare non eſt prohibitus layco tempore celebrationis, ſed tantum prohibetur ibi ſtare, uel ſedere. Poteſt accedere ad altare ad communicandum, & orandum, etiam mulier etiam offerendi cauſa. Hic prohibetur laycus, ne impediantur clerici. Secundo ut clerici honorentur, & ſic eis deferatur in ſedibus per acceſſum cauſa offerendi. Ceſſant iſta duo, non prohibetur acceſſus, niſi aliqui prohibeantur ſpecialiter ut diſſidentium, & uſurariorum oblationes. Layci tamen non obſeruantes hanc legem non peccant, ſi layci inuitentur a clericis poſſunt inter eos ſtare, quia hic dicitur non præſumant. Deficientibus clericis licite boni cantores intrant ad cantandum, non tamen debent ibi ſtare, ut clerici magis uacent diuinis. Abb. ubi ſuprà.

Laycus qui banniuit clericum condemnari debet per iudicem eccleſiaſticum ſecundum extimationem iniuriç in expenſis, & damnis. Ab. de iniuri. & dam. datis. cap. Olim. Hodie attenditur alia pœna. In clementina. De pœnis.

Laycus in canonicum inſtitui non poteſt. Abb. de inſtitutio. cap. In eccleſia. Poſſunt tamen eſſe monachi, etiam non conuerſi. Antiquitus monachi non erant clerici, ideo layci monachi poſſunt intereſſe ſingulis tractatibus monaſterii cum clericis, & intereſſe electioni, ubi eſt conſuetudo. Ab. ubi ſuprà. c. In eccleſiis. Licet non poſſint eſſe canonici, poſſunt tamen habere præbendam. Ab. de conſtitu. c. Cum. N. Ferrarienſis. Layci profeſſi non debent tractare ſpiritualia, unde nec uocem habent in electione licet profeſſi. Abb. ubi ſuprà. c. Eccleſia. S. Mariç. Layci de quorum manibus recipitur beneficium, ſunt excommunicandi, non excommunicati. Clerici uero ſunt ineligibiels ipſo iure, & ſuſpendendi. Glo. de teſti. c. Quod in dubiis.

Laycorum bona ſi conferantur, aſſumunt naturam rerum eccleſiaſticarum, & gaudét priuilegiis conceſſis rebus eccleſiæ, unde non debent amplius ſubiici gabellis, & aliis oneribus, quæ ad libitum domini temporales prius imponebant, & res perueniens ad manus exempti debet gaudere priuilegio exemptionis. Si laycus dat ius patronatus eccleſiæ, cenſenda eſt illa eccleſia ut patronus eccleſiaſticus, non ut ſecularis. Intellige prædicta, quando res layci ex toto confertur eccleſiæ, ita quod incorporatur eccleſiæ, ideo in feudotalibus habet locum contrarium, in quibus directum dominium remanet apud laycum infeudotantem. Abb. de præben. cap. Dilectus filius. ſecundum.

Laycus non poteſt conferre eccleſiam de conſenſu epiſcopi quo ad proprietatem religioſo loco, niſi quando laycus de facto tenebat, & erat ita potens quod de eius manibus eripi non poterat, alias nec conferre, nec donare poteſt, quouis modo interueniat conſenſus epiſcopi. Ab. de iure patrona. c. Cura paſtorali. Nullum ſpirituale poteſt conferre etiam eccleſiæ ſine conſenſu papæ, ſed nec reliquias concedere poteſt eccleſiæ ad libitum, eo quod reliquiç non poſſint eſſe laycorum, quia non cadunt in eorum dominium. Cum conſenſu epiſcopi poſſunt conferre decimas, quas ab antiquo habent

in feudum, & eccleſiis monaſteriis, quando layci ſunt potentes, & non poſſunt aliter eripi de manibus eorum, alias non poſſunt ſe impedire de ſpiritualibus, etiam in fauorem eccleſiarum. Abbas de iure patrona. cap. Nullus.

Layco ut conferat beneficia poteſt papa dare ſicut dicitur de rege franciæ, & aliis principibus, hoc tamen non poteſt acquiri conſuetudine etiam ſi memoria non habeatur de initio. Ab. de Simo. c. Ad hoc.

Laycus non poteſt eſſe coadiutor clerici, nec in temporalibus, nec in ſpiritualibus, quia non poteſt eſſe generalis adminiſtrator eccleſiæ, poteſt tamen hoc ſibi dare papa etiam in ſpiritualibus, qui layco poteſt date auctoritatem excommunicandi, & committere ſpiritualia, non tamen ea quæ ſpectant ad ſolum ſacerdotem. Abbas de cleri. ægrotan. cap. Conſultationibus.

Laycus poteſt concilio generali intereſſe, & prouinciali, ſi ſpecialiter inuitetur. Secundo ſi tractatur cauſa fidei. Tertio ſi tractatur cauſa matrimonii, & generaliter ubicunque tractantur negocia laycos tangentia poſſunt intereſſe, ut conſulant. Quando negocia eccleſiæ, uel clericorum tractantur, debent excludi. Abbas de his quæ fi. a maio. parte cap. Et ſi.

Laycus compellens clericum litigare in foro ſeculari eſt excommunicatus, & ſic ſunt ligati iudices, qui non ſolum diminuere, ſed etiam ſubtrahere nituntur iuriſdictionem eccleſiaſticam, immo etiam perturbantes illam. Ab. de immunita. eccle. c. Aduerſus.

Laycum non poteſt conuenire uidua in foro eccleſiaſtico, niſi in cauſa eccleſiaſtica, uel in defectum iudicis ſecularis. Abb. de foro competen. cap. Ex tenore. Iſta intellige, niſi ſit uidua pauper, uel oppreſſa. Abbas ubi ſuprà.

Laycus iurans ſuper contractu etiam tanquam fideiuſſor poteſt conueniri coram iudice eccleſiaſtico, & fideiuſſor clerici coram iudice ſeculari, licet nō poſſit conueniri principalis. Abb. de iureiuran. c. Ex reſcripto. Conueniri etiam poteſt pro iniuriis irrogatis clerico coram iudice eccleſiaſtico, & ſi non uult ſatisfacere, poteſt excommunicari, etiam ſi conuictus non uult parere iuri. Ab. de pœn. c. Graue. Poteſt etiam conueniri ratione pacis fractæ, ex qua læditur caritas, & ipſe Chriſtus. Item pro miſerabili perſona etiam ſi non ſit eccleſiaſtica. Abb. de uerbo. ſignifi. cap. Super quibuſdam. Conueniri poteſt coram iudice eccleſiaſtico in re dubia, & non ſolum quando ſupponitur ſubtractio rei eccleſiaſticæ, ſed etiam libertas poſſidendi, quia etiam ex hoc læditur eccleſia. Abb. de reſtitutione ſpolia. c. Piſanis.

Laycus ſuper re eccleſiæ, uel clerici poteſt coram iudice eccleſiaſtico conueniri, ſed ſi rem eſſe eccleſię probabiliter negat ad declinandam iuriſdictionem eccleſiaſticam conuenitur coram ſuo iudice. Abb. de foro competen. c. Si clericus. Quia eſt quoddam ſacrilegium eccleſia habet iuriſdictionem, papa tamen indiſtincte concedit litteras clerico agenti contra laycum in quacunque cauſa, non tamen concedit layco contra laycum, niſi in certis caſibus, nec poteſt iudex ſecularis impedire iuriſdictionem delegati, niſi cauſa feudatalis, & dominus ſit negligens, quia tunc iudicabit dominus feudi, ſi laycus negat rem eſſe eccleſię, uel clerici & actor uoluerint probare, poteſt iudex cognoſcere, an iuriſdictio ſit ſua. Quod hic dicit Glo. eo negante remittitur ad iudicem ſuum, intelligitur quando actor non

uult

uult aſſumere onus probandi. Quod conueniri poſſit coram iudice eccleſiaſtico non eſt propter ſacrilegium,ſed quia res eccleſiæ & clericorum ſunt priuilegiatæ, quando poteſt laycus coram iudice eccleſiaſtico conueniri. Abb. ubi ſuprà. & ubi ſuprà. c. Cum ſit generale. Vide. Actor conſequitur forum rei.

Laycus laycum conuenire non poteſt ſuper re ciuili coram iudice eccleſiaſtico, niſi in defectum iuſtitiæ ſecularis, uel conſuetudo id expoſcat. Abb. de foro competen. c. Licet ex ſuſcepto. Poteſt tamen laycus adire papam. Primo quando eſt conſuetudo. Secundo quando terrę ſubiiciuntur eccleſiæ in temporalibus. Tertio ſi cauſa eſt eccleſiaſtica. Quarto quando uacat imperium. Quinto quando iudex eſt negligens. Sexto quando impetratur a perſona miſerabili, paupere, uel oppreſſa, quia ſunt ſub protectione papæ. Septimo quando recuſatur iudex, qui immediate ſubditur imperatori. Octauo in cauſa reconuentionis. Nono pro relictis a defunctis. Decimo quando iudex laycus inuocat auxilium eccleſiæ. Vndecimo ratione adminiſtrationis aſſumptæ a laycis. Duodecimo ſi homines eccleſiæ fatigantur indebite, uel eccleſiæ indebitè collectantur. Tertiodecimo ſi locus caret iudice. Quartodecimo quando eſt aliquod ambiguum, cuius determinatio pertinet, ad eccleſiam. Quintodecimo quando agitur per uiam denunciationis euangelicæ. Sextodecimo quando eſt quid connexum cauſæ ſpectanti ad eccleſiam. Prius tamen ſemper recurrendum eſt ad imperatorem, quam ad papam, etiam ſi iudex non recognoſcat imperatorem. Abbas ubi ſuprà. In cauſa mere ciuili non poſſunt layci conueniri coram legato papæ in terris imperii. ſecus in terris eccleſię. Abbas de eo qui mittitur in poſſeſſio. capitu. Cum ueniſſet.

Layci decimas poſſident cum bona conſcientia, quas in feudum, ante concilium lateranenſe habuerunt, & ſufficit non ſit memoria de initio, & ſit fama quod erant eorum ante concilium lateranenſe. Ab. de his quæ fiunt a pręlato. c. Cum Apoſtolica.

Laycis decimę, oblationes, uel eccleſię concedi non poſſunt, & pręlatus contrafaciens eſt puniendus. Abb. de deci. c. Quamuis. Nullus prælatus poteſt dare decimam, uel oblationes, nec epiſcopus poteſt concedere domino domus ubi eſt depicta imago, ut de oblationibus diſponat ad libitum. Laycis tamen in ſeculo non remanentibus concedi poteſt, qui tamen debent eccleſiam curare per clericos, non per ſeipſos, Laycus conuerſus eſt capax iuris ſpiritualis, non autem exiſtens in ſeculo. Prælatus concedens laycis exiſtentibus in ſeculo decimas, uel oblationes, uel eccleſiam de rigore iuris poteſt deponi, & excommunicari. Ab. ubi ſuprà. Non poteſt laycus transferre decimam in alium laycum, etiam ſi pro titulo illam poſſideat. Abb. de deci. c. Prohibemus. Layci ſi detinent decimas hoc faciunt cum periculo animæ ſuæ, & omnis modus tranſactionis eſt eis prohibitus, nec poſſunt ſi ipſi habent in feudum in alium locum infeudare decimam, licet Glo. hoc hic dicat. Ab. ubi ſuprà. Layci etiam reges eccleſias uel decimas donare non poſſunt, nec in eorum titulo præſtetur cauſa pręſcribendi. Abbas de decim. cap. Dudum. Laycus pignorare non poteſt decimas, ſed nec clericus laycis. Si decimæ tenentur a layco in feudum, mihi placet opinio quod de conſenſu epiſcopi poſſint pignorari clericis, licet alii teneant oppoſitum, ſed ſi detinentur a layco ſine titulo, non ſufficit etiam conſenſus

ſenſus epiſcopi. Abb. de deci. cap. Interdicimus.

Laycus qui decimas non ſoluit, poteſt excommunicari, & arceri perſonaliter, & ſi eſt neceſſe, perſonaliter affici. Ab. de homici. c. Poſtulaſti.

Laycus in donatione quam facit eccleſiæ, poteſt apponere pactum de ſoluendo certam penſionem hæredibus, uel quod res donata incidat in commiſſum, ſi non obſeruentur pacta. Ab. de dona. c. Cum dilecti.

Layci poſſunt compelli ad ſoluendum quod dare conſueuerant presbytero eorum. Ex quo infertur quod donatio rei multo tempore continuata inducit in eccleſia obligationem in futurum, ut ſingulis annis donetur more ſolito. Ab. de teſti. c. Veniens. Vide. Oblationes.

Layci de eccleſiaſticis negociis non debent ſe intromittere. De iudi. c. Decernimus. Poſſunt tamen eis delegari cauſæ ciuiles mere, & pecuniariæ, & in eis poſſunt eſſe arbitri. Glo. ubi ſuprà. Layci nec principaliter, nec miniſterialiter poſſunt tractare eccleſiaſtica, nec ſpiritualia, etiã ſi cauſæ ſint ciuiles, uel criminales, uel mixtæ, auctoritate propria, ſecus ſi delegentur ut dicit Gloſ. Licet clericus non poſſit in iudicem laycum conſentire, poteſt tamen epiſcopus delegare, & ponitur ratio diuerſitatis. Layci non poſſunt prædicta tractare nomine proprio, poſſunt autem nomine eccleſiæ, poſſunt eſſe procuratores, non tamẽ poſſunt eſſe procuratores ſi habent in iudicio ſuo exercere actum ſpiritualitatis, ſicut eligere, nec poteſt eſſe icomicus, nec generalis adminiſtrator, quia non poteſt ſe intromittere de ſpiritualibus, licet omnes redditus eccleſiæ poſſint layco locari. An poſſint eſſe operarij.i.habere officium fabricæ eccleſię, licet dominus Anto.& Inno. teneant, quod nullomodo poſſunt eſſe, dicerem tamen. Si deputatus ad prædictum officium eſt aliquo modo ſuper clericos, & habet præeminentiam, & poteſtatem diſtribuendi redditus inter clericos, & percipiendi, tale officiũ non poteſt concedi layco niſi auctoritate Apoſtolica. Si habet purum, & nudum officium conuertendi redditus in fabricam eccleſiæ, & tenetur reddere rationem adminiſtrationis perſonæ eccleſiaſticæ, non uideo quod hoc debeat layco interdici. Laycus non poteſt eſſe uicarius epiſcopi niſi quo ad iuriſdictionem temporalem. poteſt tamen eſſe aſſeſſor, nec poteſt epiſcopus delegare cauſam ſpiritualem cum hac conditione quod proferat ſententiam prout laycus dictauerit, uel quod eius ſententiam, ferre teneatur ſuper conſilium layci. Licet poſſit obligare ad petendum eius conſilium, non tamen ad ſequendum. In his quæ ſpectant ad clericos, id ſolum licet laycis, quod a iure eſt conceſſum ſpecifice. Ab. ubi ſuprà.

Layci uſurpantes iura eccleſię ut ſacrilegi per iudicem eccleſiaſticum compelluntur. De fo. comp. c. Conqueſtus.

Layci efficiuntur de foro eccleſiæ ſi frequentant monaſteria. Ab. de uita & honeſta. cle. c. Monaſteria. Laycus delinquens in eccleſia eſt puniendus per iudicẽ laycum non per eccleſiaſticum, ſi tamen delictũ ſit ſacrilegiũ puniri ẽt poteſt per iudicem eccleſiaſticum. Ab. de immunita. eccle. c. Immunitatem.

Layco non debet cõcedi eccleſia titulo conductionis. Ab. ne cleri. uel mona. c. Secundum. Nec poteſt layco locari ratione ſpiritualium oblationum, ne eccleſia ſubiiciatur regimini & gubernationi laycorum. Inſtante tamen magna neceſſitate fieri poteſt ita tamen ut laycus, non per ſe, ſed per clericum gubernetur, eccleſię tamen redditus & oblationes, quæ fiunt in eccleſia, nõ poſſunt layco concedi. Ab. ubi ſuprà. c. Immunitatem. Layco iudicare prohibetur ſuper iure ſpirituali, & etiam arbitrari, non poteſt eſſe delegatus

in cauſa ſpirituali, niſi papę, nec per uiam reconuentionis de ſpiritualibus cognoſcere, nec poteſt compromitti in eum ut arbitratorem & amicabilem compoſitorem in ſpiritualibus. Nullus citra papam poteſt committere cauſam ſpiritualem layco. Epiſcopus tamen poteſt licentiam dare, quod compromittatur in clericum & laycum, nec tamen poteſt cauſa ſpiritualis delegari clerico & layco quia proprium arbitrium de re ſpirituali non eſt actus ſpiritualis, ſed iudicare de re ſpirituali eſt quid ſpirituale, cuius laycus non eſt capax, etiam cum clerico aſſociato. Ab. de arbi. c. Contingit. Quod laycus etiam cum clerico non poſſit eſſe arbiter auctoritate ſuperioris, & delegati. Ab. ubi ſuprà. c. Per tuas.

Lacyus non poteſt ius ſpirituale habere puta in electione, nec conſuetudine, uel auctoritate clericorum hoc fieri poteſt. Solus papa in hoc diſpenſare poteſt. Si de initio non eſſet memoria hominum huius conſuetudinis, quod layci habeant ius ſpirituale, adhuc non ualet. Ab. de elec. c. Meſſana. Sacroſancta. Non poteſt præſcribere ius diſponendi de rebus ſpiritualibus. Intelligitur etiam de regibus, & imperatoribus. Ab. de deci. c. Tua. Non præſcribit ius ſpirituale etiam ſi de initio non habeatur memoria, quia ſine poſſeſſione nõ ꝓcedit præſcriptio & laycus nõ eſt capax poſsidere ius ſpirituale, ſic nõ pñt reges præſcribere collationẽ beneficiorũ. Ab. de præb. c. Dilectus filius.

Laycus non poteſt habere ius ſepeliendi in eccleſia, quia loca religioſa & ſacra nõ põt habere in eius dominio, poteſt tamẽ habere uſum, ut ibi ipſe ſepeliatur, & nõ alii ipſo inuito, niſi ꝓpter neceſsitatẽ. Idem dicendũ eſt in ſedibus, & banchis quæ loca in multis eccleſiis a laycis ſibi uendicantur, quia inuito epiſcopo nõ poſſunt layci hoc ius ſibi acquirere. Ab. de ſepultu. c. Abolendæ.

Laycus non poteſt præſcribere ius ſpirituale, ſicut nec poſsidere, ſed nec annexum ut ius patronatus contra eccleſiam. Conuerſi religioſi hoc poſſunt. Ab. de præſcrip. c. Cauſam.

Laycus poſsidet ius faciendi ſepulturã. Glo. Intelligitur in loco religioſo facto ex ſola illatione corporis humani, nõ autẽ in ſepulchro exiſtente in eccleſia, uel cimiterio ſacro, quia ſunt ſpiritualia, quæ nec in toto nec in parte poſſunt poſsideri a layco. Tollerantur tamen ex quadam humanitate. Ius ſepeliendi ſpectat ad iudicem ſecularem, quo ad expenſas factas inter laycos ad iudicem eccleſiaſticum. Ab. de iudi. c. Quanto.

Layco non poſſunt concedi ſpiritualia poſſidenda iure hæreditario, unde non poteſt poſsidere ſepulchrum in terra, cimiterio, uel eccleſia conſecratis. Spiritualia quæ ſunt religioſa tantum poteſt poſsidere de iure ciuili, non poteſt poſsidere ius decimandi nec fructus decimarum ad magnum tempus, quia citra papam nemo poteſt laycũ capacẽ reddere iuris ſpiritualis. Ius decimandi nullo modo poteſt concedi layco, ſed nec de fructibus poteſt cum layco fieri cõtractus, quo alienetur directũ dominiũ, uel utile. Vnde nõ poteſt concedi ad longum tempus. Ab. de deci. c. Ad hæc. Glo. & Ab. c. Quamuis.

Layci non prędicent, nec occulte conuẽticula faciant, nec reprehẽdant ſacerdotes. De hære. c. Cum ex iniuncto. Poteſt tamen quilibet hortari primum ſecundum ſcripturam, nec tamen poteſt laycus etiam occulte prædicare, nec credendum eſt ſe eſſe miſſum a Deo, niſi probet per miraculum, uel ſpecialiter per dictum ſcripturæ. Abb. ubi ſupra. Cuiuſcunque profeſsionis ſint prædicare, non debent. Ab. de hæreti. c. Sic layci. Ergo prædicantes peccant mortaliter, & grauiter, quia contra pręceptum eccleſię, & mandatur, quod excommunicentur. Ab. ubi ſuprà. c. Excommunicamus.

Layci

Layci non poſſunt ſtatuere ſuper rebus clericorum, nec ſuper ſpiritualibus, nec ſuper annexis, nec de mortuariis quo ad concernentia cultum diuinum, & refrigerium animæ defuncti, quia iſta ſunt annexa ſpiritualibus. Circa pompas mundanas credo ſtatuta eorum ualere. Abb. de rebus eccle. non alienan. c. Cum laycis.

Layci teſtificari poſſunt pro clerico in cauſa criminali, licet non econtra. Vnde ſi duo clerici dicunt me commiſiſſe crimen unum tali die, & duo layci dicant me fuiſſe cum eis tota die, & non uiderunt me delictum illud commiſiſſe, ſtatur dicto laycorum. Ab. de accuſa. c. Cum. P.

Laycorum uita eſt clericis paſsio, ſed mors eſt conſolatio. Ab. de ſepultu. c. Nos inſtituta.

Layci in crimine uſurarum ſubduntur eccleſiæ, & poſſunt excommunicari, in uita, niſi deſiſtant, & ſatisfaciant de preteritis, & malefaciunt epiſcopi pauidi. Ab. de uſur. c. Præterea. Layci poſſunt adire papam in materia uſurarum, & reſcriptum impetrare pro uſuris reſtituendis. Ab. de uſuris. c. Michael.

Latro ſuſpenditur in furca pro furto quinque ſolidorum ſecundum leges. Glo. Quando propter furtum ſequitur turbatio pacis. Ab. de immunita. eccle c. Inter alia.

Legatus non de latere, ſed ratione perſonæ extra ſuam prouinciam non poteſt abſoluere excommunicatos propter manum uiolentam in clericum, ſed nec in ſua prouincia, ſi ſic excommunicati aliunde ueniant. Legatus uero ratione dignitatis nullus talis abſoluit. Abb. de officio lega. cap. Excommunicatus. Legatus non poteſt abſoluere incendiarios, excommunicatos poſt denunciationem excommunicationis. Ab. de ſen. exco. c. Tua.

Legatus licet non poſsit ſe intromittere de appellatione ad papam in præiudicium appellantis, poteſt tamen ſe ingerere extraiudicialiter, ut cauſam inſtructam remittat ad papam. Ab. de appella. c. Conſtitutus.

Legatus non de latere non poteſt conferre beneficia. Ab. de appella. c. Dilecti filii.

Legatus non poteſt committere cauſam ſimpliciter, & de plano, quia non poteſt tollere ſubſtantialia iuris. Ab. de electio. & elect. poteſt. c. Officij tui. Qui detulit cauſam papæ definit illius cauſæ eſſe iudex. Ab. de off. legati. & pot. iud. c. Licet tranenſis. Nec poteſt committere cauſam de plano appellatione remota. Ab. de off. leg. c. Quod translationem.

Legati conſtitutio de terra mortuariorum ſoluenda intelligi debet de mortuariis in quibus de iure communi debetur, & poteſt legatus conſtitutionem ſuam interpretari durante legatione, non autem poſt ea ceſſante. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Ex parte.

Legato dicenti ſe legatum non creditur ſine litteris, ubi agitur de præiudicio alicuius. Ab. de priuilegiis. c. Cum olim. Cardinali non creditur de iure communi in preiudicium partium. Ab. de appella. c. Conſtitutus.

Legatus non poteſt diſpenſare in iuramento quo iurauit prælatus non alienare bona eccleſiæ inconſulto papa, quia non poteſt diſpenſare in his, quæ papa ſibi ſpecialiter reſeruat. ſi ſit præſtitum inferiori prelato, concurrit cum quolibet in ſua prouincia. Poteſt licentiam dare, quia iuramentum eſt præſtitum dignitati ſecus ſi ſit præſtitum prelato alterius prouincię, cum quo non concurrit. Poteſt dare licentiam alienandi bona in prouincia, licet prælatus ſit extra prouinciam, circumſcripto iuramento. Abbas

de eccle. ædifica. capitulo. Tua nos.

Legatus non poteſt diſpenſare, quod ſciſmaticus, qui tamen reuerſus eſt ad unitatem eccleſiæ, promoueatur in epiſcopum, ſed ſolus papa (ut puto) diſpenſat. Abb. de elec. c. Quia diligentia. Nec poteſt diſpenſare contra concilium generale. Ab. & Glo. ubi ſuprà. c. Cum dilecti. Nec quod filius immediate ſuccedat patri in beneficio. Abb. de filiis presbitero. c. Dilectus filius. Immo nec legatus de latere, ſicut nec poteſt diſpenſare contra concilinm lateranenſe. Glo. ubi ſuprà. Nec poteſt aliquid attentare contra canones regulariter, nec contra generalem conſuetudinem, nec committere cauſam ſimpliciter, & de plano, quia non poteſt ordinem iuris dimittere, nec poteſt priuilegium alteri conceſſum deuiare. Ab. de autho.& uſ. pal. c. Niſi ſpecialis. Nec poteſt perturbare priuilegium alicui conceſſum a papa. Ab. de elec. c. Venerabilem. Congregare poteſt concilium prouinciale, non tamen diſpenſare in criminibus grauioribus adulterio. Ab. de off. lega. cap. Quod translationem. Nec poteſt diſpenſare in gradibus conſanguinitatis, & affinitatis circa matrimonium, ſed hoc poteſt ſolus papa, & Cardinali licet dicenti ſe eſſe legatum credatur, non tamen ſi reſeruata dicat ſibi eſſe conceſſa, niſi oſtendat. Ab. de off. legato. c. Quod translationem.

Legatus poteſt confirmare electiones exemptorum, & prælatis exemptis dare licentiam tranſeundi ad tales dignitates, etiam ſi ſit electio ad epiſcopatum, & licet non poſſit transferre epiſcopum, poteſt tamen electum confirmare ad epiſcopatum, etiam exemptum. Ab. de conſuetu. c. Cum uenerabilis. De elec. cap. Nicolao. Non poteſt admittere poſtulationem quando monachus alterius ordinis, uel clericus ſecularis in Abbatem poſtulatur, licet alii teneant oppoſitum. Abb. ubi ſuprà. c. Officii tui. Non tamen poteſt abbreuiare tempus electionis, nec cogere ad petendum conſilium ab extraneis, ſed hoc poteſt ſolus papa. Ab. de elec. c. Cum in ueteri.

Legatus generalis in aliquibus partibus poteſt prohibere delegato ſpeciali papæ, ne procedat in cauſa ſibi commiſſa, licet delegatus quo ad hanc cauſam ſit maior legato generali, hoc tamen admittitur ex noua cauſa non conſiderata per papam. Abb. de conſuetu. c. Cum tanto. De elec. c. Dilecti. Ab. de off.& pot. iud. delegati. c. Studuiſti. Poteſt prohibere ubi ſuprà. Ex cauſa nouiter orta, uel probabiliter non conſiderata per papam ne delegatus in cauſa ſpeciali procedat. Ab. de appella. c. Dilecti. Legatus etiam de latere ſiqua inquiſitio etiam per papam committitur alteri ſpecialiter, non poteſt legatus ſe de illa intromittere. Ab. de accuſa. c. Ad petitionem.

Legatus poteſt interpretari mandatum papæ in reſcriptis, non autem in conſtitutionibus. Glo. de poſtula. c. Ad hoc in beato petro.

Legatus habet iuriſdictionem ordinariam in loco ſuæ delegationis, quę quia eſt extraordinarie inducta tanquam prȩiudicans iuriſdictioni epiſcoporum, eſt reſtringenda. Iuriſdictio epiſcoporum quia eſt naturalis, eſt fauorabilis, & amplianda. Abb. de iudi. c. Si quis contra. Legatus omnia poteſt, quę epiſcopus poteſt in ſua diocœſi, & poteſt unam eccleſiam alteri unire, & alteri ſubiicere. Vnit etiam eccleſiam menſæ epiſcopali, quod non poteſt epiſcopus. Vnire etiam poteſt ſi collatio beneficii ſit deuoluta ad papã, quia unio reſpicit proprietatẽ bonorũ, ideo licet non habeat ius cõferendi, habet tamẽ ius uniẽdi, quod eſt neceſſariũ. Ab. de exceſ. præla. c. Sicut. Canonicatus uacantes in ſua prouincia conferre poteſt. Ab. de cleri. exco. c. Propoſuit.

Legatus

Legatus in pluribus locis poteſt in quolibet eorum exercere iuriſdictionem, ita quod facta unius loci poſſunt in alio explicari. Ab. de off. & pot. iud. delega. cap. Nouit ille. Non tamen poteſt homines unius prouinciæ ad alias trahere, ſed infra eandem prouinciam negocia unius ciuitatis poteſt in alia expedire. Poteſt etiam ſibi ſubſtituere uicarium. Abb. ubi ſuprà. Legato de latere præſente minor legatus debet executionem ſui officii dimittere, nec tamen ex creatione ſecundi legati primus remouetur, ſiue ambo ſint unius ſpeciei, ſiue diuerſarum. Ab. de off. & pot. iud. delega. c. Volentes.

Legatus natus dicitur quando officium commiſſum eſt certo loco uel dignitati exercendum per prędidentem in illa dignitate. Quando conceditur perſonæ, extinguitur cum perſona. Abb. de præſump. capitu. Mandata celeſtia.

Legato obediendum eſt tanquam papæ. Gloſ. & Abb. de appella. capitu. Cum parati.

Legatus non poteſt uenire contra priuilegium conceſſum alicui eccleſiæ, nec delegatus poteſt in eccleſia numerata dare beneficium niſi fiat mentio de numero. Ab. de præben. c. Pro aliorum. Nec poteſt uenire contra conſtitutionem papę in præiudicium perſonarum priuilegiatarum. Ab. de inſtitutio. c. Auctoritate.

Legatis & nunciis Apoſtolicis procurare omnes eccleſiæ tenentur, niſi quæ ſunt priuilegiatæ, nec in hoc perſcriptione iuuantur. Ab. de cenſi. c. Cum inſtantia. Intelligitur etiam de tranſeuntibus, nec tenetur legatus recipere procurationem per omnes miniſtros, cum grauati regreſſum habeant in alios ut ab eis reſtaurentur. Nullus grauari debet ultra proprias facultates. Clerici pauperes non debent grauari. Ab. ubi ſuprà. cap. Cum inſtantia. Sunt etiam procurandi pro diebus his quibus moram trahunt, & contra hanc conſtitutionem exactum reſtituitur duplicatum. Vbi ſuprà. c. Procurationis. Legatus eſt nuncius papæ, licite debet habere procurationes ab epiſcopo & clero, quas non poſſunt præſcribere, & ad hoc omnes tenentur, niſi ſint priuilegiati. Abbas de præſcript. capitu. Accedentes.

Legatus ex cauſa poteſt inſtituere maiorem contra ſuam ſententiam, idem poteſt epiſcopus & quilibet alius habens merum & mixtum imperium. Ab. de ſen. & re iudica. c. Cum Bertoldus.

Legatus non poteſt attentare reſeruata papæ in ſignum uniuerſalis dominii, poteſt autem reliqua ſecundum. Glo. ſed puto falſum. Non poteſt dare ius ad uacaturam beneficiorum, nec diſpenſare contra concilium generale, nec committere cauſam ſimpliciter tractandam de plano ſine ſtrepitu, nec poteſt ſupplere defectum commiſſum in contractibus uel in iudiciis, & generaliter non poteſt omnia quæ ſibi ſedes Apoſtolica ſibi reſeruauit, ſi illa ſint ardua, quia illa ſunt ad papam referenda. Abb. de præſcrip. cap. Mandata celeſtia.

Legatus poteſt ſtatuta facere pro bono pacis infra limites legationis ſuæ præter iuris communis diſpoſitionem, quę durant etiam completa duratione. Abb. de loca. & condu. c. Ex reſcripto. Poteſt ædere canonem latæ ſententiæ, & conſtitutiones, contrauenienteſque excommunicare, dare litteras indulgentiarum, & diſpenſare ſicut prælati inferiores. Concurrit etiam cum quolibet prælato ſuæ prouinciæ in exercenda iuriſdictione, & habet

obtinere iuriſdictionem. Omnes etiam ſuæ prouinciæ poſſunt ad eum referre tam ciuiles quam criminales cauſas, & poſſunt adire per uiam querelæ. In exemptos non habet poteſtatem, niſi ſit legatus de latere, & ſpecialiter concedatur. Abb. de offi. & poteſt. iudi. legati. cap. Quod tranſactionem.

Legatorum ſtatuta durant legatione finita, & ſimiliter ſui delegati iuriſdictio, ſi præceſſit citatio. Ab. de off. & pot. iud. delega. c. Nemine. Delegati omni generaliter intelligitur. Et poteſt delegare cauſas motas coram eo. Poteſt tamē facere ſtatuta de pertinentibus ad iuriſdictionem legati ſolius, ſi tamen ſtatuta non ſunt contra canones, uel iura generalia. Quis non poteſt quocunque modo derogare, ſi uellet ſtatuere in aliorum præiudicium, uel negocium debet habere eorum præſentiam, & conſenſum epiſcopi, & inferiores prælati poſſunt facere ſtatuta, & durant poſt mortem in caſibus, in quibus poſsunt ſtatuere, non tamen ſuper maioribus negotiis, etiam ſi ſint legati. Non poſsunt epiſcopi facere ſtatuta ſine conſenſu capituli. Iura etiam legati in pertinentibus ad populum licet requirant conſenſum prælatorum prouinciæ, ſi in prædictorum ſtatutis inferatur pœna eſt, ciuile niſi facta ſint cum conſenſu aliorum, cum indulgentia, ſeu licentia data a legato, habet etiam fructum liberum ſic quod ex ſola conceſſione recipit ſuam eſsentiam, nec dependet a futuro euentu, durat ultra tempus concedentis, quia priuilegia & ſtatuta debent eſse perpetua. Vbi diſpoſitio dependet ex futuro euentu quia nondum erat uinculum, ſi erat uinculum tempore exiſtentis conditionis, quo tempore ipſe diſponens eſt mortuus, uel reuocatus, ceſsat ſententia. Vnde cum ipſe profert ſententiam excommunicationis, ſi quis fecit furtum, non durat poſt mortem epiſcopi. idem dico de licentia quæ non poteſt perpetuo concedi ſine cognitione cauſæ ut fuit conceſsa ſimpliciter, intelligitur conceſſa ad tempus concedentis, ut ſi epiſcopus dedit licentiam eligendi confeſsorem, cum ſit in præiudicium parrochialis eccleſię, non poteſt dari in perpetuum ſine cognitione cauſæ, nec ſine conſilio capituli, ideo per mortem epiſcopi extinguitur. Ab. de off. lega. c. Nemini.

Legatus papæ poteſt uiſitare, & accipere procurationem ratione uiſitationis, & ſi una eccleſia non ſufficit ad procurationem, plures debent coniungi, nec debet morari in una eccleſia ultra unum diem, poteſt exigere expenſas, quas facit eundo, & redeundo ad locum, ad emendum æquum mortuum, uecturas æquorum, ueſtes, & ſimilia ultra procurationem uictualium, quia uenit propter utilitatem loci. Non autem poteſt epiſcopus, qui propter onera habet redditus epiſcopatus. Si etiam legatus non uiſitat, debetur ei procuratio, quia non debetur ei principaliter ratione uiſitationis, ſed quia ſubit onera aliorum. Abb. de cenſi. cap. Procurationes. Legato papæ debentur procurationes, & alia ſeruitia, clerici debent ei ſubuenire in omnibus neceſſitatibus. Abb. de immunita. eccle. c. Quia plerique.

Legati de latere ſunt tantum Cardinales, qui ſemper aſſiſtunt lateri papæ, licet Glo. ſentiat quod quandoque non Cardinales ſint legati de latere, & in hoc male. Soli qui ſunt de latere, habent iuriſdictionem ſuper exemptos. Ab. de officio lega. capitulo Cum non ignoretis. Dicitur de latere Cardinalis legatus qui mittitur de latere papæ. Cardinales aſſiſtunt papæ, quia fere omnia eorum conſilio explicat ſuper his, quæ ueniunt iure legationis, uel diſpoſitione legis, uel conſuetudinis, non oportet quod oſtendant man-

datum

datum expreſſum quia transferuntur iſta ex generali donatione legationis, ſecus in aliis quæ non competunt iure delegationis, quia tunc oportet quod probetur mandatum expreſſum. Abb. de ſentent. excommun. cap. Ad eminentiam.

Legatus de latere poteſt abſoluere ab excommunicatione pro uiolenta manu in clericum. Abb. de off. legati. c. Quod translationem. Et ſi iniuria ſit enormis, & hoc in prouincia ſua, & extra tam ſubditos quam extraneos, uel uenientes ad eum donec reuertatur ad curiam, & poteſt inſignia ſue legationis portare, quando exit curiam; donec ad eum reuertatur, & iuriſdictione uti, niſi reuocetur. In præſentia papæ nunquam exercet dignitatem, nec utitur inſigniis ſuæ legationis. Quod dictum eſt de abſolutione ab excommunicatione pro uiolenta manu non credo extendi ad abſolutionem aliarum excommunicationum reſeruatarum papæ. Non poteſt abſoluere quos papa uel eius delegatus excommunicauit, quia in exorbitantibus non fit extenſio de uno caſu ad alium ratione perſonæ. Poteſt abſoluere exiſtentes in prouincia ſubditos, extra prouinciam non poteſt abſoluere extraneos. Aliunde uenientes poteſt de conſenſu iudicis, uel diocœſani illius prouinciæ, quia poteſtas datur legatis, cum hac forma præfixa. Vnde poteſtas collata alicui in certo loco non poteſt exercere etiam in ſubditos in alio loco, licet conſentiat dominus illius territorii, ſecus in iuriſdictione competenti de iure communi, poteſt tamen ſubditum delinquentem extra prouinciam in prouincia abſoluere. Si non ſubditi ueniunt ad prouinciam legati, & ibi incurrunt excommunicationem, poſſunt abſolui a legato. Legatus ratione dignitatis nullum poteſt abſoluere ab excommunicatione prædicta, nec in prouincia, nec extra, nec ſubditum, nec extraneum, ſic generaliter eſt dicendum de reſeruatis papæ. Glo. & Abb. de off. lega. cap. Excommunicatus. Abſoluere poteſt excommunicatos pro uiolenta manu in clericum. Ab. de ſenten. excommun. c. Ad eminentiam. Etiam ſi iniuria ſit enormis ut homicidium, & mutilatio clerici. Iura quæ dicunt ſolum papam abſoluere in enormi, non excludunt legatum. Aliqui tamen abſtinent ab hac abſolutione. Ab. ubi ſuprà. c. Ad eminentiam. & ubi ſuprà. c. Quod de his. & ubi ſuprà. c. Quamuis. Poteſt abſoluere ab excommunicatione manus uiolentæ, ubi epiſcopus non poteſt. Ab. de ſenten exco. c. Ea noſcitur.

Legatus de latere poteſt adiri per ſimplicem querelam. Ab. de off. lega. c. Cum non ignoretis. Et ſuper epiſcopos, archiepiſcopos, & patriarchas, & poteſt exercere in prouincia omnia, quæ illi poſſunt, & conferre beneficia. Hęc poteſtas, licet ſit ordinaria, eſt tamen inducta modo extraordinario, quia de iure non eſt deputatus certus locus legato. Dicitur gerere uices papę, quia papa per totum mundum poteſt exercere iuriſdictionem. Habet tamen ordinariam ex eo quod regit totam prouinciam ex commiſſione principis. Licet ſint legati ad inſtar proconſulis, qui olim præerat prouinciæ, poſſunt tamen audire cauſam depoſitionis epiſcopi, uel archiepiſcopi, licet non diffinire. Glo. & Ab. ubi ſuprà.

Legatus de latere non poteſt remouere appellationem, quia non poteſt tollere diſpoſitionem iuris fundatam ſuper iure naturali. Abb. de off. & pot. iud. deleg. c. Super quæſtionum.

Legatus de latere habet auctoritatem maiorem quam alii, quia multa habent ae conſuetudine, alii autem tantam habent, quantum litteris exprimitur,

qui preſente legato de latere non debent officium exercere ſuæ iuriſdictionis. Glo. de filiis presbytero. cap. Dilectus filius. & Glo. de off. lega. cap. Excommunicatos.

Legatus de latere poteſt conferre beneficia, non autem alii. Glo. de off. lega. c. Excommunicatos. Confert beneficium uacans, licet præſentatio illius pertineat ad clericum. Ab. de off. lega. c. Dilectus. & Glo. ubi ſuprà. Qui non ſunt de latere non poſſunt conferre beneficia. Si pertinent ad clericos & laycos pariter non poſſunt conferre. Si collatio pertinet ad collegium, uel ad aliquem ex priuilegio uel præſcriptione poteſt legatus ea conferre, ſi priuilegium ſit generale, non autem ſi alicui ſit conceſſum, quod poſſit conferre certa beneficia. Ab. ubi ſuprà. Vbi ius patronatus ad clericum pertinet, uel collegium, poteſt legatus eis inuitis conferre beneficium. Glo. de off. & pot. iud. delega. c. Dilectus filius.

Legatus de latere licet poſſit beneficium uacaturum reſeruare ſuæ collationi etiam pro certa perſona, non tamen poteſt dare ius ad beneficium uacaturum. Ab. de præben. c. Dilectus. Conferre poteſt beneficia deuoluta ad ſedem Apoſtolicam, non autem uacantia in curia romana, quæ ſolus papa confert. Quæ dicuntur uacare in curia. Abb. ubi ſuprà. c. Venerabilis. Non poteſt etiam confirmare auctoritatem datam alicui ab ordinario ut conferat primum beneficium uacans. Ab. de conceſſio. præben. c. Conſtitutus. Nec delegare poteſt in genere, uel in ſpecie poteſtatem recipiendi reſignationem beneficiorum, & illa ſic uacantia conferendi, ſed uicario ſuo generali poteſt. Abb. ubi ſuprà. c. Conſtitutus. Poteſt etiam eccleſiam cuius alia eccleſia eſt patrona reſeruare ſuæ collationi, licet non uacet, & illam conferre cum uacauerit ſine præſentatione. Ab. de iure patro. c. Cum dilectus.

Legatus de latere poteſt reſeruare beneficium primo uacaturum ſuæ collationi conferendum per ſe certæ perſonæ, ius tamen non acquiritur illi perſonæ, ut dicit hic Glo. Si legatus exiit prouinciam non ualet eius reſeruatio, quia functus eſt officio ſuo, non poteſt reſeruare beneficium collationi papæ, niſi de ſpeciali mandato eius. Non tamen confert uacatura beneficia, quia acquireretur ius, & faciliter poſſet deſiderare mortem poſſidentis ſecundum Glo. Poteſt etiam papa ſibi reſeruare, & niſi manſionem faciat de patronatu, non ualet reſcriptum papæ. Ab. de iure patro. c. Cum dilectus. Si patronatus ſimul ad laycum & clericum pertineat, non poteſt legatus inuito layco conferre beneficium, quem non poteſt ſuo iure piruare, poteſt tamen de conſenſu ſolius layci conferre, & uti iure clerici. Abb. de iure patro. c. Tranſmiſſe.

Legatus de latere non poteſt unam eccleſiam cathedralem alteri ſubmittere, & alteri concedere ius præeminentię, nec duos epiſcopatus unire, nec unum diuidere. Ab. de off. lega. c. Quod tranſlationem. Ex generali legatione non poteſt epiſcopus transferre. Abb. de off. lega. capitu. Niſi ſpecialis. Non poteſt ſe intromittere in eccleſiis collegiatis quo ad eorum prælatum principalem. Abb. de elec. c. Nullus in eccleſia.

Legatus de latere non poteſt committere cauſam ſublato ordine iudiciario, ut quod procedatur ſimpliciter, & de plano. Ab. de iudi. c. Dilecti filii. Nec committere poteſt cauſam appellatione remota, nec aliam apponere clauſulam contra diſpoſitionem iuris communis in detrimentum partis. Ab. de appella. c. Paſtoralis.

Legatus de latere habet iuriſdictionem ſuper exemptos. Ab. de off. lega. c. Cum non ignoretis.

Legatus de latere poteſt diſpenſare in caſibus, in quibus diſpenſant epiſcopi archiepiſcopi, & patriarchæ, & quilibet alius ordinarius, cum ipſe ſit ordinarius in tota prouincia, & maior omnibus poſt papam. Item diſpenſat in omnibus reſeruatis papæ. Contra concilia generalia non poteſt, ſed nec in gradibus conſanguinitatis, & affinitatis humana lege prohibitis. Abb. de tranſactio. capitu. Ex parte. Non tamen diſpenſat, niſi in caſibus a iure expreſsis, niſi ſpeciale priuilegium concedatur ei. Ab. ubi ſuprà. Nec legatus, nec quicunque alius inferior papa ſupplere poteſt defectum commiſſum in contractibus, uel iudiciis. Abb. ubi ſuprà. cap. Sicut. Non diſpenſat contra concilium. Glo. de præbend. capi. Dilectus filius. & ubi ſuprà. cap. Dilecto filio. Tuæ fraternitatis. Nec in conſtitutione papæ, niſi ubi epiſcopus diſpenſat. Ab. ubi ſuprà. c. Dilectus ſecundum.

Legatus de latere non poteſt concedere eccleſiam iuris epiſcopalis, nec eximere eccleſiam ab ordinario, quia ſolius principis hęc ſunt, ius tollere, uel minuere, nec poteſt uiolare ius commune in pręiudicium alterius. Qui non eſt de latere non poteſt unire duas eccleſias. Qui eſt de latere collegiatas eccleſias unire, uel ſubiicere non poteſt, ſi non eſt collegiata, uidetur quod poſsit unire, etiam ſi eccleſiæ ſint exemptæ. Sunt tamen hic opiniones de poteſtate legati. Abb. de confirma. uti. uel inuti. capitulo. Tua nobis.

Legatus de latere poteſt in prouincia ſua audire cauſas matrimoniales, & ſeparare matrimonia in caſibus a iure permiſsis. Concurrit legatus cum epiſcopo in prouincia etiam in pertinentibus ad dignitatem epiſcopalem. Ab. de coniugio ſeruo. c. Ad noſtram.

Legatus papæ quandoque utitur inſigniis papæ, uidelicet quando proficiſcitur ultra mare, & ſunt hæc inſignia. Veſtis rubea, palafrenus albus, frenum, & calcaria deaurata. Ab. de priuileg. c. Antiqua.

Legere capi poteſt pro ſtudere. An habilitatus ad ſtudium, in aliqua facultate poſsit in ea legere, & doctorem legere nemo debet, niſi petita licentia & obtenta. Ab. de magis. c. Quoniam.

Legere competit doctoribus & ſcholaribus. Vnde diſpoſitio loquens de legentibus locum habet in ſcholaribus in proprio ſignificato, ſed propter communem uſum loquendi, qui tantum debet attendi, includit tantum legentes magiſtraliter. Ab. ne cleri. uel monach. c. Non magno. Audiens unam ſcientiam & in ea ſtudens dicitur eam legere. Iuris enim interpretatione intelligi debet. Ab. ubi ſuprà. c. Super ſpecula.

Legitimi. Legitima. Vide omnia in filios.

Legitimatio eſt diſpenſatio quædam, & princeps poteſt cum propriis filiis diſpenſare, ſicut cum alii ſubiectis, non ſicut pater cum filiis, ſed ut princeps cum ſubditis. Ab. Qui fi. ſunt legiti. c. Legitimatio. Non debet fieri ſine cauſa rationabili. Qui diſpenſat ſine cauſa, peccat, etiam papa, ſed non poteſt reprehendi quo ad eccleſiam militantem, poteſt tamen diſpenſare cum adulterinis ut ſint etiam ſummi pontifices, ut de facto fuerunt plures. Ab. ubi ſuprà. c. Per uenerabilem.

Legitimatio eſt decor & honor. Illegitimatio ignominia. licet non ſit peccatũ, eſt tamẽ defectus, ideo qui ſunt illegitimi, nõ poſsũt promoueri. Ab. ubi ſuprà.

Legiti-

Legitimare eſt iuriſdictionis. Iſte textus multum facit quod non ſit prorogabilis in eo quod uult, quod rex Franciç poteſt ſe ſubiicere iuriſdictioni papæ, quia non cognoſcebat in temporalibus ſuperiorem. Iſte nobilis ſubiectus erat alteri, ex quo patet, quod non poteſt ſe ſubiicere iuriſdictioni alterius ſine conſenſu ſui domini. Abb. Qui fi. ſunt legiti. cap. Per uenerabilem.

Legitimati ab imperatore non ſunt legitimati quo ad ſpiritualia. Comites non poſſunt legitimare ſine conſenſu partis, & agnatorum. Ab. ubi ſuprà. c. Per uenerabilem.

Legitimationis ſolennitas. Primo debet qualitas illegitimi referari principi, puta quia eſt inceſtuoſus, uel adulterinus. Omne tacitum quo expreſſo princeps non ita de facili concederet legitimationem, habet ipſam uitiare. Si dixit ſe eſſe ſpurium cum eſſet ſpurius duplicatus qui natus ex uxorato, & maritata, non ualet legitimatio. Si habens legitimos filios non facit mentionem de eis, non ualet, quia princeps non ſolet legitimare, quando pater habet filios legitimos non ita de facili. Secundo requiritur quod legitimandus conſentiat, & pater, ſi uiuit, nec oportet quod agnati conſentiant quibus legitimatus iſte ſucceditur ab inteſtato. Princeps qui abſtulit ab iſtis baſtardis ius agnitionis, & cognationis poteſt reſtituere eos ſine alterius iniuria ad ius naturale primæuum. Si pater eſt mortuus, & diſpoſuit ut iſte legitimaretur, non oportet uocare agnatos. Si nihil diſpoſuit oportet uocare eos quibus hereditas primo acquiſita eſt, alias non ualet, nec habet regreſſum ad bona paterna, niſi princeps ex certa ſcientia uellet legitimare non uocatis agnatis. Poteſt etiam princeps ex certa ſcientia reſtituere in integrum, cum præiudicio alterius. Abb. qui fi. ſunt legiti. c. Per uenerabilem.

Legitimatus ſi poſt pater eius habet alios filios legitimos, non euaneſcit eius legitimatio, ſed ſuccedit cum aliis legitimis. Abb. Qui fi. ſunt legiti. c. Per uenerabilem. Vide. Filius.

Lego additum uniuerſitati bonorum inducit hæredis inſtitutiones. Abb. de teſtam. c. Raynaldus.

Lepra ſuperueniens non diſſoluit matrimonium, nec matrimonii affectum, ideo ad inuicem maritali affectu coniuncti ſe debent tractare aut induci ad uouendum perpetuam continentiam. Abb. de coniugio leproſo. c. Peruenit. Propter lepram non ſunt a coniugio ſeparandi, & poſſunt contrahere matrimonium, & tenentur inuicem reddere debitum. Vbi ſuprà. c. Quoniam. Lepra ſuperueniente ſponſalibus de futuro non compellitur ad contrahendum matrimonium cum leproſo. Vbi ſuprà. capit. Litteras. Sponſalia de futuro diſſoluentur ſuperueniente lepra ad inſtantiam ſani. Idem dic in qualibet alia enormitate ſuperueniente, quia in obligatione generali de contrahendo matrimonium intelligitur, niſi quodcunque turpe ſuperueniat. Si matrimonium eſt contractum per uerba de præſenti ante copulam non ſoluitur matrimonium, licet hic textus uideatur tenere contrarium, quia non repperitur in iure, quod matrimonium contractum de præſenti diſſoluatur, niſi per ingreſſum religionis. Hic dicitur matrimonium conſumatum quo ad ſui eſſentiam, non quo ad copulam. Ab. de coniugio leproſo. c. Litteras.

Leproſi licite excluduntur a communione fidelium ex conſuetudine generali, ex diſpoſitione ueteris teſtamenti, & canonis, & alter coniugum ſanus ultra

tra debitum carnis tenetur ſibi ad mutua obſequia, & miniſtrare egrotanti. Si leproſus inſtat petendo, ut coniunx teneatur ſequi, & debitum reddere, debet compelli ad prędicta. Si non petit, ſufficit exhortatio. Ab. de coniugio leproſo. c. Peruenit.

Leproſi permitti debent ſine præiudicio eccleſiæ parrochialis antiquam habere eccleſiam propriam & presbyterum, nec tenentur ſoluere decimas de hortis, nec de animalium nutrimentis. Abb. de eccle. ædifica. c. Cum dicat. An debeat ſepeliri cum aliis, ad utranque partem ſunt argumenta. Tenentur ad decimas aliarum rerum. faciunt etiam collegium, & eis iura collegii debentur. An poſsit preeſſe religioſis, de licentia epiſcopi. Si ſit unus ſolus poteſt ædificare eccleſiam, & habere proprium ſacerdotem, ſi dat dotem competentem, ſi epiſcopus negat, debet recurrere ad ſuperiorem. Ab. ubi ſupra.

Letania &c. Clerici in diebus rogationum tenentur ire ad eccleſiam cathedralem. Qui alteri eccleſiæ ſubduntur, tenentur ad illam ire. Ab. de ſen. & re iudica. c. Cum inter.

Legis appellatione uenit conſuetudo. Abbas de ſponſa. cap. De francia.

Lex ad abſoluendum facilior eſt, quam ad condemnandum. Intelligitur etiam de lege diuina, quando non poteſt haberi ueritas, ut in gradibus matrimonii lege diuina prohibitis. Ab. de teſti. c. Licet ex quodam.

Actus geſtus in contrarium legis prohibitione non annullatur, ubi prohibitio legis non habet perpetuam cauſam prohibitionis. Item ubi prohibitio concernit fauorem alterius, habet uim exhortationis. Si mulier prohibetur contrahere ſine conſenſu duorum agnatorum ualet contractus in contrarium geſtus, ex quo lex ſpecifice non annullat actum. Vbi prohibitio fit ſimpliciter in fauorem prohibiti, non impeditur obligatio quæ acquiritur Deo principaliter, ſed tantum quæ acquiritur homini. In dubio non uidetur excogitaſſe lex. Ab. de regula. c. Ad apoſtolicam.

Legis auxilium inuocat fruſtra qui committit in lege. Non poteſt dari certa regula, niſi in caſibus iure expreſsis. Ab. de uſur. c. Quia fruſtra. Contra legem ueniens, ſi ſcienter uenit, non poteſt allegare legem in ſui fauorem ad actum ualidum. Abb. de eo qui duxit quam pollu. capitulo. Propoſuit.

Lex canonica etiam in foro iudiciali aliquid ſcienter cum periculo animæ nō dicit ſeruandum, immo dicit quod omni conſtitutioni eſt derogandum, quæ ſine peccato poteſt ſaluari, ideo qui præſcribit poteſt completa perſcriptione retinere id quod preſcripſit, etiam in foro conſcientię. Ab. de immunita. eccle. c. Quia plerique.

Conſtitutio papæ non extenditur ad infideles in prohibitione matrimonii. Idē dico in aliis ſpiritualibus, ideo ſi in his contraueniunt, non ſunt puniendi, ſecus ſi peccant contra legem diuinam. Abbas de diuor. capitu. Gaudeamus.

Conſtitutiones papę contra legem diuinam non ualent. Vnde dictum alicuius ſancti fultum auctoritate ſcripturæ præfertur conſtitutioni papæ, etiam in deciſionibus cauſarum. Ceſſante lege diuina conſtitutio papę in deciſione pręfertur dicto cuiuslibet ſancti; quia poteſtas data eſt papę condendi leges, non autem ſanctis. Abbas de accuſa. capitulo. Qualiter & quando.

Lex canonica præfertur ciuilibus. Vnde leges dicuntur familiaribus canonibus,

nibus, & in concernentibus animam eis ſubduntur, & leges in foro canonico in ſubſidium recipiuntur. Vbi canones ſunt expreſsi, non debent decidi caſus, & dubia per leges. Maior pars Chriſtianitatis non recipit leges, canones recipiuntur per totum orbem a Chriſtianis. Item ſtatuta laycorum ualent contra leges, non autem contra canones, ſed nec ſtatuta epiſcoporum. Abb. de priuileg. c. Super ſpecula. Leges ciuiles famulantur canonibus. Ab. ubi ſuprà. Leges debent canones adiuuare, quia papa poteſt ligare imperatorem, non autem econtra. Abb. de noui operis initiatio. c. Intelleximus. Leges ciuiles ſubduntur dictis Apoſtolorum, & canonum. Ab. de ſecundis nuptiis. c. Super illa. & ubi ſuprà. c. Cum ſecundum. Lex tamen ciuilis poteſt deduci in argumentum. Ab. de ſen. exco. c. In audientia.

Lex canonica ſubalternatur pro parte ethicæ, & pro parte theologię. Ab. de iuramen. calum. c. Inhærentes.

Lex canonica ſeruanda eſt in terris eccleſiæ, & præualet iuri ciuili, etiam quo ad laycos, nec ualent in prædictis terris ſtatuta contra canones. Abb. de appella. c. Si duobus.

Leges ciuiles ſequuntur canones, & ſic non datur contrarietas inter leges, & canones in materia ſpectante ad eccleſiam. Sic uidua nubens infra annum non eſt infamis. Vſura & concubinæ, non permittuntur, quia canones prohibent. In materia indifferenti ſi eſt contractus, leges ciuiles ſeruantur in ſuo foro, & canones in ſuo. Ab. de iudi. c. Clericos. Eccleſia adducit legem pro ſe, contra ſe non tenetur recipere, quia hoc fit in fauorem eccleſię Glo. & Ab. ubi ſuprà. c. Nouit. In concernentibus animam ſequitur diſpoſitionem iuris canonici. Abb. de foro competen. c. Cum ſit generale. Vide. Lex canonica præfertur. Vbi ius canonicum introducit certam formam, & ita difficilem ſicut ciuilis ſtamus iuri canonico, non ciuili, nec ſupletur ius canonicum per ciuile, ideo appellans temerarie non condemnatur niſi in expenſis, licet aliter ſit de iure ciuili. Abb. de appellatio. c. Vt debitus.

Leges principum non contradicentes canonibus, ſunt approbatæ per eccleſiam. Idem dic de conſtitutionibus approbatis per principem ut ſunt ædita a iuriſconſulto, nec dicuntur præiudicare eccleſiæ, quando poſſunt ſe habere ad præiudicium & fauorem. Licet lex imperialis damnoſa eccleſiis non ſit recipienda, tamen non dicitur pœnalis quando diſponit generaliter, & poteſt ſe habere ad commodum, & damnum. Vnde eccleſia conſtructa poſt denunciationem noui operis uenit deſtruenda auctoritate legis. Cum eadem cauſa poteſt terminari per leges & canones. Canoniſta poteſt allegare leges, & fortior eſt deciſio, ubi currit duplex diſpoſitio. Ab. de noui oper. initiatio. c. Intelleximus.

Leges concernunt neceſſitaté & utilitatem ſubditorum, ideo propter neceſſitatem, uel utilitatem recedendum eſt a diſpoſitione iuris. Ab. de conſangui. & affinita. c. Non debet.

Legis ciuilis dubia debent declarari per papam. Glo. & Ab. Qui fi. ſunt legiti. c. Per uenerabilem.

Lex imperialis fauens eccleſiis, & clericis eſt ipſo facto approbata per eccleſiam, niſi expreſſe reprobetur, ſi eſt damnoſa, non ualet in præiudicium ipſorum, niſi approbetur expreſſe per eccleſiam inferiorem ab imperatore ſiue ſint in fauorem, ſiue in damnum, non ualent in præiudicium, uel fauorem

rem eccleſiæ niſi approbentur expreſſe per eccleſiam. Nec hoſti. Ab. de ſolutio. c. Is qui.

Leges ciuiles non debent legi pariſius,nec in locis uicinis. Ab. de priuileg. c. Super ſpecula.

Leges ciuiles quæ ex aliqua ſpeciali cauſa prohibent matrimonium contrahi ante aliquod tempus, uel inter aliquas perſonas, recipiunt correctionem a iure canonico,nec poſſunt leges ſecularium prohibere matrimonium ad tempus, nec inter certas perſonas. Abb. de ſecundis nuptiis, cap. Cum ſecundum. Lex ciuilis non inhabilitat matrimonium, niſi quatenus approbatur à iure canonico. Abbas in rubri. de cognatio. capitulo. Legali.

Lex condita ab habente poteſtatem non continens manifeſtam iniquitatem debet ſeruari, etiam in foro animæ. Intelligitur quando in foro animæ non ceſſat reſpectus legis, ſed eſt eadem ratio in utroque foro, alias ſecus ſicut in hærede, qui non fecit inuentarium. Abb. de uſur. capitulo, Tua nos.

Lex ciuilis. In materia concernente peccatum, uel in interpretatione directa iuris diuini, uel in uarietate opinionum debet ſeruari lex canonica, non ciuilis, quia imperator eſt ſubiectus papæ in concernentibus animam, & tenetur eius legem ſeruare. Ex hoc caſus, Si deficit diſpoſitio iuris ciuilis, aut ſunt uariæ opiniones,debent ſeruari canones in utroque,cum ſint maioris auctoritatis, quam conſuetudo. In dubiis iuris ciuilis debent canones ſeruari. Si lex & canon contradicunt ad inuicem, & quælibet rationabilis eſt in ſe,quælibet ſeruanda eſt in foro ſuo,maxime in ordinatoriis iudicii, in quibus etiam layci ſubduntur foro eccleſiaſtico, & clerici foro ſeculari. In deciſionibus clerici iudicantur in foro eccleſiaſtico ſecundum canones tantum, & layci in ſeculari ſecundum leges tantum. Si non contradicunt, & ſunt leges imperiales, ſeruantur leges, ubi deficiunt canones, & ubi concurrunt cum canone, niſi ſit lex mere damnoſa eccleſiis; quia illa non recipitur niſi approbetur per papam. Si ſunt leges principum inferiorum,non ſunt ſeruandæ in foro eccleſiæ, ſiue contradicant,ſiue non,etiam ſi fauorem afferant, ſi procedunt imperioſe diſponendo ut habentes iuriſdictiones, ſecus ſi afferant fauorem,& ſupponant priuilegium,ut quod aſtantibus agnatis non ſuccedant maſculis fœminæ. Clericus agnatus excludit fœminam. Ab.de noui operis initiatio. c. Intelleximus. Lex ciuilis eſt ſeruanda, ubi ius canonicum non diſponit contrarium. Fallit, ubi lex ciuilis non poteſt commode coaptari ad mentem papæ concedentis priuilegium, ut in priuilegio de decimis noualium. Abb. de uerbo. ſignifica. capitu. Quid per nouale.

Legibus ciuilibus eſt ſtandum, ubi in canonibus non reperitur contrarium. Iſta non procedunt, quando lex imperatoris eſt damnoſa eccleſiis, uel eccleſiaſticis perſonis,quia tunc non tenet, niſi ſpecifice approbetur ab eccleſia. Quando lex generaliter diſponit, eſt ſeruanda in foro canonico, ſi canoni non contradicit, ſecus quando ſpecifice diſponit ſuper rebus, & perſonis eccleſiaſticis, quia talis lex eſt nulla ex defectu poteſtatis, licet canon ſpecifice non prohibeat. Ab. de immunita eccle. c. Non minus. Lex humana non contraria legi diuinę obſeruanda eſt,etiam in foro animæ, niſi aliquid fiat fraudulenter. Abb. de teſtamen. c. Quia ingredientibus. Vbi lex ciuilis fouet laycum proximo odioſum,uel rigorem, non eſt talis lex

ſeruan-

ſeruanda in foro canonico, licet expreſſe non reprobetur. Ab. ubi ſuprà c. Filius noſter. Non eſt ſeruanda in foro animæ, quando fundatur ſuper præſumptione ueritatis manifeſtæ. Cedit opinio, & præſumptio ueritati. In pœnitentia creditur pœnitenti, & confitenti, ſi ueritas eſt contra præſumptionem, elidicur præſumptio. Abbas de teſtamen. capitu. Raynaldus.

Lex ciuilis non poteſt ſtatuere, & indirecte circa ſpectantia ad eccleſiam ſicut matrimonium. Nec ſunt ſeruandæ leges imperatorum circa bona eccleſiarum, quia non habet ſuperioritatem ſuper ea, debet tamen ſeruari, ſi ſint priuilegia conceſſa eccleſiis, uel perſonis eccleſiaſticis. Abb. de conſtitutio. c. Eccleſia.S.Mariæ.

Legis commiſſione pactum reprobatur in pignoribus, & admittitur in emptionibus, & quare. Ab. de pigno. c. Significante.

Lex conformari debet temporibus, ideo propter fragilitatem non ſeruatur rigor iuris. Ab. de conſangui. & affinita.c. Non debet.

Leges concernunt neceſſitatem, & utilitatem ſubditorum, ideo propter neceſſitatem, & utilitatem recedendum eſt a diſpoſitione iuris. Abbas ubi ſuprà.

Lex conſuetudini prǫfertur, ideo cum arguitur a lege, ad conſuetudinem arguitur a maiori. Lex non poteſt, ergo nec conſuetudo, quǫ & ſi ualet contra legem, eſt ex prǫmiſſione legis. Abbas de iudi. capitulo. Clericos.

Lex dioceſana eſt eorum, quǫ conſiſtunt in recipiendo, lex iuriſdictionis eorum, quǫ conſiſtunt in dando. Glo. & reprobatur ideo dicendum, quod ea in quibus monaſteria ſunt de iure exempta ab epiſcopo, ſunt de lege dioceſana, alia ſpectant ad legem iuriſdictionis. Monaſteria ſunt exempta a cathedratu. Secundo a debita parte obligationum. Tertio a quarta parte decimarum, & mortuorum. Quarto epiſcopus poteſt in qualibet eccleſia ſuǫ diocœſis poteſt miſſam ſolenniter celebrare, cathedram tenere gratia audiendi cauſas, & prædicare. Quinto caritatiuum ſubſidium. Sexto pro communibus poteſt epiſcopus mittere quencunque clericum ad curiam, uel ad alium expedientem locum, & non poteſt clericus retractare. Septimo uocatio ad exequias. Octauo cogere ad ſynodum. Nono quod eccleſiæ contribuant, quando epiſcopus uult ire ad papam. Decimo hoſpitium, & alia obſequia. Omnia prædicta ſunt de lege dioceſana, quia quo ad prǫdicta monaſteria ſunt exempta ab epiſcopo, alia ſunt de lege iuriſdictionis. Lex dioceſana, & lex iuriſdictionis ſunt diuerſæ leges. Vnde res in una iudicata non obſtat agenti in alia. Abb. de ordina. cap. Dilectus. Lex dioceſana large ſumpta in ſe comprehendit omnem iuriſdictionem epiſcopi. Abb. de reſtitutione in integrum. c. Auditis. & Gloſ. & Abb. de præſcrip. cap. Auditis. Vide. Abbas tenetur ad ſynodum.

Lex dioceſana, & lex iuriſdictionis ſunt nomina primo inuenta a doctoribus, licet poſt ſint uſi, ideo iura non ponunt quæ ad utranque legem ſpectant. Hodie illa ſunt de lege dioceſana, a quibus monaſteria ſunt exempta, ſed ueritate inſpecta lex dioceſana eſt una comprehendens omnem iuriſdictionem epiſcopi. Ad legem dioceſanam pertinet eccleſiarum contributio communibus negotiis. Si epiſcopus uult ire ad concilium, papam, uel regem, pro communibus negociis, item caritatiuum ſuffragium. Abbas de ſtatu mo-

tu monacho. capitulo. Theodoſius.

Legis diſpoſitio quælibet eſt ut ex ea producatur aliquis effectus. Intellectus ergo qui ſeruit tantum de uento remouendus eſt, ſi deſeruit uerbo, & non rei. Ab. de cleri. non reſiden. c. Relatum.

Lex non dicitur in prçiudicium eccleſiæ, ſi eccleſia poteſt habere commodum & incommodum. ſecus ſi incommodum tantum, hæc in uenditionibus, & emptionibus ſunt, ſimul ſeruanda. Abb. de conſtitutio. cap. Eccleſia.S. Mariæ.

Lex ueniens exceptiue ſine limitatione ad regulas iuris communis exemptionem illius iuris facit per idemptitatem rationis. Abb. de probatio.cap. Iurauit.

Per legem excluſus una uia admittitur ad illam alia uia, uidelicet per reſtitutionem in integrum. Abbas de reſtitu. in integr. cap. Coram. Vide. Prohibitio.

Lex intelligitur non ſolum in propriis terminis, ſed etiam extenditur ad connexa, & ſimilia. Abb. de conſtitu. c. Tranſlato. In lege quando excipitur unus caſus extenditur per idemptitatem rationis ad alios, ubi unica tantum poteſt coniecturari. Abb. de electio. capit. Cum inter. Caſus exemptus contra regulam iuris non debet extendi ad alium caſum eiuſdem, uel pars rationis, niſi per principem. Io. And. Immo ubi eſt eadem ratio debet eſſe eadem iuris diſpoſitio, etiam in pœnis. Abb. de his quç ui metusue cauſ. cap. Sacris. Verba legis intelliguntur ſecundum modum conſuetum loquendi, magis quam ſecundum proprietatem. Abbas in prohemio.

Legem male intelligere non eſt peccatum, niſi ex hoc committatur delictum, quia ignorantia non excuſat in delictis. Abbas de ſimo. capitu. Per tuas. Pro euitanda abſurditate, uel uiolatione aliarum gratiarum intelligi debet diſpoſitio legis cum aliqua improprietate, ſi aliter ſeruari non poteſt. Abb. de clan. deſponſa. c. Si quis.

Leges interpretantur ab eo, qui ædidit interpretatione generali, ut faciant fidem quo ad omnes. Solus princeps poteſt interpretari, quando ius eſt ualde dubium. Iudicum & doctorum interpretatio non faciunt fidem, niſi quo ad cauſam, quæ uertitur coram eis. Abb. de ſentent. excommu. c. Inter alia. Leges poteſt quis interpretari ſimpliciter, & in caſu. Glo. & Abb. de conſtitutio. cap. Quando. Quando ſunt neceſſario reſtringendę interpretationes in ſcriptis. Gloſ. & Abb. de poſtula. cap. Ad hoc in beato. Si ex uno textu poſſunt haberi plures lecturæ illa amplectenda eſt, quæ conuenit rubricæ, ſub qua ponitur. Vnde ualet argumentum a ſituatione rubricæ. Ab. de confir. uti. uel inuti. c. Bonæ.

Lex leonina quæ ſit. Ab. de reb. eccle. non alienan. c. Nulli.

Lex noua licet non concernat prçterita, ſed futura, non tamen concernit illa futura, quę habent omnimodam dependentiam a præteritis, ſecus ubi actus, qui fuit factus, non eſt ita acceſſorius ad actum de præterito, licet conformitatem aliquam habeat cum eo. Abbas de appella. cap. Paſtoralis. Verum.

Legis diſpoſitio occultum quantumcunque afficit delinquentem. Abb. de ſentent. excommun. capitu. Porro. & ubi ſuprà. capitu. Cum non ab homine.

Lex ligat ad mortale, ſi certum ſit de mente legis, quod intendatur a principe. Simi-

Similiter cum utitur hoc uerbo præcipio, uel æquipolenti, ut cum dicitur Inhibemus, niſi quando materia legis non eſt neceſſaria, quia impropriantur uerba, & exponitur etiam uerbum præcipio.i. rogo. Verbum imperatiui modi non ſemper habet uim præcepti, niſi forte propter conſuetudinem. Quando ſunt talia uerba, recurrendum eſt ad materiam, quæ ſi ſit multum ponderoſa apud præcipientem, inducunt præceptum, ſecus ſi alias. Si uerba ſunt exhortatoria, uel etiam conſultoria, uel communia, ut ſtatuo, decerno &c. neutro modo ligant ad mortale. Abbas de conſtitutio. cap. Nam concupiſcentiam. Cum dicitur excommunicationi ſubiaceat, intelligitur ipſo facto inferri excommunicatio. Cum ponuntur uerba futuri temporis pœna uenit imponenda per ſententiam. Ex proprio ſignificato requirunt exequutionem ordinis. Abb. de elec. c. Licet ad deuitanda. Vbi lex apponit pœnam, ſeruatur per pœnę ſolutionem a tranſgreſſoribus. Abb. de arbi. c. Dilecti filii. Quos ligant, & quos non in foro conſcientie. Ab. de conſtitu. c. Littera.

Lex ubi dirigit uerba ad perſonas, obligat illas, non autem ubi dirigit ad rem, uel contractum, opinio Bar. Improbatur. Ab. de iureiuran. c. Cum contingat.

Lex quę non poteſt ſeruari ſine peccato, eſt ipſo iure nulla. Item ſi continet peccatum, uel aliquod inhoneſtum, & ſi contra ius aut utilitatem publicam in talibus ſubditi non debent obedire contra legem Dei. Abb. de præſcriptio. c. Quoniam omne.

In legem peccans an poſſit conſequi beneficium legis. Ab. de appella. c. Reprehenſibilis.

Legis precepta cerimonialia non ſunt modo ſeruanda, ſecus eſt de moralibus. Ab. de purifica. poſt partum. c. Volens.

Lex præceptiua ſi nunquam fuit recepta in obſeruantia ſciente legiſlatore ualente contradicere & non contradicente non ligat, nec requiritur tempus ad præſcribendum, ſed ſufficit binus, uel trinus actus in contrarium, quia ſic apparet de conſenſu ſuperioris. Si aliqui in eodem loco ſeruant, non excuſantur non ſeruantes, ſi ſuperior ignoret. Tempus. 40. annorum præſcriptioni ita datur, quod conſuetudo ſit rationabilis. Non oportet quod primi peccauerint, quia forte moti ſunt ex rationabili cauſa, quia ſuperior indulſiſſet. Succeſſores exiſtimare poſſunt, quod ex cauſa rationabili non fuit lex obſeruata. Si lex apponit pœnam ipſo facto poteſt tolli conſuetudine contraria. Ipſi priuati non tollunt legem conſuetudine, ſed ſuperior, qui ſtatuit leges per conſuetudines poſſe tolli. Ab. de treg. & pace. cap. Treguas. Si lex ſit recepta in certo genere perſonarum, & non recepta ab alio, non recipientes non peccant, ſaltem poſt longo tempore non ſeruando, ſecus quando in eodem genere perſonarum, quando maior pars recipit. Lex præcepti tollitur, ſi moribus utentium non recipitur, niſi id quod præcipitur inducat ex natura ſui peccatum ex contrauentione. Ab. de cleri. coniuga. c. Cum olim.

Si conſtitutio papæ a principio non recipitur communiter papa ſciente, & tollerante, tunc tollerantia excuſat a peccato contrauenientes. Idem dic quando maior pars populi non recipit, ſed tantum minor. In conſuetudine educenda attenditur quod maior pars populi facit, non quod minor. Si a principio fuit recepta communiter, uel a maiori parte, & ex poſt facto aliqui tranſgrediuntur. Papa ſcribente quod uult certum actum tollerare, uel

uel diſſimulare talis diſſimulatio habet uim diſpenſationis, ſi nihil ſpecificè ſcribit non uidetur diſpenſare, niſi papa diſpenſet cum tranſgreſſoribus circa aliquem actum, tanquam habilibus. Idem per omnia dic quoad ſtatuta epiſcoporum. Ab. de conſangui. & affi. c. Quia circa.

Lex quando in ea nominatur perſona ſingularis, non reſtringitur ad illam, ſecus eſt de priuilegio. Ab. de priuileg. c. Sacro. Vide. Priuilegium non conceſſum.

Lex priuata dicitur ſpiritualis inſpiratione diuina, & dicitur priuata, quia non cuilibet accedit. Lex publica eſt ius commune, quod omnibus patet, lex priuata tanquam dignior præfertur legi communi. Abb. de regula. c. Licet.

Lex prohibens unum prohibet quæ ex eo ſequuntur. Vnde tam primum quam ſequentia ſunt peccata. Ab. de conſtitu. c. Nam concupiſcentiam. & Ab. ubi ſupra.

Lex ſi aliquid prohibet in fauorem alicuius, ſi ille eam tranſgreditur, non peccat, niſi iurauerit obſeruare, quia tunc tenetur. Si prohibet in fauorem contractus, qui fit contra legem prædictam ualidatur iuramento, & obligat etiam hæredes. Vnde ſi abſoluatur a iuramento, nec ille, nec hæredes poſſunt uenire contra contractum, ſecus ubi lex inducta eſt in fauorem publicum, uel odium alicuius principalis. Quando contractus ualidatur iuramento ſolo eo remoto poteſt agi ad illius deſtitutionem, ſecus ubi ualidatur ex iuramento, & lege. Abbas de iureiuran. capit. Cum contingat.

Lex quando introducit plura remedia alternatiue, licet uerba non concernant partem, ſed iudicem, ex quo tamen concernunt utilitatem priuatam, optionem eligendi alterum dat non iudici, ſed parti. Ab. de dolo. & contumia. c. Prout.

Legis reuocatione nõ cenſetur reuocatus effectus iam cauſatus per ſtatutum, nec approbatur actus geſtus contra legem, ideo excommunicatus ex antiqua lege indiget abſolutione poſt reuocationem legis, niſi dicatur quod lex habeatur pro infecta, quia tunc reuocatur omnis eius effectus. Ab. de conſangui. & affinita. c. Non debet.

Legis eſt ſcientia, quia licet uarientur conſtitutiones, non tamen finis, uidelicet ut appetitus ſub eius regula limitetur. Item fundatur ſuper ratione naturali, quę immutabilis eſt. Abb. de conſangui. & affinita. cap. Non debet.

Lex quando promulgatur per participium pręteriti temporis, regulariter latæ eſt ſententiæ, niſi alio iure ſint ferendæ ſententiæ, ut quando ſunt uerba declaratoria, tunc eſt canon latæ ſententiæ, ut ſi dicit declaramus uiribus carere. Si ſint uerba diſpoſitiua in futurum ſonantia, reſpicientia actum iudicis ut priuetur, excommunicetur &c. in dubio eſt ferendæ ſententię, niſi addatur aliquid per quod appareat, quod ſit latæ ſententiæ, ut ipſo facto, eo ipſo &c. Cum dicitur ſubiaceat excommunicationi, non requiritur alia ſententia. Abb. de foro competen. cap. Si diligenti.

Libellus eſt breuis ſcriptura continens claram intentionem actoris, uel accuſatoris, ſufficit contineat quis petit, quod petitur, coram quo, quo iure, & a quo petit. Ab. in rubri. de libelli oblatione. Continere debet prædicta, & dari iudici, & ille reo. In uilibus cauſis non requiritur ſcriptura.

Oblatio libelli eſt de ſubſtantia iudiciarii ordinis. Glo. de libelli oblatio. c. Ignarus.

In libello actionis perſonalis ſi non exprimitur cauſa petendi, non tenetur reus reſpondere. De libelli oblatio. cap. Dilecti. Si tamen non excipitur, nec appellatur, ualet iudicium. Excipiens debet dicere, non teneor reſpondere, quia non exprimitur cauſa, uel quia obſcurus eſt libellus. Cauſa debet eſſe talis, quæ iuſtum inferat id, quod petitur. Vnde non eſt admittendus libellus, ſi cauſa expreſſa non concludit de iure, licet ex aliquo incidenti poſſit iuſtificari, niſi id quod exprimitur concludat inſpecto iure communi, non tamen oportet exceptiones excludere, quæ poſſunt competere. Exceptio peremptoria non debet admitti ante litis conteſtationem. Si in libello ponitur una cauſa, & alia iuſtificatur, ſuccumbit actor, quia debet libellum iuſtificare ex cauſa adducta, & non ex alia. Abb. de libelli oblatio. c. Dilecti.

Libellus cum agitur reali non ſufficit quod petatur in generali, ſed debet ita ſpecificari ut euitetur abſurditas, & equiuocatio. De libelli oblatio. c. Significantibus. Licet ſecundum Glo. & doctores liceat in libello ponere plura, pro omnibus tamen illis ſufficit certificare aduerſarium in libello, & ſpecifice, niſi actor ſit incertus, & imputatur reo, qui eum certificare non uult, uel ſi ex aduerſarii facto cauſetur certitudo. In reali ſufficit exprimere cauſam propinquam, niſi ius commune reſiſtat agenti, qui tunc debet exprimere cauſam remotam. In uniuerſalibus libellus concipitur uniuerſaliter, fertur ſententia, nec cogitur quis res exprimere. In generali concipitur libellus generaliter, ſed litis conteſtatione exprimitur, & diuerſitatis ratio eſt, quia iudicium uniuerſale ſecundum propriam naturam actoris datur ad declarandum ius auctoris, ſed reſtitutio rerum fit officio iudicis. Iudicium generale datur ad reum condemnandum, ideo debet probari id ſuper quo fit condemnatio. Ab. ubi ſuprà.

Libellus in ciuilibus ſufficit ſit ſcriptus a notario. In criminalibus debet in ſcriptus eſſe a parte & eſt offerendus iudici, & per ipſum reo etiam non citato, ſi tamen eſt præſens, quia cogitur recipere, licet non cogatur reſpondere tunc. Mitti etiam poteſt reo, dum tamen copia remaneat apud iudicem, & oportet offeratur in ſcriptis. In uilibus cauſis, uel perſonis non requiritur ſcriptura, oblatio eius eſt de ſubſtantia iudicii, ut dicit. Glo. An debeat dari expenſis rei, uel actoris ſeruanda eſt conſuetudo, qua non apparente credo non ſufficiat, ſi fiat copia ad ſcribendum. Originale debet remanere apud iudicem, uel notarium. Abbas de libelli oblatio. cap. Ignarius.

Libellus continens multos modos agendi quorum aliquis ſunt inepti, illi non uitiant modum aptum. Abbas de deſponſatio. impube. cap. Ad diſſoluendum.

Libellus quando poteſt corrigi emendari, uel mutari. Glo. & Ab. de libelli obla. c. Significantibus.

Libellus eſt interpretandus latiſsime. Ab. de reſtitu. in integr. c. Cumueniſſet. & ubi ſuprà. c. Auditis.

Libellum in ſcriptis tenetur actor porrigere iudici, aliter non debet iudex admittere actorem ad litigandum. De libelli oblatio. cap. Ignarus. In eius oblatione poteſt iudex ſuplere pro parte. Quando illa non petit, poteſt ipſe petere, quia ſua intereſt. In ſcriptis eſt offerendus, & neceſſa-

tius regulariter & de ordine iuris, licet aliqui teneant oppoſitum, immo eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarij in inquiſitione. Siquis inquiſitionem proſequitur, datur libellus. Si iudex procedit ex officio, dantnr capitula. In interdictis datur libe lus, nec poſſunt renunciare partes, quæ ſi renunciant, non erit propria ſententia. Fallit quando conſuetudo eſt in contrarium, ſi tamen petitio ſit apud iudicem peracta, alias uon ualet conſuetudo, quia non eſt rationabilis. Secundo quando res, uel perſonæ ſunt uiles, immo nec requiritur ſcriptura. Iudex etiam poteſt in libro ſuo ſcribere, & ſufficit, ſic ſeruetur in caſtris ubi uicarii cognoſcunt tantum in modicis. Tertio fallit, ſi ſententia mandatur exequutioni in manu militarii. Quarto quando iura contendunt eandem rem poſſidere, & quilibet uadit ad poſſeſſionem, & ex indignatione nemo uult libellum offerre. Ab. ubi ſupra.

Libri antiqui, & ſcriptura in pariete fidem faciunt, ubi de nullius, uel modici præiudicio agitur. Quando agitur de magno præiudicio, ſi ſit talis ſcriptura cui ab antiquis noſtris communiter creditum eſt, uel reperitur in loco ubi ſolum reſeruantur ſcripturæ autenticæ, faciunt plenam fidem, ſicut cronicę, & libri Ariſtotelis. Si ſit ſcriptura, cui non eſt a maioribus creditum, nec reperitur in loco ubi ſeruantur antenticę, faciunt præſumptionem, non plenam fidem. Scriptis quæ olim fiebant in albo prætoris, fides adhibebatur. Scripturę ſecularium non probant proprietatem ipſius. Abb. de probatio. c. Cum cauſa. Libro tamen ſenſuali antiquo eccleſiæ creditur, & libro producto ex archiuo publico. Abb. de præſcrip. c. Ad audientiam.

Liber feudorum eſt approbatus ex quo legitur in ſcholis, & communiter in ſtudiis, & ab omnibus eorum dicta ſunt recepta, ſicut & dicta doctorum, ut libris galieni. Ab. de feud. c. Ex parte.

Libris mercatorum eſt fides adhibenda, cum ſcribunt pro ſe, & contra ſe, ſi tamen quantitas parua ſit, eſt enim eorum officium communiter approbatum, & tacite eis mandatum. In magna quantitate, & in eorum fauorem non eſt credendum, niſi conſuetudo habeat quod indiſtincte credatur eis, quia datur occaſio malignandi. Conſuetudo poteſt inducere, quod ſcriptura priuata ſit autentica, non tamen ſi ſit in proprium commodum, niſi cum prædicta diſtinctione. Abbas de poſtula. cap. Bonæ memoriæ.

Liberalis poteſt dici nobilis, cuius proprium eſt donare. Donationi liberali dicitur annexa quædam beatitudo. Ab. de donatio. c. Prudentes.

Liberorum nomine, an ueniant baſtardi. Ab. de teſtamen. c. Raynaldus.

Libera poteſtas quando ponitur in inſtrumento, ille cui datur, poteſt ea quæ exigunt mandatum ſpeciale. Vnde poteſt omnia, quæ poteſt dominus in propria perſona facere, dum tamen dolus abſit, non tamen poteſt donare, niſi ſpecifice concedatur. Hæc poteſtas libera ſolum datur cum exprimitur ſpecialiter, non autem ſi per uerba communia, & generalia. Videtur tamen dari cum dicitur, do tibi plenam poteſtatem, & cum dicitur, quod poſſit facere, quæ ego poſſem in propria perſona. Ab. de procura. c. Petitio.

Libere importat hoc, quod eſt alium non debere requirere. Abb. de præben. c. De multa. Ex ſignificatione eius eſt, quod non requiratur con-

ſenſus alterius. Ab. de locat. c. Veſtra. Ideo nouitius recedens a monaſterio ſine licentia prælati non poteſt licite dici fugitiuus, niſi furatus ſit aliquid. Ab. de teſta. c. Raynutius. Vbi ponitur libere, nullius requiritur licentia. Ab. de ſponſ. c. An illis.

Liber eſt qui natus eſt ex libera, uel liberta. Nec curamus de ſeruiture paterna, quia reſpectu libertatis, uel ſeruitutis conſideramus ſeruitutem matris. Ab. de nat. ex libe. uent. c. Indecens. Filij liberæ ſunt liberi, nec poſſunt per dominum in ſeruitutem reuocari. Ab. ubi ſupra. Fallit tamen in aliquibus caſibus. Glo. ubi ſupra. Item ſi maior uigeſimo anno permiſit ſe uendi ad pretium participandum. Secundo ſi erat minor, & factus maior ſciens participare de pretio. Tertio propter ingratitudinem libertas reuocatur in ſeruitutem. Abb. ubi ſupra. Si conſuetudo eſt in loco quod partus conditionem patris ſequatur, natus ex libero, & ancilla liber eſt, & ut liber contrahit matrimonium. Ab. de coniugio ſeruo. cap. Licet.

Libertati quando quis tenetur reſtituere aliquem, non ſufficit ſi illum relaxat in ſuo territorio, ſed debet ſecure deduci extra, ubi poteſt ſecure morari. Nec dicitur liberatus quis a uinculis, ſi cuſtoditur in publico. Captus apud hoſtes non poteſt teſtari, nec actum facere ut liber homo. Si in carcere priuato iniurioſe puta a latronibus aut tyranno aliquid agit, cum detentore poteſt allegare metum, & facere actum reſcindi, cum alio a detentore poteſt contrahere, & teſtari. Si iuſte in carcere publico, & damnatus ad mortem, nihil poteſt agere tanquam liber, & eius bona ueniunt ad ſuccedentes ab inteſtato, nec poteſt diſponere de eis etiam ad pias cauſas. Si in carcere ad tempus tantum, poteſt contrahere, & alios actus agere, etiã cum illo ad cuius petitionem detinetur. Si obſes datus hoſtibus, perdit libertatem, nec poteſt aliquid agere ut liber, nec poteſt teſtari, ſecus ſi una ciuitas daret alteri, uel unus nobilis alteri, quia tunc non perdit libertatem. Ab. de procurato. c. Accedens.

Libertatem quando quis amittit, qua amiſſa poteſt, uel non poteſt. Vide ſupra immediate.

Liberi ſtatus dicuntur illi quorum libertas eſt redacta ad incertum tempus, & ſub certa conditione, uel ſi relinquatur libertas ſeruo poſt decennium, uel ſub certa conditione, interim antequam compleatur conditio, uel ueniat tempus, dicuntur ſtatus liberi. Ab. de regu. iur. c. Cum in contemplatione.

Libitum uoluntatis non importat uoluntatem uiri boni, ſed inducit uoluntatem liberam freno rationis non ſubmiſſam. Cum dicitur in ſtatutis pro libito, importat liberam uoluntatem. Abbas de conſuetu. capitu. Ex parte.

Licentia conceſſa quando durat poſt mortem concedentis. Abb. de off. lega. cap. Nemini. Vide. Legatorum ſtatuta durant. Licentia. & Indulgentia.

Licentia ubi in aliquo caſu requiritur, non ſufficit eam petere ex poſt facto, ſed peti debet a principio. Ab. de regula. c. Licet.

Licentia, & indulgentia non reſidendi differunt. Indulgentiam dat ſolus papa, quia hoc eſt contra ius commune, & in præiudicium eccleſiæ, licentia non importat nudam uoluntatem, ſed conceſſionem ex

cauſa

cauſa facta. Deſcendit a uerbo licet,quod uerbum ſonat arbitrium boni uiri.Poteſt ergo inferior dare licentiam abſentandi ſe ex cauſa a beneficio,ſed non poteſt dare indulgentiam cauſa non exiſtente. Licentia, uel indulgentia data a præſidente in officio, uel dignitate durat poſt mortem concedentis,cum beneficia ſint interpretanda late, ſiue ſint data cum cognitione cauſæ, ſiue non. Ceſſante autem poſt mortem præſidentis dignitate,& officio, inhibitio,& interdictum alias acta,uel alterius facultatis ceſſant. Succeſſor tamen poteſt reuocare licentiam datam a prædeceſſore ex cauſa. Abb. de clericis non reſidentibus. c. Cum ad hoc.

Limina Apoſtolorum dicuntur curia Romana ubicunque fuerit,ibi etiam dicitur Roma eſſe. Ab. de iureiuran. c. Ego.

Lis dicitur a contentione, quæ erat inter diſcrepantes de iuribus agrorum, quę contentio poteſt eſſe iudicialis, & extraiudicialis, ideo de utraq; poteſt lis uerificari. Intelligenda tamen eſt ſecundum ſubiectam materiam. Ab. de uerbo. ſignifi.c.Ex parte. Dicitur a contentione limitis a quo prius nomen accepit. Vbi ſuprà. c. Forus.

Litis conteſtatio fit non per poſitiones, & reſponſiones, ſed per petitionem in iure propoſitam, & reſponſionem ſequutam,qua omiſſa proceſſus eſt nullus. Vt litis conteſta. cap. Olim. Non tamen requiritur litis conteſtatio, quando iudex procedit ex officio ſuo, nec quando per inquiſitionem. Ab.de ſen.& re iudi.c.Cum.I.& A. Litis conteſtatio requiritur de rigore iuris. Ab.de appellatio.c. Interpoſita.§. Sane.

Lite pendente ſuæ poſſeſſionis commodo priuari non debet. Si pendeat ſuper priuilegii conceſſione, non debet quis priuari uſu poſſeſſionis, uel quaſi poſſeſſionis, etiam ſi poſſeſſio ſit contra ius. Vnde ſi ad hoc concedantur litterę, præſumuntur falſæ. Abbas ut litis penden. capitu. A memoria.

Lite pendente non ualet priuilegium, niſi mentionem faciat de lite. Vt litis penden. c. Dilecti.Ius nouum ſuperueniens an aliquid faciat ad ſententiam. Ab. ubi ſuprà.

Lis dicitur mota, cum fuerit conteſtata. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Ex parte ſecundum.

A lite quot modis, & quibus,& quando licet accedere, uel non recedere. Glo. & Ab.de colliſio. c. Scripta.

A lite qui recedit, magnum commodum conſequitur. Abb. de tranſactio. c. Sicut.

Lites debent celerrime terminari. Ab.ubi ſuprà. de ſen. & re iudica. cap. Iurgantium. Si tamen iudex ſic feſtinat, ut poſſit præſumi, quod non bene inſtructus tulit ſententiam, non ualet quod agit. Ab. ubi ſuprà.

Litigans condemnatur in expenſis, ſi habet proprium. Non habent proprium religioſi, nec qui ex toto ſunt impotentes ad ſoluendum. Beneficiatus ſi condemnatur in expenſis in cauſa propria, ſoluet de patrimonio, ſi non habet niſi beneficium, non debet manus extendi, quia eccleſia tenetur clericos alere ad decorem ſuum, nec tenetur condemnationes clericorum ſoluere, nec debet clericus de prædictis bonis percipere, niſi quatenus indiget ad uictum. Si litigat nomine eccleſiæ collegiatę,ſoluet de bonis eccleſiæ, ſi prælatus ſolus,ſoluet de ſuo, ſi non habet de ſuo,dic ut ſuprà,quod eccleſia non tenetur. Abb. de appella. cap. Reprehenſibilem. Qui non habet proprium,non condemnatur in expenſis,ſi agit cauſam propriam,ſi agit cau-

ſam monaſterii condemnatur monaſterium, uel eccleſia in expenſis. Abb. ubi ſuprà. c. Nicolao.

Litigans qui eſt in principio in bona fide, ſi in proceſſu cauſæ inſtruitur de iniuſtitia ſua, & cauſam non deſerit, ex tunc uenit condemnandus in expenſis. Ab. de ſecundis nuptiis. c. Dominus.

Litigioſa res non poteſt alienari. Ab. de confirmatione uti. uel inuti. cap. Si quis. Eius alienatio ualet in præiudicium alienantis, qui non poteſt allegare nullitatem in ſui fauorem, quia proponeret fraudem, & turpitudinem propriam. Ab. de donatio. c. Inter dilectos.

Litteras alterius qui aperit, & oſtendit aduerſario mittendas, incidit in pœnam falſi. Sic etiam qui depoſita inſtrumenti oſtendit aduerſario, incidit in pœnam falſi, qui aperit teſtamentum clauſum, incidit in pœnam ut ſuprà. Qui aliter aperit litteras non punitur pœna falſi, etiam ſi ſint iudicis, ſed peccant, ſicut qui ponit ſigillum adulterinum, & punitur pœna extraordinaria. Nullus tamen prædictorum eſt excommunicatus, licet ſic loquantur uulgares. Abb. de officio & poteſtate iudicis delega. cap. Cum olim. Qui litteras continentes acta cauſæ, quę ſuperiori mittuntur, uiolauit in ſigillo, punitur ut falſarius, & priuandus eſt beneficio. Glo. ubi ſuprà.

Litteris arbitrum non creditur niſi ſicut libris priuatorum, cum arbiter poſſit eſſe infamis. Ab. de proba. c. Poſſeſſionem.

Litteris nomine capituli ſine eorum conſenſu etiam ſi ſint maiores illius eccleſiæ ſubſcribentes, non ſunt impune relinquendi. Ab. de teſti. c. Tam litteras.

Litteræ teſtimoniales capituli, & prælati faciunt præſumptionem non modicam, licet non faciant plenam probationem. Glo. de electio. cap. Cum inter ſecundum. Litteris prælati ubi agitur de modico crimine ſubditorum creditur, ubi agitur de magno præiudicio faciunt aliqualem probationem. Ab. de maio. & obe. c. Cum in eccleſiis.

Litteræ credentis ut inferant præiudicium ſcribenti ſi ſint generales, ut omnibus referendis per talem præſentium latorem adhibeatis plenam fidem. In hoc caſu non poſſunt iſti aliquid attentare in præiudicium ſcribentis, ideo ſi ille cui ſcribit mutuauit pecuniam nuncio, uel contraxit nomine ſcribentis, non præiudicat ſcribenti, ſic, ut contra eum poſſit agi actione mandati. Senſus harum litterarum eſt, quod nuncius eſt bonæ conditionis, ſi ſcribit. Credas ſuper periculo meo, licet aliud præſumeretur in qualitate deferentis, quia eſt factor, uel procurator ſcribentis, tunc præiudicaretur ſcribenti. Idem puto ſi commendauit eum dolo, & ille paſſus eſt damnum illi credendo, poteſt agere actione doli contra ſcribentem. Si litterę ſpeciaIiores ſunt, ut cum ſcribitur tali de intentione mea plene informato adhibeas plenam fidem, ſi damnum paſſus eſt illi credendo, poteſt agere contra ſcribentem actione mandati, ſed non debet ſecum contrahere, uel ſibi in aliquo credere, ex quo appareat ſibi officium, uel commodum aliquod, quia daretur uia malignandi. Latori litterarum creditur ſine iuramento, quia eius fides probata eſt a ſcribente. Ab. de cleri. non reſiden. c. Fraternitati.

Litteris epiſcopi, & cuiuſlibet ordinarii autentico ſigillo ſigillatis ex ſuperſcriptionibus teſtium manu propria roboratis creditur in ſpectantibus ad officium ſigillantis, & in aliis negociis leuibus, & arduis, ſiue ſint promulgatoriæ, ſiue diſpoſitiuæ, ſiue teſtimoniales. Atteſtationes tamen factæ de præ-

præſenti ſecundum data litterarum, ſiue contineantur extraiudicialia, ſiue iudicialia ſine ſubſcriptione non creditur, niſi in caſibus exemptis, niſi tractaretur de modico præiudicio, opinio propria. Idem dicitur de litteris delegatorum. Ab. de probatio. c. Poſt ceſſionem.

Litteris iudicum & prælatorum non ſic creditur, quin poſſint per teſtes reprobari. Vbi agitur de præiudicio alterius, excipiuntur principales. Verbis prælatorum non creditur excepto pontifice in his, in quibus habet liberam poteſtatem tantum. In cauſis laycorum prophanis in quibus non poteſt uti poteſtate abſoluta in præiudicium aliorum, non creditur nudo uerbo papæ, quia nec Chriſtus ſic ſibi credi uoluit. Legati uerbo in his, quę ſunt modici præiudicii, creditur. Cardinali non legato non debet regulariter credi in præiudicium alterius. Epiſcopi & inferiores, quando poſſunt eſſe, uel non eſſe teſtes. Abbas de teſti. capitulo. Cum a nobis.

Litteris papæ ſuper quibus fundat intentionem ſuam an credatur in præiudicium layci, non ſuppoſiti, licet narrata tendant in commodum, & fauorem Romanæ eccleſiæ, opiniones. Ab. de præſcriptioni. capitulo. Ad audientiam.

Litteræ pœnitentiarii domini papę faciunt fidem in pertinentibus ad officium ſuum. Ab. de ſen. exco. c. Sicut nobis.

Loca uicina quæ dicantur, opiniones, conclude, ſtabitur conſuetudini, uel interpretatione communi, quibus deficientibus recurritur ad arbitrium iudicis. Ab. de priuilegiis. c. Super ſpecula.

Locans domum &c. Conductor rei urbanæ dicitur inquilinus, rei ruſticanæ, Colonus. Ex cauſa neceſſaria poteſt dominus licentiare ante finitum tempus locationis. Primo quando domus indiget refectione. Secundo quando dominus uult in ea habitare ex neceſſitate ſuperuenienti, & aliter prouideri non poteſt commode. Sic contractus diſſoluitur ſuperueniente cauſa neceſſaria etiam altero inuito. Inquilinus etiam ex cauſa ſuperuenienti domum poteſt dimittere inuito domino, puta propter peſtem. Ab. de loca. c. Propter.

Locans æquum an ſubeat periculum fortunæ. Abb. de comoda. cap. Cum gratia.

Locatur res ad formam, cum locatur ad annuum cenſum. Locatio ad magnum tempus eſt prohibita ei, cui alienatio prohibetur. Ab. de loca. c. Veſtra. Locatio perpetua eſt quędam alienatio. Ab. de reb. eccle. non alienan. c. Ad audientiam.

Locatio propter ſterilitatem grauem ſine culpa conductorum contingentem tunc remittitur penſio pro rata, niſi ex ubertate præcedentis temporis, uel ſequentis compenſari poſſit. Abb. de loca. c. Propter. In locatione ſterilitatis contingentis ſine culpa coloni inducitur remiſſio penſionis pro rata, non autem in uenditione, nec in amphiteoteſi. In locatione penſio ſoluenda eſt in fine temporis. Propter ubertatem non tenetur colonus ſoluere maiorem penſionem. Si locatio facta eſt ad longum tempus, & pro toto tempore conſtituta eſt una penſio, poteſt colonus compelli, ſi non ſoluit tempore conuenienti. Si conſtituta eſt ſingulis annis, requiritur biennium ut poſſit expelli, & tunc expelli poteſt, etiam ſi ſit facta inter contrahentes, ut durante locatione expelli non poſſit. Quando locatio eſt facta ad modicum tempus, non oportet expectare biennium, ſed ſi non ſoluit tempore debito, poteſt expelli etiam propria auctoritate domini. Quando di-

citur hic eſſe penuria, opiniones. Iſta non intelliguntur in colono, qui partitur cum domino, qui magis eſt ſocius, quam locator. Longum tempus dicitur ad minus decem annorum propter ubertatem, quia fructus plus ſolito ualebant, uel quæ eſt propter induſtriam coloni, uel propter bonitatem rei, nec augeri, nec minui debet penſio. Si autem ex caſu fortuito, puta, quia molendina alia ſunt deſtructa, debet augeri penſio, ſicut propter caſum fortuitum fit remiſſio. Ab. ubi ſuprà.

Locans uas uenenoſum tenetur ad intereſſe, etiam ſi ignoranter locauit. Similiter uendens, quando uitium eſt occultum. Ab. de comoda. cap. Cum gratia.

Locationi factæ ſucceſſor & hæres uniuerſalis ſtare tenetur. Si eſt ſingularis ſucceſſor, & non habet plenum ius in rem ut qui miſſus fuerat in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandę, non tenetur ſtare contractui locationis iam factę. Si habet plenum ius, & colonus habet ius in re tenetur ſucceſſor ſtare illi contractui, ideo cautela eſt conducentis, ut pro contractus obſeruantia recipiat obligationem omnium bonorum locatoris, quia tunc ex quo habet ius in re locata pro obſeruantia contractus non poteſt expelli per ſucceſſorem etiam ſingularem. Si colonus non habet ius in re, & qui locauit non habet plenam adminiſtrationem ut uſufructuarius, ſucceſſor non tenetur ſtare huic contractui. Si habet plenam adminiſtrationem rei, & ſucceſſionis, tenetur ſucceſſor ſtare contractui, ut in predio dotali locato per maritum, quia ſoluto matrimonio uxor tenetur locationi factæ per uirum, & pupillus factę per tutorem. Si locator habet adminiſtrationem reſpectu rei, & non ſucceſſionis in dubio non tenetur ſucceſſor ſtare illi locationi. Succeſſor ab inteſtato tenetur ſtare illi contractui, ſi recte ſit factus. Ab. ne prælati uices ſuas. c. Querelam. Locatio redituum beneficiorum. Ab. ubi, ſuprà. Vide. Eccleſiæ rector.

Loca pia dicuntur in quibus exercetur officium pietatis, & hæc priuilegiata ſunt ſicut eccleſia quo ad quartam non ſoluendam, regulariter tenentur ad canonicam portionem. Ab. de teſtam. c. De his.

Locum religioſum non facit priuata perſona, unde licet cadauer ſepeliatur in certo loco, non tamen ille locus efficitur religioſus, licet ius ciuile diſponat contrarium. Abbas de religioſis domi. c. Ad hæc. & infra.

Loca uicina quæ dicantur, opiniones, ſtabitur conſuetudini, & interpretationi communi, quibus deficientibus recurritur ad arbitrium iudicis. Ab. de priuileg. c. Super ſpecula.

Lucrum turpe eſt appetere plus iuſto precio, ideo emens rem ſcienter minus, quam ualeat ignorante uenditore turpiter acquirit. Ab. ne cleri. uel monach. c. Multa ſunt.

Ludus alearum in tantum eſt clericis prohibitus, ut etiam conſuetudo non ualeat ad oppoſitum, etiam ſi ſit reſpectu uoluptatis cuiuſcunque, ſed clericus aleator debet reputari uilis, & indignus ad beneficium obtinendum, & hoc ſufficit ad irritandum collationem beneficii factã clerico aleatori. Clericus aleator indiſtincte repellitur ab obtinendo beneficio, & collatio eſt nulla, ſi conſtat de eo tanquam facto uili, & indigno. Si erat ocultus, irritari debet collatio beneficii. Antequam exerceat ludum non debet incontinenti priuari, & puniri, niſi monitus nollet ſe corrigere. Si ſe correxerit, poteſt diſpenſari per epiſcopum. Qui ludit cauſa conuiuii an peccet, opiniones, credo tamen, quod talis non debet reputari uilis, ita quod

repella-

repellatur ab obtinendo beneficium. Abb. de exceſ. præla. cap. Inter dilectos.

Ludus baculorum ita quod unus tangat alium, & uictor equitet alium, an liceat clericis, opiniones. Clerici tamen non debent cum laycis ludere, eo quod caſus inde ueniens imputatur eis. Alias ludus licitus clericis fit illicitus propter commixtionem laycorum. Abbas de homici. capitulo. Continebatur.

Ludus inter clericos, & pueros non uidetur prohibitus. Ludus tamen lapidum, ſi ſit licitus pueris, non tamen maioribus. Vnde caſus contingens ex ipſo imputatur maioribus, non autem minoribus. Ab. de homici. cap. Exhibita.

Ludus ſolacioſus non eſt clerico interdictus, nec ludus ſchacorum, uel alius ludus leuis, nec ludus ad brachia. Ab. de homici. c. Lator.

Ludi theatrales etiam prętextu conſuetudinis in eccleſiis nec per clericos fieri debent. Ab. de uita. & honeſta. cleri. c. Cum decorem. Hi ſunt ludi ſeculares, & nullibi licet eos per clericos fieri, nec debent clerici his intereſſe. immo adueniente hiſtrione, uel buffone debent clerici ſurgere de menſa, & recedere. Non prohibentur repreſentationes fidei noſtræ. Ab. ubi ſuprà. Ludus taxillorum, & tabularum prohibetur clericis, nec debent ſtare ubi exercentur, non autem prohibetur ludus ſcachorum. Non debent clerici habere hiſtriones, nec eos audire. Ab. ubi ſuprà. c. Clerici ſecundum.

Ludus exerceri non debet ad oſtenſionem uirium, & cauſa uirtutis demonſtrandæ, ſi ex eo immineat periculum mortis, & animarum. Ludum periculoſum poteſt eccleſia laycis prohibere, & apponere pœnam contrafacientibus. Ludi alii a torniamentis ad oſtendendum uires non prohibentur de iure canonico, ſic quod ad damnum inde non contingens teneantur. Ab. de torniamentis. c. Felicis.

Magiſter dicitur quaſi maior. In italia doctores artium magiſtri dicuntur, in iure doctores. Apud ultramontanos doctores omnes dicuntur magiſtri. Ab. de magiſtr. c. Quoniam. Magiſtrorum nomine ueniunt omnes doctores cuiuſcunque qualitatis, & eſt ultramontanorum communis uſus, & papæ. In Italia promoti in iure dicuntur doctores, in aliis facultatibus magiſtri. Omnes qui præſunt exercitio alicuius diſciplinæ, poſſunt appellari magiſtri. Nomine tamen magiſtrorum, uel doctorum non ueniunt ſcholares, nec econtra, largo tamen nomine dici poſſunt qui frequentant ſcholas. Ab. de loca. c. Ex reſcripto.

Magiſtratus officium eſt iudicandi, quãtumcunque uiliſsimum, & ſunt plures magiſtratus, & qui ſunt illi. Ab. de ordina. c. Quod ſedem.

In maleficiis debet attendi propoſitum, & mens delinquentis. Vnde accipiens rem alterius non intendens furari, non committit furtum. Ab. de ſen. exco. c. Cum uoluntatem.

Malitia ſupler ætatem, exponitur malitia. i. uigor naturalis, uel potentia coeundi. Ab. de deſponſa. impube. c. De illis.

Mala non ſunt fienda ut eueniant bona, quia contra legem diuinam bonũ nõ compenſatur. Contra ius poſitiuum poteſt auctoritate papæ fieri. Nemo debet committere malum, ut alius euitet malum. Perplexus non datur. Scrupuloſus conſulitur, ut incurrat minus malum, ut euitet maius.

ius. Ab. ne cleri. uel monach. c. Non magno.

Maior in honoribus, & dignitatibus quis ſit inter homines. Ad quid ſe extendat iſta maioritas. Ab. de maio. & obe. cap. Cum cæterum. Vide. In honoribus. Maior in præſentia maioris poteſt exercere officium ſibi iniunctum, & uti inſigniis ſibi conceſſis per ſuperiorem, niſi ille qui conceſſit ſit præſens, uel niſi aliud in iure diſponatur. Legati quorum unus eſt papę alius imperatoris utuntur ſuis inſigniis, & ſua officia exercent, quia ex ſeparatis non fit illatio. Ab. de off. lega. c. Volentes.

Mandatum generale reſtringitur ſecundum poteſtatem mandantis. Vnde ſi iuret quis obedire mandatis rectoris, intelligitur de pertinentibus ad officium. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Super quibuſdam.

In mandato non ſolum ueniunt expreſſa, ſed etiam præparatoria, & uicina iſtis expreſſis præſertim quando ex non expreſſis ad id quod eſt expreſſum uenitur, & in pœnalibus. Gloſ. & Abbas de elec. c. In cauſis.

Manifeſtum dicitur id quod colligitur ex coniecturis uериſimilibus, & dicitur euidens uoluntas teſtatoris, quę ex coniecturis elicitur. Ab. de cleri. non reſiden. c. Non liceat.

Manſionarii non ſunt de capitulo, nec poſſunt per ſe facere capitulum, uel collegium, & dicuntur Aſini, quia portãt onus eccleſiæ, uel dicuntur quaſi Aſſij, cum illi exponant ſe morti obediendo dominis, etiam in malum, ita iſti quia occidunt canonicorum animas eis portando mulierculas. Ab. de cleri. non reſiden. c. Cum ad hoc.

Mariam uirginem matrem domini eſſe conceptam ſine peccato originali teneo, licet multi contradicant, etiam ſanctus Bernardus, quia audiui prædicatorem hæremitanum prædicantem oppoſitum. Abbas de feriis. cap. Conqueſtus.

Matrimonium dicitur quaſi matris munium. i. officium, quia magis uerſatur officium maternum, quam paternum, quia plura ſunt onera mulieris, quam uiri. Ab. de conuerſio. infideli. c. Ex litteris.

Matrimonium quod non eſt, accuſari non poteſt, ut ſi contractum ſit cum minori ſeptennio, poteſt tamen denunciari impedimentum ne contrahatur in poſterum. De deſponſa. impube. cap. Ad diſſoluendum. An poſſit accuſari poſt quinquennium a morte coniugum, opiniones. Glo. & Ab. Qui fi. ſunt legiti. c. Peruenit.

Matrimonium poteſt contrahi inter affines ſecundi, uel tertii generis, & ſoboles ex ſecundis nuptiis cum cognitione prioris uiri, & inter omnes qui ſunt primi generis, ſi ſint ultra quartum gradum conſanguinitatis. Intellige inter collaterales, inter aſcendentes & deſcendentes nunquam. Vnde mortua Eua, Adam nunquam potuiſſet habere uxorem. Ius ciuile hoc prohibet, & eſt honeſtum, ideo non reuocandum, ſed ſeruandum. Abb. de conſangui. & affinita. c. Non debet. Inter patrem & filiam, & matrem prohibuit Deus matrimonium, cum dixit relinquet homo patrem, & matrem. S. quo ad thorum. Abb. de reſtitutio. ſpolia. cap. Litteras. A ſtipite diſtans quarto gradu cum eo qui diſtat quinto gradu, uel ultra poteſt contrahere, & ſeruanda eſt regula. Quanto gradu diſtat remotior a ſtipite a quolibet per aliam lineam deſcendentium diſtat. Abb. de conſanguini. & affini. c. Vir qui. Intellige regulam in linea tranſuerſali etiam non equali. In linea aſcendentium regula eſt, quot ſunt perſonæ tot ſunt gradus dempto ſtipite, quia filius eſt de ſanguine patris, ideo non fit deſcenſus pes duos gradus.

gradus. Abbas ubi ſuprà.

In matrimonio contracto in gradibus prohibitis lege diuina non poteſt diſpenſari. Glo. intelligit quod non poteſt ſine cauſa. Si maxima cauſa ſubſit in ſecundo gradu etiam in æquali linea poteſt papa diſpenſare. Ab. de tranſac. c. Ex parte.

Affinitas primi generis oritur ex copula inter uirum, & uxorem, & eius conſanguineos, & econtra. Affinitas ſecundi generis ex additione perſonæ, ut duæ cognatæ uxores duorum fratrum. Tertii generis, ſi uno fratre mortuo uxor illius nubat cognita à priori, ſponſus eſt in tertio genere affinitatis. Glo. de conſanguinita. & affinita. cap. Non debet. Perſona addita per carnis copulam conſanguineo alterius inducit primum genus affinitatis. Perſona addita primo generi inducit ſecundum affinitatis, & perſona addita ſecundo inducit tertium genus. Ab. ubi ſuprà.

Conſanguinei uiri cum conſanguineis uxoris licite contrahunt. Abb. de conſanguini. & affini. c. Quod ſuper. Conſanguinei uiri efficiuntur uxoris affines, & econtra, quia una extranea perſona uenit ad fines generationis alterius in unione carnis, ideo communicant ſibi conſanguineos adinuicem. Inter conſanguineos uiri, & uxoris nulla proximitas oritur, & uinculum nullum, ideo licite inter ſe contrahunt. Abb. ubi ſuprà. c. Quod inter. Conſanguinitatis gradus computandi ſunt a ſtipite, uel a fratribus, uel ſororibus genitis. Abbas de conſanguinita. & affinita. cap. Tua nos.

Matrimonium ſi contrahitur in gradu prohibito, filij qui ex eis oriuntur, ſunt illegitimi. Ab. de clandeſtina deſponſa. cap. Cum inhibitio. Intellige ſi contrahant clandeſtine, quia ſi in faciem eccleſiæ ignorantes impedimentum, filij qui oriuntur ex eis, erunt legitimi. Abb. ubi ſuprà.

Si diſpenſatur cum aliquibus, ut poſſint contrahere in certo gradu, requiritur, quod uterque contrahentium tanto gradu diſtat a ſtipite, præſertim ſi hoc habeat conſuetudo. Abb. de conſangui. & affini. c. Quod dilectio. Solus papa poteſt diſpenſare in gradibus humana lege prohibitis, nec legatus poteſt, quia eſſet diſpenſare contra concilium. Si non fuiſſet conſuetudo, papa interpretatus eſſet diſpenſationem tenere, ſed propter conſuetudinem reſtringitur priuilegium. Diſpenſatio licet ſit iuris ſtrictiſſimi, intelligi tamen debet, & interpretationem ſumere ſecundum ius commune, Papa ſe fundat ſuper conſuetudinem. Ab. ubi ſuprà.

Matrimonium præſumitur contractum per uerba de præſenti per miſsionem anuli, niſi probetur oppoſitum. Glo. & Ab. de ſenten. & re iudica. cap. Tenor.

Matrimonium contrahitur de præſenti, cum dicitur. Promitto quod tenebo te pro legitima uxore, In dependentibus a mera diſpoſitione diſponentis paria ſunt dicere. uolo quod ſit ciuis, & quod habeatur pro ciue. Abb. de iureiuran. c. Quemadmodum. Verba exequutiua matrimonii tacite præſupponunt matrimonium de præſenti. Si dicitur promitto quod tenebo te pro uxore legitima, uel quod illam in uirum ſim habitura & ſimilia, tunc tacite cõtrahitur matrimonium de præſenti, quia qui uult conſequens, uult antecedens. Ab. de proba. c. Iurauit. Contrahitur per uerba futuri temporis quando uerbum denotat exequutionem matrimonii, non autem principium actus. Qui uult conſequens tacite, uult antecedens. Ab. de ſponſali. c. Ex parte. Vide. Verba. Volo, & placet. Cum dicitur pro-

promitto te ducere in uxorem, non contrahitur matrimonium de præſenti, ſecus ſi dicitur promitto te tenere in uxorem. Deſponſare poteſt maritus coniugem de præſenti, & dicitur deſponſatio promiſsio reſpectu traductionis ad domum, & copulæ futurę, non autem reſpectu contractus. Ab. de ſponſa. c. Veniens. Contrahitur de præſenti, cum dicitur promitto quod non habebo aliam mulierem in coniugem niſi te, quia uidetur uelle, quod iſtam habebit in uxorem, qui incontinenti enm non ſit appoſita dies, licet alii teneant oppoſitum, quia uerbum eſt futuri temporis. Vir & mulier promittentes quod ab illa die ſe in coniuges habebunt, contrahunt de præſenti Ab. de ſponſa. c. Ex parte. Quando contrahitur per uerba. Volo & placet. Ab. ubi ſuprá. c. Ex litteris. Vide uerba. Volo. & placet.

Si alter contrahentium utitur uerbis dubiis animo decipiendi mulierem, & eá cognoſcit carnaliter, iudicatur pro matrimonio in foro iudiciali, non autem in pœnitentiali. Si contrahendo doloſe mutato nomine non uitiatur matrimonium in foro iudiciali. Ab. de ſponſa. c. Tua nos. Si contrahunt per uerba obſcura tenentur ſequi communem intellectum uerborum. Ab. de ſponſa. c. Ex litteris. Si contrahentes ſunt diuerſarum linguarum contrahere poſſunt per interpretem. Si uterque profert uerba in ſuo idiomate recurrendum eſt ad uerba præcedentia tractatum locum, & tempus, ſi ſint eiuſdem linguæ, & alter dicit quod non credebat uerba habere tantum effectum, quin poſſent ſe ad libitum relinquere, recurrendum eſt ad intellectũ iuris, nec excuſat ignorantia iuris. Si dicebat quod putabat per uerba illa contrahere ſponſalia tantum, non eſt ſibi acquieſcendum. Si uerba ſunt ſophiſtica tenebo te pro uxore legitima donec terra cooperiat oculos meos. Iſta uerba intelligenda ſunt de morte naturali, in foro iudiciali erit matrimonium, non autem in foro animę, quia non fuit conſenſus, ſed intendebat deceptionem. Ab. de ſponſa. c. Ex litteris.

Matrimonium contrahi poteſt omni tempore, ſed nuptialis ſolennitas traductionis, & copula prohibentur diebus feriatis. Iura prohibent uxorem domum ducere ſimpliciter, nec debent tunc conſumare. Iſtę prohibitiones non ſolum procedunt in uirginibus, ſed etiam in uiduis, quæ non debent coniungi hoc tempore, nec adduci ad domum. Nuptię poſſunt celebrari poſt feſtum epiphanię ſequenti die immediate, non autem in octaua pentecoſtes, quæ eſt ſequens dominica. Abb. de feriis. c. Capellanus.

Matrimonium contrahentes non ſubduntur legibus ciuilibus, nec ſtatuto ciuitatis. Vnde omnis pœna legalis ſublata eſt, etiam ſi ſit appoſita in fauorem filiorum ſimpliciter, niſi ſit appoſita ex facto culpoſo ipſius matris, cum lex ciuilis non poſsit ſtatuere de ſpectantibus ad eccleſiam, etiam indirecte. Ab. de conſtitu. c. Eccleſia S. Mariæ.

Matrimonium contractum per clericum exiſtentem in ſacris non tenet. ſi eſt tantum in minoribus ordinibus tenet, ſed cogitur dimittere beneficium. Ab. de cleri. coniugato. c. Si quis.

Matrimonium debet contrahi in faciem eccleſiæ, quando coadunatis amicis nullo ſerioſe expulſo matrimonium contrahitur. Ab. Qui fili. ſunt legiti. c. Ex tenore.

Matrimonium furioſus contrahere non poteſt. Abbas deſponſa. cap. Dilectus.

Infideles contrahentes in gradu prohibito lege canonica poſt baptiſmum non ſeparantur. Ab. de conſangui. & affinita. c. De infidelibus. Vide. Iudei.

Hoc

Hoc ideo eſt quia lex canonica non aſtringit eos. Ab. Qui fili ſunt legiti c. Gaudeamus. Si habentes plures uxores conuertuntur ad fidem, adhærebunt primæ, & ſi prima repudiata eſt, contrahitur cum ſecunda, poſt baptiſmum dimittit ſecundam, & adhærebit primæ, etiam ſi repudiata cum alio contraxit, ſecus ſi fornicata fuiſſet. Ab. de diuor. c. Gaudeamus. Contrahens cum relicta fratris ſecundum legem Moyſi ſi conuertitur, utitur matrimonio contracto, non tamen de nouo contrahere poteſt. Abb. ubi ſuprà. c. Deus. Infidelis ſi dicit pluribus ſimul accipio uos omnes in uxores, & ille omnes dicant & nos te, nulla eſt uxor etiam ſi una tantum ſit habilis, quia uir non habet animum obligandi ſe præciſe ad unam, & deficit conſenſus reſpectu iſtius uiri tantum. Abb. ubi ſuprà. c. Gaudeamus. Si alter coniugum uenit ad fidem altero manente in infidelitate communis pro les aſſignabitur fideli. De conuerſio. infide. c. Ex litteris. Vide. Filius in poteſtate patris. Matrimonium licet poſſit eſſe ſine baptiſmo, non tamen poteſt eſſe ratum. Abbas de presbytero non bapti. cap Veniens.

Impubes intēdens cōtrahere matrimoniū iuris interpretatione contrahit ſponſalia de futuro, & ſicut ante pubertatem non licet reſilire a ſponſalibus ueris, ita nec a preſumptis. Ab. de deſponſa. impube. c. A nobis. Contrahentes ante pubertatem non faciunt matrimonium, etiam cum concurſu copulę carnalis. Vbi ſuprà. cap. Atteſtationes. Si ſit contractum per triduum ante duodecimum annum mulieris, & ante decimumquartum uiri, an teneat matrimonium, opiniones. Credo ubi de potentia coeundi non conſtaret ex ſignis, non teneret matrimonium, niſi in ultimo die ultimi anni. Abb. ubi ſuprà. c. Tua nobis. In contrahendo matrimonium uiri potentia, & malitia ſuplet ętatem. Abb. de teſtam. cap. Raynutius. Vide. Malitia. Minores apti ad matrimonium obligantur, ex contracto matrimonio, niſi uiolentia interdicat. De deſponſatione impuber. c. De illis. Proximitas ætatis non ſufficit, ſed oportet talis ſit, quod poſſit coniungi carnaliter. Vnde ſecundum ſufficit ſine primo, dummodo ſit doli capax, ita ut diſcernere poſſit uires matrimonii. Hæc potentia coeundi ſatis patet, ſi cum alia perſona habet copulam. Item ſi ex ſignis puta ex aſpectu corporis, uel aliis ſignis intrinſecis uidetur aptus ad copulam. Nixus ad copulam conſenſu adhibito prope ætatem legitimam ſufficit ad matrimonium. Abb. ubi ſuprà. Matrimonium tamen quod nullum fuit propter defectum ætatis, uel metus, conualeſcit ſpontanea cohabitatione poſt ętatem legitimam maxime, copula ſuperueniente. Ab. Qui matri. accuſa. poſſunt. c. Inſuper.

Matrimonium contrahentes contra interdictum eccleſiæ, ſi interdictum habet cauſam perpetuę prohibitionis, matrimonium eſt nullum. ſi temporalem, tenet, & decretum debet referri ad cauſam, ut ſic durante cauſa matrimonium debet ſeparari. Inferior papa non poteſt impedire uires matrimonii ex impedimento temporali. In papa eſt dubium. Abb. de deſponſa. impuber. c. Ad diſſoluendum. Si cauſa perpetua eſt, ſeparantur, ſi temporalis, aliter puniuntur, licet ad tempus poſſint ſeparari. Abb. de ſponſa. duorum. c. Tuę fraternitatis. Si contrahunt contra interdictum eccleſiæ, uel iudicis, propter hoc non dirimitur, ſed ſeparantur, donec cognoſcatur de cauſa, & puniantur. De matrimo. contra interdi. eccle. c. Litteræ. Si cauſa impedimenti eſt perpetua, matrimonium contractum iam contra impedimentum eccleſiæ eſt nullum, ſecus ſi eſt temporalis. Hic

non ualet matrimonium contractum cotnra præceptum iudicis propter ſuſpitionem conſanguinitatis. Ab. ubi ſuprà. c. De muliere.

Qui iurauit cum aliqua contrahere, ſi non ſubſit impedimentum per cenſuram eccleſiaſticam, contrahere compellitur. De deſponſa. cap. Ex litteris. Si contrahit contra iuramentum cum alia, matrimonium tenet. Ab. ubi ſuprà. c. De illis.

Contrahentes contra legem, quando perdunt dotem. Idem dic ſi contrahant contra canones, qui dicuntur & ipſi leges, & approbantur lege ciuili. Glo. de dona. inter uirum & uxo. c. Et ſi neceſſe. In contrahendo non ſtatur diſpoſitioni iuris ciuilis, ſed attendendum eſt ius canonicum. De iure ciuili raptor non poteſt contrahere cum rapta, ſecus de iure canonico, & ſufficit conſenſus tacitus. Ab. de rapto. c. Accedens.

Matrimonium dum contrahitur, interrogari, & loqui prius debet maſculus. Paduę ſeruatur contrarium, forte quia mulier uariabilis eſt oportet quod uerba exprimant conſenſum de præſenti, nec oportet ſint ſimilia in utroque. Si uir dicit capio te in meam, & mulier dicit conſentio, uel placet matrimonium eſt, quia non refert, quibus uerbis exprimatur conſenſus, immo etiam ſi mulier annuit capite, uel porrigit manum, ut deſponſetur nihil dicendo, etiam ſi loqui poſsit. Abbas de ſponſa. capitu. Si inter uirum.

Litis pendentia ſuper matrimonio non impedit ſecundum matrimonium contrahi, ſi primum matrimonium erat nullum, puniuntur tamen contrahentes. De ſponſa. c. Cum apoſtolica.

Matrimonium contrahere cum meretrice uolente ſe corrigere proficit ad remiſsionem peccatorum. De ſponſali. c. Inter opera.

Matrimonium metu contractum eſt ipſo iure nullum. Abbas de ſponſa. c. Veniens ſecundum. Vide. Metus. Non oportet quod reſcindat. Metus ſufficiens impedit matrimonium, etiam ſi interueniat iuramentum. Ab. de eo qui duxit quam pollu. c. Significauit.

Non poteſt quis uxorem illam habere cuius maritum ille machinatione occidit, ſecus ſi ſine machinatione. De conuerſio. infide. c. Laudabile. Si non præceſsit adulterium, requiritur machinatio utriuſque uolentis contrahere, ſi præceſsit, ſufficit unius machinatio, ut dirimatur ſequens matrimonium. In primo licet impediat matrimonium, non tamen probatur iure, quod contractum matrimonium dirimatur. Ab. ubi ſuprà.

Si uxor non ſit certa de morte uiri non poteſt contrahere cum alio, licet ignoret quid ſit de marito, qui longo tempore abeſt. De ſponſa. cap. In præſentia. Vt contrahere poſsit, ſufficit conſtet de morte uiri, uel uериſimiliter. An ſufficiat fama, opiniones. Si habet certum nuncium de morte, poteſt contrahere. Ab. ubi ſuprà. Dubitans de morte coniugis niſi prius certificetur, non debet contrahere, ſi tamen contraxit, reddet debitum, ſed non exiget, ſi poſt ſcit primum uiuere, dimittet ſecundum. De ſecundis nuptiis. c. Dominus. Intellige quando uериſimiliter dubitat. Certa de uita primi niſi relinquat ſecundum, eſt adultera. Ab. ubi ſuprà.

Matrimonium tam carnale, quam ſpirituale poteſt contrahi per procuratorem, Poteſt & quis profiteri per procuratorem. Abb. de præben. cap. Accedens.

Matrimonium contrahere poteſt ſeruus & mutus, & omnis qui non prohibetur. De ſponſa. cap. Cum Apoſtolus. Conſenſus eſt neceſſarius, non

uerba

uerba, nec ſolennitas patriȩ, nec conſenſus parentum, uel dominorum. In aliis ſacramentis ubi uerba requiruntur de ſubſtantia non poteſt ſurdus, & mutus ſacramentum exercere. ſecus ubi conſenſus ſufficit. Vnde poteſt baptizari, ſed non baptizare. Si cecus, ſurdus, & mutus poteſt conceptum ſuum exprimere, & conſenſum in contrahendo, debet admitti, alias debet repelli, & hoc conſiderabit iudex ex geſtis, & ſignis. In dubio conſulendus eſt pontifex. Ab. ubi ſuprà.

Matrimonium contractum per uim conualeſcit cohabitatione ſpontanea. De ſponſa. cap. Ad id quod. Conualeſcit ex nunc ut ex tunc, quia nullum fuit ipſo iure. Cohabitatio ſpontanea ſuplet defectum ætatis præcedentis, & purgat uim metus præcedentis. Non requiritur neceſſario cohabitatio, niſi uſque ad legitimam ætatem contrahendi, & quod poſſit fugere. In hoc arbitrabitur iudex, nec requiritur copula. Abb. ubi ſuprà.

Matrimonium contrahens cum duabus per uerba de præſenti tenetur accipere primam. Si cum ea contraxit per uerba de futuro, & cum ſecunda per uerba de preſenti, accipiet ſecundam. Abb. de ſpon. duorum. cap. Duobus.

In matrimonio contrahendo magis conſideratur honeſtas, quam rei ueritas, & ipſum factum, quam iuris effectus. Ab. de ſponſa. & mat. c. Iuuen. & cap. Ad audientiam.

Matrimonium contrahendum impeditur ad dictum, uel denunciationem unius honeſti uiri, qui defert de conſanguinitate, & de fama, & ſcandalo doceat. Ab. de ſponſa. c. Cum tua. Sola fama ſufficit ad impediendum, ubi timetur ſcandalum, & iudex interdicere debet matrimonium. Ab. ubi ſuprà. Sola fama, uel unus teſtis cum iuramento probant impedimentum ad contrahendum. Abbas de conſanguini. cap. Super eo. In contracto matrimonio non probant, quia agitur de magno præiudicio. Abbas ubi ſuprà.

Si contrahens credit impedimentum eſſe quod non eſt, puta credit uxorem uiuere, non eſt matrimonium quo ad Deum in foro animæ, licet quidam teneant oppoſitum. Ab. de ſponſa. c. Cum Apoſtolica.

Matrimonii uires non impediuntur per propoſitum non conſumandi matrimonium, niſi hoc deducatur in pactum expreſſe. Sic fuit inter beatam uirginem, & Ioſeph. Similiter quando quis in morte deſponſat concubinam ut legitimentur filij. Ab. de ſponſa. c. Commiſsionem.

Si conditio turpis apponitur, non uitiatur matrimonium. De conditio. appoſi. cap. Quicunque. Conditio turpis etiam non contraria matrimonio habetur pro non adiecta, nec conditio reſoluens, ut ſi non dederis mihi decem, uolo te relinquere, licet tecum contraham, ex quo a principio fuit matrimonium, non poteſt diſſolui. Ab. ubi ſuprà. Fundans ſe ſuper uero matrimonio obtinet probando præſumpitonem iuris, & matrimonium de iure ſi contrahitur cum conditione, ſi te inuenero uirginem, tenet matrimonium, nec retrahitur matrimonium, ubi ab initio non fuit. Si conditio eſt omnino extrinſeca, non eſt matrimonium, ſed expectatur euentus conditionis, & tunc primo erit matrimonium, & ſi medio tempore contrahit cum alia, tenet matrimonium, licet uideatur quod a futuro euentu dependeat. Si contraxit cum aliqua animo extorquendi copulam, nihil operatur copula carnalis, quia nihil eſt ibi, quod firmet, uel ducat ad eſſe. Ab. de conditio. apponen. c. Per tuas.

Matrimonium dum contrahitur, poteſt apponi pactum, ut uxor non teneatur ſequi uirum, & uir moretur in certo loco cum uxore, niſi oriatur noua cauſa per quam oporteat maritum ſe abſentare, & ſi abierit non exiſtente cauſa, committitur pœna, quia non eſt contra libertatem matrimonii, nec in coniungendo, nec in ſeparando. Si noua cauſa abſolute oritur, non committitur pœna, quia pactum illicitum eſſet, quia ſi non ſequeretur uirum, daretur uia utrique ad adulterandum, nec per pactum expreſſum poteſt ſe obligare ad hoc, etiam cum iuramento. Ab. Qui matrimo. accuſa. poſſunt. c. Relatum.

Matrimonium contrahitur conſenſu, nec inualidatur, ſi conſuetudo patriæ non ſeruetur. Ab. de ſponſa. & mat. c. De francia. Si inuita cum aliquo contrahit, & poſt nubat alteri, matrimonium tenet. Vbi ſuprà. c. Veniens. Si contrahat, ne diſpliceat parentibus, tenet matrimonium, ſi propter metum etiam potentem cadere in conſtantem, uirum non ualet matrimonium, ſi tamen ſequitur copula, purgat metum præcedentem, & ualidat matrimonium. Abb. ubi ſuprà. c. Vt contrahat. Sufficit ſolus conſenſus cum plena libertate. Ab. de ſponſa. c. Cum locum. Violentia impedit quia conſenſus liber eſt de ſubſtantia matrimonii. Abb. ubi ſuprà. c. De muliere. Requiritur conſenſus legitimus legibus qualificatus. Vnde qui eſt in ſacris, licet habeat conſenſum, non tamen legitimum, oportet ſimul tempore eſſe conſenſum utriuſque, uel quod unus perſeueret, & alius de nouo conſentiat. Vtrunque horum ſuſtinetur primum uerius dicitur ex ſubtilitate iuris ſecundum æquius. Ab. ubi ſuprà. c. Dilectus. Si unus hodie conſentit, & alius cras, ſi primus conſenſus perſeuerat, tenet matrimonium. ſimiliter in uenditionibus. Ab. de elec. c. Cum inter canonicos. Matrimonium quod a principio nullum fuit propter metum, retificatur per conſenſum ſubſequentem. Abb. de his quæ ui meue cau. fiunt. c. Perlatum. Conſenſu ſolo legitimo contrahitur, ſed uerba requiruntur ad probationem, uel ſigna æquipolentia. De ſponſa. c. Tuæ fraternitati. Verba non ſunt neceſſaria, ſed ſufficit, conſenſus per ſigna appareat, & probetur. Ab. ubi ſuprà. In contrahendo ſufficit conſenſus tacitus. Ab. de rapto. c. Accedens. Mulieri neganti ſe in matrimonio conſenſiſſe non creditur, marito probante in contrarium, ſecus ſi probet ſe contraxiſſe per metum cadentem in conſtantem uirum. De ſponſa. & mat. c. Conſultationi. Teſtes duo extranei probant matrimonium. Si uir non poteſt probare matrimonium, non præſumitur matrimonium, etiam probata cohabitatione per longum tempus, puta ſi per annos. 40. tenuiſſet eam in lecto. Abb. ubi ſuprà. cap. Conſultationi. Si quis proteſtatur coram pluribus, quod omnia quę dicit, uel facit, non dicit, nec facit animo contrahendi, poſt publice dicit conſentio in te, ſi iuſta cauſa proteſtandi fuit, ut metus non dicitur receſſus per contrarium factum, ſi ſubſecuta eſt copula, receſſus uidetur, ſimiliter ſi non ſuberat iuſta cauſa proteſtandi, recurrendum eſt ad intelligentiam communem uerborum, & potuit ab illo propoſito recedere. Si dicit quod etiam tunc erat in illa uoluntate, non creditur ei. Glo. & Ab. de ſponſa. c. Tua nos..

Matrimonium non poteſt claudicare, intellige quo ad ſubſtantiam uinculi, non autem quo ad reddendum debitum, uel quo ad obligationem expectandi alterum. Ab. de diuor. c. Quanto.

Matrimonium antequam contrahatur, debet publicari in eccleſia, & puniuntur contra-

contrauenientes layci, clerici, & religioſi. De clandeſti. deſponſa. c. Cum inhibitio. Alleganti matrimonium clandeſtinum incumbit probatio. Vbi ſuprà. c. Si quis.

Matrimonium clandeſtinum dicitur tripliciter. Primo, quando non habet teſtes. Secundo quando non fit cum ſolennitate. Tertio, quando fit non præmiſſa denunciatione, & ſi eſt impedimentum, filij ſunt illegitimi. Glo. addit quartum, quando matrimonium contrahitur contra interdictum eccleſiæ generale, uel ſpeciale, expreſſum, uel tacitum. Dicitur clandeſtinum, & habet locum pœna huius capituli, quod non ſeruatur ſecundum Hoſti. Credo ſi contrahit coram multitudine, & nemo contradicit, etiam ſi non proponantur ędicta, quod non incurrit pœnam huius capituli. Ex quo contraxit in faciem eccleſiæ nemine contradicente, & prohibente, cum illud ſit ſacerdotis officium, & non contrahentium, non poteſt dici, quod clandeſtine contraxit, contra quos pœna appoſitur, non autem contra contrahentes non poſitis cædulis. Glo. tamen tenet contrarium. Ab. de clandeſti. deſponſa. c. Cum inhibitio.

Matrimonio clandeſtino ſi layci interſunt, puniendi ſunt ut clerici, & regulares. Diſpoſitio huius capituli locum habet & in ſponſalibus de futuro, & generaliter prohibito matrimonio prohibentur ſponſalia, quia ſunt præambula, ideo contrahentes ſponſalia clandeſtina peccant. Edicta debent poni in diuerſis eccleſijs, uel in loco publico, ſi parentes in diuerſis parrochiis morati ſunt, alias ſufficit in una. Si quis in hoc iuratus ſuccumbit, admitti poſſunt alij, etiam qui erant præſentes occultæ deſponſationi propter periculum animæ. Ab. de clandeſti. deſponſa. c. Cum inhibitio. Contrahentes non præſumuntur coniuges, niſi reſpectu filiorum. Abb. Qui fi. ſunt legiti. c. Lator. Sacerdos parochialis qui pręſens eſt huiuſmodi nuptiis clandeſtinis, debet ſuſpendi ab officio per triennium. De clandeſti. deſponſa. c. Cum inhibitio.

In cauſa matrimoniali qui appellat, interdici debet aliud matrimonium ne contrahat lite pendente, & ſi contraxerit, debet ſeparari. De ſponſa. duo. c. Tua fraternitas. Lite pendente ſiue appellatum ſit, ſiue non, non licet tranſire ad matrimonium, etiam ſi per partem prætendatur nullitas primi. Ab. ubi ſuprà.

Matrimonii cauſa de iure communi ſpectat ad epiſcopum, cum ſit grauis, ſic inferior de iure communi non debet hoc attentare, niſi iuuetur a iure ſpeciali. Ex conſuetudine & præſcriptione poteſt acquiri ius iudicandi in cauſa prædicta. Poteſt etiam delegari non epiſcopo, licet curia de communi conſuetudine non conſueuit committere niſi epiſcopis, poteſt committi cuicunque clerico ſalua diſpoſitione, & ſtatuto de reſcriptis libro ſexto. Ab. de conſangui. & affini. cap. Ex litteris. Poteſt tamen delegari inferiori etiam per epiſcopum, & delegatum pontificis. Abb. de reſtitutio. expoli. cap. Ex litteris. In cauſa matrimoniali non poteſt aſſumi arbiter, nec compromitti in arbitris. Ab. ubi ſuprà. c. Cum reſtitutionis. De arbi. c. Ex parte. Non admittitur compoſitio, nec tranſactio in matrimonio, intelligitur contra uinculum matrimonii, quia ad contrahendum de nouo poteſt fieri compoſitio. Abbas de tranſac. cap. Ex parte. Inferior epiſcopo poteſt cognoſcere. Abbas de frigid. & maleſi. cap. Fraternitatis.

Matrimonii cauſa, & qui filij ſunt legitimi, pertinent ad eccleſiam. Ab. de ordi. cognitio. c. Tuam. Cauſa matrimonialis ex conſuetudine cognoſci poteſt per inferiorem, puta per archidiaconum. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Litteras.

Matrimonii cauſa eſt fauorabilis. Vnde in dubio ſtandum eſt pro matrimonio dicto unius doctoris, & ſi plures teneant contrarium, niſi illa opinio unius eſſet euidenter falſa, uel probabilibus rationibus poſſet conuinci. In fauore matrimonii præualet ſententia unius contra iuris regulas. Abbas de ſenten. & re iudica. cap. Si duobus. Si allegetur impedimentum iuris diuini, & probationes ſint dubiæ, ſententia erit abſolutoria pro reo. Ab. de teſti. cap. Licet ex quadam. In dubio iudicandum eſt pro matrimonio, ubi matrimonium poteſt habere ſuum effectum, uidelicet euitationem fornicationis, & bonum prolis, ſecus ubi iſta non ſunt. Abbas de frigid. & malefi. cap. Fraternitatis. In cauſa matrimoniali opinio unius doctoris præfertur pro matrimonio. Abbas de cognatio. ſpiri. cap. Si uir uel mulier.

Matrimonii cauſa dum agitatur, ſi timetur de uiolentia puellæ, iudex ſibi prouidebit de loco tuto, & honeſto, donec terminetur, ſi de uiolentia, & metu parentum, puta quia puella contraxit occulte ad petitionem ſponſi, iudex debet ſurripere puellam de poteſtate parentum, & locare in domo honeſta. Ab. de ſponſa. c. Cum locum.

In cauſa matrimoniali an ſit iuramentum deferendum in defectum probationis. Abb. de iureiuran. cap. Mulieri. Si mulier iurauit aliquem eſſe maritum ſuum, & ſuccumbit, quia aliter non probauit, non datur, nec negatur ei licentia contrahendi cum alio. Vbi ſupra.

Vbi ſententia tranſit in rem iudicatam obſtat publicatio atteſtationum, ne adhibeantur teſtes alii. Vbicunque uinculum ſententię pro parte eſt remiſſibile, ſententia tranſit in rem iudicatam, non autem ubi non eſt remiſſibile, quia tranſitus in rem iudicatam cauſatur ex aquietatione partium. Ab. de proba. c. Iurauit.

Coniuges poſſunt compelli ad ſimul habitandum per excommunicationem, & poteſt uxor ui adduci ad domum mariti, & præciſe compelli ad exhibendum alteri coniugum affectum coniugalem. Id ipſum poteſt iudex ſecularis. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Ex publico.

Coniuges tenentur reddere debitum. Si uxor continentiam uouit, tenetur reddere debitum coniugi, licet conceſſerit ad tempus. De conuerſione coniugato. cap. Cariſſimus. Vxor tamen non tenetur reddere debitum poſt partum, nec tempore menſtruorum. Abbas de purifica. poſt partum. cap. Volens. Nec debet reddere debitum, ſi ſcit pro certo impedimentum matrimonii, ſed debet potius pati excommunicationem, ſi hoc credit ex cauſa probabili, uel diſcreta poteſt reddere debitum, ſed non exigere. Si ex leui, uel temeraria cauſa depoſita conſcientia poteſt exigere, & reddere. De ſenten. excommu. cap. Inquiſitioni. Vide. Matrimonium diſſoluitur infirmitate.

Coniuges poſſunt compelli, ut redeant in unum, cum iſta obligatio deſcendat a iure diuino, & humano, poteſt quis præciſe compelli ad factum. Abb. de ſponſa. c. De Francia.

Copula non eſt de eſſentia matrimonii. Primo quia non eſt quis bigamus, niſi

niſi conſummauerit. Secundo poſt conſummationem non poteſt alter ingredi religionem. Tertio conſummatum ſignificat coniunctionem inter Chriſtum & naturam aſſumptam, ideo indiſſolubile, cum ſit ſacramentum. Quarto operatur ad ſuſceptionem ſobolis. Quinto firmatur per copulam. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Verum.

Copula carnalis probatur per conueniens teſtimonium de uiſu. Idem in teſtimonio auditus adminicula, & fama coadiuuant. De teſti. cap. Praeterea. Qui actus uiſi probant, & quod ſola fama non probat, ſed cum auditu proprio, quo audiuit eos immiſceri. Adminicula in hoc caſu quae ſint. Abbas ubi ſuprà. Probatur per uiolentam praeſumptionem, ut ſi nudus cum nuda iacet, & in locis ſecretis. De praeſump. cap. Litteras. Ex ſolitudine loci, & diuerſitate ſexus praeſumitur fornicatio, ſi repertus fuerit in camera cum muliere ſolus horis commodis ſufficit ad probationem, uel ipſam oſculantem, uel tangentem, uel in ſimilibus propinquis actibus. Abb. de pręſump. cap. Tertio loco.

In matrimonio contracto per uerba de praeſenti conſummato, uel non conſummato, an poſſit diſpenſari. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Ex publico. Vide Matrimonium uerum inſtitutum.

Matrimonium conſummatum inter Chriſtianos eſt indiſſolubile, & ratum, quia denotat unionem Dei, & naturę aſſumptę, ſicut Deus nunquam dimiſit carnem, quam aſſumpſit, ita oportet eſſe in matrimonio hoc ſignificante. Hoc ſignificatum nõ habet inter infideles, quia hoc negant, & ſic ſignificatũ inter eos non eſt ita firmum, quia ceſſat inter eos ratio diſſolubilitatis, ideo eccleſia interpretatur hoc ius diuinum, uel inducit in fauorem fidei, ne infideles tepeſcant uenire ad fidem uidentes ſe artari ad continentiam uxoribus renuentibus cohabitare, ſic non ſeparat homo, ſed eccleſia auctoritate diuina. Ab. de diuor. c. Quanto.

Matrimonium non diſſoluitur propter affinitatem ſuperuenientem. De eo qui cognouit conſangui. uxo. cap. Deſcriptionem. Reddit debitum ad petitionem affinis eius, qui non fuit conſcius affinitatis illicitę. Abbas ubi ſuprà. Priuat ſolum culpabilem iure exigendi debitum, ſed non abſoluit eum a reddendo. Conſilium tamen eſt ut, uterque abſtineat. Vbi ſuprà. cap. Tuae fraternitatis. Iordanę. Affinitas ſuperueniens non diſſoluit matrimonium pręſumptum. Debet quis exactus uerbo, uel ſigno reddere debitum. Qui prohibitus eſt exigere propter inceſtum, peccat mortaliter exigendo, & uxor non debet conſentire. Si timetur de incontinentia, poteſt cum eo diſpenſari. Abbas ubi ſuprà. cap. Iordanae.

Matrimonium de pręſenti non diſſoluitur, ſi alter coniugum captus efficiatur ſeruus, nec per quantacunque abſentiam etiam ſi ignoretur ubi ſint & de uita, etiam ſi fuerit iuuenis, & incontinens, ſecus in ſponſalibus, quę diſſolui poſſunt. Ab. de ſponſa. cap. In praeſentia.

Matrimonium non diſſoluitur, ſi alter coniugum ſit lapſus in haereſim. Si unus coniugum conuertatur ad fidem, & alius nolit illi cohabitare, uel non ſine blaſphemia, uel ſine peccato mortali, ſoluitur matrimonium, & conuerſus poteſt contrahere. De diuor. cap. Quanto. Soluitur etiam matrimonium conſummatum, nec oportet quod iudex faciat ſententiam diuortii, licet tutum eſſet aſſignare terminum ad cohabitandum, cum conuerſo

uerſo, & ſi nolit, ſolutum erit matrimonium. Si apparet quod nolit cohabitare, ſolutum erit matrimonium abſque alio. Abbas ubi ſuprà. Vxor ſi a uiro lapſo in hęreſim propria auctoritate diuertit, ad eum reuerſum compellitur redire, ſecus ſi per iudicium eccleſiæ fuit ſeparata. De diuor. cap. De illa. Propter fornicationem ſpiritualem licitum eſt innocenti propria auctoritate recedere, nec compellitur redire eo perſeuerante, ſecus in carnali, niſi ſit notoria. Si per iudicium eccleſiæ ſeparatur, & uult intrare religionem, non compellitur redire ad conuerſum. Si non uult religionem intrare, opiniones. Ab. de diuor. c. De illa.

Matrimonium nulla infirmitate quantumcunque graui diſſoluitur etiam quo ad thorum, uel mutuam ſeruitutem. Infirmitas non impedit etiam contrahendum, in articulo mortis poteſt quis contrahere, & filij prius geniti legitimantur, & tenetur alter coniugum alteri in quacunque infirmitate depreſſo reddere debitum ex præcepto eccleſiæ. Si non poteſt ex horrore reddere debitum, pro tunc non diſſoluitur per lepram ſuperuenientem. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Ex parte ſecundum.

Matrimonium diſſoluitur per profeſſionem tacitam, quæ obligat religioni in genere. Abbas de regula. cap. Cum dominus. Non conſummatum ſoluitur per profeſſionem, non autem per propoſitum ſeruandæ caſtitatis in ſeculo. De conuerſio. coniuga. cap. Ex parte ſecundum. Non ſoluitur ſi uxor fiat mantilata, ſed oportet ſit aſtricta ad religionem approbatam, in qua tria uota promittet. Ab. ubi ſuprà. Vide. Matrimonium uerum ante copulam inſtitutum.

Ante conſummationem matrimonii poteſt unus coniugum altero inuito ingredi religionem, & remanens in ſeculo poteſt ad ſecunda uota tranſire. De conuerſione coniugatorum. cap. Verum. Ordinatus qui non eſt religioſus, compellitur ad uxorem redire. Ante conſummationem coniuges non dicuntur una caro. Sponſa ui cognita poteſt intrare religionem inuito ſponſo, ne delinquens ſit melioris conditionis ſapiente. Item non uidetur communicaſſe corpus ſuum. Per ingreſſum religionis diſſoluitur ipſo facto, quia ſignificat non conſummatam unionem inter Chriſtum, & animam per gratiam, quæ diſſoluitur per peccatum mortale, ex quo intrat religionem, & non intendit conſummare, ſatis uidetur hoc uinculum diſſolutum. Ab ubi ſuprà.

Sponſa de pręſenti non cognita quæ dicit ſe uelle religionem ingredi, compellitur profiteri infra certum tempus, uel adhærere marito. De conuerſio. coniuga. c. Ex publico. Si non eſt cognita, poteſt indiſtinctè intrare religionem, nec poteſt excipi de cauſa leuitatis, uel temeritatis. Licet papa hic præfigat tempus duorum menſium, non tamen propter hoc ſtatuit ut illud ſit regulare, ſed poteſt tempus abbreuiari, & elongari ſecundum circumſtantias, licet de facili non debeat recedere a termino ſtatuto. Iſte terminus non ſolum eſt ad ingrediendum religionem, ſed ad profitendum. Ab. ubi ſuprà.

In matrimonio non eſt ſeruandus iuris rigor. Vnde poteſt iudex recipere teſtes ex officio, etiam ſi atteſtationes publicatæ ſint, uel renunciatum eſt eis, & hoc propter periculum animæ. Ab. de ſponſa. c. Sicut.

Matrimonium uerum ante copulam inſtitutum eſt in ſtatu innocentiæ, in quo non fuit copula, & ſignificat unionem inter Deum, & animam, quæ diſſolu-

bilis eſt. Conſummatum eſt magis firmum, & ſignificat unionem inter Deum & naturam aſſumptam, quæ indiſſolubilis eſt. Inquantum contractus poteſt diſſolui. Similiter inquantum ſignum rei ſacrę non conſummatum. Conſummatũ non poteſt diſſolui inter fideles, & illa retificatio fundatur ſuper ſacramento baptiſmi, de potentia abſoluta poteſt papa diſſoluere matrimonium non conſummatum de conſenſu partium abſque alia cauſa, & de potentia ordinaria ex cauſa. Inno. tamen dixit ei qui hic allegauit iſtam gloſam. Maledictus qui te docuit gloſam. Ioan. And. quærit an papa poſſit diſpenſare cum filio regis religioſo, ut contrahat matrimonium, donec habeat filium, & poſt ad monaſterium redeat, ſed non ſoluit opiniones. Eligerem hanc partem quod papa non diſpenſet in matrimonio iam conſummato inter fideles, quia perpetuitas illa eſt de iure diuino, unde potius diceretur errare, quam legem condere. Circa non conſummatum poteſt dici indiſſolubile, niſi reperiatur interpretatio eccleſiæ, & doceret quod non poteſt diſſolui, niſi in caſu expreſſo uidelicet per ingreſſum religionis, nec hoc ſtatuiſſet eccleſia, niſi eſſet inducta exemplo ſanctorum, & ad hoc probandum ſufficit, quod matrimonium etiam non conſummatum eſt de iure diuino. Abb. de conuerſio. coniuga. c. Ex publico. Nullo alio caſu poteſt diſſolui inter uiuentes niſi ex profeſſione. Abb. ubi ſuprà. c. Ex parte. Non conſummatum non poteſt ſolui, niſi in caſibus iure expreſſis. Vnde poſſunt compelli partes ad conſummationem, niſi alter uelit intrare religionem approbatam, nec ſoluitur inter fideles, ſi alter coniugum efficiatur hæreticus & nolit cohabitare ſine iniuria creatoris, nec poteſt eccleſiā ſtatuere, quod diſſoluatur, ſicut ſtatuit ſi alter infidelium conuertatur, quando non eſt conſummatum, & aſſignatur ratio diuerſitatis. Ab. ubi ſuprà. c. Ex parte. Nec diſſoluitur per lepram ſuperuenientem. Abb. ubi ſuprà. cap. Ex parte ſecundum.

De occulto matrimonio non iudicat eccleſia, approbat tamen illud iudicare uolentes. De clandeſti. deſponſa. c. Quod nobis. Qui ſic contrahunt, non ſunt aliquatenus compellendi etiam per iuramentum. Super tamen contractu matrimonii debet credi ſimplici uerbo eorum, & tunc habetur ac ſi a principio fuiſſet publicum, & proles nata ante publicationem cenſetur legitima. dicta eorum non præiudicant matrimonio contracto poſt publice, immo ſi fama eſſet, & unus teſtis pro primo iudicabitur in fauorem ſecundi. Ab. de clandeſtina deſponſa. c. Quod nobis.

Matrimonium præſumptum habet tantam uim, quantam matrimonium uerum, quia ſi concurrit uerum cum præſumpto præfertur prius tempore, ex hoc infertur quod diſpoſitum in uero habet locum in præſumpto. Ab. de ſponſa. c. Veniens. Et ubi ſuprà. c. Is qui.

Matrimonium probatur per nominationem, cohabitationem diuturnam, famam, contractus matrimoniales, & alia adminicula. De pręſump. c. Illud quoque.

Coniugum conſumato matrimonio unus non poteſt intrare religionem, etiam de conſenſu alterius, ſi remanens in ſeculo eſt uiuens, & de incontinentia ſuſpectus. Abbas de rapto. cap. Cum cauſam. Vir factus monachus a coniuge adultera reuocari non poteſt. De conuer. coniuga. cap. Conſtitutus.

Coniuges religionem profitendo ſeinuicem dimittere poſſunt, ſi abiurant ſe,

& non continent, illicitum eſt iuramentum. De regula. c. Veniens. Si ſit uoluntaria ſeparatio utriuſque, poteſt tamen hoc non obſtante alter eorum repetere etiam petendo reſtitutionem, quæ debet fieri non admiſſis exceptionibus concernentibus proprietatem monaſterii. Quando ſunt ſuſpecti de incontinentia, non poſſunt ſeparari, niſi intrent religionem. ſi ſe abiurant, & alter emittit uotum perpetuæ continentiæ, ualet uotum quo ad ſe, & ſic non poteſt reſiſtere alteri uolenti ingredi religionem, ſi non uouit, non poteſt altero inuito intrare religionem. Ab. de regula. cap. Veniens.

Si uir de licentia uxoris profitetur ipſa ſuſpecta, nec contentiam uouente, nec religionem ingrediente, epiſcopus uxori uirum reſtituet. De conuerſio. coniuga. cap. Præterea. Ambo ſimul uouere poſſunt continentiam ſtatu non mutato, alter poteſt uouere in preiudicium ſui, non coniugis, ſi uolunt mutare ſtatum, & uir uult eſſe epiſcopus, oportet mulierem intrare religionem, etiam ſi non ſit ſuſpecta de incontinentia. Si uult ordinari, & uxor eſt ſuſpecta, debet intrare religionem. alias ſufficit quod uoueat. Si uult intrare religionem, & alter commiſit adulterium, poteſt eo inuito, ſi non cōmiſit, & intrauit eo ignorante, uel contradicente, uel diſſimulante poteſt reuocari. Si in uita non reuocauit, non poteſt poſt mortem in ſeculo remanentis qui profeſſus eſt exire monaſterium. Idem eſt quandocunque in uita coniugis reuocatur, quia ceſſat cauſa, quæ inualidat ingreſſum. Si alter conſenſit inuitus, ſit reuocatio ad eius petitionem. Idem ſi conſenſit in dolum. Si conſenſit in ingreſſu alterius ſponte, nec tamen uotum emiſit, opiniones, ſi remanens in ſeculo eſt iuuenis poteſt ex officio iudicis reuocari, ſed poſt mortem uxoris debet compelli ad redeundum ad monaſterium, quia eſt uere religioſus. Si dans licentiam ſit conſcius iuris reductio non ſit, quia tacite uidetur uouere dando ſententiam. Si conſenſit in ingreſſu alterius uouendo continentiam, ſi eſt ſenex, poteſt in ſeculo remanere, & alter perſeuerare in religione. Si manens in ſeculo eſt iuuenis ſuſpectus de incontinentia, non debet ſuperior pati, niſi ambo ingrediantur. Si unus ſolus profitetur, tenet profeſſio, & manens in ſeculo compellitur ingredi religionem, ex quo uouit continentiam. An poſsit compelli ut profiteatur, opiniones. Vxor ſi uouit continentiam, compellitur profiteri, non autem ſi licentiam dedit. Vir iuuenis ſi dedit licentiam, compellitur intrare religionem. Ab. de conuerſio. coniugato. c. Preterea.

Qui inuita uxore eſt profeſſus, & ei reſtitutus non compellitur poſt mortem eius ad monaſterium redire, tamen cum alia non debet contrahere. De conuerſio. coniugato. cap. Quidam. Si habet ab uxore licentiam intrandi religionem, tenet ingreſſus, ideo ſi reſtituitur uxori, poſt mortem tenetur redire ad monaſterium. Vbi uxor non contradixit, nec maritum reuocauit, mortua uxore non poteſt maritus redire ad ſeculum. Vbi uxor contradixit, & maritum reuocauit, ſoluta eſt obligatio, ſi qua erat ex parte ſua cum monaſterio, & uotum nullum fuit reſpectu ingreſſus monaſterii, cum tunc non haberet conſenſum habilem ad obligandum. Requiritur ergo conſenſus de nouo, ideo non tenetur etiam mortua uxore redire ad monaſterium. Talis ſi contrahat in caſu huius capituli matrimonium tenet, quia uotum non eſt ſolennizatum, nec tacite, nec expreſſe, & paria ſunt non profiteri, & inualide profiteri. Vnde nec papa mandat, ut compellatur

tur redire, ad monaſterium. Abbas ubi ſuprà.

Vxoratus religionem intrare non poteſt, niſi & uxor ingrediatur, uel non ſit ſuſpecta, & continentiam promittat. De conuerſio. coniugato. c. Cum ſis. & ubi ſuprà. cap. Ad Apoſtolicam. Si intrauit uxore ſuſpecta remanente in ſeculo, & promittente continentiam tenet ingreſſus, & compellitur uxor intrare monaſterium. Si non ſeruantur prædicta, poteſt epiſcopus prohibere ingreſſum. Fallit tamen in adulterio, quia iuuenis parte ſuſpecta profiteri poteſt, & quæ remanet in ſeculo non poteſt nubere, niſi qui ingreſſus eſt ſit mortuus naturaliter, nec ſufficit mors ciuilis. Abb. ubi ſuprà. cap. Cum ſis. An uxor coniugati uolentis intrare religionem teneatur profiteri, uel ſolum eſſe in monaſterio, ſi eſt ſuſpecta de incontinentia, ut arceatur a purgationibus, opiniones. Puto quod teneatur profiteri, & hoc eſt uerum a principio antequam maritus ingrediatur. Quid ſeruandum ſit poſt ingreſſum, dictum eſt ſupra. Ab. ubi ſuprà. cap. Vxoratus. De ſubſtantia alterius coniugum non eſt quod alius uoueat continentiam, ſed eſt de iuſtitia. Si uxor uoueat continentiam, etiam ſi poſt uiuit incontinenter, non reuocatur uir, ſi ſolum dedit licentiam, reuocatur officio iudicis ſi illa incontinens eſt, licet illa non poſſit illum reuocare. In hoc caſu uerus religioſus habitat cum uxore, & tenetur reddere debitum. Idem dic ſi uxoratus ſit promotus in papam, quia tenetur inſtante uxore reddere debitum, aut relinquere papatum. Ab. ubi ſuprà. Vide. c. Ordinari non poteſt Profeſſus religionem. Si uxor eſt antiqua ſine ſuſpitione incontinentiæ, & tamen ſuſpecta in aliis malis moribus, niſi ſit ſub cura mariti, non poteſt uir ingredi religionem uxore uouente continentiam, quia eadem eſt ratio de malis moribus, & de incontinentia, ſi tamen ingreditur, tenet ingreſſus, ſi poſt ingreſſum turpiter uiuit, debet compelli ad bene uiuendum, non ut monaſterium ingrediatur, ex quo non peccat contra matrimonium. Ab. ubi ſuprà. c. Ad apoſtolicam.

Coniugatus profeſſus uxore conſentiente licet nunquam intrauerit monaſterium ſi mortua uxore cum alia contrahat, non tenet matrimonium, & monaſterium intrare compellitur. De conuerſio. coniugato. cap. Ex parte. Non ſufficit licentia uxoris ut maritus religionem ingrediatur, niſi illa promittat continentiam, & non ſit ſuſpecta. Si tamen hoc ius non ſeruat, propter hoc non annullatur profeſsio. De ſubſtantia profeſsionis non eſt quod alter coniugum continentiam uoueat, ſed nec licentia epiſcopi. Si uxor ſciebat hoc ius ſcilicet quod nō poteſt uir ingredi niſi uxore uouente, ſi eſt ſuſpecta tacite uidetur uouiſſe continentiam. Ex ſola licentia uxoris uir non debet profiteri, ſi tamen de facto profitetur, tenet profeſsio. Glo. & Ab. ubi ſuprà.

Profeſſus religionem uxore ſciente, & diſsimulante, ea mortua ad ſeculum redire non poteſt. Ab. de conuerſio. coniugato. c. Conſuluit. Qui profitetur ſine licentia uxoris, ſi ea uiuente non reuocatur, non poteſt ea mortua redire ad ſeculum. Quo ad ſubſtantiam profeſsionis uxorati non concurrunt neceſſario poſita ſupra in capitulo. Cum ſis. Si uxor diſsimulauit, uel ignorauit, uel contradixit, ex quo de facto non fuit reuocatus mortua uxore ualidata eſt profeſsio, quia ſemper uidetur intraſſe cauſa ſeruiendi Deo, & continuandi uotum, ideo ſoluto impedimento ualidata eſt profeſſio, quæ quo ad ipſum ſemper tenet, ſecus in carnali matrimonio, quia contrahens cum ſecunda ſemper habet animum deprauatum, & non inten-

dit matrimonialiter conſentire. Vnde eſt illegitimus, & magis diſſenſus quam conſenſus. Ab. ubi ſuprà.

Si alter coniugum alio ignorante profitetur, & propter hoc de monaſterio educitur illo mortuo ad monaſterium redire non cogitur. De conuerſio. coniugato. Placet. Mortuo coniuge non poteſt redire ad ſeculum, ſi habita cognitione altera pars non reuocat profeſſum, ſatis eſt retificet, & caſte uiuat in ſeculo, etiam ſi ſit iuuenis. Ab. ubi ſuprà. Si ad inuicem ſe abſoluunt continentiam promittendo uterque uel alter profitetur, alter alterum repetere non poteſt. Abb. de conuerſio. coniuga. c. Dudum. Sic continentiæ cauſa non poſſunt coniuges ſe abſoluere. Ab. ubi ſuprà.

Vxor non poteſt repetere uirum de cuius licentia eſt profeſſus, ſi poſt non contineat, licet ad dandum licentiam dolo ſit inducta. De conuerſio. coniugato. cap. Veniens. Qui de conſenſu uxoris intrat religionem, habet terminum probationis, ſicut cæteri. Conſenſus uxoris per dolum exactus non inualidat profeſsionem uiri, etiam ſi mulier ignoret ius. Ex eo quod mulier licentiam dedit ſine alio uoto compelli non poteſt intrare religionem. Ingreſſus coniugis inualidus a principio ualidatur ipſo facto quod uxor perdit ſeruitutem in marito, ideo ea mortua ſi prius non fuit reuocatus, exire non poteſt. Si non tenet ingreſſus a principio, ea fornicante tenet, quia mulier perdit ius ſuum. Si poſt adulterium uxoris uir profitetur, non poteſt epiſcopus eum educere de religione, ſi profeſſus in monaſterio fornicetur poſt profeſsionem non poteſt uxor repetere, quia ius omne emiſit, & tranſit in monaſterium, ex quo dedit licentiam, & ille profeſſus eſt. Glo. & Ab. ubi ſuprà. c. Accedens. Licentiam oportet eſſe liberam, alioquin eſt nulla, ideo hic uir poteſt propria auctoritate exire. Ab. ubi ſuprà.

Vxor profeſsi quæ dedit licentiam uiro profitendi nõ compellitur religionem ingredi, ſi eſt continens, & non ſuſpecta. De conuerſio. coniugato. cap. Significante. Si mulier dedit licentiam, & eſt ſuſpecta, officio iudicis reſtituitur ſibi uir. ſi continentiam uouit, compellitur intrare monaſterium, ut honeſte uiuat, quia hoc eſt acceſſorium ſuæ promiſsionis. Abbas ubi ſuprà.

Matrimonium eſt ſacramentum dignius aliis in his. Primum inſtitutum eſt a Deo in ſtatu innocentiæ. In paradiſo. In principio mundi. Abb. de frigi. & maleſi. c. Litteræ. Confert gratiam, licet Spiritus. S. non adſit carnali copulæ, quia efficitur carneus totus, poteſt tamen dari pecunia pro dote, & pro donatione propter nuptias, quia hæc non dantur ut contrahant matrimonium. Ante contractum matrimonium poteſt interuenire donatio inter ſponſas, dummodo conferatur in tempus matrimonii, non tamen prohibetur donatio remuneratiua, quæ proprie non eſt donatio, cum non ſit ex liberalitate. Abb. de ſimo. c. Cum in eccleſiæ. Dicitur autem matrimonium perfectum poſt copulam, non autem ante, ſed quo ad ſignificationem, & ut amplius non poteſt diſſolui ex quacunque cauſa. Ab. de rapto. c. Cum cauſa.

In matrimonio licet ſententia non tranſeat in rem iudicatam, poſſunt tamen ſeparati ſe coniungere quandocunq; uoluerint, nec poſſunt coniuges iuramento ſe ſeparare, etiam quo ad mutua ſeruitia. Ab. de ſenten. & re iudica. cap. Lator. Vbicunque ſententia tranſit in rem iudicatam, obſtat atteſtationum publicatio, nec adducuntur ei teſtes. Vbicunque miraculum

lum ſententiæ pro parte contra quam fertur eſt remiſſibile, ſententia tranſit in rem iudicatam. Vbi non eſt per partes remiſſibile, non tranſit, quia tranſitus in rem iudicatam cauſatur ex aquietatione partium. Ab. de proba. c. Iurauit.

Coniuges ex leui cauſa, & temeraria ſeparari non debent, etiam quo ad thorum, & cohabitationem mutuam ſeparari non poſſunt, & cum interpoſitione iuramenti. De iureiuran. c. Tua nos ſecundum. Quo ad cohabitationem, & mutuam ſeruitutem non dependet ex eorum uoluntate, licet poſſint ſe ſeparare propter continentiam, non tamen ſi ſint iuuenes ſuſpecti de incontinentia, quia tunc iudex ex officio debet impedire. Iudex eccleſiaſticus, & ſecularis poteſt coniugem ad petionem alterius compellere & ad cohabitandum matrimonialiter, & uterque eorum eſt iudex competens. Si iurant non coniungi nolentes continentiam ſeruare, iuramentum eſt temerarium, & coguntur cohabitare, & puniuntur pro mortali. Si unus ingreditur religionem oportet alium ingredi. Si uouent continentiam de licentia epiſcopi, & unus cadit, ſi ſuſpitio eſt quod perſeueret, iudex reintegrabit. Si non eſt ſuſpitio, ſic relinquetur. Vbi nullum eſt uotum, compellit alterum, ſi iurauit quod ſeparatus remaneat in caſu dic ut ſuprà. Si propter continentiam non coniungitur uiro ſine licentia ſuperioris, ſi propter laſciuiam iurauit propria auctoritate poteſt redire, quia iuramentum eſt temerarium. Ab. ubi ſuprà. c. Tua nos. ſecundum.

In matrimonio propter adulterium poteſt unus ab alio ſeparari, ſi tamen ambo adulterantur, non poteſt unus alteri obiicere, ſed poteſt petere reſtitutionem. Ab. de regulari. c. Veniens. Si una commiſit adulterium alia poteſt intrare religionem etiam inuita, & contradicente illa, & quæ remanet in ſeculo non poteſt nubere uiuente eo qui intrauit religionem. Ab. de conuerſio. coniugato. cap. Cum ſis. Si propter adulterium ſeparentur altero adulterante debet matrimonium reintegrari, quia adulterium cum adulterio eſt compenſandum. Abb. ubi ſuprà. c. Cariſſimus. Adulterium commiſſum etiam in figura matrimonii priuat iure coniugali, quod habet in coniuge etiam ſi non eſſet tranſitus ad alia uota, & talis poteſt profiteri tria uota, ſi adulterium eſt notorium poteſt propria auctoritate deſerere uxorem, & promoueri ſe facere ad ordines. Adultera in his poſt mortem uiri poteſt matrimonium contrahere, quia nullo modo ſolennizauit uotum, ſecus ubi de conſenſu uxoris eſſet profeſſus, uel ordinatus, quia poſt mortem non poteſt, cum alia contrahere, quia non ſoluitur matrimonium. Ab. de conuerſio coniuga. cap. Conſtitutus. Si uir non uult reconciliare adulteram, debet ipſa adultera in clauſtro ad agendum pœnitentiam collocari. Vbi ſuprà. cap. Gaudeamus. Propter adulterium licite ſit ſeparatio thori, & qui non deliquit, non tenetur alteri reconciliari. Poſt pœnitentiam poteſt etiam inuitam renunciare. manet tamen ſemper uinculum uſque ad mortem. Si adulterium eſt notorium, non requiritur ſententia, ſed innocens propria auctoritate poteſt relinquere coniugem. Adultera collocatur in monaſterio non ad agendum pœnitentiam, ſed ut honeſte uiuat, quia coram iudice eccleſiaſtico non agitur criminaliter. Abbas ubi ſuprà.

Vir factus monachus a coniuge adultera reuocari non poteſt. De conuerſio. coniu. c. Conſtitutus.

Matrimonium ſeparatur propter adulterium. Poſt ſententiam innocens poteſt

reſt adulterum inuitum reconciliare antequam profiteatur, quia uterque poteſt religionem intrare. Separationis ſententia lata in fauorem non delinquentis retorqueri non debet in eius læſionem, cum inter eos duret matrimonium. Ab. de diuor. c. Ex litteris. Si uir adulter ſit ad petitionem uxoris ſeparabitur matrimonium, & perdit donationem propter nuptias. Ab. de donatio. inter uirum & uxo. c. Plerique. Separantur propter adulterium uxoris, & ſi uir poſtea fornicetur, reintegratur. Ab. de diuor. c. Ex litteris.

Matrimonium non ſeparatur, quando ambo coniuges ſunt adulterati. De adulter. cap. Tuæ fraternitatis. Propter adulterium ſeparatur quo ad thorum tantum, non tamen poteſt alteri nubere, ſed poteſt ad cohabitandum redire. Vir non tenetur adulteram alere, & lucratur dotem, & uxor donationem propter nuptias. Si poſt ſententiam contra adulteram uir adulteratur, licet nulla actio competat mulieri, iudex tamen ex officio debet reintegrare matrimoninm, ne propter ſeparationem iaceant in peccato. Licet adulterium ſit occultum, poteſt tamen uir non reddere debitum, & ſeparare ſe ab uxore, & econtra abſque alia ſententia, & poteſt expellere uxorem, quia hoc fit Dei auctoritate. Qui non peccauit reddendo debitum, ſibi præiudicat, ſi ſponte reddit, ſecus ſi ex mandato, quia uidetur ei parcere. Si uir egit pœnitentiam, & poſt accuſat uxorem, poteſt uxor excipere, quia pœnitentia non præiudicat iuri acquiſito uxori. Poteſt autem exceptio proponi, uel dilatoria, item poteſt procedi criminaliter, & ciuiliter. Abb. ubi ſupra.

Vxor poſt ſententiam diuortii, quo ad ſeparationem thori propter ſpiritualem fornicationem mariti poteſt religionem ingredi. De conuerſio. coniuga. cap. Mulier. Fornicatur ſpiritualiter qui fidem deſerit, & ad infideles ſe confert. Id euangelij de uxore non dimittenda &c. intelligitur de utraque fornicatione, & in utroque caſu uir perdit donationem propter nuptias, & mulier dotem, & poteſt intrare religionem inuito marito etiam iuuene. Si unus eorum fornicatus eſt carnaliter, & alius ſpiritualiter, ſi redire uoluerint, debet fieri compenſatio. Antequam ingrediatur monaſterium ſi uir conuertitur de ſpirituali fornicatione, compellitur mulier reconciliari uiro, etiam ſi fuit ſoluta per ſententiam, non autem in fornicatione carnali, in qua plus offenditur uir. In ſpirituali ſi ante conuerſionem uiri uxor intraſſet monaſterium, non poteſt compelli exire. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Mulier. §. Coniuges.

Matrimonium non poteſt ſeparari, niſi propter fornicationem, non autem propter aliud crimen, etiam ſi ueniat puniendus ultimo ſupplicio, etiam ſi communem filium uxor occidiſſet. Ab. de his qui occidunt fi. cap. Intelleximus. Separari poteſt propter fornicationem. Fornicationis nomine intelligitur omnis coitus illicitus, ut ſodomia, & mollicies. Propter horum quodlibet poteſt thorus ſeparari. Abbas de adulter. cap. Maritus.

Coniuges propter alterius crimen non ſeparantur, niſi ſpiritualiter fornicetur, & tamen durat coniugium eis ſeparatis. De diuor. cap. Quæſiuit. Propter qualecunq; delictum non poteſt alter petere ſeparationem, etiam quo ad thorum, niſi propter fornicationem ſpiritualem, uel carnalem. Secundo ſi uir conatur uxorem ad alium delictum adducere præter hæreſim, ſi non poteſt compenſari, poteſt fieri ſeparatio. Nam præſumptio cuiuſdam infideli-

infidelitatis eſt ſi perſiſtit. Quando ſeparatur matrimonium propter fornicationem ſpiritualem, innocens eſt abſolutus a redditione debiti. Chriſtus qui excepit fornicationem, non diſtinxit de illa. Ab.ubi ſuprà.Vide. c. Vxor poſt ſententiam.

Matrimonium non eſt ſeparandum propter diuturnam abſentiam coniugis, etiam ſi contumax dicit ſe amplius non poſſe continere. Ab. Qui ſunt legitimi ſi.c. Prælatum.

Matrimonium ſeparatur, ſi contrahitur inter affines primi generis uſque ad quartum gradum. Abb. de conſangui. & affi. c. Ex litteris. Non tamen ſeparatur ad dictum unius aſſerentis affinitatem inter coniuges præceſſiſſe. De eo qui cogno. conſangui. uxo. c.De illo. Conſanguinei ſi contrahunt, ſeparari debent, donec de cauſa cognoſcatur. Ab.de matri. contrac. contra interdi. eccle. c. De muliere.

Matrimoninm non ſeparatur ad confeſſionem coniugum, qui dicunt affinitatem præceſſiſſe, etiam ſi rumor uicinię conſentiat. De eo qui cogno.conſangui. uxo. c.Super eo. Ad non contrahendum ſufficit fama, & unus teſtis integer, uel alter coniugum qui ſtat pro matrimonio. & ſi præceſſerunt ſponſalia iurata. Si matrimonium eſt uidelicet contractum, & confeſſio eſt ad ſeparationem thori, ualet confeſſio contra confitentem, ſi ſit pro ſubſtantia uinculi ualet pro matrimonio, dummodo non ſit in præiudicium alterius, ſi confeſſio ſit contra matrimonium, & coniuges ſtant contra matrimonium, non ualet confeſſio etiam cum fama, quia confeſsio non probat ex quo eſt pro confitentibus, & fama per ſe non ſufficit, ſi coniuges ſtant pro matrimonio,puta,quia accuſati ſunt, uel iudex inquirit ex officio, ualet eorum confeſsio,maxime ſi cum hoc eſt fama. Si alter qui ſtat contra matrimonium confitetur, non ualet. Si confitetur qui ſtat pro matrimonio etiam ſuam turpitudinem allegando, auditur, & ualet. Ab. de eo qui cogno. canſangui. uxo. c.Super eo.

Matrimonium contractum non debet ſeparari abſque iudicio eccleſiæ,etiam ſi impedimentum ſit notorium. Notoria exiſtimantur quandoque, quæ non ſunt, nec debet ex opinione credentium impedimentum coniugii notorium matrimonium reſcindi, immo poteſt quilibet compelli per excommunicationem ad recipiendum uirum incaute dimiſſum. Abb. de diuor. cap. Porro.

In matrimonio habere uxores plures ſimul non licet etiam apud infideles,quia iure diuino prohibetur. Ab. de diuor. c. Gaudeamus.

Filia inuito patre promiſſa dote dum tamen idoneum acceperit uirum,poteſt agere contra patrem pro dote. Si nulla dos fuit promiſſa,non poteſt agere, quia pater non obligatur ad dotandum filiam, ſed officio iudicis compellitur ad dotandum, ut poſsit nubere. Quando iam nupta eſt, ceſſat ratio compellendi patrem, non tamen excluditur a bonis paternis, ſed mortuo patre ſuccedit ſaltem in legitima. Si ſtatuto cauetur ne filia dotata ſuccedat cum maſculis, non habet locum in hac muliere, quæ nupſit ſine dote inuito patre. Ab. de procura. c. Accedens.

Mariti & uxoris nomine in materia odioſa non ueniunt contrahentes per uerba de preſenti, nec matrimonii nomine ſponſalia. In materia fauorabili ueniunt etiam qui contraxerunt per uerba de futuro. In indifferenti ueniunt contrahentes per uerba de præſenti,licet non interueniat copula. In materia odioſa uerba non recipiuntur ita ſtricte,ſicut pount ſſimportare ex

pro-

proprio ſignificato, maxime quando uidentur habere ſignificationem ſtrictiorem. Hęc nota pro ſtatutis diſponentibus de dote uxoris, ex proprio ſignificato tamen, & ſtatu, matrimonium, maritus, & uxor dicuntur poſtquam interuenit conſenſus de præſenti, nec dicuntur proprie ſponſalia ſponſus & ſponſa. Abb. de pręſump. cap. Tertio loco. & in rubri. de ſponſalibus.

Viri & uxoris nomine in materia ſtricta ueniunt tantum, qui matrimonium conſummauerunt. Si ſtatuto caueтur, quod uir lucretur dotem mortua uxore ſine filiis, habet locum tantum, ubi matrimonium non eſt conſummatum. Ab. de conuerſio. coniugato c. Ex publico.

Vir ſi accuſat uxorem ciuiliter non admittitur procurator, ſi ipſe ſe obligat ad pœnam taleonis, ſecus in foro eccleſiaſtico. De adulterio poſtquam una perſona punita eſt per iudicem ſecularem, an poſsit per eccleſiaſticum puniri, & econtra, opiniones. Ab. de procura. c. Tuę.

Vir accuſare poteſt uxorem de adulterio, licet ad tempus adulterii non prouiderit ſibi in neceſſariis, quia non ideo excuſatur, ſed debet petere alimenta. Separantur coniuges propter adulterium quo ad thorum. Adulteria compenſantur etiam ante ſententiam, quia uxor aliter debet ſibi quærere uictum. Abb. du diuor. cap. Ex litteris. Vir propter ſuſpitionem poteſt accuſare de adulterio, & in accuſando præfertur cæteris. Vbi ſupra. cap. Maritus. Intellige quo ad ſeparationem thori, quia ubi agitur ad pœnam, uir debet ſe inſcribere ad pœnam taleonis. Ab. ubi ſuprà.

Vir retinens adulteram non peracta pœnitentia particeps eſt delicti, ſecus ſi egit pœnitentiam, non tamen debet eam ſæpe recipere. Abb. de adulter. c. Si uir. Retinens uxorem perſeuerantem in adulterio peccat, non tamen ſi ignorauit, licet bigamus efficiatur. Si ſcit, non debet ei adminiſtrare neceſſaria. Ab. ubi ſuprà.

Maritus quando poteſt agere in iudicio nomine uxoris. Abb. de procurato. cap. Conſtitutus. Poteſt agere nomine uxoris etiam ſine mandato, ex quo non apparet de uoluntate contraria uxoris. Abbas de confeſ. cap. Ex parte.

Vir poteſt cogi ad bene tractandum uxorem per eccleſiam. Abbas de off. & poteſt. iud. delega. cap. Cauſam matrimonii. Item cogi poteſt ut ad uxorem redeat, & tractet eam affectu maritali. Ab. de ſponſa. cap. ex parte. Vir debet tenere uxorem in lecto ſuo, & ad menſam ſuam. Abb. de præſump. c. Illud quoque.

Vir & uxor quo ad copulam parificantur, non autem in aliis. Vxor magis tenetur ſeruire uiro, quam econtra. Vnde eſt quaſi famula uiri. Ab. de conſangui. c. Non debet.

Marito dicenti & iuranti ſe cognouiſſe, & non cognouiſſe uxorem, creditur. Si tamen copula perfeciſſet matrimonium, ſtabitur mulieri aſſerenti copulam fauore matrimonii magis quam uiro neganti. Abb. de ſponſa. impube. c. Duo pueri. Non tamen creditur uiro circa eſſentiam matrimonii. Abb. ubi ſuprà. c. Si quis.

Maritus poteſt corrigere uxorem ſecundum quantitatem delicti, & in uinculis tenere. Seua tamen ſunt iudici relinquenda. Ab. de iureiuran. c. Quemadmodum.

Vir priuatus facultate exigendi debitum, non releuatur propter hoc ab onere adminiſtrandi neceſſaria uxori. Abbas de eo qui cognouit conſangui-

ſanguineam uxo. cap. Tranſmiſſæ.

Vir uxorem dimittere non debet ſine iudicio eccleſiæ etiam propter impedimentum parentelæ notorium. De diuor. c. Porro. Nec poteſt dimittere ex confeſſione gloriantis de delicto commiſſo cum illa. Ab. de exceſ. præla. c. Quia ſit graue.

Vir non tenetur uxorem uocare dominam, ſi uir ſit doctor, uel miles, quia illo priuilegio utitur iure mariti, ideo non poteſt illo uti contra eum. Ab. de foro comp. c. Ex parte B.

Vir expellere poteſt uxorem ſi dos ſibi promiſſa non fuit data, cum ex dote teneatur ſuſtinere onera matrimonii. Poteſt ergo hæc onera recuſare ex quo non habet, unde accipiat emolumenta. Vxore etiam abiecta poteſt cogere ad dotem ſibi promiſſam, ex quo priuatum ſe reddit ſoluta dote recipere uxorem, nec tenetur uxorem ducere, niſi prius ſoluta dote. Si duxit ſine dote, tenetur alere eam de ſuo ſecundum ſtatum perſonæ. Ab. de donatio. inter uirum & uxorem. c. Per ueſtras. Vnde uir tenetur prouidere uxori in neceſſariis, ſi habet dotem ſecundum quantitatem dotis, quam ſi non habet, tenetur prouidere de ſuo. Ab. de diuor. c. Ex litteris. Vir ſi habet bona alia unde uxor poſſit ſibi conſulere, & conſentiente uxore rem donatam uxori propter nuptias uendiderit, emptorem qui ſpacio. 30. annorum poſſedit non poteſt uxor inquietare ſuper ea, maxime ſi prætium conuerſum fuit in communem uſum uiri & uxoris. De emptio. & uenditio. cap. Peruenit. Vir non poteſt alienare rem donatam uxori etiam illa conſentiente ſi donauit propter nuptias, niſi uxor conſentiat poſt biennium ſecundâ uice, & ſit in bonis uiri tantum ut poſſit conſuli indemnitati uxoris, non ſolum tempore contractus, ſed etiam tempore quo uxor agere poteſt. Ab. ubi ſupra.

Vir uxoratus an poſſit ordinari. Vide. Ordinari poteſt.

Vir habet poteſtatem magnam in uxorem, cum ſit quaſi famula eius. Abb. de ſponſa. c. Non eſt.

Vir non poteſt uouere in præiudicium uxoris ſine conſenſu eius regulariter. Poteſt tamen emittere uotum terræ Sanctæ, uidelicet peregrinationis in eius ſubſidium. Vxor etiam poteſt uouere pro ſubſidio terræ Sanctæ ſine conſenſu uiri, ſed non poteſt exequi ſine conſenſu eius, ſi eſt iuuenis, uel ſuſpecta. Si eſt ſenex & potens ad conducendum exercitum bellatorum, compellitur exequi uotum. Ab. de uoto. c. Ex multa.

Vir reuocat uotum uxoris, & non econtra, ideo accuſat uxorem de adulterio, & non econtra. Glo. & Ab. de diuor. c. Gaudemus.

Vir ſi ſit adulter ad petitionem uxoris ſeparabitur matrimonium, & perdit donationem propter nuptias. Abb. de dona. inter uirum, & uxo. cap. Plerique.

Vxor accuſans maritum de aliquo impedimento ſi non habet dotem, debet expenſas habere a marito. Ab. de accuſa. c. Ex parte.

Vxor adultera perdit dotem, ſi ſeparatur iudicio eccleſiæ, non autem ſi ſeparatur per iudicem ſecularem, qui non eſt in hoc iudex competens, quando agitur ciuiliter. Si propria uoluntate a uiro recedit propter adulterium, quia timet maritum ſibi repetenti dotem, obſtat exceptio adulterii, & ſic ſine accuſatione perdit dotem. Idem ſi uir eam expulit propter adulterium notorium. Si eſt reconciliata uiro non perdit dotem. Si uir uiuens tacuit non poteſt hæres pro adulterio opponere pro dote non reſtituenda.

Perdit

Perdit etiam ſeparato matrimonio donationes propter nuptias, quas debet lucrari ex' pacto ſoluto matrimonio, & palafrenria. Si poſt ſeparationem probat impedimentum, quo matrimonium erat nullum, & conſequenter nec adulterium, non propter hoc recuperat dotem. Ab. de donatio. inter uirum & uxo. c. Plerunque. Propter adulterium lucratur uxor donationes nuptiales, & dos ſibi reſtituitur. Gloſ. ut lite non conteſta. cap. Ad hæc.

Adultera petens reſtitutionem mariti repellitur per exceptionem adulterii, niſi uir adulteratus fuerit. De adulter. c. Intelleximus. Adulterium poteſt eſſe notorium per euidentiam facti, uel confeſſionem partis. Per teſtes non poteſt probari ad impediendum reſtitutionem expoliati, quia expoliatio priuilegiata eſt. Abb. ubi ſuprà. Vxor petens reſtitutionem uiri repellitur, ſi notorie fornicata eſt, & maritus conticuit. Vbi ſuprà. cap. Significaſti. Nec excuſatur uxor de adulterio, ſi temere dimiſſa eſt a uiro, qui tamen excommunicari poteſt, ſi ex iniuſta cauſa uxorem dimiſit. Ab. ubi ſuprà.

Mulier agit pro dote contra quemlibet detinentem bona mariti. De pigno. cap. Ex litteris. Propter maleficium mariti non debet uxor capi, nec dote priuari, etiam ut ſatisfaciat læſo. Fallit in uxore primi pilarij, quia dos capi poteſt ex quo mulier deliquit in illo officio. Si tamen habens ipothecam uelit precium dotis dare, non poteſt cogi ad dandum ipothecam uxori. Conſtante matrimonio poteſt uxor agere ad reſtitutionem dotis, ex quo uir cepit male uti ſubſtantia ſua, & male uerſari, ex quo exulat a patria ſua propter maleficium, maxime cum peruenitur ad diſtractionem bonorũ, & poteſt petere dotẽ, & donata propter nuptias, quæ hic debent deſeruire oneribus matrimonii. Omnia bona uiri tacite obligãtur uxori legis beneficio pro dote reſtituẽda. An mulier præferatur creditoribus anterioribus mariti habentibus actum perſonalem in dote conſequenda, uel ipothecam tacitam, opiniones, ideo ſtandum conſuetudini, qua ceſſante dicitur cum Glo. quod ſic, non autem præfertur anterioribus habentibus ipothecam expreſſam. Quo ad donationem propter nuptias, ſi mulier agit, non ut ea lucretur, ſed ut ſibi ſpecialiter obligata, gaudet priuilegio dotis, & hoc caſu agit potius pro dote, quam pro donatione. Si agitur pro donatione ut lucretur dotem, non præfertur anterioribus. Bona uiri ſunt obligata etiam ad palefrenalia uxoris, ſi uir illa adminiſtrat, non autem ſi mulier retineat apud ſe. Ab. ubi ſuprà. Si uir cœpit bona ſua diſſipare, poteſt uxor petere dotem, etiam matrimonio conſtante. Gloſ. de fideiuſ. cap. Eum pro quo.

Mulier nihil habens ſi acquirit aliqua bona, præſumitur, quod acquiſierit ex bonis uiri. Ab. de peculio cleri. c. Inueſtigandum.

Vxoris bona ſunt obnoxia pro culpa mariti in cauſa primi pilarii. Gloſ. de conſuetu. cap. Ex parte. Etiam bona filij mancipati, & ſecundum hoc poteſt defendi ſtatutum fallentium. uidelicet quod pro defectu fallentiæ patris poſſunt capi bona uxoris, immo & ipſi filij pro tali delicto poſſunt capi, quando pater fallit, & cedit foro, quia ex eadem cauſa ſunt inducta. Ex amore uxoris & filiorum retrahuntur ſæpe ab illa fallacia. Hæc ſtatuta inducta ſunt contra eos, qui fallunt ex propoſito, non autem quando ex neceſſitate, quia eſſent iniqua. Ab. ubi ſuprà. Nec ualet alienatio talis feudi etiam uxore conſentiente, niſi iuret non contrauenire. Glo. ubi ſuprà.

Vxor expoliata uiro eſt ei petenti reſtituenda, alias uir expoliatur ea, etiam ſi ſuiſſet pactum de ea non repetenda. Abb. de reſtitutio. ſpolia. cap. Litteras.

Vxor reſpectu ſeruitiorum dicitur quaſi famulu uiri. Abb. de couerſio. coniuga. cap. Quidam. De conſanguini. & affini. c. Non debet. Tenetur marito ſeruire affectu coniugali, & debet teneri in menſa, & in lecto a uiro. Ab. de præſump. cap. Illud quoque. In quibus tenetur ſeruire uiro, & quando tenetur laborare, uel non laborare. Ab. de reſtitutio. ſpolia. cap. Litteris.

Vxor infidelis ſi conuertitur ad fidem, gaudet priuilegio imperatoris, uidelicet ut in dote repetenda preferatur omnibus aliis, & ſufficit quod tempore, quo uult uti priuilegio, ſit fidelis. Abbas de diuor. capitu. Gaudemus.

Vxor ſi machinatur in mortem uiri, nec poteſt compeſci, poteſt expelli a uiro, & petenti reſtitutionem obſtabit exceptio ſeueritatis. Idem dic in marito perſequente uxorem odio capitali. prædictis caſibus matrimonium ſeparari poteſt quo ad cohabitationem mutuam. Ab. de diuor. c. Siqua. & Glo. ubi ſuprà. c. Quæſiuit.

Vxor non certa de morte uiri non poteſt contrahere cum alio, licet ignoret de marito, qui longo tempore abfuit, quid ſit. De ſponſa. c. In præſentia. Vt poſſit contrahere ſufficit, conſtet de morte uiri uere uel ueriſimiliter. An ſufficiat fama, opiniones. Si habet certum nuncium de morte poteſt nubere. Ab. ubi ſuprà. Dubitans de morte couiugis niſi prius certificetur, contrahere non debet, ſi contraxerit, reddet debitum, ſed non exiget. Si poſt ſcit primum uiuere, dimittet ſecundum. De ſecundis nup. c. Dominus. Intellige quando ueriſimiliter dubitat. Certa de uita prioris niſi ſecundum relinquat, eſt adultera. Ab. ubi ſuprà.

Vxorem tranſire ad ſecundas nuptias, uel incontinenter uiuere paria ſunt eo caſu quo tranſitus ad ſecunda uota non eſt licitus. Vnde uidua perdit tutelam filii, ſi incontinenter uiuat, ſicut per tranſitum ad ſecundas nuptias. Si incontinenter uiuat, perdit legatum ſibi factam a uiro. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Vxoratus.

Vxor reſtituitur uiro probanti deſponſationem, & copulam, & de ipſius impunitate caueuti, niſi magna ſit ſæuitia uiri. Abb. de reſtitutio. ſpolia. c. Ex tranſmiſſa. Vnde relinquenda eſt uiro, etiam ſi inſidietur uitę uiri, ſi tamen uir poteſt eſſe tutus. Abb. de iureiuran. cap. Quemadmodum. Compelli etiam poteſt brachio ſeculari ire ad domum uiri poſt ſententiam etiam ex falſa cauſa. Ab. de reſtitutio. ſpolia. c. Litteras.

Vxoris ſupponentis partum alienum, uel proprium ex adulterio nolentis illum marito detegere ſuſcipitur confeſſio. Abb. de pœni. & remiſ. c. Officii. An mulier excuſetur non reuelando, opiniones, ſi non eſt periculum in reuelando, & ueriſimiliter creditur mulieri, peccat non reuelando, & durante fraude pœnitentia non eſt fructuoſa, ſi non crederetur mulieri non habenti probationes ſufficit, quod peniteat abſque eo quod detegat, ne inducat ſcandalum ſine utilitate, ſi habet probationes promptas, uel ueriſimiliter ſibi creditur, ſed ſubeſt periculum mortis reuelando, debet tacere, quia ſic tantum eſt periculum rerum, ſed reuelando periculum corporis, & animæ, ideo debet eligere minus malum. Quod facilius permittatur ſcandalum, quam relinquatur ueritas intelligitur in teſte & iudice, nec perit

iuſtitia

iuſtitia in non reuelando. Debet tamen dare de ſuo tantum hæredibus uiri, uel eis quos uir inſtituiſſet probabiliter hæredes ſi crederet hunc non eſſe filium ſuum, & ſi dubitat, det pauperibus. Si non eſt potens ad ſatisfaciendum, pœniteat. Ab. ubi ſuprà.

Vxor eſt ſub poteſtate patris non uiri, niſi quo ad reddendum debitum, & ne operetur marito. Ab. de ſen. exco. c. Mulieres.

Vxor ſi ſponte recedit, nec ſuſcipitur a uiro, dum uoluerit redire, non dicitur ſpoliata uiro, quia non perdit propter hæc quaſi poſſeſſionem. Ab. de adulter. c. Intelleximus. Vxor poteſt repeti coram iudice eccleſiaſtico etiam contra laycum detinentem, quanquam non diſputetur de ualiditate matrimonii & eius ſubſtantia. Vxorem pater tenetur reſtituere filio, & compellitur per cenſuram eccleſiaſticam, quam iniuſte detinet. Ab. de ſponſa. cap. Non eſt.

Vxor non reſtituitur uiro expoliato, cum timetur de ſeuitia uiri. Secundo ſi incontinenti probatur impedimentum in aliquo gradu indiſpenſabili. Tertio ſi publice fornicetur. Quarto ſi uirgo fuerit, & timeatur corrumpi. Quinto ſi non uult cohabitare ſine iniuria creatoris. Glo. ut lite non conteſta. c. Ad hoc. Nec eſt reſtituenda, ſi non poteſt cum ea ſecure morari abſque periculo perſonæ, nec poteſt cautione ſufficienter prouideri. In ſimilibus nec uir debet reſtitui uxori, ſed ſeparandi ſunt quo ad thorum. Cautio debet fieri etiam ſi mulier incitat in odium culpa ſua, puta propter adulterium. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Litteras.

Vxor tenetur ſequi uirum uagabundum, ſi quando contraxit ſciebat illum uagabundum eſſe. Si ignorabat, uel poſt factus eſt uagabundus, non tenetur ſequi. ſi tamen ſe transfert ad alia loca, tenetur ſequi. In caſu in quo non tenetur ſequi, non tamen poteſt cum alio contrahere, ſecus eſt deſponſa. Abb. de ſponſa. c. De illis. Non tenetur ſequi maritum exequentem uotum terræ Sanctæ. Poteſt tamen ipſa uouere in ſubſidium terræ Sanctæ. Ab. de uo. c. Quod ſuper.

Vxor tenetur ſequi uirum, nec ualet contraria conſuetudo. Si etiam uxor ſe abſentet ex cauſa neceſſaria, uir tenetur ſequi eam. Obligantur uir & uxor ad obſequia mutua, & ſanus miniſtrare ęgrotanti. Vir tamen abſentare ſe poteſt ab uxore, dum tamen non diu ſter ſeorſum, nec dicitur ſtare diu, niſi quando alter fuit conqueſtus, uel conſtet notorie quod incontinenter uiuat. ſi ambo ſunt iuuenes, non debet iudex concedere ſeorſum ut diu ſtent propter periculum adulterii. Non tamen uxor tenetur ſequi uirum uagabundum, niſi tempore contractus eſſet uagabundus. Ab. de coniugio leproſorum. c. Peruenit.

Vxor ſi uouit abſtinentiam, non obligatur marito inuito, & ſi uir conſenſit prius, poteſt poſt reuocare, licet peccet, non tamen peccat uxor deſiſtendo, quia in hoc lege humana & diuina tenetur obedire uiro, non autem econtra, quia uxor eſt magis ſubiecta marito. Si uouit continentiam tenetur in præiudicium ſui, non autem uiri. Si de conſenſu uiri ad tempus, poteſt uir reuocare uotum, licet peccet ueniendo contra id in quod conſenſerat. Vxor tamen reſiſtere non poteſt. Idem ſi uouit perpetuam continentiam, ſi uir non uouit continentiam, licet in uotum uxoris conſenſerit. Si ambo uouerunt, non tenetur uxor obedire uiro petenti debitum. Si unus non ſeruat continentiam, an alius poſſit illum repetere, opiniones. Videtur tamen obligatio acquiſita Deo eſſe. Licet unus poſt peccet, non tamen alius

debet

debet aſſumere cauſam peccandi. Abb. de conuerſio. coniuga. c. Chariſſimus.

Vxor uouens de conſenſu uiri non poteſt uiro inuito perſoluere uotum perſonaliter. Abb. de confir. uti. uel inuti. cap. Ad audientiam. Nec poteſt uouere quod cum camiſia dormiat inuito uiro. Abb. de præſump. c. Illud quoque.

Vxores plures eſſe unius uiri non licet etiam apud infideles, quia de iure diuino prohibetur. Ab. de diuor. c. Gaudeamus.

Medicus peccat multipliciter medendo. Ab. de homici. c. Tua nos. & c. Ad ultimum. Vide. Irregularis medici.

Medicus promittens ſanare aliquem, qui conualeſcens poſtea recidiuat, an debeat mercedem recipere, opiniones. Melius eſt ſtetur iudicio medicorum. Ab. de homici. c. Presbyterum.

Medicus ſalariatus de publico non debet accipere ab infirmis, ſed a ſanis licite recipit, quia ſalaria non ſunt conſtituta pro ſanis, ſed pro infirmis, ſimile eſt de aduocatis ſalariatis. Ab. de poſtulan. c. Clerici.

Medici uocati ad infirmum debent ante omnia infirmum inducere ad confeſſionem, nec debent perſuadere quodcunque pro ſalute corporis tendens in periculum animæ, alias ab eccleſia debent artari. De pœni. & remiſ. c. Cum infirmitas. Per iſta uerba debet intelligi, quod inducant cum effectu. Non eſt hic lata ſententia, ſed inferenda, quia lex loquitur per uerbum futuri temporis. Nec ualet conſuetudo in oppoſitum, quia non eſt rationabilis. Nec tamen imponenda eſt pœna niſi in iure expreſſa, uidelicet arcendo ab ingreſſu eccleſię. Debet autem inducere ad confeſſionem antequam incipiat curam, & antequam conueniat de ſalario. Nec excuſatur medicus dicens, non conſulo, ſi tamen haberetur talis mulier incantatrix, de facili liberaretur, quia in fraudem legis dicitur. Abbas ubi ſuprà.

Medium ſemper eſt tenendum, quando aliquid mandatur fieri ad inſtar alterius, quod tamen non eſt diuerſum, ſumendum eſt magis rationabile alteri minus præiudicans. Ab. de conſuetu. c. Cum olim.

Membrum dicitur quod habet officium. Vnde ſecundum aliquos digitus non eſt membrum. Doctores tamen hic colligunt quod ſit membrum. Abbas de elec. cap. Significauit. Ne cleri. uel monach. cap. Clericos.

Membrum dicitur quod habet officium diſtinctum, & ſeparatum. Digitus non eſt membrum, ſed pars membri. Abb. de iureiuran. cap. Ego. Qui cleri. uel uouen. cap. De diacono. Vngula non eſt membrum, & male hic ſentit Hoſti. ſed nec digitus, qui tamen ſi abſcidatur, iniuria eſt enormis. Dicitur mutilatio membri proprie quando impeditur officium membri exerceri libere, & inducit irregularitatem. Ab. de ſenten. excom. cap. Cum illorum.

Mendax qui ſolet dicere mendacia quotidiana, licet nullum ledat non admittitur in teſtem, uel modica fides ei adhibetur. Repellitur magis dicens mendacium cum iactura alterius, & perſeuerans in eo. Ab. de teſti. c. Teſtimonium.

Contra mendacem de facili præſumendum eſt, & conuictus in una exceptione poteſt ad aliam tranſire, etiam contrariam puta ſi conuictus eſt de homicidio ad defenſionem ſui ſi ſe feciſſe allegat, debet admitti, ſed onus pro-

bandi ſibi incumbit. Abbas de ſolutio. cap. Is qui.

Meretrix eſt qui duos admiſit cauſa quæſtus. Ab. de uita & honeſta. cleri. c. Cum decorem. Item ſi duos admiſit inhoneſte, & tunc uidetur quæſtum palam facere. Ab. de ſponſa. c. Inter opera.

Meretrix non comprehenditur ſub diſpoſitione generali, qua criminoſi admittuntur ad exercitium aliorum actuum, niſi de eo ſpecialiter caueatur. Licet criminoſi ſint tamen propter eius uilitatem repellunt generaliter a legitimis actibus, & ſpecialis prouiſio requiratur circa ipſorum habilitatem. Ab. de ſimo. c. Tanta.

Meretrix quando poteſt recipere pręmium, & quando non poteſt. Abb. de immunita. eccle. c. Quia in pleriſque.

Qui per metum amiſſionis patrimonii renunciat beneficio, illud poteſt repetere. De his quæ ui metus uel cauſa fiunt. c. Abb. Admiſſio partis maioris omnium bonorum infert iuſtum metum, & renunciatio beneficii per metum tenet, poteſt tamen peti reſtitutio. Licet perdatur titulus, tamen reſtitutio fit in integrum ſine noua collatione, etiam quo ad damna quę paſſus eſt. Superiorum pręces non cauſant iuſtum metum niſi tales ſint qui ſeuire ſoleant in eos qui uotis eorum non placent. Non poteſt peti quod reſcindatur quando incidit in metum culpa ſua. Quæ metu fiunt tenent niſi in his caſibus. Primo in matrimonio contracto per metum. Secundo in dote promiſſa, uel ſoluta per metum. Tertio in rebus eccleſię traditis per metum. Quarto in uoto propter mentum humanum, non autem propter metum Dei. Quinto in iuriſdictione extorta per metum. Sexto auctoritas tutoris ęxtorta. Septimo abſolutio ab excommunicatione. Octauo in teſtamento quando teſtes ſunt detenti inuite. Nono in ſententia ferenda ſecundum aliquos. Decimo in conſtitutione procuratoris. Vndecimo in actu qui non poteſt ſeruari ſine peccato. Duodecimo in his quę iniuſte fiunt inter incarceratum & detentorem. Ab. ubi ſuprà.

Metus cadens in conſtantem uirum non eſt propter amiſſionem temporalium, niſi amittantur omnia, uel maior pars. Ab. de ſponſa. c. Gema.

Metus & coactio excludunt conſenſum, & conſequenter annullant actum dependentem a conſenſu in ſpiritualibns, ubi requiritur liber conſenſus, quia metus regulariter non excludit conſenſum, nec annullat actum ipſo iure, quia uoluntas coacta eſt uoluntas. Matrimonium eſt ipſo iure nullum ſi interueniat metus & coactio, nec reperitur quod reſcindatur ſicut in aliis contractibus. Matrimonium ut ſacramentum ſignificat unionem inter uerbum, & carnem, quæ libera fuit. Secundo ubi non eſt conſenſus non intenditur ad procreationem ſobolis & faciliter ſequitur adulterium. Cum ergo ſit contra tria bona matrimonii, ius non uult matrimonium ualere, ſed nec ualet dos metu conſtituta. In aliis geſtis ubi mētus infertur ſuper quo detinet, non ualet in aliis ſic. Incarceratus poteſt matrimonium contrahere, ſi non ſit propter hoc incarceratus. Abbas de ſponſa. capitu. Cum locum. Minor metus requiritur in muliere quam in uiro, propter eius fragilitatem. Vnde metus cadens in conſtantem mulierem dirimit matrimonium, & qui non cadit non impedit actum, etiam requirentem ſummam libertatem. Abbas ubi ſuprà. c. Veniens. Conſultationi. Si quis ſponte contraxit ſponſalia, & compellitur ad contrahendum per uerba de præſenti, metu non tenet matrimonium. Ab. ubi ſuprà. c. Requiſiuit.

Qui metu

Qui metu laycorum electioni de ſe factæ renunciauit, ſi renunciatio ſit iuramento, uel fide firmata ad quod electus erat regimini perfici poterit. De his quę ui metus & cauſ. fiunt. cap. Ad aures. Ab iſto iuramento poteſt epiſcopus abſoluere. Qui per metum cadentem in conſtantem uirum beneficio iurauit renunciare, & renunciauit poteſt illud repetere. Requiritur quod metus ſit non ſolum quando iurat, ſed etiam quando renunciat, alias non poteſt repetere, licet alii teneant, quod non oportet ſicut iurans quod reſtituat uſuras. Abb. ubi ſuprà. Qui abſolute coactus communicat excommunicato, non eſt excommunicatus, ſecus ſi coactio fuit conditionata puta metu mortis. De his quæ ui metus uel cauſ. fi. cap. Sacris.

Metus excuſans infertur per minas eius qui poſt ſolet ſeuire & non aliter. Ab. de off. & poteſt. iud. delega. cap. Quia quæſitum. De his quæ ui metus uel cauſ. fiunt. Abbas. Non excuſat ubi agitur de mortali, & mitius agitur cum ignorante quam cum patiente metum. Qui metu agit contra ſtatutum incurrit pœnam ſtatuti. Iudex tamen cum eo mitius agitur. Metus non excuſat ab irregularitate, nec a periurio, nec ab excommunicatione. Quomodo metus quilibet non excuſat a participatione cum excommunicato, & tamen excuſat participantem ne moriatur fame, opiniones. Licet participans cum excommunicato ſit excommunicatus, non tamen participans cum participantibus, quia excommunicatio non tranſit in tertiam perſonam. Vir perfectus potius debet pati mortem, quam peccare uenialiter. Communicans excommunicato peccat tantum uenialiter niſi in ſex caſibus. Primo ſi in contemptum clauium. Secundo in contemptum ſuperioris. Tertio ſi communicat in diuinis. Quarto in crimine propter quod excommunicatur. Quinto ſi eſt excommunicatus cum participantibus. Sexto ſi frequenter, & hæc opinio S. Tho. quæ utinam ſit uera. Primo quia Chriſtus hoc prohibuit & Apoſtoli, ſit tibi tanquam ethnicus, & publicanus. Secundo canones diuerſorum pontificum hoc prohibent. Abb. de his quæ ui metus & cauſ. fi. cap. Sacris. Excommunicatio iuſta, uel iniuſta non excuſat, quia ipſe dedit cauſam metus, niſi eſſet impedimentum ad promotionem, ſi ſic cito non poſſit adiri ſuperior, & tunc relinquitur arbitrio iudicis. Dignitas non excuſat ubi non ſunt minæ, ſed nec reuerentia mariti niſi præceſſerint uerba, uel uerbera. Quando quis conſueuit male tractare, eos qui ſibi non conſentiunt ſolæ minæ, uel ſola potentia inducere poteſt iuſtum metum, immo ſolas pręces. Iſta relinquenda ſunt arbitrio iudicis, quia etiam minor metus excuſat mulierem, magis quam uirum, poſſunt tamen prædicti implorare officium iudicis, qui non debet pati quod commodum reportet de uiolentia ſua. Abbas de his quæ ui metus uel cauſa fiunt. cap. Cum dilectus.

Quę metu fiunt tenent etiam in ſpiritualibus, licet ueniant reſcindenda reſtitutione petita probando metum. Abbas de his quæ ui metus uel cau. fiunt. capitu. Cum dilectus. Fallit in duobus ordinibus. Abbas ubi ſuprà. cap. Vide. Metus amiſſionis. Metu aliquid faciens, & poſt tacens non uidetur facere niſi interueniat aliquis actus poſitiuus puta primi actus approbatiui. Abbas de conuerſio. coniugato. capitu. Accedens.

Metus iuſtus tollens actum non inducitur præcibus principum, niſi quando ſolent male tractare non conſentientes. Abb. de elec. cap. Cum in-

Oo ij ter.

ter. Metus iuſtus non cauſatur ex imperio principis uel parentum, niſi præcedant minę uerborum, uel eſſent conſueti maletractare inobedientes. Ab. Qui cleri. uel uouen. c. Inſinuante. Minæ parentum inducunt iuſtum metum in muliere conſiderata qualitate parentum & minarum. Ab. de deſponſa. impuber. c. Ex litteris.

Metus licet annullat matrimonium, ipſo iure tamen per ſequentem copulam conualeſcit, ut ex nunc niſi probet ſe per uim cognitam, ſiue ſit ius præciſe puta, quia detenta ſuis conditionalis ut metus mortis, quia excludit libertatem conſenſus. Abbas de ſponſa. cap. Conſultationi.

Qui metu mortis profitetur religionem poſt ratum non habens, poteſt exire & contrahere matrimonium, ſecus ſi a principio, uel poſt factum conſenſit. De his quę ui metus uel cauſ. fiunt. cap. Perlatum. Metus uno modo probatur ſi in loco ſolitario quis euaginato gladio minatur mortem. Metus mortis annullat actum ipſo facto, nec tenetur proteſtari, ſed ſufficit probare metum. Durat metus durante uiro, quando uir eſt ita potens, quod ueriſimiliter mulier tenet, nec poteſt adire locum tutum. Ab. ubi ſuprà.

Metum paſſo non ſubuertitur niſi ſit talis, qui cadat in conſtantem uirum. De his quæ ui metus uel cauſ. fiunt. cap. Cum dilectus. Metus mortis, & cruciatus corporis, dicuntur cadere in conſtantem uirum, & dicitur talis, quando uir conſtans motus eſſet ex illo actu, & excuſat quando ſit id quod de ſe non eſt peccatum, alias non excuſat. Abb. ubi ſuprà. cap. Sacris.

Metus peccati non excuſat nec dat cauſam retractandi actum, ſecus in metu mortis corporalis, quia pater incutitur a Deo, ideo appetendus eſt. Metus mortis naturalis non excuſat accidentalis, caſualis non impedit actum nec inualidat profeſsionem quia talem metum quandoque incutit Deus ut homo conuertatur. Si ſit metus uiolentæ mortis non tenet egreſſus, ex quo fuit ut euaderet. Deus reſpicit cor. Prædicta adduci poſſunt ad ualiditatem, & inualiditatem cuiuslibet actus & uoti. Ab. de regula. cap. Sicut nobis.

Meum & tuum quum ſint pronomina demouſtratiua uerificantur de præſenti. Ab. de priuil. c. Cum capella.

De minimis curamus ubi eſt eadem ratio cum magnis. Ab. de appella. c. De appellationibus.

Miſterium idem eſt quod ſacrum miſterium. Miſterium ſacrum officium. Ab. de uita & honeſta. cleri. c. Vt layci.

Miſſam audire diebus dominicis, & aliis præcipuis feſtiuitatibus completam uſque ad benedictionem incluſiue eſt ſub præcepto ceſſante cauſa iuſta tam laycis quam clericis. Textus dicit implorari miſſas quia tam pro uiuis quam pro defunctis celebratur. Qui non audit peccat mortaliter. De iure intelligitur de miſſa maiori in cantu, ſed conſuetudo habet oppoſitum. Ab. de uita & honeſta. cleri. c. Clerici.

Presbyter parrochialis dominicis & feſtis alienos parrochianos ad miſſam admittere non debet, ſi ex contemptu ſacerdotis ae eorum eccleſiam accedũt. De parroch. cap. Vt dominicis. Tenetur parrochianus audire miſſam diebus feſtiuis, & facere oblationes, in propria parrochia, in aliis diebus, ubi uult. Si in diebus feſtis audit miſſam, alibi in contemptum proprii ſacerdotis ſine legitima cauſa peccat, quia contra præceptum

iuris,

iuris, & qui admittit tenetur reſtituere omnes oblationes, ſecus ſi ex legitima cauſa, & non ex contemptu, ſed quia alibi deuotius, & frequentius celebratur, uel propter prædicationem. Ex leui cauſa non debet dimitti parrochia, maxime in præcipuis feſtiuitatibus. Ad eccleſiam cathedralem omnes poſſunt ire. Omnes Chriſtiani peccant mortaliter, niſi in diebus dominicis, & feſtis audiant integre miſſam. Ab. de paroch. cap. Vt dominicis.

Miſſam qui celebrat ſine aqua, igne, in fermentato, uel in calice ligneo, ab officio, & beneficio deponitur. De celebratio. miſ. cap. Litteras. An quodlibet eorum ad depoſitionem ſufficiat, doctores non ponunt, regula tamen eſt, quod pro delicto enormi poteſt fieri depoſitio, nec ſemper requiritur dolus, ſufficit quandoque minima diſſipientia, uel craſſa ignorantia. Abb. ubi ſuprà. Celebrans in fermentato in eccleſia occidentali, non conficit corpus Chriſti. Gloſ. ubi ſuprà. Theologi tenent oppoſitum. Abb. ubi ſuprà. De uino plus ponendum eſt in calice quam de aqua. Vbi ſuprà. c. Perniciosſus. Non tamen debet poni tantum gutta aquæ, licet plus oporteat poni de uino, quia populus tranſit in Chriſtum per unionem caritatis, & plus exiuit de ſanguine ex latere Chriſti, & non legitur quod Chriſtus aquam appoſuerit. Abb. ubi ſuprà. Aqua tranſubſtantiatur cum uino in ſanguinem. Vbi ſuprà. cap. Cum Marthæ. Aqua non conuertitur in flegma. Vbi ſuprà. c. In quadam.

Miſſa celebrari poteſt dormitione non facta, ſed ſufficit ſit digeſtio perfecta Ieiunus dicitur qui digeſtionem perfecit. Abb. de accuſa. cap. Si ſleterit. Non licet celebrare in loco non conſecrato, etiam cum altari portatili ſine priuilegio quod epiſcopus concedere poteſt in ſua dioceſi tantum. Hoc priuilegium ubique habent fratres prædicatores, & minores, & epiſcopi, quando ſunt in tranſitu. Ab. de priuileg. c. In his. De iure communi miſsa non eſt celebranda, niſi in loco conſecrato etiam cum altari uiatico. Abbas in rubr. de conſecra. eccle. & alta. In diebus communibus celebrari poteſt uſque ad ſextam, in uigiliis uſque ad nonam, in quattuor temporibus uſque ad ueſperas. Abbas de celebratione miſ. cap. Presbyter.

Miſsam celebrare non debet qui ſcit ſe eſse in mortali, niſi prius confiteatur, nec ſufficit contritio, nec propoſitum confitendi, ex quo de præſenti confiteri poteſt. Non eſt neceſse quod pœnitentiam explicet, antequam celebret. Ab. de celebratio. miſ. c. De homine. Contritus qui non habet cum quo confiteatur cum propoſito ſatisfaciendi quam primum poterit, ſi eſt neceſſitas, poteſt celebrare, dum tamen propoſitum impleat efficaciter. Gloſ. ubi ſuprà. Celebranda eſt miſsa a ieiunis tantum, & contrafacientes poſſunt beneficio priuari. Abbas de celebrat. miſsa. cap. Ex parte.

Campanarum pulſatio, & cantus non ſunt de ſolennitate miſsæ, nec requiritur quod alta uoce celebretur. Abb. de ſenten. excommun. cap. Permittimus.

In miſsa deficiente ſubdiacono accolitus legit epiſtolam, niſi prius prophetiam legerit, quo caſu diaconus legit epiſtolam, & non aliter. Glo. de uita & honeſta. cleri. cap. Vt quiſque. Iſta Glo. non tenetur, quia qui habet maiores ordines poteſt ſemper ea, quæ ſunt minoris ordinis. Abbas ubi ſuprà.

In canone miſſæ ſi aliqua uerba reperiantur, quæ non inueniuntur in euangeliis credendum eſt quod Apoſtoli a Chriſto, & Apoſtolorum ſucceſſores ab Apoſtolis acceperunt. De celebra. miſſa. cap. Cum marthæ. Canon miſſæ non eſt omne quod dicitur in ſecreto, ſed illa uerba, quibus tranſubſtantiatio fit. Abb. ubi ſuprà.

In miſſis quæ de commemoratione Spiritus. S. Crucis, uel ſanctorum celebrantur, nec Gloria, nec Credo, ſunt dicenda. Dicitur tamen præfatio Beate uirginis. De celebratio. miſſa. c. Conſilium. Intellige quando dicuntur extra feſtum proprium. In miſſa commemorationis uirginis debet præfatio dici. Sunt tantum decem præfationes, aliæ ſi reperiantur, debent deleri. Ab. ubi ſuprà.

In miſsa oratio. S. Leonis, quæ dicitur ſecreta, mutata eſt, quia ſancti non indigent orationibus noſtris. De celebra. miſ. c. Cum Marthæ.

Qui ſimulat conſecrare in miſſa, & non conſecrat, grauius peccat eo, qui celebrat in mortali. Vbi ſuprà. c. De homine.

In miſsa poſt communionem ſacerdos debet manus perfundere uino, & ſumere uinum ſuperfuſum, niſi ſit celebraturus aliam miſsam, & perfuſione ſumpta non debet aliam celebrare. De celebra. miſſa. cap. Ex parte. Intellige quod dicitur de ſuperfuſione etiam in die natalis domini, & quando eſt de neceſſitate celebrandum. Ieiunium non eſt de neceſſitate ſacramenti, ſed de honeſta. Ab. ubi ſuprà.

In miſsa euangelium Ioannis non eſt de neceſſitate, & damnantur ſuperſtitiones. Qui audit non poteſt &c. Abbas de celebratione miſsa. c. Quidam.

In cena domini epiſcopus tantum celebrare debet in eccleſia ſua, & criſma conficere. De celebra. miſsa. c. Te referente.

Miſsa de feria non eſt dimittenda propter miſsam ſpecialem. De celebra. miſsa. cap. Quidam. Intelligitur quando non eſt niſi unus ſacerdos in eccleſia illa, quia ſufficit dicat miſsam occurrentem. Ab. ubi ſuprà.

Miſsa non eſt de ſubſtantia ordinis, nec conſecrationis eccleſiarum, epiſcoporum, uirginum, nec criſmatis, tamen prædicta ob reuerentiam ſacramentorum non debent expleri ſine miſsa. Gloſ. de electio. cap. Quod ſicut ex litteris.

Miſsæ pecuniales dicuntur ſpeciales appropriate ſicut peculium appropriatur alicui, ita & tales miſsæ appropriantur ei quod eſt quaſi peculium. Non debent peculiares audiri niſi ob reuerentiam Dei, & ſanctorum, non autem propter aliam deuotionem, puta ut habeat meliores ſegetes. Ab. de celebra. miſsa. c. Quidam.

Miſsæ de ſanctis proſunt. Primo ut magis glorificentur in terris a fidelibus. Secundo ut apud Deum augeatur gloria ſecundum opinionem. Tertio ut ſit gratiarum actiones. Abbas de celebratione miſsa. cap. Cum Marthæ.

Miſsæ duæ in eccleſijs collegiatis debent collegialiter celebrari, una pro defunctis, alia ſecundum occurentiam diei. De feſto, ſi feſtum fuerit, uel de feria. De celebra. miſsa. cap. Cum creatura. Clerici eccleſiæ collegiatæ peccant non dicendo ſolenniter duas miſsas in die. Miſsa defunctorum præfertur miſsę de feria, quę propter feſtum omittitur, non autem miſsa pro defunctis. Ab. ubi ſuprà.

Miſsas plures non debet quis celebrare, niſi in natiuitate domini, & propter aliquam neceſsitatem. De celebra. miſsa. cap. Conſuluiſti. Vtilitas in-

telligitur

telligitur hic non ſacerdotis, ſed tertiæ perſonæ. Neceſsitas bis celebrandi eſt, ſi aliqua magna perſona ſuperuenerit, puta epiſcopus, uel alius magnus uir. Item quando in eccleſia conſueuerunt duæ miſsæ celebrari, & defuit unus ſacerdos. Item quando non habet euchareſtiam, & infirmus debet communicari. Gloſa quę dicit quod poteſt unam de dieo & aliam pro defunctis dicere, uidetur contra textum, quia non excipitur niſi dies natalis, & neceſſitas. Ab. ubi ſuprà.

Miſsam nullus debet celebrare ſine clerico. Ab. de uita & honeſta. cleri. cap. Vt quis. Poteſt tamen miſsam dicere cum laycis deficientibus clericis. Ab. ubi ſuprà. c. Vt layci.

Miſsa dicitur myſterium, quia habet ueritatem reconditam, & ſacramentum, quaſi ſacræ rei ſignum. Abbas de uita & honeſta. cleri. cap. Vt layci.

Moderationis uerbum diminutionem continet, non augmentum. De uerbo. ſignifica. c. Tranſmiſsæ.

Momentum eſt 40ª pars horæ. punctus quarta pars. Ab. de cauſa poſseſsio. & proprieta. c. Suſceptis.

Monachorum nomine ueniunt omnes religioſi, ubi prohibens aliquid monachis habet reſpectum ad religionem, & non ad ordinem monachorum tantum. Conſtitutio fundata ſuper qualitate aliqua ad omnes exiſtentes ſub illa qualitate extenditur, licet ex aliqua incidenti habeat diuerſa nomina. Religioſi omnes profitentur tria uota, ideo ubi canon fundatur ſuper religione extenditur ad alios, quia in his conueniunt, & conſtitutio emanauit reſpectu religionis. Si conſtitutio de monachis nigris loqueretur ratione addditi, uidelicet nigri ad monachos nigros tantum extenderetur. Ab. de poſtulan. c. Ex parte.

Qui efficitur monachus ut efficiatur Abbas etiam ſi dignitatem reſignat tenetur tamen eſſe monachus, licet ficta & non ſincera fuerit eius intentio, Simulatio fuit ob inhoneſtam cauſam, ideo non excuſat, ut dicit Glo. Ab. de elec. c. Cum ad noſtram.

Monachus ſiue ſit prælatus, ſiue non, quicquid acquirit, monaſterio acquirit, & non ſibi, ſiue acquirat ex aliis domibus religioſis, ſiue ex ſucceſsione agnatorum, ſiue aliorum, ſiue ex contractu. Licet ſimplex monachus non poſſit contrahere ad utilitatem ſuam, tamen ad utilitatem eccleſiæ, tenet contractus, ſiue ſtipuletur ſibi, ſiue monaſterio, ſiue imperſonaliter ſemper acquirit monaſterio ad inſtar ſerui. Iura quæ loquuntur de acquiſitione ſeruorum, poſſunt trahi ad acquiſitionem religioſorum. Ab. de ordina. c. Quanta deuotio.

Monachus exiſtens in ſtudio poteſt obligare omnia bona monaſterii in neceſſariis ſibi, in aliis non poteſt. Sed nec poteſt obligare bona monaſterii, quando eſt ibi ſine licentia ſui Abbatis. Ab. de off. iud. ordinar. c. Quanta deuotio. Monachus eſt melioris conditionis clerico, cum poſsit ad clericorum officium eligi, & ad beneficia, & non econtra. Omnis monachus eſt clericus, & in clericali officio conſtitutus; ſed non econtra. Gloſ. de elec. cap. Cum ad noſtram. Non tamen poteſt religioſus habere beneficium non curatum, quia conceditur hoc in beneficium curæ, & prædicandi quod eſt ualde priuilegiatum, & in fauorem religionis, & quia clerici non de facili poſſunt inſtitui in eccleſia monachali, ſed econtra. Abb. ubi ſuprà.

Monachus coram, quo iudice debet conueniri, quando coram Abbate, &

quando coram epiſcopo, opiniones. Ab. de officio iud. ordina. c. Quanta deuotio.

Monachus poteſt concedi procurator amico monaſterii per Abbatem. Ab. ubi ſuprà.

Monachus poteſt recipi uacante monaſterio, quando eius receptio pertinet ad Abbatem, & monaſterium ſimul, quia eo caſu poteſtas reſidet in conuentu uacante monaſterio. Induci tamen poteſt conſuetudo, quod receptio pertineat tantum ad conuentum. Vbi receptio pertinet ad Abbatem tantum, non poteſt recipi. Abbas de elec. & elect. poteſt. cap. Officii tui.

Monachus poteſt ſtipulari ſuo monaſterio ſine alio mandato. Abb. de off. iud. ordina. c. Quanta deuotio.

Monaſteriorum bona quando quilibet locus eſt ab alio diuiſus, ſic quod quilibet locus recognoſcit ſua bona, unius loci bona non poſſunt alteri applicari, etiam per ſuperiorem prælatum. Ab. ubi ſuprà.

Monaſteria in quibus ſunt exempta ab epiſcopo. Vide. Lex dioceſana. Poſſunt habere iuriſdictionem temporalem, & exigere condemnationem pecuniariam pro exceſsibus ſubditorum. Abb. de off. iud. ordina. cap. Dilectus.

In monaſterio delinquens non ſubiicitur ratione criminis Abbati, ſed epiſcopo, qui ſolus habet dioceſim. Ab. de off. iud. ordina. cap. Cum ab eccleſia.

Monaſteria non debet epiſcopus moleſtare præterquam in cauſa correctionis, nec debet eis oblata uendicare ſibi. De ſtatu monacho. cap. Theodoſius. De iure communi ſunt tamen ſub cura epiſcopi, qui non poteſt eis imponere grauamen præter correctionem, cum ſint exempta ſicut a communibus obſequiis. Si monaſterium habet populum eſt ſubiectum epiſcopo, quo ad legem dioceſanam, quæ concernit populum. In non concernentibus populum monaſterium ſeruatur exemptum, poteſt tamen epiſcopus ſi monaſterium habet populum, mittere monachum ad aliquam legationem in concernentibus facta populi, nec tenetur monaſterium ad caritatiuum ſuffragium. Abb. ubi ſuprà. cap. Monaſterium. Subiicitur epiſcopo in cuius eſt dioceſi, niſi probetur exemptum. Ab. de religio. domi. cap. Cum dilectus.

Monaſterium licet mutet ſtatum de regularibus ad ſeculares non propter hoc mutat ſubiectionem, ſed remanet eccleſia ſubiecta illi, cui primo ſubiiciebatur, licet in aliis mutet mores. Si monaſterium exemptum reducitur ad ſtatum ſecularem, eccleſia remanebit exempta. Ab. de capell. monacho. c. Dilectus.

Domus religioſi poteſt ex toto ſe transferre ad artiorem religionem alterius ordinis auctoritate ſuperioris, puta epiſcopi. Abbas de ſtatu monacho. c. Recolentes.

Monaſterium ſi unitur alteri monaſterio ut monaſterium habeat Abbatem ſuum, & monachos, ſicut prius, ſecus ſi uniatur ut capella. Ab. de religio. domi. c. Quia monaſterium. B.

Monaſteria monialium clerici frequentantes deponuntur, layci excommunicantur. De uita & honeſta. cleri. c. Monaſteria. Ex frequentatione præſumitur malum. Nec excuſantur conſanguinei, ſed nec qui uadunt ad monaſteria, & non loquuntur, ideo requiritur cauſa rationabilis & manifeſta.

Sicut

Sicut nec hoſpitia commatrum, & beghinarum ſunt frequentanda, nec ſufficit conſcientia. Qui peccat cum moniali ſi eſt clericus in quocunque ordine debet deponi,& in monaſterium trudi. Si laycus, decapitatur,& omnia eius bona applicantur monaſterio. Talis committit ſacrilegium, & adulterium, & poteſt accuſari accumulatiue de ſingulis. Abbas ubi ſuprà.

Moneas, & inducas, per iſta non datur poteſtas compellendi. Ab. de ſimonia. c. Per tuas.

Mores referuntur ad ea quę ſunt extra ſacramenta, & ritus ad ea quæ ſunt in ſacramentis. Ab. de baptiſ. c. Licet grecos.

Mortis nomine uenit mors naturalis, & ciuilis, ubi mors ciuilis operatur eundem effectum, quem naturalis, nec mors naturalis ſequens allatiua eſt aliquid ad mortem ciuilem. In aliis non oportet. Ab. de conuerſio. coniuga. cap. Cum ſis. Vbi mors ciuilis operatur effectum omnem quem naturalis, ciuilis, & naturalis æquiparantur, nunquam tamen æquiparantur niſi in caſibus in iure expreſſis. Ab. de præben. cap. Niſi eſſet. In lege antiqua quando mors infertur, in canone nomine mortis uenit excommunicatio. Ab. de homici. cap. Si quis.

Interfectus in aliquo facinore præſumitur mortuus in illo peccato, etiam in extremo uitæ, nec præſumitur contritio ex quo patet de peccato præcedenti niſi per ſigna extra contrarium conſtet de contritione, pro talibus non eſt orandum in eccleſia aliquo modo. Ab. de fur. fures.

Mulier non poteſt adoptare nec leuare de fonte, quia per arrogationem filius tranſit in poteſtatem arrogantis. Femina non poteſt habere filium in poteſtate. Ab. de cogna. ſpiritua. c. Veniens.

Mulier non debet ſtare ad altare dum celebratur, poteſt tamen accedere cauſa communionis, & offerendi. Conſecrata etiam mulier non debet incenſum ad altare portare. Ab. de uita & honeſta. clerico. c. Vt layci. Nec præſumat ad altare accedere, aut presbytero miniſtrare, aut inter capellas ſtare, uel ſedere. De cohabita. cleri. & mulie. c. Inhibendum.

In mulierem compromitti poteſt ut in arbitratorem, nô autem ut in arbitrum, niſi ex dignitate habeat iuriſdictionem. Abb. de iureiuran. cap. Quintiualis.

Mulier eſt capax iuris conferendi præbendas etiam ſacerdotales ex priuilegio papæ, non autem ex conſuetudine, quia hoc non licet layco. Sine alio priuilegio in eam cadit ius patronatus, Vnde hæredes maris & fœminæ pariter ſuccedunt in iure patronatus. Ab. de teſti. c. Dilecto. Poteſt etiam eſſe procuratrix papæ, & eccleſię de mandato ſpeciali papæ. De confir. uti. uel inuti. c. Cum dilectus.

Mulier præcidens capillos ſine cauſa eſt excommunicanda. Coma ſignum eſt ſubiectionis. Moniales debent habere tonſuram uſque ad aures, Nupta debet caput uelare in ſignum ſubiectionis. De uita & honeſta. cleri. c. Si quis.

Mulier conuenitur per clauſulam, quidam alii qui ſuccedunt. Ab. de arbi. c. Dilecti filii.

Mulieri dicenti ſe concepiſſe ex monacho aſſerente contrarium non creditur, nec ſi dicit ſe aborſum paſſam ex leui cauſa, uel ludo cum ea. Ab. de homici. c. Sicut.

Mulier in dignitate conſtituta poteſt habere ius patronatus, & conſequenter

ius

ius præſentandi. Idem eſt de priuata perſona. Si mulieri data eſt in dotem eſt uilla in qua erat ius patronatus, præferendus eſt præſentatus per uxorem præſentato per uirum. Abb. de conceſſio. præben. cap. Cum dilecta.

Mulier contra alienationem rei dotalis, cui ſponte conſenſit, & non contrauenire iurauit, non auditur. De iureiuran.cap. Cum contingat. Conſentiens alienationi factæ per maritum de re dotali, uel donata, uel de re utrique communi non præſumitur inducta dolo, uel ui, niſi probetur, nec excuſat reuerentia mariti, & conſenſus ſine iuramento nullam obligationem inducit conſtante matrimonio. Vnde ſi maritus, uel alius uendit, tenetur fideiuſſor, non autem ſi uendat mulier. Abb. ubi ſuprà.

Vidua ſequitur domicilium uiri præmortui, & retinet honorem mariti primi, & dicitur regina ſi uir fuit rex, donec uiro inferioris gradus nupſerit. Miles tamen & doctor non tenentur uxorem uocare dominam, quia illa priuilegio utitur iure mariti, ideo non poteſt illo uti contra eos. Abb.de foro compet. c. Ex parte. B.

Mulier obligatur ex fideiuſſione, ſi iurauit, & non aliter. Ab. de iureiuran.c. Ex reſcripto.

Mulier eſt de foro eccleſiæ, ſi peccat cum clerico. Qua pœna puniatur iura ſunt uaria. Ab. de cohabitatio. cleri. c. Si quiſquam.

Mulier habens iuriſdictionem de iure communi, uel conſuetudine poteſt per ſe in ſua iuriſdictione iudicare, & de meritis cauſæ cognoſcere. Regulariter tamen remota eſt ab omni officio publico uirili, quale eſt ſuſcipere arbitrum, poteſt tamen amicabiliter componere. Non poteſt in mulierem compromitti etiam per iuramentum, quia tollerare hoc officium in muliere non deſcendit a conſenſu partium. Conſuetudo poteſt dare iuriſdictionem mulieri, quia non prohibetur niſi propter honeſtatem, contra quam ualet conſuetudo. Præcedentes tamen.i.quæ nuptæ ſunt principibus, quia dignitatem non habent iure proprio, ſed ex radiis uiri admittuntur. Si tamen ipſa habet commitatum ceſſante omni conſuetudine poteſt exercere iuriſdictionem in ſubditos. Ab. de arbi. c. Dilecti filii.

Mulier poſt partum ſtatim poteſt ingredi eccleſiam, nec tenetur abſtinere per aliquot dies ſecundum legem moyſi. De purifica. poſt partum. cap. Volens. Approquinquanti ad partum an debeant fieri quæ conceduntur in articulo mortis, opiniones. Mihi uidetur quod conſideretur qualitas mulieris, & eius conſuetudo, & ſi ueriſimiliter dubitatur de morte ſit locus indulgentiæ. Ab. de pœni. & remiſſio. c. Quod in te.

Mulier non poteſt prædicare, nec docere, nec ſacra uaſa contingere, nec uelare moniales, nec abſoluere, nec iudicare, niſi forte aliqua nobilis hoc habeat ex conſuetudine, nec arbitrum in ſe ſuſcipere, nec eſſe procuratrix in iudicio, niſi forte pro patre morboſo, uel etate impedito, nec poteſt aduocare in iudicio, & generaliter uiri officium eſt mulieribus interdictum. Glo. de pœni. & remiſ. c. Nouit.

Mulier ſecundum conſuetudinem gallicanam ſuccedit in dignitate, ſed non de iure communi in dignitatibus feudatalibus niſi aliud ſit dictum in conceſſione feudi. In dignitatibus non feudatalibus de iure communi ſuccedit. Abb. de reſcriptis. cap. Significauit. Succedere poteſt ab inteſtato in dignitatibus habentibus iuriſdictionem in terris, & in caſtris. In feudo non ſuccedit, etiam coexiſtentibus fratribus, niſi in conceſsione feudi hoc dictum

ctum ſit, & tunc ſuccedit deficientibus maſculis, & non aliter. In non feudatalibus ſuccedit in principatu primogenitus de conſuetudine, & illi ſecundo genitus, & deficientibus maſculis fœminæ. Si non ſit dignitas, indifferenter ſuccedunt mares, & fœminæ. Si tamen feudum eſt fœmineum, ſuccedit fœmina, licet aliud non ſit dictum in conceſsione feudi. Ab. de arbi. c. Dilecti filii.

Mulier poteſt eſſe tutrix filiorum, & nepotum ſi renunciat ſecundis nuptiis, & renunciat beneficio uelleiano, uidelicet quod non obligetur pro alienis debitis, alias non poteſt, tenet tamen adminiſtratio etiam ſine inuentario. Non tamen compellitur eſſe tutrix, ſi non uult, poteſt etiam dari tutrix in teſtamento paterno. Prædicta non procedunt, ſi mater non petierit tutorem dari filio infra annum, & priuatur ſucceſsione pupilli ſi defecerit in pupillari ætate. Idem eſt de quolibet alio qui poteſt ſuccedere ab inteſtato impuberi. Mater & auia poſſunt eſſe curatrices. Ab. de appellatio. c. Ex parte. M.

Mulier dicitur uidua ex nominis ſignificatione omnis quæ eſt ſine uiro, etiam nunquam nupta, ex uſu tamen dicitur cuius maritus mortuus eſt, ſi tamen prius fuit cognita ab eo, & non aliter. Abb. de foro competen. c. Ex tenore.

NAtus non dicitur, qui ſtatim deceſsit. De uerbo. ſignifica. cap. Nam & ego.

Neceſsitas in his quæ ſunt ſecundum ſe mala ut adulterari non excuſat, quia prætextu paupertatis non ſunt committenda. Si ſint in ſe mala quæ tamen tempore neceſsitatis deſinunt eſſe mala, ut furtum in extrema neceſsitate excuſat ab omni culpa. ſi non eſt tanta neceſsitas, alleuiat, ſeu non excuſat ex toto. Abbas de ſimo. cap. Quoniam. A peccato excuſat neceſſitas, quia contraria uoluntati ſine qua nullum eſt peccatum. Ab. de regu. iur. cap. Quod non eſt. Neceſsitas facit quod eſt illicitum licitum. Abb. ubi ſuprà.

Qui negat aliquid, negat omne id per quod peruenitur ad illud. Ab. de cleri. exco. c. Poſtulaſti.

Dictiones negantes aliquem actum certo tempore non ponunt implicite illum actum alio tempore, & ſic facto negatiuo non ponitur aliquod ineſſe. Si teſtis deponit antequam titius ueniret domum filius percuſsit. Si probatur quod titius non uenerit domum, non propter hoc teſtimonium eſt falſum. Ex facto negatiuo non ſequitur neceſſario aliqua affirmatio. Ab. de uerbo. ſignifi. c. Quod dicitur.

Negatio præcedens uerbum poteſt denotat neceſsitatem. Ab. de fid. inſtrum. c. Si ſcripturam.

Negationes duæ faciunt affirmationem unam quando referuntur ad idem, non autem ſi ad diuerſa puta una ad cor, alia ad os. Item ubi referuntur ad diuerſa in eadem oratione contenta. Item niſi ſequatur contrarius, & abſonus ſenſus, quia una ſtat proprie, & alia ſuperabundanter. Ex abundantia cordis quandoque quis geminat negationes. Si ponuntur tres, & non ſequitur contrarius, & abſonus ſenſus, erit negatio. Ab. de iureiuran. c. Et ſi Chriſtus.

De negligentia redargui non poteſt qui rem cuſtodiendam ponit ſub clauibus, ſed nec de incauta cuſtodia, & hoc nota pro recipientibus accommoda-

modatum, uel depoſitum. Abb. de cuſtodi. eucha. c. Statuimus.

Negligentia prçlati eſt peccatum mortale. De accuſa. c. Propoſita. Vbi ſuperior debet ſupplere negligentiam inferioris, & ius non præfixit terminum inferiori, debet monitio præcedere prouiſionem ſuperioris. Abb. de magiſtr. c. Prohibemus.

Negocium ſignificat actum alicui rei cuius contrarium eſt ocium, ideo nomine cauſæ actio dicitur negocium, quia ſine ocio. De uerbo. ſignifica. c. Forus.

Negociatio eſt iuſta cauſa nauigandi, & itinerandi, & quę dicatur proprie iuſta negociatio. Ab. de rapto. c. Ex communi.

Negociatio propter lucrum eſt illicita. Ex iuſta & honeſta cauſa puta propter utilitatem rei publicę, & conſeruationem familię eſt licita, ita tamen quod res integra non uendatur carior, quam ſit empta, niſi fiat mutatio loci, uel temporis. Non tamen licita eſt negociatio in his, quæ nec per ſe, nec admixta poſſunt eſſe uſui. Negociatio coloris quo mulieres colorantur ſecundum Hoſti. eſt illicita. Si exerceat negociationem licitam, ſed ex cauſis prædictis illicitam tenetur ad reſtitutionem. Abb. ne cle. uel monach. c. Multa.

Negocia ſecularia enumerat concilium a quibus iubet clericos in ſacris & monachos abſtinere. Ab. ne cle. uel. monach. c. Multa ſunt. Includuntur beneficiati in minoribus. Ab. ubi ſupra.

Nepos proprie filius filii, ex communi tamen uſu nomine nepotis uenit filius fratris uel ſororis, & ſic intelligitur in ſtatutis, quia communis uſus loquendi refertur proprie ſignificationi uerborum. Abb. de conſangui. & affi. c. Tua nos.

Neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ dicuntur cenſuræ, quia in eis conſiſtunt uires eccleſiæ, quæ flectuntur, ſed non franguntur, & contra eas non poteſt induci conſuetudo, ſed nec contra eccleſiaſticam diſciplinam. Ab. de conſue. c. Cum inter uiros.

Nobilitas ſecundum homines mundi eſt quædam qualitas illata per habentem principatum, qua diſcernitur inter plebeos, ideo non quilibet natus liber etiam uirtuoſus eſt, uel dicitur nobilis. Apud Deum nobilitas ſumma eſt clarum eſſe uirtutibus. Monachus propter monachatum perdit nobilitatem. Glo. hic. Ex quo debet una cum aliis uiuere & ſine delectu perſonarum ſunt omnes æqualiter tractandi per ſuperiorem. perdit nobilitatem in ſtatutis, ubi ſit mentio de nobilibus, illa non extenduntur ad religioſos. Ab. de purga. cano. c. Nobilis.

Nobilitas eſt generis, & in hac laudantur parentes, alia eſt uirtutum, & hæc eſt nobilitas animi, & præponitur nobilitati generis. Vbi quis eſt utroque modo nobilis eſt magis honorandus, licet magis ſit comendandus qui ex parentibus pauperibus uirtuti ſe dicauit. Nobilis ex genere non eſt reſpuendus. In Dei eccleſia nobiles, & ignobiles ſunt admittendi, dummodo aliter ſint ſufficientes. Qui ſunt præferendi ceteris paribus. Ab. de præbend. cap. Veritatis. Nobilis moribus pręfertur nobili ex genere, quia ille acquirit nobilitatem a ſe, alter ab alio. Ab. de donatio. c. Prouidentes.

Nobilitati deferendum eſt in pœnis inferendis etiam per papam. Non enim ſeueritas contra omnes eſt æqualiter exercenda, quia ſæpe contingerent ſcandala, & ſciſmata. Ab. de pœnis. c. Grauem.

Igno-

Ignobilis dicitur qui uilem artem exercet, & talis non debet promoueri ad regimen ciuitatis. Ab. de cleri. non reſiden. c. Quia nonnulli.

Nomen appellatiuum uel ab euentu remanet, ſi tamen habitus de facili reducibilis ſit ad actum. Vt auguſtus. Ab. in prohe.

Nomen bonum habere eſt bonum, quia horrendo nomine ſæpe ſuſpicantur mala, & a malo euentu impoſitum. Si nomina uenderentur deberent bona nomina emi magno precio. Hac cauſa mutantur nomina in creatione papę. Ab. de præben. c. Cum ſecundum.

Nomina quæ poſſunt capi, & in genere & in ſpecie ut ciuitas & diocesis in materia odioſa, debent capi in ſpecie non in genere, ſecus in materia fauorabili. Ab. de reſcrip. c. Rodulphus.

Nomen proprium mutatur ex cauſa. In papa & religioſis, & in libero mutari poteſt, non autem in ſeruo. Abb. in proœm. in uerbo. cap. Gregorius.

In nominibus propriis non ualet argumentum ab ethimologia, quia imponuntur ad placitum. In appellatiuis negatiua ualet, ſi nomina ſumantur ex eſſentiali natura rei, non autem ſi ex eo quod deſideratur uel rationabiliter in eſſe deberet nominato. Affirmatiua ualet, niſi ethimologia contradicat diffinitioni, quę pręfertur ethimologiæ. Abbas de iudi. cap. De quo uult Deus.

Nomina uerbalia ſignificantia dignitatem, uel exercitium ad quam, uel quod non ſufficit unus actus exercitus, exercentes ſi dependeant ab alio, tunc exercitium nominis uerbalis non habet inducere illum effectum. Vnde non omnis qui docet dicitur doctor, quia ad hoc requiritur quod ſit approbatus, nec omnis qui imperat dicitur imperator, ſed oportet quod eligatur. Fallit tamen in aliquibus in abigeo, in errore, in mercatore, quia proprie mercator eſt qui plures negociationes facit. Abb. de iudi. cap. De quo uult Deus.

Notarius quot & quibus nominibus nominatur. Abbas de proba. cap. Quoniam. Dicitur publicus ſeruus. Abbas de fid. inſtrumen. cap. Inter dilectos.

Notarius factus clericus, uel religioſus non perdit ipſo facto officium, ſed non debet illud exercere niſi in crimine hæreſis. Idem ſi fiat decurio, uel aduocatus. Si clericus fiat tabellio non perdit beneficium, nec priuilegium clericale, niſi exerceat officium in pœna ſanguinis. Ab. ne cle. uel monach. c. Sicut te. Vide. Clericus.

Notarius quomodo poteſt creari. Abb. de fid. inſtrumen. c. Cum dilectus. Vide Inſtrumentum pręſidis. Creare notarium poteſt papa & imperator & princeps non recognoſcens ſuperiorem de facto. Ciuitas exercens iura principis & habentes iuriſdictionem reſpectu iuriſdictionem eorum prælati in eorum iuriſdictionibus & ſpiritualibus pertinentibus ad eos. Ab. de fid. inſtrum. c. Cum. P.

Notario non creditur de his quæ incidenter narrat & nominat, ſed tantum de his de quibus rogatus eſt. Abb. de off. & poteſt. iud. delega. c. Cum in iure peritus. Creditur in examinatione teſtium. Vnde dum publicantur ſi unus negat ſe ita dixiſſe, in ciuilibus creditur notario, quia perſona publica eſt, niſi ſit ſuſpectus, uel teſtis ſit perſona multum notabilis. In criminalibus, non creditur ſcripturæ notarii contra examinatum, quia in talibus oportet probationes eſſe clariores luce meridiana. Abbas

de præ-

de præſump. capitulo. Ad audientiam.

Notarius curiæ ſi iudex ſibi aliquid commiſit non debet ſcribere, quia non adhibetur ſibi fides in attribuendo ſibi officium. Abb. de cleri. non reſiden. c. Fraternitati.

Notario damnato de falſo, ſcriptura confecta poſt damnationem, in officio commiſſo non debet recipi ut autentica. Ex quo damnatus eſt auctor, opera ſua non faciunt fidem. Scriptura ante condemnationem ualet, quia in publico officio tolerabatur, non autem confecta poſt condemnationem. Si damnatus eſt de falſo extra officium tenent inſtrumenta. Si inſtrumentum continet plura capitula, & tollitur falſitas ex uitio notarii, inſtrumentum corruit ex toto, licet non ſit falſitas niſi in uno capitulo. Circa ſubſtantiam negocii, uel eius circunſtantias. Si falſitas ſit circa ea quę non faciunt ad negocium puta, quod contrahentes ſunt conſanguinei ualet inſtrumentum. ſi ſit conſpectus circa ſubſtantialia non ex uitio notarii, ut ſi non ſit poſita iuditio, non ualet inſtrumentum. Abbas de hære. c. Fraternitatis.

Notarius non habet dignitatem ſed habet quoddam munus. Ab. de hære. c. Fraternitatis.

Notarius in crimine hęreſis. Abb. de hære. cap. Si aduerſus. Vide. Aduocatus.

Notarius imperatoris, uel alterius layci poteſt conficere inſtrumenta in terris eccleſię & ſuper rebus eccleſiaſticis, etiam in cauſa electionis, quia ſtipulatur in uſuris recipiendis. Secundo conſuetudo patriæ poteſt dare poteſtatem conficiendi inſtrumenta non habenti, ergo eſt officium ſeculare & non clericale, & extenditur hoc officium per uiam facultatis cuiuſdam, & officii obtenti a principe, non autem per uiam iuriſdictionis. Non autem poteſt præcipere clericis, ut impleant promiſſa. In ſpiritualibus notarii exercent nudum miniſterium. Abbas ne cleri. uel mona. cap. Sicut te.

Notarii infamis an ualeant inſtrumenta. Abb. de fid. inſtrumen. cap. Cum dilectus.

Notarius poteſt per alium inſtrumentum ſubſcribere, dummodo in ſubſcriptione hoc ipſum fateatur. Ab. de fid. inſtrum. c. Inter dilectos.

Notarius requiſitus ſemper poteſt conficere inſtrumenta, etiam ſi ſit infamis, niſi commiſerit falſitatem in officio. Ab. ne cleri. uel monach. c. Sicut te. Perdito inſtrumento poteſt ex originali aliud facere, nec uitiatur inſtrumentum, ſi in alia perſona loquatur, quam inſtrumentum perditum. Inſtrumentum ſuper eodem facto confectum non uitiatur, licet diuerſimode loquatur dummodo in ſubſtantia conueniant. Inſtrumentum poteſt loqui in prima, uel tertia perſona, licet inter contrahentes multa præceſſerint, tamen ſi tempore inſtrumenti uerbo omnia non fuerunt replicata illud uidetur actum eſſe quod reperitur ſcriptum, etiam ſi aduerſa pars probet aliter eſſe contractum, quam ſit ſcriptum. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Dudum.

Notarius in inſtrumento non debet ponere nomina canonicorum abſentium, ſed tantum præſentium, & propria, uel eorum circunſtantias. Si uniuerſitas conſtituit Sindicum ad uendendum, debent exprimi nomina ſingulorum de uniuerſitate. Si ad alia negocia in collegiis magnis non oportet, in paruis debent exprimi ſecundum aliquos, & tutius eſt ſecundum aliquos

ut om-

ut omnium nomina exprimantur. Ego concluderem quod exceptis cauſis a iure expreſſis non oportet nomina ſingulorum exprimere, licet ſit utile. Hic tamen dicitur quod non ſcribantur nomina abſentium. Si notarius non eſt conſcius falſi, ſed ſcripſit ſecundum quod dicebant partes, inſtrumentum non eſt falſum, nec partes accuſare poſſunt de falſo, punitur tamen pœna falſi. Ab. de his quæ fiunt a capi.c Quanto.

Notarius an poſſit producere inſtrumentum de quo ipſe eſt rogatus quando eſt procurator in eadem cauſa de qua eſt inſtrumentum. Ab. de tranſactio c. Ex litteris.

Notarius auctoritate tabellionis mortui, auctoritate ordinarii poteſt in publicam formam redigere. De fid. inſtrumen. c. Cum. P. Vt unius notarius publicet inſtrumentum de quo alius fuit rogatus. 6. requiruntur. Primo quod fiat ad petitionem eorum quorum intereſt. Secundo quod fiat auctoritate ordinarii habentis adminiſtrationem, uel delegati a ſede Apoſtolica ſpecialiter ad hoc. Tertio is cui fit commiſſio ſit notarius, & quod fideliter fiat non addendo, nec diminuendo, ſubtrahendo, uel commutando de ſubſtantialibus. Quarto quod reducat in publicam formam. Quinto requiritur licentia generalis, & ſpecialis. Sexto quod fuerit rogatus, ab eo qui morte preuentus eſt uel in longo impedimento detentus, alias non poteſt in publicam formam redigere, uel quod notarius qui fuit rogatus deduxerit rogationem in portacollum. Alias ſcriptura non ualet niſi probetur per teſtes. Iudicis auctoritas non eſt neceſſaria quando notarius cui incumbit non eſt hæres, nec legatarius, nec donatarius, ſed alio modo rogationes, ad manus eius uenerunt, & tunc fit citatio generalis. Quando notarius publicat inſtrumentum alterius breuiatum, ſi ſcriptura eſt neceſſaria nihil poteſt addere, uel diminuere. Quod non eſt ſcriptum legi non poteſt. In aliis ſeruabitur conſuetudo primi notarii ſi ex aliis inſtrumentis poteſt deprehendi. Subſcribit autem ſic. Ego.N. Tabellio ſupraſcriptum inſtrumentum de uerbo ad uerbum accepi de nota. N. tabellionis mortui, qui ipſe manu propria, quam bene noui ſubſcripſit, & hoc de mandato iudicis talis quo ad ſubſtantiam nullo addito, diſtracto, minuto, uel tranſportato, nec detracto & in publicam formam redegi, & meum ſignum appoſui. Abb. de fid. inſtrumen. cap. Cum. P. Quando inſtrumentum alterius notarii ſcribit in publica forma, quando uetus innouatur, quando proprium dat parti, quæ & quot requiruntur. Abb. de teſti. c. Albericus.

Notarius in iudicio debet quatuordecim ſcribere. Ab. de proba. cap. Quoniam contra.

Notarius in ſua creatione iurat. Primo de his quæ uidebit, & audiet & fuerit requiſitus ſine diminutione ueritatis & commixtione falſitatis conficiet inſtrumentum. Secundo quod ſecreta ſibi iniuncta celabit quando ex cauſa iuſta iniungentur. Tertio quod ſuper contracta uſurario, uel in fraudem uſurarum, non conficiet inſtrumentum, quia ſuperiori nullo illicito contractu debet inſtrumentum conficere, alias debet deponi. Quarto quod de omnibus inſtrumentis quæ edet retinebit apud ſe portacollum. Quinto quod erit fidelis illi a quo creatur, & ſi ſciuerit ſuum damnum tractari reuelabit. Sexto quod officium exercebit cupiditate, amore, odio & timore remotis ſecundum bonam conſcientiam. Ab. ne cleri. uel monach. c. Sicut te.

Notarii officium quale ſit. Ab. ubi ſupra. Vide. Clericus non poteſt exercere. Si quis publice exercebat officium & non erat uere notorius non ualent inſtrumenta, ſi a nullo habet poteſtatem, ſecus ſi habet poteſtatem a ſuperiore, ſed propter defectum non poteſt habere illud officium. Abb. ne cleri. uel monach. c. Sicut te.

Notarius pro ordinandis nihil debet recipere temporale, nec etiam pro paſtellis. De ſimo. c. In ordinando. Si notarius habet ſalarium de publico nihil poteſt exigere, ſi non habet & officium ſuum neceſſario requiritur ut ordo ſit collatus rite nihil recipere poteſt, ſi ſine officio ſuo poteſt conferri ordo quod uerius credo, ſi non habet ſalarium pro labore ſuo recipere immo etiam pro ſpiritualibus non debet conferri etiam uel gratiis principaliter ſecus ſi ex carta aliquid datur ſponte: in curia Romana notarii non habent ſalarium. Item titulus de ſimonia non habet locum niſi in ſimonia de iure diuino, debet tamen papa ab aliis abſtinere. Ab. de ſimo. c. In ordinando.

Notarius creatus a papa poteſt exercere officium in terris ſubiectis papæ, & in ſpectantibus ad ſuam iuriſdictionem tantum. Idem dic de creato ab imperatore reſpectu ſuæ iuriſdictionis & territorii. Qui creatus eſt a papa, non poteſt in terris imperii, nec qui ab imperatore in terris eccleſiæ, niſi de conſenſu partium. Extra territorium concedentis eſt priuata perſona. inſtrumentum tamen confectum, in territorio conſtituentis fidem facit extra territorium. Idem eſt de creato ab inferiori & a principe. Ab. de fid. inſtrum. c. Cum. P.

Notarius a papa deputatus ad examinationem teſtium poteſt alteri committere, ſi autem ab inferiori poteſt committere nudum miſterium. Ab. de ſen. & re iudica. c. Cum Bertoldus.

Quomodo probatur quod quis ſit notarius & quod requiruntur 12. conditiones, & ſi uſurpat officium an ualeant inſtrumenta. Ab. de fid. inſtrum. c. Scriptura.

Notarius tenetur ſcire ſummam notariæ, & requiſita ad practicam illius. Quilibet tenetur ſcire requiſita ad officium ſuum, alias tenetur ſi per ignorantiam committit. Ab. ne cle. uel monach. c. Sicut te.

Notarius debet habere quinque ſenſus. Ab. de off. & pot. iud. delega. c. Cum uigeſimum annum.

Notarius poteſt ſtipulari in iudicio alteri ubi iudex procedit ex officio, de mandato tamen iudicis & ex iuſta cauſa, in conuentionalibus etiam poteſt alteri ſtipulari. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Dudum.

Notarius poteſt examinare teſtes & habet nudum miniſterium, & poteſt dare auctoritatem ſcripturæ alterius. Quando ex ſtatuto requiruntur duo notarii, non oportet quod ambo ſcribant ſed ſufficit quod alius ſubſcribat. Ab. de proba. c. Quoniam contra.

Notarii uerba in inſtrumento non ſemper ita late accipiuntur ſicut ſonant, quia ibi ponuntur de cuius perſona non cogitat. Abb. de iureiuran. cap. Cum contingat.

Reliqua uide. Inſtrumenta. c. Scripturę.

Notitia in iudiciis & ſcire dicitur quando notitiam alicuius facti per ſenſum corporis peruenimus, & hæc ſcientia requiritur in teſte. Occultum eſt quod probari non poteſt. Pœnæ occultum, quod probari poteſt licet cum difficultate. Publicum eſt generale nomen. Similiter hoc nomen manife-

manifeſtum. Proprie tamen eſt publica, uel famoſa inſinuatio ex certo auctore, & ex certis cauſis proueniens, & probari poteſt, licet non ita clare. Fama eſt locutio communis ex uerifimilibus coniecturis conſurgens. Rumor in minus ſe habet, quam Fama. Indicium eſt notabile ſignum alicuius dicti rei, uel facti, quod ſubijcitur neceſſitati probandæ, & poſſunt indicia eſſe ita urgentia quod inducent iudicem ad credulitatem, & ſufficient ad faciendam ſententiam etiam in criminalibus. Abb. de cohabita. cleri. c. Veſtra.

Manifeſta offenſa dicitur per confeſſionem propriam, uel legitimam probationem, uel rei euidentiam. De uerbo. ſignifica. c. Ex parte. & c. Cum olim. Manifeſtum idem eſt quod notorium, ut eſt ſpecies diſtincta a notorio. Manifeſtum dicitur, quod poteſt probari. Vocabula interpretationem recipiunt ſecundum ſubiectam materiam. Ab. ubi ſupra. c. Cum olim.

Notorium dicitur omne quod in iudicio eſt probatum, quando probatio eſt perfecta in concluſione cauſę, ita quod nihil opponitur, uel opponi poteſt. Abb. Vt lite penden. c. Laudabilem. De fid. inſtrumen. c. Cum P. Multa dicuntur notoria, quæ non ſunt, ideo non facile cognoſcuntur. Abb. de appella. cap. Conſulto. Notorium eſt quod ita ſe exhibet quod nulla poteſt tranſuergitione celari, ideo plus dicit, quam fama. Abb. de iureiuran. cap. Ex litteris. Item quod conſtat ex litteris papæ. Abb. de confirma. uti. uel inuti. cap. Si quis. Notorium inducunt ſententia, & acta iudicij, ideo ubi totum ius partium eſt redactum in ſcriptis, poteſt iudex procedere etiam parte abſente tanquam ſuper notorio. Ab. de appella. c. Ex inſinuatione.

Notorium eſt aliquod tripliciter propria confeſſione, euidentia rei, & per legitimam ſententiam. Item per teſtes contra quos non opponitur. Ab. de appella. c. Cum ſpeciali. Tria prima. Glo. de tempore ordina. c. Ex tenore. & c. Quæſitum.

In notoriis non requiritur accuſator, nec teſtis, nec inquiſitio, nec denunciatio. Glo. de ſimo. c. Licet Hely. Intelligitur in notorio facti permanentis. In notorio iuris requiritur probatio, ut ſi negetur ſententia lata. Idem dic in notorio facti tranſeuntis. Ab. ubi ſuprà.

In notoriis nullo accuſante procedit iudex. De accuſatio. cap. Euidentia. Accuſatio requiritur ut manifeſtetur crimen, & in iudicio publicetur. Hunc finem habemus ex euidentia facti, & hoc puto procedere in euidentia facti permanentis. Euidens eſt quod ſemper apparet, & in tali notorio non requiritur accuſatio, nec probatio. In notorio facti tranſeuntis licet iſta ſint notoria alicui, non tamen iudici, ut iudex eſt, ideo debet procedere ordine iudiciario. Iudex de eo quod fit in præſentia ſua & aliorum, ſi factum eſt permanens certo tempore, ita quod non poſſit tranſuergiſari, nec iudici, nec aliis, iudex ex officio ſuo poteſt iudicare. Abbas ubi ſuprà.

In notorio facti non requiritur monitio, ſed poteſt fieri excommunicatio ſine monitione. Ab. de cle. exco. c. Illud.

Notorium redditur probabiliter quod a iudice eſt factum, & non ſolum ſententia, quia quicquid fit in iudicio dicitur notorium, ſed non facit rem illam ſuper qua inducta eſt probatio notorium, niſi poſtquam concluſum eſt, ita quod nihil poteſt obiici ad obfuſcandum notoreitatem, uel reddit rem notoriam præſumptione iuris, quia non præſumitur reuocatio, nec pro-

batio, quia non facta non præſumitur. Iſta notoreitas eſt conturbabilis uſq; ad concluſionem in cauſa. Notorium conſiſtit in facto, non in opinione. Ab. de uerbo. ſignifi. c. Ex parte.

In notis uel notoriis iudici poteſt iudex ferre ſententiam ſine teſtibus etiam ſi ſit notorium facti tranſeuntis. Ab. de eo qui cogno. conſangui. uxo. c. De illo.

In notoriis non ſeruatur ordo iuris, ideo non requiritur inſcriptio, nec monitio præcedens, nec clamoſa inſinuatio. Ab. de ſimo. c. Licet Hely. Si factum eſt notorium in una prouincia, & non in alia, non debet iudex procedere non ſeruato iuris ordine, niſi uelit recipere probationes, an factum ſit notorium. Abb. de iniuri. c. Olim.

Notorium iuris triplex, uidelicet ſpontanea confeſſione, clara probatione, iuſte, & indubitata diffinitione & irreuocabili. Prima quia oritur ex confeſſione ſpontanea in iure facta. Secunda quia oritur notorium ex clara probatione. Tertia quia ſententia non poteſt retractari. Dicitur notorium iuris, quia ex his quæ fiunt in iudicio oritur, uel quia ex iuris artificio oritur. Notorium præſumptionis eſt iuris euidentia præſumptionis uehementis præſumpta. Notorium facti eſt crimen uel factum cuius teſtis eſt populus, & ſimulationis locus non eſt ut nox, uel ſic eſt clara, & famoſa locutio ex euidentia rei ſurgens quæ non poteſt celari aliqua tranſuergiſatione. Hoc notorium triplex uidelicet facti permanentis. Secundo facti tranſeuntis & non redeuntis, ut ſi in conſpectu populi quis occidatur. Tertio facti interpollati, ut qui paratus eſt dare ad uſuras. Ad inducendum notorium facti requiritur notitia uiciniæ ad minus decem hominum, & cauſatur ex tribus ex hominum ſcientia & loci & temporis qualitate, ut ſcilicet homines non decipiantur faciliter. Ad probandum notorium ſufficiunt duo teſtes, non autem ad cauſandum. In notorio præſumpto ſeruatur ordo iuris. In notorio facti non requiritur, ſed citatio, & ſcientia, ſi illi competit aliqua defenſio, quia ſi competit ſine citatione non ualet ſententia. Quę requiritur, ſed non cum ſolennitate. In notoriis facti permanentis non requiritur probatio, ſicut in notorio iuris, & in præſumpto. In notorio facti interpollati requiritur probatio, licet non multum plena. In notorio facti tranſeuntis requiritur plena probatio. Vtile eſt quod iudex declarat factum eſſe notorium. Notorium fit aliquid per euidentiam, per confeſſionem, & per ſententiam. Abbas de cohabitatio. cleri. c. Veſtra.

Notorium releuat ab onere probandi, ſed non ab onere præponendi, ſi appellat ante ſententiam. Ab. de appella. c. Vt debitus.

Notorium cauſatur ex eo, quod eſt notum uicinię, & ſufficienter probatur cum dicitur, omnes de uicinia hoc dicunt. Ab. de purga. cano. c. Cum dilectus ſecundum.

Notorium præſumitur quod palam fit in ciuitate ab eo qui eſt in dioceſi; & in eo præſumitur ignorantia, ſi is tunc exiſtebat extra dioceſim. Secundo ſi in tali ætate erat, ut non ualeret eius geſta comprehendere. Tertio ſi in infirmitate patiebatur mentis exceſſum, uel ex alia legitima cauſa. Ab. Qui matri. accuſa. poſſunt. c. Cum in tua.

Noualia de quibus non tenentur religioſi dare decimas quid ſint. Gloſ. de deci. cap. Commiſſum. Vide in decima. Monachi. Nouale eſt terra de nouo ad culturam reducta. De uerbo. ſignifica. cap. Innouate. Dicitur

citur ager noualis non habito reſpectu ad quamlibet partem, ſed habito reſpectu ad totum, uel ad maiorem partem. Abbas ubi ſuprà. Quod ſemel eſt nouale ſemper eſt nouale quo ad ſolutionem decimarum. Glo. ubi ſuprà. capitu. Innouate. In priuilegiis decimarum noualia dicuntur de cuius clutura non eſt memoria, & quod prius nullum uel modicum fructum afferebat. Abb. de uerbo. ſignifica. capitu. Quid per nouale.

Numerus ſeptenarius inuenitur in horis canonicis, in donis .S.Sancti in diebus creationis ſeculi, in ætatibus eius, in petitionibus in oratione dominica in pſalmis pœnitentialibus, in diaconibus, in candelabris. Glo. de celebra. miſ. c. Presbyter.

Nunc non ſemper denotat tempus inſtans. Vnde hic refertur ad id quod eſt nouiter factum, licet non tempore inſtanti. Abb. de uerbo. ſigni. c. Innouate.

Nuncio creditur non ſolum ſuper nuda citatione, ſed etiam ſuper his quæ uicina ſunt, & proxima citationi, ut quod inuenit citatum in certo loco. Quando eſt contentio inter nuncium etiam partem de citatione, uel inter nuncium & notarium de relatione iudex arbitrabitur cui ſit magis credendum. Si eſt contentio in partem & nuncium non ſuper nuda citatione, ſed ſuper uerbis prolatis a parte non creditur nuncio, quia officium ſuum uerſatur circa citationem & relationem, quibus non ſunt annexa, quia citatio ualet, & eſt perfecta, etiam ſi pars nihil dixerit. Abb. de appella. c. Comparati.

Nuncio deferente ſignum mittentis puta anulum ad recipiendum aliquid in domo excuſatur qui uigore illius ſigni aliquid dedit nuncio, niſi ſignum illud poſſit ueriſimiliter ſubtrahere, & is erat ſolitus talia ſigna mittere. Sufficit etiam ſit conſue udo in loco licet non ſit mittentis. Limita etiam quando quis dedit rem nomine eius cuius petita fuit, ſecus ſi dans erat obligatus in genere, quia ſi recipiens infideliter egit quum non eſſet miſſus a creditore, non liberatur debitor, ſed debet agere contra eum, qui recepit quantumcunque dederit ſignum, quia res periit domino ſuo. Ab. de appella. c. Significauit

Qui tenetur per ſe aliquid facere ſi facit per nuncium, debet eligere idoneũ, alias factum nuncii ſibi imputatur. Si remiſiſti librum tibi accommodatum per nuncium non idoneum, illo aſportante librum tibi imputatur, ſecus ſi elegiſti nuncium ueriſimiliter idoneum. Abb. de crimine fal. cap. Dura ſæpe.

Nuptię in iure dicuntur. Primo eſſentia coniugii per uerba de pręſenti. Secundo copula carnalis contracto prius matrimonio. Tertio quę fiunt, dum uxor ad domum uiri ducitur, & hoc nota pro ſtatutis. Ab. de pręſump. c. Tertio loco.

Nuptię non celebrantur per tres ebdomadas ante feſtum Ioannis Baptiſtæ, quomodo intelligitur quando etiam prohibentur. Abb. de feriis. c. Capellanus. Vide Matrimonium omni tempore.

Nuptię ſecundę non benedicuntur, & benedicens eſt puniendus. Abb. de ſecundis nup. cap. Capellanus. Iſta pœna ſuſpenſionis ab officio, & beneficio, & quod benedicens mittatur ad ſedem Apoſtolicam, non eſt ordinaria, ſed fuit hic quędam prouiſio Apoſtolica, & hæc pœna eſt arbitraria, ideo iſta ſuſpenſio non infligitur ipſo facto, ut uoluit hoſtien. quinimmo ex

mo ex grauitate pœnę putat Ioannes And. iſtum actum procedere cum ui-uente prima ſacerdos benedixit ſecundas nuptias. hoc tamen dicit non pa-tere ex antiqua, & puto quod hodie attentis circumſtantiis & conſuetudi-ne loci pœna ſit arbitraria. Abbas de ſecundis nupt. c. Capellanum.

Si unus coniugum fuit alias benedictus non debent coniuges de nouo benedi-ci. De ſecundis nup. cap. Vir autem. Cum benedictio ſit communis utrique ſi una perſona in eis fuit benedicta reiteraretur in perſonam alias benedictam. Si uirgo duceretur a tranſeunte ad ſecundas nuptias, non de-bet benedici, niſi ubi eſt conſuetudo, quam papa ſcit, & tollerat. Ab. ubi ſuprà.

Nubens infra annum lucubrem non incurrit infamiam. De ſecundis nup. cap. Super illa. Et ubi ſuprà. cap Cum ſecundum. Secundum leges ciuiles incurrit plures pœnas, quę hic enumerantur. Illę pœnę quę poſi-tę ſunt in odium matrimonii omnes correctę ſunt per ius canonicum, ideo illas non incurrit mulier nubens infra annum lugubrem, licet alii teneant quod ſi nubat infra tres menſes, & ſuperueniat incerta proles quod illas in-currat, ſed tene primum. Si pœnæ ſunt appoſitæ fauore filiorum, illas non euitat, & hoc tenent omnes doctores. Si auderem contra doctores loqui poſſet dici quod etiam iſtę ſublatę ſunt, quia fauor filiorum non de-bet eſſe cauſa puniendi matres, uel impediendi matrimonium conceſſum a Deo. Item imperator non poteſt interdicere matrimonium ad tempus pœ-nam apponendo, per quam tollatur indirecte libera facultas contrahendi, nec lex tollit hoc caſu lucrum, quod ipſa niet impendit, ſed tollit relicta uxori ab ipſo marito. Iſtæ pœnę fauore filiorum introductæ intimidant matrimonium, & tollunt liberam facultatem contrahendi, & ſic poteſt mulier incurrere fornicationem abſtinendo, ne incurrat pœnas iuris. Ad-mitterem tamen pœnas quas incurrit ex facto ſuo, puta ſi obligauit ſe ad tutelam, & non reddita ratione tranſiuit ad ſecundas nuptias, quia non pu-nitur quia contraxit, ſed quia adminiſtrauit illicite. In iudiciis tamen tene communem opinionem, quia non auderem uenire contra opinionem tantorum doctorum, præſertim quia nullum iuueni diſcrepantem ab eis. Ab. ubi ſuprà.

OBediens &c. Veniens contra mandatum ſuperioris poteſt excommunica-ri, ideo peccat mortaliter. Non obediens principi ſeculari debet mo-ri, unde peccat mortaliter, & poteſt iudex eccleſiaſticus ad petitionem iudicis ſecularis eum excommunicare. Abbas de maio. & obedi. cap. Si quis. Propter commodum temporale nullus debet uenire contra ca-nones, quod ſi fecerit, incurrit infamiam canonis, quæ prouenit ex om-ni peccato mortali, & eo amoto tollitur. Abb. ubi ſuprà. cap. Illud.

Obedire an quis magis teneatur prelato eccleſiaſtico, & papæ, quam re-gi a quo tenet temporalia. Abbas de appellat. capitu. Cum parati. Non tenetur quis obedire papæ, quando mandatum ſuum eſt contra Deum, aut timetur ſcandalum. Abbas de maio. & obed. cap. Quod ſuper.

Obedire tenentur ſubditi prælato qui tolleratur ante ſententiam niſi pręla-tus hæreticus aut ſciſmaticus ſit, uel notorius fornicator, aut ſimonia-cus, uel ſuſpenſus, uel depoſitus ab eccleſia. Gloſ. & Abbas de præ-ſump. cap. Cum non liceat. Quidam addunt quando prelatus non ſer-

uat

uat canones illos contemnendo . ſecundo quando laborat eodem mortalem maior, uel minor, quo corrigit ſubditum, ſed hoc ſecundum non credo uerum . Ab. ubi ſuprà. Quando obediendum papæ . Ab.de iureiuran. c. Quanto. Vide. Papa non poteſt tollere iuramenti obligationem &c. & quod ſequitur .

Obedientia non eſt contra legem conſcientiæ etiam papæ . Contra conſcientiam erroneam , non debet aliquis operari, ſed debet eam prius deponere. Si inferior papa mandat aliquod iniuſtum,etiam ſi non ſit peccatum, puta ut dem ſibi libros meos, non debeo illi obedire . ſi excommunicat debeo adire ſuperiorem ut relaxet præceptum . Conſulens in tali facto non eſt excommunicatus quia non participat in crimine cum hoc non ſit crimen . Si papa præcipit iniuſtum ſapiens hæreſim non eſt ſibi obediendum , ſi non ſapit in ſpiritualibus eccleſiaſticis eſt ſibi obediendum, ex quo præceptum non continet in ſe peccatum , licet uideatur durum . Idem in eccleſiaſticis perſonis niſi ex præcepto papæ uehementer præſumatur ſtatum eccleſiæ perturbari, uel aliqua mala futura, quia tunc non eſt ſibi obediendum: ideo uidetur quod Cardinales uocati tempore ſciſmatis , ſub pœna excommunicationis non tenebantur redire, quia impediebatur concilium & unitas eccleſiæ, & timebantur futura mala, & ſtatus eccleſiæ perturbari . Si alicui ſeculari non ſubdito eccleſiæ ratione cauſæ , uel perſonę mandet circa temporalia non eſt ſibi obediendum , ut ſi mandet layco ſine cauſa quod ſibi det ſua bona quia non eſt ſibi ſubiectus ratione cauſæ, nec perſonæ in temporalibus, ſecus ſi mandat aliquid ſpirituale uel eccleſiaſticum . Ab. de ſen. exco. c. Inquiſitioni .

Oblationis nomine continetur quicquid fideles offerunt eccleſiæ, & hæc a ſecularibus non debent poſſideri . De uerbo. ſigni. c. Cauſa . Tria requiruntur ut ſit oblatio, uidelicet quod offerens ſit Chriſtianus , quod offeratur eccleſię, & quod ſit de licitę acquiſitis, nec refert an in uita, uel in morte , nec an de mobilibus , uel immobilibus . Stricto nomine & ſecundum uſum tantum dicitur oblatio quod offertur in miſſa , & in materia odioſa . Abbas ubi ſuprà . Oblationes nomine uenit quicquid offertur eccleſiæ , quocunque modo in miſſa, uel extra . In eccleſia uel extra . Ab. ubi ſuprà. cap. Cum inter uos . Veniunt etiam immobilia bona & decimę , primitiæ , & ad omnia prædicta extenditur præſcriptio quotæ oblationum . Abb. ubi ſuprà .

Quod accedit altari poſito in aliqua eccleſia non accedit ipſi eccleſiæ quando uenit proprie contemplatione altaris , ſecus ſi contemplatione eccleſiæ uidelicet ſi fiant oblationes in illo altari . Oblationes ſunt de iure parochiali , ideo non cedunt altari ſed eccleſiæ , ſecus de clerico decedente ab inteſtato ſi habeat altare . Abbas de ſucceſſio. ab inteſta. c. Sed hoc .

De acquiſitis male an poſſint fieri oblationes in eccleſia opiniones . Abb. de deci.c. Ex tranſmiſſa. Vide . Oblatio peccatoris .

Oblationes ab antiquo conſuetæ dari eccleſiis , uel monaſteriis , non debent aliquo modo immutari . Si ciuitas eſt ſolita dare certum quid eccleſiæ non poteſt illud per ſtatutum tollere , ſic ſenenſes non poſſunt per ſtatutum tollere oblationem in aſſumptionem beatæ mariæ . Ab. de ſepul. c. Abolendę. Vide. Layci .

Oblatio in capella facta ſita in parrochia alicuius eccleſiæ de iure cedit eccleſiæ parrochiali,nec pertinet ad capellam.Ab.de præſcriptio.c.Ex tranſmiſſa.

Oblationes quæ fiunt eccleſiæ, ubi eſt monaſterium, cedunt monaſterio non eccleſiæ parochiali, nec epiſcopo. Si in eccleſia ſeculari non curata, cedunt parochiali in qua eſt capella. Cum oblationes ſint de iure parochialis eccleſiæ, illa fundat intentionem ſuam de iure communi ſuper omnibus prouentibus ſpiritualibus infra parochiam. Propter hoc oblationes quæ fiunt imagini religioſe exiſtenti in pariete domus ſecularis, in quocunque loco ſpectat ad presbyterum parochialem non ad dominum domus in cuius pariete eſt imago, maxime ſi eſt perſona ſecularis, quia non poſſunt ſeculares habere uſumfructum religioſę rei quæ non eſt in alicuius ſecularis dominio. Angelus de peruſio ſic conſuluit. Si imago in nullius eſſet parochia, oblationes eſſent epiſcopi. Ab. de ordina. inqui. c. Dilectus. Oblationes, & collectæ in domibus religioſorum, & eorum eccleſiis ſpectant ad religioſos, nec poſſunt rectores & prælati aliarum eccleſiarum ſibi aliquid de eis uindicare, quia uidetur collecta intuitu eleemoſinę data, ſecus ubi oratorium, uel imago eſſet in parochia alicuius, quia tunc oblationes eſſent presbyteri parochialis. Abb. de exceſſi. præla. cap. Nimis iniqua. Quæ fiunt layco religioſo non debent cedere epiſcopo nec eccleſię curatę, & hoc eſt ex priuilegio religionis, quia de iure communi ſunt parochialis eccleſiæ, ſi fiant capellę habentes peculium, debent cedere ad utilitatem parochialis eccleſiæ. Abb. de ſtatu monacho. c. Theodoſius.

Eccleſia parochialis fundat intentionem ſuam de iure communi ſuper omnibus obuentionibus ſpiritualibus contingentibus in parochia, ideo decimæ & oblationes quę fiunt in parochia cedunt eccleſiæ parochiali. Si capella eſt infra parochiam, oblationes ibi factę, non cedunt capellę ſed parochiæ, ſimiliter quæ fiunt imagini depictæ in muro. Quæ fiunt capellę, uel altari non cedunt capellæ, nec eius presbytero, ſed parochiæ. Fortius ſi fiant imagini depictę in muro priuato laycus non eſt capax horum ſpiritualium. Si in alterius eccleſia celebratur oblationes cedunt rectori eccleſiæ non celebranti. Abb. de his quæ fiunt a præla. cap. Paſtoralis. Qui ex oblationibus uel uotis alieno nomine res comparauit committit ſacrilegium. Ab. de peculio cleri. cap. Inquirendum. Oblationes factę iniuſtę in aliqua eccleſia poſſunt repeti per eccleſiam in qua ueriſimiliter fuiſſent factæ. Si quis indebite audit diuina in aliena parochia, uel recipit ſacramenta per curatum proprium poteſt cogi ad reſtitutionem oblationum integraliter, & nihil remanere debet apud eccleſiam ubi indebite miniſtrata fuerunt diuina. Ab. de ſepul. cap. Cum liberum. Vide. Parochiæ ius. Spiritualis redditus in parochia peruenientes debentur eccleſiæ parochiali generaliter non epiſcopo, ſicut decimam noualium, & oblationes imaginum in muro layci: ſecundo redditus ſpirituales infra parochiam debentur eccleſiæ parochiali. Ab. de deci. cap. Quoniam. Nullus prælatus poteſt concedere layco oblationes quę ſunt iuris ſpiritualis cuius non eſt laycus capax nec poteſt epiſcopus cōcedere domino domus in cuius muro eſt imago, ut de oblationibus diſponat ad libitum. Concedi tamen poteſt laycis religioſis ita tamen quod gubernentur per clericos & non per ipſos. Prælati cum oblationes concedunt laycis in ſeculo remanentibus de rigore iuris poſſunt deponi & excommunicari donec eccleſiam reddant indemnem. Ab. de deci. c. Quamuis. Redditus ſpirituales infra eccleſiam prouenientes, oblationes, & ſimilia credo non poſſe concedi laycis ne uideantur habere adminiſtrationem eccleſię. Ab. ne cleri. uel monach. ſecundum.

Obla-

Oblationes non debent recipi ab excommunicatis, nec ab uſurariis, quia iſta recipiuntur in publico, poſſunt tamen prædicatores & confeſſores recipere eleemoſinas ab eis. Abbas de ſentent. excommuni. cap. Cum uoluntate.

Oblationes ad uſum ſacerdotis, uel pro diuino cultu, regulariter non ſunt in præcepto, niſi primo ratione cenſus. Secundo quando quis obligatus eſt ex teſtamento, uel inter uiuos. Tertio ſi ſacerdos indiget. Quarto quando hoc habet conſuetudo. Ab. in rubr. de paroch. Vide. Parochianus. Oblationes primitiarum an ſint in præcepto, opiniones, Mihi placet opinio, quod ſint in præcepto; ſed quantitas eſt uoluntaria. Ab. de deci. c. Decimam.

Oblatio peccatoris publici admittitur in eccleſia niſi in caſibus a iure expreſſis. De illicite acquiſitis non debet fieri oblatio, poteſt tamen fieri eleemoſina, niſi ſint obnoxia reſtitutioni, quia oblatio de ſui natura fit in publico ideo prohibita, non autem eleemoſina, ideo prohibitus facere oblationem propter hoc non eſt prohibitus facere eleemoſinam. Ab. de uſur. c. Quia in omnibus.

Oblationes facere in diebus dominicis & in præcipuis feſtiuitatibus tenentur parochiani ſecundum Hoſti. Mihi uidetur ſtandum conſuetudini, & intelligi de his quæ fiunt in miſſa, niſi ſacerdos indigeret. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Cauſa.

Oblationes ſunt in præcepto & de iure parochialis eccleſiæ, & iudæi tenentur eas ſoluere ſi ſtant in domibus ſolitis habitari per Chriſtianos. Abb. de uſur. c. Quanto.

Oblatus dici poteſt conferre qui manet in ſeculo ſi aſſumpſit habitum religionis, & receptus eſt in confratrem uel oblatum, uel ſi dederit omnia bona ſua retento uſufructu. Iſti qui non ſunt plene oblati non tenentur ex toto recipere habitum religionis cui ſe dedicauerunt, ſatis eſt quod deferant habitum honeſtum diſtinctum ab habitu laycorum, nec ſunt religioſi niſi largo modo, nec gaudent priuilegio immunitatis perſonæ & ſic percutiens eos non eſt excommunicatus ſecus eſt in plene oblatis & conuerſis, ſi non plene oblati contrahunt matrimonium, tenet quia uotum non dirimit matrimonium niſi ſit ſolennizatum in religione approbata, uel per ſuſceptionem ordinis ſacri. Non gaudent etiam priuilegio fori, ſed debent conueniri coram iudice ſeculari ut hic dicitur. Oblati etiam non plene oportet quod fuerint recepti in confratres & habitum mutauerint, uel dederint ſua bona. Ab. de priuileg. cap. Vt priuilegia. Oblati non plene non gaudent priuilegiis illorum in quorum ſocietate recepti ſunt niſi in caſibus in iure expreſſis. Mantellatæ niſi in ſpeciali habeant priuilegia non eximuntur ab ordinario & tenentur ad epiſcopalia & parochialia, & ſi non erigunt ſepulturam debent ſepeliri in ſepulturis maiorum ſuorum. Ab. de priuileg. c. Quidam confratres.

Quis poteſt ſe & ſua donare monaſterio per modum conuerſionis, licet aliter non fiat monachus, & erit conuerſus monaſterii, & magis monaſterio aſtrictus quam monachus quia cenſetur quaſi ſeruus monaſterii, ſic ut etiam cauſa maioris religionis non poſſit inde diſcedere & talis non poteſt teſtari. Si etiam obtuliſſet ſe per conſequentiam tranſeunt bona in monaſterium. Non enim poteſt offerre ſua & non ſe. Ab. de proba. cap. In præſentia. Dicuntur oblati qui ſe & ſui donauerunt monaſterio, habitu etiam

non mutato. Ab. de teſti. cap. Tuis quæſtionibus. Poteſt quis ſe & ſua dedicare monaſterio & non fieri monachus, & ſic oblatus eſt quaſi ſeruus monaſterii. In dedicatione iſta ueniunt etiam bona futura, ſecus ſi dedicauit ſe eccleſiæ layeę, quia munus obtinet ſecundum qualitatem eccleſiæ, cui ſit dedicatio. Poteſt quis bona ſua præſentia & futura dare eccleſiæ & non ſe. Ab. de ſucceſ. ab inteſta. cap. Cum dilectus. Probatur oblatio per unum teſtem de ueritate & confeſſionem oblati extraiudicialiter factã, etiam quo ad conſequendum bona oblati. Vbi ſuprà. cap. Cum dilectus. Oblati & conuerſi ſepeliuntur apud eccleſiam in qua ſunt oblati, nec ſoluitur quarta eccleſiæ parochiali ſi ſint plene oblati & conuerſi. Intellige cum gloſa. Si ante infirmitatem ſunt oblati. Ab. de ſepulturis. c. In noſtra.

Oblati non gaudent priuilegio religioſorum niſi ſint ex toto tranſlati ſe & ſua tradendo religioni, ſed nec qui ſunt tertii ordinis cum uiuant in coniugio. Idem dicitur de rectoribus hoſpitalium, cum non ſint plene tranſlati. Ab. de priuileg. cap. Cum & plantare. & ubi ſuprà. cap. Tua. Oblati plene qui ſe & ſua obtulerunt de præſenti & intrauerunt religionem non poſſunt eligere ſepulturam. Si mutauit habitum & tamen manet in ſeculo & confrater receptus eſt poteſt eligere, & ſi non eligit ſepelitur in ſepulchro maiorum. Ab. de priuil. c. Priuilegia.

Oblatus eſt ſeruus, nec poteſt recedere a monaſterio, etiam cauſa arctioris regulę. Ab. de cle. coniuga. c. Quod a te.

Obligatio eſt uinculum iuris, quo aſtringimur de neceſſitate ad aliquid dandum, uel faciendum ſecundum iura more ciuitatis. Abb. de iudi. c. Dilectus filius.

Obligatio conditionalis ſi fiat uſque ad annum, & ſequenti die fiat alteri abſolute adueniente conditione prima habet locum, non ſecunda, ſi tamen res in termino conditionis reperiatur, alias ſecus. Abb. de appella. cap. Preterea.

Obligatus ad dandum rem aliquam, debet illam dare liberatam ab omnibus creditoribus. Ab. Vt litis penden. c. Eccleſia.

Obligatio dicitur diuidua quando ſunt partes offerentes tantam commoditatem reſpectu partis ſicut ſubſtantia totius. Obligatio indiuidua dicitur, quando ſolutio partis non affert commoditatem tantam, & hoc procedit, quando quis obligauit ſe ad aliquid faciendum ſub aliqua pœna. In talibus committitur pœna ſi obligatio ſit indiuidua ad totam pœnam tenetur, ſi diuidua tenetur ad ratam. Si aliquid ſoluit, & totum, & ſi nihil. Ab. de pœnis. c. Suam ad nos.

Obligationem non inducit illicite factum. Ab. de reg. iur. cap. Quod latenter.

Si prælatus probat ſeruitium præſtitum, ita quod de initio non eſt memoria, ſi ſponte conſuetudo ualet ſi probat quod per uim non ualebit. In dubio præſumitur pro prælato. Ab. ubi ſuprà. Quod per uim & metum introductum eſt non habet ſtabilitatem. Glo. ubi ſuprà.

Obligans ſe ad certum quid faciendum poteſt per alium expedire ſi non poteſt per ſe, ſicut eſt in epiſcopi uotis. Ab. de uo. c. Licet.

Obligatio generaliter concepta ualet & tenet, ſed quantitas uenit ſoluenda arbitrio ſoluentium. Intelligitur de arbitrio boni uiri. Idem dicitur ubi lex mandat aliquid ſolui generaliter non exprimendo certam quantitatem,

non

non tamen debet ſecundum magiſtros ſolui minimum. Si promiſit tibi dare frumentum de æquitate canonica ualet obligatio, & ſolutio eſt fienda arbitrio boni uiri, habito reſpectu ad cauſam promiſſionis, & ad qualitatem perſonarum, ad cauſam promiſſionis, & ad tempus. Abb. de deci. cap. Decima.

Obligatio ſub nomine collectiuo creſcit & diminuitur ſicut creſcit, uel diminuitur comprehenſum. Ab. de cenſi. c. Quanto. Vide in eleemoſina. Qui tenetur.

Obligatio ad aliquid faciendum ex officio. ſi promittit certum quid facienti illud, ſi facit qui ex officio tenetur, non oportet illi premium conferre, puta ſi familia poteſtatis occidit bannitum. Abbas de cenſi. capitu. Eccleſijs.

Obligatus ratione oneris realis, poteſt ſe exſoluere relinquendo ipſam rem oneratam. Vnde hic compelluntur alternatiue, uidelicet aut ſoluendo decimam, aut predia dimittant. Ab. de deci. c. De terris.

Obligatio quando tollitur, uel non tollitur propter impedimentum difficultatem, uel caſum. Ab. de iureiuran. c. Breui.

Obligatio ad terminum. Si terminus apponitur ad ſolicitandum impeditum lapſus termini non liberat ab obligatione. Si apponitur ad faciendum & limitandum obligationem lapſus termini liberat ab obligatione ex quo non ſtetit per promiſſorem quin ſatisfecerit. Si terminus ab uno contrahentium opponitur reſpectu impedimenti, ab altero tantum uidetur poni ad ſolicitandum impletionem, ideo poſt tempus non tollitur obligatio, ſed magis firmatur. Si terminus ab utroque ponitur reſpectu implendi ab utroque uidetur appoſitus ad faciendum obligationem, ideo elapſo termino, ſi per unum ſtetit alter eximitur ab obligatione, quia contractus recipit conditionem. Si tu imples uolo obligari, ſi non imples nolo. Si apponitur tempus ad ſolicitandum complementum contractus imperfecti non ſoluitur contractus lapſu temporis. Si ad ſolicitandum principium, noui contractus ex parte utriuſque, tunc tempus ſoluit primum contractum in finem contrahendi ordinatum. Ex quo labitur tempus contrahendi quilibet declarat ſe nolle contrahere, & conſequenter ſe diſcedere a primo contractu. Vnde ſi ſponſalia a principio ſint pure contracta, licet poſt ſponſus & ſponſa conuenirent de die nuptiarum, non propter hoc lapſus huius diei ab obligatione liberat, quia terminus ex poſt facto appoſitus eſt pro ſolicitanda impletione promiſſionis perfectæ, & prius factæ. Abb. de ſponſa. cap. Sicut.

Obſides poſſunt dari & a quibus. Abb. de iureiuran. cap. Ex reſcripto. Vide. Religioſi.

Offendens poteſt ſe ſubiicere iudicio offenſi pro ſatisfactione ut arbitrio boni uiri. Non enim poteſt illum arbitrum uel iudicem facere in facto proprio. Intellige quando non fit uulneratio, quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum. Ab. de ſen. exco. c. Contingit.

Offenſus poteſt agere. Vide. Qui appellationem renunciauit.

Officium eſt quod naturaliter legibus neceſſe eſt implere. Et dicitur ab efficiendo, uel ab officiando per contrarium, quia nemini debet officere. Ab. de proba. c. Poſt ceſſionem.

Ab officium aliquem approbans non poteſt illum reprobare reſpectu eiuſdem officii niſi ex cauſa ſuperueniente, nec reſpectu alterius dummodo ſit tale in

quo conſimiles perſonæ admittuntur. Nec ſtatutum in contrarium ualet; & hoc limita reſpectu priuati, ſecus reſpectu ſuperioris qui poteſt examinare, quia forte factus eſt indignus. Abb. de exceptio. cap. Vt cum uenerabilis.

Officium aſſumens contra iuris diſpoſitionem, tenetur officium cum pudore deponere & acquiſita reſtituere. Ab. de iude. cap. Cum ſit. Si officium habet iuriſdictionem tenetur dare pauperibus, quia uidetur acquiſiſſe per præſumptionem & uiolentiam, ſecus in eo qui non habet iuriſdictionem ut in aduocato ſi precium plus accepit. Qui habet iuriſdictionem dabit pauperibus, & quæ habuit ſicut habuiſſet quilibet alius iudex. Si plus ultra accepit dabit illis a quibus extorſit. Ab. ubi ſuprà.

Officialis depoſito officio ratione delicti commiſſi, in officio ſemper poteſt conueniri in patria ſua ſecundum naturam actionis. In loco ubi exercuit officium conueniri non poteſt, niſi in ſindicatu ſuo qui debet expediri infra 50. dies. Ab. de immuni. eccle. c. Aduerſus.

Officialis depoſitus propter baratarius, non debet habere ſalarium, niſi pro tempore quo fuit in officio, quia depoſitus eſt culpa ſua, immo tenetur condacenti quo ad intereſſe. Ab. de iude. c. Cum ſit.

Officiales ſeculares in ciuitate non debent eſſe perpetui, unde ſolum per biennium poteſt quis eſſe in officio, & debet uacare biennio. Ab. de iude. c. Significauerunt.

Officiales quibus datur plenum & generale arbitrium ſuper ſtatuta, non poſſunt ſtatuta ſpecialiter edita tollere, niſi aliqua cauſa noua, uel antiqua ueriſimiliter non conſiderata emerſerit. Poſſunt autem ſtatuta noua facere. Ab. de off. lega. c. Studuiſti.

Oleum non conſecratum ſi miſceatur conſecrato totum eſt conſecratum. Ab. de conſecra. eccle. uel alta. c. In dubiis. Compoſitum ex diuerſis aſſumit naturam ſimplicis dignioris. Vinum tamen ſi apponatur in ſanguine euchareſtiæ permanet uinum, quia uinum poſt conſecrationem deſinit eſſe uinum, ideo non fit commixtio, ſecundo non eſt ibi tantum ſanguis, ſed etiam corpus, ideo non tranſit uinum, quia non eſt ibi purus liquor ſanguinis, tertio ſicut ſanguis eſt incommutabilis ita & incommixtibilis. Abb. ubi ſuprà.

Aborrere quod ciuitas uel collegium habet, ſi princeps aliquem eximit ex priuilegio an ciuitati diminuatur onus, uel totum remaneat ſuper non priuilegiatos. Ab. de præſcrip. c. Accedentes. Vide Talea. Abb. de immuni. eccle. c. Peruenit.

Onera ordinaria ſunt quæ imponuntur a lege, uel a principe. Abb. de cenſi. cap. Licet. Ordinaria ſunt quę habent determinationem certam, uel ordinatam preſtantiam, extraordinaria quæ quandoque per accidens imponuntur, uel quę non imponuntur a lege, uel a ſenatus conſulto uel conſtitutionibus principis. Ab. de immuni. eccle. c. Non minus.

Onus quod imponitur habito reſpectu ad redditus, diminuitur & augetur ſecundum facultates redditũum. Ab. de cenſi. c. Quanto.

Exigens collectam pro oneribus publicis non debet aliquam utilitatem conſequi, immo punitur ſi plus exigit, quam impendat: quia quod plus accepit reſtituet & tantundem pauperibus largietur. Abb. de immunita. eccle. c. Quia plerique.

Si quis exoneratur ab oneribus, an debeant diminui onera communitatis. Ab. de im-

de immuni. eccle. cap. Peruenit. Vide. Talea.

Onera ſi clerici ſoluunt contra ius non obſtante poſſeſsione facti, poteſt epiſcopus clericos interdicere, ut illa amplius non ſoluant. Ab. de cenſi. c. Significauit.

Opera bona etiam hęreticorum ualent ad bona temporalia promerenda, & ad minus ſubeundum ſupplicia. Glo. de hære. cap. Firmiſſime. Valent etiam quo ad illuſtrationem mentis, quia facilius merentur gratiam conuerſionis, quam illi qui ſemper ſunt in peccato. Item mortificatis peccatis, illa bona opera interdum reſurgunt. Abb. ubi ſuprà. De apoſta. c. Quadam.

Operatio non attribuitur ciuitati, uel collegio, niſi quando congregato concilio legitimo illud fuit prius obtentum, alioquin ſinguli dicuntur feciſſe non ciuitas, etiam ſi omnes operationem illam faciant. In re ſpectante ad plures, ut ad ſingulares omnes debent conuenire, ubi maior pars præiudicat minori, quia minor poſſet trahere maiorem ad ſententiam ſuam, ut quando ſunt plures patroni eccleſiæ. Ab. de elec. c. In geneſi.

Contra opinionem communem iudicatur. Gloſa quando illa opinio iure non probatur, nec tenetur iudex ſequi opinionem communem ubi euidenter illa eſt falſa, & hoc extimabit iudex acutiſſimi ingenii. Abb. de uſur. cap. Tua nos. In dubio ſequenda eſt opinio a pluribus approbata, niſi ſit euidenter falſa. Ab. de uerbo. ſigni. c. Nouimus.

Opiniones ubi ſunt diuerſæ tenenda eſt media. Glo. hic niſi alia ſit probabilior. Contra opinionem communem debemus iudicare ſi poteſt de falſitate communi. Ab. de cenſi. c. Sciente.

Opiniones ubi ſunt uariæ in uno articulo ſequi debet rationabilior & equior. Si utraque eſt rationabilis ſuſtineri debet ea quæ eſt plurium. In matrimonio quando doctores in ſuis locis ſeparant matrimonium, nec aſſignant caſum expreſſum in iure, ſi inuenitur unus doctor ſuſtinens matrimonium illius opinio eſt ſequenda, & ſingularis opinio eſt præferenda communi, niſi communis habeat textum pro ſe. Abb. de cogna. ſpiritua. capitu. Si uir.

Opinio falſa euidenter in iure poteſt appellari præſumptio & temeritas. Ab. de ſen. exco. c. Quanto.

Opinio præfertur ueritati in caſibus contentis in his uerſibus. Teſtamenta fauor, odium, ſententia, proles. Ex iſtis cauſis pręfertur opinio ueris. Glo. de biga. non ordinan. c. Nuper qui nobis.

Opinio ſequenda eſt quæ meliori innititur rationi, & inferioris ſententia poteſt aliqua ſententiam maiorum ſuperare. Communis opinio eſt ſequenda niſi notorie dicat male, nec ſemper conſideranda eſt multitudo ſequentium. Ab. de fer. c. Capellanus.

Oportet regulariter importat neceſſitatem, quandoq; honeſtatem, ſecundum materiam ſubiectam. Ab. de libel. oblat. c. Ignarus.

Oratio non debet fieri pro decedentibus in mortali. Abb. de hære. cap. Si quis epiſcopus. Pro excommunicato poteſt fieri oratio in eccleſia ſicut in paraſceue. Orat eccleſia pro hæreticis dum uiuunt. pro recedentibus in excommunicatione non eſt orandum. Ab. de ſenten. excommu. cap. Si aliquando.

Oratio generalis pro defunctis, non tantum ualet quantum particularis, licet honor deferri uideatur his pro quibus offeruntur. Glo. hic. Si attendatur ratio caritatis facientis plus, non dicuntur nec plus letantur, qui plus habent

bent de caritate. Si reſpectu ſuffragii plus ualet particularis. Si tamen hi pro quibus fiunt non indiget, Deus indigentibus diſtribuit & ſemper proſunt facienti. Ab. de ſepultu. c. Fraternitatem.

Oratorium proprie eſt locus ad orandum, quod quiſquis in domo ſua ædificare poteſt, nec debet ibi celebrare ſine licentia epiſcopi. Ab. de eccle. edifican. c. Tua nos. Priuata perſona poteſt ſibi edificare oratorium ſine licentia epiſcopi, dummodo non celebretur ibi abſque eius licentia. Ab. de religio. domi. c. Ad hoc & infra.

In oratoriis priuatis campanæ publicæ teneri nō poſſunt etiam per religioſos. De priuilegiis. cap. Parentibus. Non prohibetur teneri campanula parua & priuatim pulſari. Iſta oratoria non gaudent priuilegio eccleſiarum. Dicũtur oratoria loca apta ad orandum non conſecrata, nec habentia dotem ſicut habent magni domini in domibus ſuis, & poſſunt deſtruere quando uolunt. Eccleſiæ ſunt conſecratæ publice & habent dotes ſuas. Si ſunt conſtituta auctoritate epiſcopi poteſt ibi publice celebrari, ſin autem celebrari non poteſt niſi priuatim. Exempti tenentes campanam in oratorio poſſunt puniri per epiſcopum, quia campana pulſatur propter audientes, & ſic læduntur perſonę non exemptæ & committitur delictum extra locum exẽptum ſicut proiiciendo lapidem de loco exempto, percutiendo in loco non exempto, & mandans delictum in uno loco committi punitur per ordinarium loci delicti. In eccleſiis tamen poſſunt religioſi habere campanas de iure communi, uel etiam ex priuilegio. Non tamen poſſunt religioſi in eorum eccleſijs tenere niſi unam campanam de iure communi, & hoc debet ſufficere maxime mendicantibus, cum ipſi non habeant populum. Abb. ubi ſuprà. c. Parentibus.

Oratorium priuatum, non eſt ſub poteſtate epiſcopi quo ad ius uiſitandi & procurationem exigendi, nec uenit nomen pii loci, nec actus celebrandi, ibi interdum concludit locum eſſe publicum, niſi publice celebretur, & omnes admittuntur. Cognoſcitur ab eccleſia quia non conſecratur niſi conſtituatur ſibi dos, nec principaliter fit ut ibi celebretur ſed ibi oretur. Sine licentia epiſcopi non eſt celebrandum in eo, nec poteſt habere campanam publicam. quod habet oratorium niſi illud tractet honeſte, poteſt epiſcopus illud facere deſtruere. Iſta oratoria non gaudent immunitate eccleſiæ cum hodie ſint oratoria & cras cameræ ad utilitatem domini. Si tamen ſint conſtructa auctoritate epiſcopi erunt publica & religioſa, & non poſſunt ad uſus humanos deputari. Licet epiſcopus non poſſit uiſitare oratoria priuata, poteſt tamen ad illa accedere, ut uideat quomodo ſe habeant, & ſi præter formam iuris conſtituta ſunt, & an honeſte tractentur ut uideat. Ab. de cenſi. c. Auctoritate.

Ordinarius ſi aliquid agit contra inhibitionem papæ eſt ipſo iure nullum. Ab. de conceſ. præben. c. Conſtitutus.

Ordinarius ſuplet negligentiam Abbatis non reuocantis monachum uagabundum uel habentem proprium. De off. iud. ordina. c. Quanta deuotio. Vide Delegatus.

Ordinarius qui ſcit non ut iudex ſed ut homo, uel Deus, ſubditum eſſe reum criminis, poteſt eum corrigere uel punire indeterminate, ſed non nominatim, quia non creditur ſuperiori, niſi probet delictum, poteſt tamen excommunicare in communi, non in ſpeciali. De off. iudi. ordina. cap. Si ſacerdos.

Si ordi-

Si ordinarius ſubiectus epiſcopo infert in ſubditum iuſtam cenſuram, epiſcopus illam debet ſeruare, nec debet illam relaxare ſine ſatisfactione, & eum ſcientia proferentis. De officio iudicis ordina. c. Cum ab eccleſiarum.

Ordinarius cui conſtat quod abſolutus a papa ſuppreſſit ueram cauſam quare fuit excommunicatus, debet illum remittere ad papam, ſi autem non conſtat & eſt urgens ſuſpitio contra eum, debet eum cogere ad ſe purgandum. De off. iud. ordina. c. Ex parte tua. Si non poteſt ſe purgare habetur pro conuicto. Ab. ubi ſuprà.

Ordinarius licet poſſit cogere ſubditum ad acceptãdum delegationem ſuam, non tamen ad exequendum delegationem papæ, quia non ſpectat ad eius officium ſed papæ. Poteſt tamen punire eum quia contempſit mandatum ſuperioris, quia hoc caſu punit non ut delegatum ſed ut in crimine perſeuerantem, & ceſſat maioritas. Ab. de off. & pot. iud. delega. c. Prudentia §. Adiicimus. Non obſtante quod commiſſa ſit delegato, ſuplet, ſi ex deſidia uel malitia delegati quis perſeueret in peccato. De off. iud. ordina. c. Significauit. Non autem poteſt ubi non imminet peccatum. Ab. ubi ſuprà.

Ordinarius exequitur ſententiam delegati ad mandatum eius, etiam ſi ſciat illam eſſe iniuſtam. De off. & pot. iud. delega. c. Paſtoralis. §. Quia uero. Intelligitur de ſententia iniuſta, quæ tamen alias tenet, quia erat contra ius litigatoris, uel tranſierat in rem iudicatam, quia non fuit appellatum. Nec ſententia eſt ſolum iniuſta ex parte pronunciantis ſed ex iuris diſpoſitione tenet, & eſt executioni mandanda ut ſit finis litis. Non tamen habet locum in cauſa criminali ubi ſententia eſt corporis afflictiua, quia tacitus conſenſus partis non habet purgare uitium ſententiæ, quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum. Hinc eſt quod condemnato inuito poteſt tertius appellare. Ab. ubi ſuprà.

Ordinarius cui papa mandat ut corrigat clericos ſuæ dioceſis propter hoc non habet iuriſdictionem ſuper exemptos. De officio iudi. ordina. cap. Graue.

Ordinarius credens ſe eſſe delegatum cauſa non ſit ſi procedit auctoritate delegata non tenet proceſſus, etiam ſi potuiſſet procedere ut ordinarius, & hoc ex defectu uoluntatis. Glo. & Abb. de off. & pot. iud. delega. cap. Ex litteris.

Ordinarius cui competit abſoluere ab excommunicatione poteſt aliis abſolutionem delegare, & hoc de excommunicatione intelligitur. De off. iud. ordina. c. His quibus.

Ordinaria iuriſdictio radicata in perſona illius cui conceditur. Vnde immediate per conceſſionem inheret oſſibus illius, ideo per mortem concedentis non expirat, quia quod noſtrum eſt ſine facto noſtro a nobis euelli non poteſt. Cognoſcitur ordinaria conceſſio, ſi princeps, lex, uel conſuetudo dat ſimpliciter iuriſdictionem ſuper prouinciam, ciuitatem, uel caſtrum, uel concedit ſimpliciter iuriſdictionem ſuper uniuerſitatem cauſarum, quia tunc uidetur concedere ordinariam, niſi exprimatur uerbum, delegamus, uel hoc, fac auctoritate noſtra, quia tunc facit delegatum. Nemo poteſt dare ordinariam iuriſdictionem niſi princeps, uel lex, uel conſuetudo, uel uniuerſitas dum eligit rectorem. Abb. de offi. & poteſt. iud. delega. cap. Relatum.

Ordi-

Ordinari non poſſunt ſcholares per epiſcopum ciuitatis in qua ſtudent. Quo ad ſacramenta neceſſaria epiſcopus ſtudii eſt iudex competens, non autem quo ad uoluntaria. Nec poteſt epiſcopus ſtudii commutare uota ſcholaris extranei. Ab. de paroch. c. Nullus.

Ordo inter aliquos. Vide in honoribus.

Ordo quandoque conſiſtit in non ſeruando ordinem ſolitum ſecundum tela iudicii dicitur ordo, quia ordinate proceditur. Tertio dicitur ordo religio quia debet eſſe ordinatā & approbata. Quarto caracter clerici. Ab. de iureiuran. c. Ad noſtram ſecundum.

Ordo epiſcopatus conferri non poteſt non ſacerdoti. Glo. de cleri. per ſaltum promoto. cap. Tuæ litteræ. Communiter tenetur oppoſitum. non tamen poteſt exequi. Ab. ubi ſuprà. Tenendo opinionem theologorum in ſubſtantia non uidetur differre ordo ſacerdotalis, & epiſcopalis, niſi quod epiſcopalis ampliat ſacerdotalem poteſtatem, ſic non poteſt conferri non ſacerdoti. Hanc opinionem ſequitur dominus Anto. & ad hoc adducuntur plura. Ab de exceſsi. præla. c. Ex litteris.

Epiſcopus pro ordine conferendo ab eo, uel miniſtri uel notarii nihil temporale debent exigere. De ſimonia. c. In ordinando. Vide Notarius. Simonia. Nec ualet conſuetudo quod aliquid exigatur pro ordinibus. De ſimo. c. Sicut pro certo. Non poteſt etiam accipere ex poſt facto. Induci tamen poteſt conſuetudo ut ordinandus aliquid det pro fabrica eccleſiæ, uel ad cultum diuinum ita tamen ut ordo libere conferatur, & poſt compellatur ad ſeruandum laudabilem conſuetudinem. Non tamen ualet pactum uel ſtatutum etiam in fauorem eccleſiæ. Valet etiam conſuetudo ut cenſus debitus epiſcopo deferatur tempore criſmatis, quia non datur principaliter pro criſmate. Ab. ubi ſuprà. c. Sicut pro certo.

Qui ordinauit aliquem ſub promiſſione de non petendo ab epiſcopo prouiſionem per triennium a collatione ordinum, & præſentator per triennium ab executione ordinum ſunt ſuſpenſi. Ordinatus autem eſt perpetuo ſuſpenſus, & ſolum per ſedem Apoſtolicam cum eo diſpenſatur. De ſimo. c. Si quis.

Ordinem conferens ſimoniace eſt ipſo facto ſuſpenſus a collatione ordinum, & ſic ordinatus ab ordine ſuſcepto, & ſolus papa diſpenſat ſi ipſe eſt ſimoniacus, ſecus ſi eo ignorante per alium data eſt pecunia. De ſimonia. cap. Si quis.

Ordinatus in ſubdiaconum qui prius præſentatori ſuo promiſit quod nihil petet ab eo in ſuſcepto ordine miniſtrare uel ad ſuperiores ordines aſcendere ſine diſpenſatione non poteſt, etiam ſi non credebat ſe non peccare. De ſimo. cap. Per tuas. In hoc diſpenſat epiſcopus, quia non eſt proprie ſimonia, & ſi eſt non eſt ita graue peccatum ſicut quando proprie interuenit donatio. In caſu iſto eſt ſuſpenſus tantum ab ordine ſiomoniace ſuſcepto, non ab aliis ratione prędicta. Sic ordinans uel pręſentans mitius puniuntur. Licet de præſenti non eſſet obligatio, tamen poſt pręſentationem obligatur præſentator dare certam portionem, quæ conſideratis fructibus eſt quid temporale. Remiſit ergo obligationem rei temporalis ut acquirat ius ſpirituale, & remittere in iſtis idem eſt quod dare, ideo eſt ſimonia. Abb. ubi ſuprà. Iſta renunciatio ſi fiat poſt ordinationem ualet, non autem ante. Si interueniat iuramentum, ordinatus nihil poteſt petere, ſed ordinator, & præſentator non poſſunt ſine peccato deſiſtere, quin illis

prouideant. Si proprie eſſet ſimonia in ordine, ordinator eſſet perpetuo ſuſpenſus, & ordinatus ſuſpenſus ab omnibus ordinibus. Eſt ergo ſimonia in conſecutiuo ad ordines, in qua ſolus papa diſpenſat, qui tamen non punit ut ſimoniacos in ordine. Ab. de ſimo. c. Si quis.

Ordinem non poteſt quis recipere ab eo quem credit ſimoniacum, ſed miniſtrare poteſt in prius acceptis ab eo. De ſimo. c. Per tuas ſecundum. Vbi non eſt pactum in credendo, uel non credendo poteſt quis informare conſcientiam ſuam, ut libet. Ab. ubi ſuprà.

In ordinatione archidiaconus dicens ordinandos eſſe dignos non peccat, niſi ſibi conſtet de oppoſito. De ſcruti. in ordi. c. Ex parte.

Ordo clericalis dicitur prima tonſura. De æta. & qualita. ordinando. cap. Cum contingat.

Ordo ubi dubitatur an ſit collatus probabiliter debet de neceſſitate iterari, uel ad cautelam conferri, & debet præmitti proteſtatio quod non intendit ordinare, ſi alias fuit ordinatus. Ab. de cleri. ordina. per ſaltum. c. Tuæ litteræ.

Qui ordinem furtiue recipit in ſuſcepto miniſtrare, uel ad ſuperiores aſcendere non poteſt, & contra hoc faciens ſi erat excommunicatio lata, non poteſt ſine diſpenſatione papæ, & ſi non erat lata, epiſcopus & Abbas poſſunt diſpenſare cum eis. De eo qui furti. ordinem recip. c. Veniens. Furtiue recipit, qui ſine licentia ſuperioris. Talis recipit ordinem, ſed non exequutionem. Si recipit ordinem in excommunicatione ſolus papa diſpenſat, quia incidit in irregularitatem, ſicut miniſtrans poſt interdictum etiam ſi religionem ingrediatur. Abb. ubi ſuprà. Qui furtiue recipit ſubdiaconatum poteſt per epiſcopum diſpenſari in minoribus. Si ingreditur religionem & eius mores hoc exigant, poteſt epiſcopus diſpenſare. Vbi ſuprà. c. Cum licet Lator.

Ordines minores quattuor conferri poſſunt ſimul & eadem uia, non autem accolitatus cum ſubdiaconatu. Ab. ubi ſuprà. c. Cum. N. lator.

Ordo ſacer liberat a patria poteſtate. Glo. de æta. & qualita. ordinando. c. Indecorum. Liberat a ſeruitute non a patria poteſtate, quia non eſt indecens ut clericus ſit ſub poteſtate patris. In ſpiritualibus non eſt clericus ſub poteſtate patris. Vnde in beneficio poteſt agere, & conueniri ſine conſenſu patris. Liberat tamen ordo ſacer a poteſtate patris, quo ad percuſſionem, quia pater percutiens incurrit excommunicationem. Epiſcopatus liberat a patria poteſtate. Abb. de ſenten. excommun. cap. Cum uoluntate.

In ordine ſacro conſtitutus uidetur homo ſacratus. Ab. de calumnia. c. Cum fortis.

Ordinem ſacrum ſuſcipiens ante pubertatem ſi ueniens ad pubertatem contradicit non tenetur ad caſtitatem, ſi non uult gaudere priuilegio clericali, quia non potuit renunciare ei quod neſciuit. Ab. de cleri. per ſaltum promo. c. Tuę litteræ.

Ordines ſacros duos contra excommunicationem latam per ordinatorem recipiens ſuſpenſus eſt ab executione, ſi tamen intrat religionem, epiſcopus poteſt diſpenſare in ſuſceptis ordinibus. De eo qui furti. recipit ordi. c. Innotuit. Licet duo ordines non debeant conferri ſimul, collatio tamen tenet, & furtiua & per ſaltum. Si præceſſit excommunicatio etiam ſi intrat religionem, non diſpenſat epiſcopus ſuo iure in ſuſcepto. Vbi excommu-

communicatio non præceſsit, eſt ſuſpenſus tantum a ſecundo ordine ſuſcepto. In minoribus prius ſuſceptis ſi non præceſsit excommunicatio, diſpenſat epiſcopus. Ab. ubi ſuprà.

Ordo ſubdiaconatus gaudet priuilegio, & iure diaconatus ex quo declarauit eccleſia quod ſit ſacer, & hoc quo ad libertatem. De ſeruis non ordinan. c. Miramur. Item quo ad electionem. Glo. ubi ſuprà.

Ordinandus debet eſſe dignus ſcientia, moribus, & ętate, ſiue ordinetur ad ſacros ordines, ſiue ad epiſcopatum. De elec. c. Cum in cunctis. Verſus. Ordo, natura, fidei decus genitura. Ætas, & mores, & littera præſtant honores. Gloſ. ubi ſuprà. Scientiam non oportet eſſe eminentem, qua ſciat ſine libris ſoluere quæſtiones difficiles, nec oportet mediocrem qua poteſt prędicta diſcutere cum libris, ſed oportet habeat ſufficientem requiſitam ſecundum qualitatem officii, uel beneficii, ut explicari poſſunt neceſſario officio, quæ ſufficientia conſideratur ad arbitrium boni uiri conſiderantis qualitatem loci, ubi conuerſatur, & qualitatem officii, uel beneficii. Papa cum pręponatur omnibus Chriſtianis debet eſſe doctior cunctis, epiſcopus debet ſcire nouum, & uetus teſtamentum, quia tenetur reddere rationem de fide, & ſecundum Hoſti. tenetur ſcire ius canonicum cum habeat iudicare ſecundum illud, maxime in cauſa matrimonii. Archidiaconus debet ſcire iura ſi habet iuriſdictionem contentioſam, ſecus ubi habet tantum nomen. In religioſis charitas ſuplet ſcientiam. Abbati ſufficit quod ſciat legere, & cantare collectas ut dicit archidiaco. Quod non credo uerum cum habeat curam fori pœnitentialis ſaltem reſpectu monachorum. Presbyter debet ſcire canones pœnitentiales, & quæ habentur. 36. diſtin. Qui epiſcopus. Illiterati non ſunt promouendi etiam doceiles, niſi ex magna cauſa, conſideranda tamen eſt qualitas loci. Qui præponitur ruri non oportet habeat ſcientiam, quantam qui præponitur curæ magnorum dominorum. Qui non habet ſufficientem ſcientiam prædicto modo, non acceptet dignitatem, uel officium. Idem dicitur de promouendis ad doctoratum, ad quem pauciſsimi digni attingunt. Abb. ubi ſuprà. Et de ſcientia epiſcopi. Idem ponit Gloſ. infra. cap. Cum uobis olim.

Ordinandus uel promouendus ad dignitatem tenetur pandere delictum impediens ordini executionem, uel retentionem beneficii ſine diſpenſatione, ſecus in aliis occultis. Si crimen irregularitatem, uel incapacitatem inducit ad beneficium, & hoc crimen habet tempore promotionis non poteſt beneficium retinere quantumcunque crimen ſit occultum, uel defectus, ſi ſuperueniat prouiſio papæ, uel alterius diſpenſatio; ſi defectus non inducebat nullitatem ipſo iure, ſed dabat facultatem caſſandi, ſufficit diſpenſatio. ubi ſuprà. Si non fuit notorium non ſufficit diſpenſatio, ſed requiritur conſenſus electorum. Si crimen eſt graue & notorium, licet non inducat irregularitatem, non tenet promotio, niſi forte ſcienter ſit promotus a papa, & tunc uidetur tacite diſpenſatus, non autem ſi promoueatur ab epiſcopo. Si crimen ſit occultum peracta pœnitentia poteſt tenere beneficium. Ab. de elec. c. Innotuit.

Accolitus qui baptizandi prębuit miniſterium, ſi crimen eſt occultum, poteſt promoueri, non autem ſi publicam, niſi diſpenſetur cum eo intrante religionem. De apoſta. c. Ex litteris. Iſte accolitus præbuit miniſterium reſpondendo rebaptizanti. Ab. ubi ſuprà.

Ad or-

Ad ordines ſacros promoueri poteſt fur occultus poſt reſtitutionem, & pœnitentiam. De fur. c. Ex litteris. Confeſſus in iudicio uel conuictus de furto non poteſt amplius promoueri ad ordines ſine diſpenſatione. Idem eſt in quolibet notorio peccato. Vt ſemel fur poſſit promoueri, requiritur quod ſponte ſit confeſſus, quod ſatisfecerit læſo, quod infamia non ſuperuenerit contra eum, quod peregerit pœnitentiam, uel partem ipſius, & quod alias ſit idoneus. Ab. ubi ſuprà.

Ordinandum clericum ſecularem non poteſt ſuperior impedire a ſuſceptione ordinis cauſa non apparente. Poteſt tamen hoc prohibere prælatus regularis, quia magis ſubduntur religioſi ſuo prælato, quam clerici epiſcopo. Non tamen poteſt regularis ex ſola inhibitione prælati impediri quo ad executionem ordinis iam ſuſcepti nulla alia cauſa apparente. Multa impediunt promouendum, quę non deiiciunt iam promotum. Ab. de ſimo. c. Ex tuis.

Ad ordines promouendum impedit crimen publicum. ſecus ſi eſt occultum, quia tunc regulariter non requiritur diſpenſatio, ſed ſufficit ſola pœnitentia. Cęteris paribus facilius diſpenſatur cum intrante religionem, quam cum remanente in ſeculo propter pœnitentiam duriorem. Ab. de apoſta. c. Ex litterarum.

Ordinandum poteſt presbyter parrochialis præſentare ad titulum eccleſię ſuæ, & uigore huius præſentationis ordinatus debet conſequi alimenta ab illa eccleſia etiam ſi ſit patronata, non tamen fit præiudicium patrono non conſentienti, ad titulum eccleſiæ huius poſſunt ordinari plures, non tamen omnes erunt rectores, ſed habent ſolum alimenta, donec fuerit eis prouiſum aliter. Si eccleſia non eſt patronata, & redditus ſufficiunt poſt mortem rectoris, iſte remanet in eccleſia, ſi non ſufficiunt debet puniri rector, ideo reuocabuntur. ſi eſt patronata ad petitionem patroni reuocabitur, quia ſine conſenſu eius non poteſt conſtitui titulus perpetuus, & ſi uenit ad inopiam non poteſt ita abundanter alimentari. Vbi eſſent plures intitulati ſi etiam patronus conſenſerit ceſſante conſuetudine patronus non tenetur preſentare unum de intitulatis, ſed tantum de honeſtate, ſecus ubi eſſet conſuetudo. Patronus tamen conſentiens ſibi præiudicat, inquantum non poteſt eos remouere, & quia erunt illi primo alimentandi. Ab. de iure patro. c. Poſtulaſti.

Ad ordines minores nullus debet promoueri, niſi etiam uelit promoueri ad ſacros. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Coniugatos. Vide. Ordinari ad ſacros ordines non poteſt coniugatus.

Ordinari non poteſt qui non eſt baptizatus, nec ordinem recipit. De presby. non baptiza. c. Veniens.

Ordinari prohibetur bigamus. De bigam. non ordinan. c. Vt bigami. Nec poteſt papa diſpenſare cum bigamo, quod ordinem ſuſcipiat, uel miniſtret in ſuſcepto ordine ſacro, quia non poteſt reſtituere ſacramentum unionis. Poteſt tamen diſpenſare cum ordinatore ſuo. Glo. ubi ſuprà. Nec tamen eſt bigamus qui uxorem alterius duxit, ſi cum prima non conſummauit matrimonium, quia neuter diuiſit carnem ſuam. Vbi ſuprà. c. Debitum. Si ducit in uxorem prius a ſe corruptam non eſt bigamus, quia non diuiſit carnem ſuam. Glo. ubi ſuprà. Subdiaconus qui contraxit cum uidua, licet matrimonium ſit nullum, reputatur bigamus, nec licet diſpenſare cum eo. Vbi ſuprà. c. A nobis.

Ordinari non poteſt corpore uitiatus, ſecus ſi parte digiti careat, & non ſit ſcandalum. De corpore uitiatis. c. De presbytero. Nec habens maculam in oculo. Vbi ſuprà. c. Cum de tua. Poteſt tamen ſi unus oculus ſit maior altero. Glo. ubi ſuprà. Eunuchi ex indignatione non poſſunt ordinari, ſecus ſi ex alia cauſa. Vbi ſuprà. cap. Ex parte. Etiam ſi arbitrentur obſequium ſe præſtare Deo. Vbi ſuprà, c. Significauit. Epiſcopus tamen diſpenſat quod faciant ſacerdotalia excepto quod non celebrent. Glo. ubi ſuprà. Carens manu uel digito ſi impeditur a fractione hoſtiæ, non poteſt ordinari, & priuatur beneficio quod habens illud tenetur ordinari ſacerdos, puta ſi cum tali defectu factus ſit Abbas. Vbi ſuprà. c. Expoſuiſti. Qui patitur in police ſi poteſt frangere hoſtiam, ordinatur. Vbi ſuprà. Thomas monachus. Si ex culpa ſua ſine cauſa iuſta habet deformitatem repellitur. Si caſu uel iuſta cauſa ſit corpore uitiatus, non remouetur a ſuſceptione ordinum, niſi ſit deformitas. Glo. ubi ſuprà. c. Expoſuiſti.

Ordinari & miniſtrare in ſuſceptis ordinibus non prohibetur clericus propter crimen occultum. De tempore ordina. c. Ex tenore. Quæſitum. Excipitur tamen homicida. Intelligitur quando clericus habet ius petendi ordines, & non aliter. Glo. ubi ſuprà. Si crimina ſint notoria poſt pœnitentiam diſpenſat epiſcopus, & ante quando ſunt occulta, & tunc non poteſt de crimine accuſari, & ad hoc ualet diſpenſatio. Glo. ubi ſuprà. c. Quæſitum.

Ordinari non debet obligatus ad ratiocinia, niſi prius debitis ſe exoneret. De obliga. ad ratiocinia. c. Magnus epiſcopus Auguſtinus.

Ordinari non poteſt quis niſi ab epiſcopo ſuo, uel de eius licentia. alias ambo puniuntur. Ab. de eo qui furtiue ordi. recip. c. Innotuit.

Ordinari non poſſunt hiſtriones, & buffones. Ab. de uita & honeſta. cleri. c. Cum decorem.

Ordinari poteſt clericus qui fuit in aliquo conflictu, in quo aliqui occiſi ſunt ſine eius facto, & conſilio, & hoc de iure communi. De cleri. percuſſo. c. Continentia.

Ordinari non poteſt illegitimus, nec ſeruus. De filiis presby. c. Vt filij. Poſſunt tamen ordinari ſerui originarii & areptitii, licet non ſint liberi. Glo. de iude. c. Multa. Nec debet ordinari infamis ſuper defectum natalium, niſi prius purget ſe. De purga. cano. c. Accedens. Iurabit iſte quod fuit reputatus, & nunc nominatus filius petri, & alii iurabunt quod credunt eum uerum iuraſſe, & hic eſt modus huius purgationis. Ab. ubi ſuprà.

Ordinari qui non poteſt propter infirmitatem ſuperuenientem ad ordinem requiſitum non eſt remouendus a beneficio. Ab. de præben. c. Ex parte.

Ordinari quis poteſt ad minores ordines poſt ſeptennium, Corona ſecundum aliquos poteſt conferri infanti, ſi uult ingredi religionem. alias ſecus. Ab. de regulari.

Ordinari poteſt monachus ab epiſcopo ciuitatis in qua natus eſt, etiam ſi eius monaſterium ſit in alia dioceſi. Abbas de foro competen. c. Poſtulaſti.

Ordinari non poteſt ſacerdos qui non bibit uinum, etiam ſi policeatur ſe ſuſcepturum ſacramentum, quia ex horrore poſſet euomere. Ab. de celebra. miſſa. c. Ex parte.

Ordinari ad ſacros ordines non poteſt coniugatus, niſi uxor continentiam profiteatur. De conuerſio. coniuga. c. Coniugatus. Ordo ſacer large accipitur hic ut extenditur ad minores. Imponitur pœna danti coniugato coronam.

ſonam. Minores ordines non debent dari niſi ei qui uult promoueri ad ſacros, ideo ſi coniugatus ad minores uult ordinari, debet ab eo exigi uotum continentiæ, non autem a non coniugato. Si uxor ſit iuuenis an teneatur religionem intrare, opiniones. Mihi placet quod teneatur. Si uxor non ſit ſuſpecta, ſatis eſt ſeparetur thorus. Apoſtoli ſecum duxerunt uxores, ut eis miniſtrarent. Si aliunde non habet poteſt de redditibus prouidere uxori, & filiis illegitimis. Fallit tamen hoc in epiſcopo. Abbas ubi ſuprà. Ordinatus ad ſacros ordines ignorante uxore ea mortua tenetur ad caſtitatem, & ſi contrahit, matrimonium non tenet, & tamen ſi profeſſus ignorante uxore reuocetur ea mortua, ſi contrahit cum alia matrimonium tenet, quia profeſſio, & uſus matrimonii ſunt incompoſſibilia, nec profeſſio imprimit caracterem, ſicut ordo. Ab. ubi ſuprà. c. Placet.

Ordinari non poteſt uxoratus in epiſcopum, niſi uxor religionem profiteatur. De conuerſio. coniugato. c. Sane. Si poſt mortem uxoris admiſit concubinam poſt longam continentiam poteſt in epiſcopum promoueri. Idem dic in uxore papæ, & Cardinalis eſſe honeſtum, ſi uxorati promouentur. Abbas ubi ſuprà. Coniugatus eſt habilis ad papatum etiam uxore ignorante, & contradicente, & poteſt repeti per uxorem, ſicut qui eſt profeſſus, & ordinatus, ex quis erit iudex?. Abbas ubi ſuprà. c. Conſtitutus.

Si ordinetur quis ad titulum eccleſiæ patronatę, præſentatus per rectorem cui patronus non conſenſit cum uacauerit, poteſt patronus alium præſentare, quia ſibi pręiudicium nunc generatur. De iure patro. c. Poſtulaſti.

Ordinari poteſt legitime ad ſacros ordines non beneficiatus habens patrimonium ſufficiens. De prębend. cap. Tuis. Nec oportet patrimonium aſſignari ſibi in titulum, ſed ſufficit habeat illud. Talis poteſt petere beneficium, & de illo uiuere, licet non debeat compellere epiſcopum ad conferendum, cum non teneatur. Si patrimonium periret, tenetur epiſcopus illi prouidere, non quia ordinauit ſed quia tenetur pauperibus ſubuenire, & prouidere, licet ſit ordinatus ad patrimonium, tamen ſoluet decimas de illo, quia non debet ordinari, cum damno eccleſiæ parrochialis. Poteſt tamen recipi ad beneficium in alia dioceſi, quia ratione patrimonii nulli eccleſię obligatur; tenetur ad officium ratione ordinis ſacri. ſi ordinatur ſimpliciter poteſt diſponere, & alienare patrimonium. Si non habet niſi patrimonium in titulum ex quadam benigna interpretatione uidetur quod non poſſit alienare, ſed de rigore iuris poteſt, nec requiritur conſenſus epiſcopi. Operatur tamen quod non erit clericus pauper, & mendicus niſi uolens. Abbas ubi ſuprà. cap. Tuis. Ordinatus ad titulum patrimonii poteſt poſt recipere beneficium, & de fructibus eius honeſtę uiuere, ex quo ſeruit beneficio, & matrimonium conſeruare hæredibus ſuis. Si non habet beneficium gaudet in bonis patrimonialibus priuilegio clericali, ſicut in bonis eccleſiæ, quia bona ſunt acceſſoria perſonę. Nam propter pręrogatiuam perſonæ ſępe priuilegiantur in bonis. Glo. & Ab. de pręben. c. Epiſcopus.

Abbates & inferiores pręlati, rectores eccleſiarum poſſunt pręſentare ordinandos ad titulum ſuarum eccleſiarum ſine pręiudicio patronorum, nec requiritur quod ordinandus habeat proprium beneficium, ſed ſufficit ordinetur ad titulum alterius eccleſię, de cuius fructibus debet ſuſtentari, nec

tamen debet habere tantam partem, ut uideatur facta ſecatio beneficii, ſed debet ſuſtentari tanquam clericus. Quando ordinatur ad titulum alicuius eccleſiæ, quę ſufficit ad prouidendum utrique poteſt ordinatus directe petere portionem,& tenetur ibi reſidere,& ſeruire in diuinis, & ſi ibi non reſidet,poteſt puniri,& priuari portione & titulo,ſi nō ſufficit utrique,poteſt ſucceſſor ſic ordinatum priuare, non autem præſentator qui fuit in culpa. Si præſentator non poteſt ſibi ſubuenire, compellitur ordinator ad prouidendum. Ab. de ſimo. c. Per tuas. ſecundum.

Ordinare non poteſt epiſcopus parrochianum alterius ſine licentia illius nec poteſt eum aliter iudicare. De parroch. c. Nullus. Extenditur hoc capitulum ad primam tonſuram, niſi ratione beneficii, uel niſi mutauerit domicilium, nec ſufficit habitatio. Non poſſunt ſcholares ordinari per epiſcopum ciuitatis, in qua ſtudent. Ab. de parroch. c. Nullus.

Ordinans ante ætatem legitimam eſt ſuſpenſus a collatione ordinum, & ordinatus eſt ſuſpenſus uſque ad legitimam ætatem. De tempor. ordina. c. Vel non eſt. & Glo. ubi ſuprà.

Ordinans extra tempora eſt ſuſpenſus a colllatione ordinum, & ordinatus ab executione ordinis, cum quo ſolus papa diſpenſat. De tempor. ordina. c. Cum quidam. Conſuluit. & Glo. ubi ſuprà. Sic ordinatus poteſt diſpenſari per epiſcopum proprio iure, niſi papa ſibi hoc ex certa ſcientia reſeruet. Glo. ubi ſuprà. c. Conſuluit. Ordinans ad duos ſacros ordines eadem die eſt ſuſpenſus a collatione ordinum, & cum eo ſolus papa diſpenſat. Vbi ſuprà. c. Dilectus. Ordinans die ſabbati ad unum ordinem ſacrum,& dominica ſequenti continuato ieiunio ad alium eſt ſuſpenſus a collatione utriuſque ordinis collati, & ordinatus ſolum a recepto die dominico. Vbi ſuprà. c. Litteras ueſtras. Poteſt tamen ordinator complere ordinationem incohatam, ſed non conferre alium ordinem. Glo. ubi ſuprà. Ad quattuor minores poteſt ordinare omnibus diebus dominicis, & aliis diebus feſtiuis unum uel duos. Ad alios ordines tantum in ſabbato quattuor temporum, & ſabbato paſſionis, & reſurrectionis. Vbi ſuprà. c. De eo quod quæſiſti. Ad minores diebus feſtiuis poſſunt ordinari plures, dummodo non uideatur ordinatio generalis. Glo. ubi ſuprà.

Ordinare clericos ſine titulo non licet epiſcopo. De præben. c. Non licet. Non habentes unde poſſint uiuere non debent promoueri ad ordines, & ſi ordinantur debet de ſuo prouidere epiſcopus qui ſemper eſt in culpa, quia debuit diſcutere, & examinare, an ſufficiat patrimonium ad uitam honeſtam. Abbas ubi ſuprà. Qui ordinat aliquem ad ſacros ordines ſine titulo non habentem de ſuo, unde uiuat tenetur prouidere de ſuo donec aliquem titulum, ſit conſecutus. De præbend. c. Epiſcopus. Sic ordinato ſine titulo nemine præſentante ordinator uel ſucceſſor tenetur in neceſſariis prouidere, donec habeat titulum. Vbi ſuprà. c. Cum ſecundum. Intellige iſta, ſi epiſcopus examinauit, quia ſi alii examinauerunt, illi tenentur. Glo. ubi ſuprà. Si ordinauit ad titulum, & alius euicerit, non tenetur epiſcopus, niſi fraudulenter hoc fecerit ſciens beneficium illud non uacare, nec debet opponi quod ſit indignus, ex quo reputatus fuit dignus ad ordinem, eſt dignus etiam beneficio, niſi ſuperueniant noua. Glo. ubi ſuprà. Si ordinatur ad preces alterius non tenetur ordinator, ſed præſentator, alias tenetur ordinator, uel ſucceſſor prouidere ordinato in omnibus uitæ neceſſariis uidelicet in

cet in ueſtibus medicinis, cibis &c. & aſſignantur rationes. Vbi eccleſia cathedralis eſt pinguis epiſcopus tenetur prouidere de bonis illius; ubi autem eſt pauper tenetur de patrimonio proprio ſuo, & epiſcopo mortuo tenentur hęredes. Cum hæc diſpoſitio ſit fundata ſuper publicam utilitatem non poteſt clericus huic fauori renunciare. Ab. de pręb. c. Cum ſecundum.

Ordinatus in apoſtaſia religioſus non poteſt ſine diſpenſatione papæ in ordine ſuſcepto miniſtrare. De apoſta. cap. Conſultationi. Intellige prædicta etiam ſi reſcipiſcat, & agat pœnitentiam, ſed nec poteſt ad maiores ordines promoueri, ſi tamen religioſus intrat aliud monaſterium etiam magis largum in caſu non conceſſo, non dicitur apoſtata, quia non uenit contra ſubſtantialia regulæ. Ab. ubi ſuprà.

Qui credit ſe eſſe ordinatum, cum non ſit, non conficit euchareſtiam celebrando, tamen ex bona fide prodeſt ſibi & aliis. Glo. de presbyter. non ordina. c. Apoſtolica.

Ordinatus ab eo qui putabatur epiſcopus & non erat, nullum ordinem recipit, ualent tamen ſic geſta quo ad meritum propter fidem. Abb. de præsby. non baptiza. cap. Apoſtolicam. Qui non eſt baptizatus poſt baptiſmum ordinabitur. De presby. non ordina. c. Si quis. Si dubitatur de baptiſmo probabiliter debet baptizari & ordinari ſub forma. Si non es &c. Si non uult ordinari denuo remanebit laycus & ſi contrahit matrimonium, tenet, quia uotum non eſt ſolennizatum, ex quo uere non recepit ordinem, debet tamen compelli ad ſuſcipiendum ordines propter intentionem, quam habebat. Ab. de presbyter. non baptiza. c. Si quis.

Non ordinatus miniſter in pertinentibus ad ordinem quem non habet deponendus eſt, & amplius non eſt ordinandus. De cleri. non ordina. c. Si quis. Tenetur etiam pœna falſi, ſicut non habens dignitatem ſimulans ſe illam habere, qui utitur inſigniis. Intellige ſi miniſtrat in ſolenni apparatu, ſecus ſi aliter, talis debet excommunicari, & priuari beneficio, & deponi, & hoc ultimum plus placet. Ab. ubi ſuprà. Diaconus celebrans non promouetur ad ſacerdotium, & a diaconatu ſuſpenditur ad tempus, in beneficio poteſt diſpenſari cum eo. Vbi ſuprà. cap. Ex litteris. Epiſcopus poteſt diſpenſare in beneficio & in ordine quem habet, non autem ut talem ordinem recipiat. Ab. ubi ſuprà.

Ordinatus ab excomunicato ſcienter eſt ſuſpenſus, nec poteſt epiſcopus diſpenſare, niſi ignoranter ordinatus ſit. De ordina. ab eo qui reſignauit. c. Cum clericus. Qui ab epiſcopo qui loco renunciauit, non dignitati non eſt ſuſpenſus. Qui recipit minores ab eo qui utrique renunciauit, non eſt ſuſpenſus, ſi ſacros, eſt ſuſpenſus. Si ignoranter probabiliter epiſcopus diſpenſat cum eo. Vbi ſuprà. c. Requiſiuit. Si ordinatur excommunicatus propter uiolentam ſi eſt ſecularis deponendus eſt, ſi regularis manum iniecit, eſt ſuſpenſus ab executione ordinis, ignorans ius uel factum ſi ordinatur ſolus papa diſpenſat cum ſeculari. Cum regulari diſpenſat Abbas, ſi ignorantia ſit probabilis, & factum non ſit graue. De ſen. excom. c. Cum illorum.

Impedimentum habens ordinatus ſcienter ab eo qui poteſt diſpenſare ſuper impedimento ſi ordinator eſt inferior papa propter hoc non diſpenſat, niſi præcedat cognitio cauſæ, ſecus ſi per principem, qui non ſubiicitur legibus. Glo. & Ab. de ſciſma. c. Fraternitatis.

Ordinatus in maioribus ordinibus in eccleſia collegiata licite recuſat imminente neceſſitate in minoribus ſeruire. Ab. de uita & honeſta. cleri. cap. Vt quiſque.

Ordinatus per metum conditionalem tenetur ad obſeruantiam ordinis, & eius ſequelam, nec debet fieri reſtitutio, quia caracter eſt indelebilis, ſi tamen habet uxorem, & non cognitam poteſt matrimonio uti, quia non potuit ordinari in præiudicium uxoris. Abb. de baptiſ. cap. Maiores. §. Item queritur.

Ordinatus a papa non poteſt per alium ad altiores ordines promoueri. Abb. de cleri. excommu. cap. Poſtulaſti. Ordinato a papa defertur, non tamen propter hoc eximitur a iuriſdictione epiſcopi. De maio. & obedien. c. Per tuas. Si alii clerici eiuſdem ordinis ſint in maiori dignitate, uel digniores, uel utiliores, uel peritiores, non præferuntur etiam eis ordinati a papa. Qui tamen preferuntur inter æquales prius eis ordinatos. Sic ordinatus a papa non poteſt deponi per epiſcopum, nec perpetuo ſuſpendi ab illo ordine. Alii tamen tenent quod poteſt priuari propter ſequens crimen, quod credo uerius. Quod poſſit priuari beneficio accepto a papa, tenet Glo. hic. Non poteſt etiam ordinari ad alios ordines ſine licentia papę, quos ſi ſic recipit ab inferiori, priuatus eſt priuilegio, cui uidetur renunciaſſe ex tali ordinatione. Ab. ubi ſuprà. c. Per tuas.

Qui ordinatur ignoranter per ſaltum a ſubdiaconatu in presbyteratum poſt pœnitentiam ordinatur diaconus, & poteſt diſpenſari ſecum in ſacerdotio. De cleri. per ſaltum permoto. c. Tuæ litteræ. Tenet tamen collatio ordinis per ſaltum. In hoc caſu diſpenſat epiſcopus. Collatio ordinis ſacri ubi non ſunt minores ordines, tenet, & ſacer ordo uere confertur eis. Ab. ubi ſuprà.

Ordinatus a ſciſmatico ab officio eſt repellendus, niſi probet ſecum diſpenſatum per habentem poteſtatem. De ſciſma. c. Fraternitatis. In epiſcopatu & dignitate exempta, & in aliis ordinibus ſcienter, & ubi fuit ignorantia craſſa, ſolus papa diſpenſat, ſi ignorantia fuit probabilis, diſpenſat epiſcopus, niſi ipſe fuerit in cauſa ordinandi. Ab. ubi ſuprà.

Ordinatus ad ſacros ordines qui prius erat ſeruus ſi moritur inteſtatus de eius patrimonio fient partes quattuor, una eſt epiſcopi, ſecunda eccleſiæ, Tertia pauperum; Quarta patroni, qui tantum habet hanc partem quando eſt idoneus, alias in uſum eccleſię diſpenſatur per epiſcopum. Liber reſpectu diuinorum cenſendus eſt etiam reſpectu temporalium, & ſic in eo dominus perdit ius ſuccedendi, cum ordinatur de conſenſu ſuo. Tenetur tamen domino impendere diuinum officium, ſi dominus retinuit ſibi has operas. Ab. de ſucceſ. ab inteſta. c. Sancto.

Ordinatus a ſymoniaco, uel ſciſmatico caret effectu ordinis, nec diſpenſatur cum eo, niſi probauerit ſe ignoraſſe illam ordinationem eſſe damnatam. Glo. de elec. c. Quia diligentia. Vide. Ordinem recipiens.

P. Actum dicitur inter partes ex pace conuentio ſcripture legibus ac moribus comprobata, & dicitur pactum quaſi ex pace factum. De uerbo. ſigni. cap. Pactum. Pollicitatio poteſt eſſe unius partis, pactum ſemper eſt partium. Scriptura non eſt neceſſaria, niſi partes conueniant quod fiat ſcriptura. Ab. ubi ſuprà. Pactum eſt placidus conſenſus duorum, & dicitur quaſi ad pacem habendam factum. Sub pacti nomine continetur generaliter

liter omnis conuentio, habet tamen nomina ſpecialia ut emptio. Vbi non eſt ſpecificum nomen, retinet nomen generis. Abbas de pac. cap. Antigonus.

Pactum per quod beneficium eccleſiaſticum debet pecunia reſignari, non ualet. De pac. c. Cum pridem. Vnde pactio non eſt licita ut litigans liti ſuper beneficio renunciet, & conſequatur aliquid temporale, etiam ſi illud recipiat nomine expenſarum, quia ſi renuncians habet ius in beneficio uidetur ſimonia renunciare ſpirituale pro temporali, & poteſt fingere quod pro expenſis in fraudem. Secundo iuri ſpirituali debet quis libere renunciare. Ab. ubi ſuprà. cap. Pactum. De ſuccedendo in aliqua eccleſia poſt mortem prælati non ualet pactum. Vbi ſuprà. cap. Accepimus. Pactum quod eccleſia rem ſuam locando, uel concedendo in feudum apponit in præiudicium iuris parrochialis alterius eccleſiæ, non tenet, & quicquid hac occaſione percepit, reddere cogitur. De pac. cap. Plerique. Pactum licet poſſit ualere in præiudicium paciſcentium, non tamen in præiudicium eccleſiæ. Abb. ubi ſuprà. Pactum in ſpiritualibus obtinendis ceſſare debet, & ſi de facto apponitur non inducit obligationem, in conuentione inhoneſta & de re ſpirituali nullum pactum obligat in præiudicium animarum, etiam cum iuramento. Vbi ſuprà. c. Pactiones.

Qui per pactum augendæ penſionis conſecutus eſt eccleſiam, debet ea priuari, & alias canonice puniri. Ab. de pac. c. Cum clerici.

Pactum de non cedendo bonis obligat, niſi paupertas faciat illicitum, quia tunc obligat ſe ad carceres in effectu, quod non poteſt. Abb. de pac. cap. Pactiones.

Pactum appoſitum contra naturam contractus non ualet, ſed nec conſuetudo niſi propter pactum appoſitum contra naturam contractus poſſit tranſire in naturam alterius contractus, ſicut de natura donationis cauſa mortis eſt ut poſsit reuocari. Si apponatur pactum quod non poſsit reuocari, tranſit in donationem inter uiuos. Abb. de Præcar. cap. Precarium. Licet non ualeat pactum contra ſubſtantialia contractus, ualet tamen contra accidentalia eius, & tunc pactum iuuat legem. Abb. de commoda. c. Cum gratia. Per pactum quis renunciat accidentibus contractus ut in depoſito. Ab. de depoſi. c. Bona fides.

Pactum de limitanda dote, & donatione propter nuptias matrimonio ſoluto ualet, ſi ſit æqualitas hinc inde. Poſt nuptias contractus debet eſſe æqualitas dotis, & donationis, & lucri quærendi, nec poteſt augeri unum ſine alio. Pactum de limitanda dote extenditur ad donationes propter nuptias uno promouente, & ſi pactum fit de parte reducitur ad partem æqualem, & hoc poſt nuptias, quia ante poteſt inter dotem & donationem eſſe diſparitas, etiam in quantitate lucri. Abbas de dona. inter uir. & uxo. cap. Donatio.

Pactum contra ius non ualet. Si præter ius, ualet pœna appoſita, ſed non pactum, ſi ſecundum ius, ualet utrunque. Ab. de pac. cap. Plerique. Contra leges, & bonos mores pacta non ualent. Glo. & Abb. de uerbo. ſigni. cap. Pactum.

Pacta non ualent ſi diſſolutione matrimonii contra iuris diſpoſitionem difficultat, quia liberi eſſe debent in contrahendo, & diſſoluendo matrimonium. Ab. de dona. inter uir. & uxo. c. Et ſi.

Pactum impoſsibile de iure, uel de facto non obligat, ſi impoſsibile de iure

non obligat ſi de facto tantum, & impoſsibilitas eſt perpetua, non obligat, ſi ad tempus tantum ſic obligat. Ab. de pac. c. Pactione.

Pacta inter alios acta: aliis obeſſe non debent. Abbas de tranſacti. cap. Veniens.

Pacta priuatorum non ualent in prçiudicium eorum quæ ſtatuta ſunt in publicum fauorem, ſecus ſi in priuatum. Per pactum non derogatur publico iuri, ſed per ſtatutum ſic, niſi ſit de reſeruatis principi, uel contra mores bonos. Ab. de foro compe. c. Si diligenti.

Pacta & iuramenta ſeruari mandat indiſtincte ius canonicum. Ab. de iureiuran. c. Quintiualis in 8. differentia. Obſeruantia eorum eſt de iure communi, ideo obligat etiam papam. Ab. de proba. c. Ex Epiſtolę.

Pacta quantumcunque nuda ſeruanda ſunt. De pac. c. Antigonus. Epiſcopus poteſt ad ea ſeruanda cogere, quia non ſeruare eſt peccatum etiam inter laycos. Ab. ubi ſuprà. c. Qualiter. Eſt autem pactum nudum, quod ſtat puris finibus conuentionis, quia non eſt aliquod extrinſecum, puta ſtipulatio, nec interuentus alicuius rei, nec litteratum ſolennitas, nec cirographum, ineſt tamen eis obligatio iuris gentium. Pactum autem ueſtitum habet aliquid aliud. Veſtimenta eius ſunt ſtipulatio, cirographum, conſenſus ut in emptione & uenditione, res alia puta ut facias hoc, uel illud. Ex nudo pacto oritur actio. Ab. de pac. c. Antigonus. Omnis promiſsio etiam nuda eſt neceſſario executioni mandanda. Ab. ubi ſuprà. c. Qualiter. De arbi. c. Dilecti filii.

Pactum turpe, uel turpis rei non obligat. Et dicitur turpe omne pactum contra ius rei. Turpis eſt quando interponitur ſuper re turpi, ut ſi capio. 10. ut interficiam hominem. Pactum cum iuramento ſi contineat turpitudinem ex parte recipientis & iurantis, non tenet, ſi ex parte iurantis non tenet quia non poteſt quis ſe uinculare ad peccatum, nec contra bonos mores. Si continet turpitudinem ex parte recipientis ſolum, obligat, licet poſt ſolutionem poſsit ab eo repeti, quod turpiter accepit. Ab. de pact. c. Pactiones. Conuentio inualida per conſenſum ſuperioris ualidatur. Ab. ubi ſuprà. c. Quotiens.

Pactum nouiſsimum ſeruandum eſt; rumpit enim prçcedentia. Abb. de tranſact. c. Sicut.

Petrus conſtitutus eſt papa a Chriſto per illa uerba, paſce oues meas. De elec. c. Significaſti. & Glo. ubi ſuprà.

Papa non poteſt dare auctoritatem abſoluendi a peccatis non ſacerdoti, etiam in mortis articulo. Ab. de fur. c. Fures.

Papa poteſt abſoluere uaſallos laycorum ab omni obligatione, & aliis ratione criminis eccleſiaſtici. Ab. de hæreti. c. Abſolutos. Solus abſoluit uaſallos a fidelitate domini, & terram aliorum exponit aliis in prædam, & hoc poteſt propter delictum eccleſiaſticum. Solus etiam poteſt prædicare crucem contra aliquem dominum, & exponere illum dominum criminoſum ut impune inuadi poſsit. Ab. de hæreti. c. Excommunicamus.

Papa poteſt accuſare de hæreſi, & ab alio condemnari, & concilium eſt iudex. Similiter ſi eſt dubium inter duos quis eorum ſit papa. Si eſt in peccato debet moneri ſecundum euangelium. Si peccatum ſit publicum & inde ſcandalizatur eccleſia, & monitus non deſiſtit, denunciari debet concilio, & ab eo puniri poteſt, quia tunc eſt contra eum ſuſpitio de hæreſi, & uix poteſt fieri, quod eius peccato publico non ſcandalizetur

literus ecclesia. Abb. de conceſ. præben. cap. Propoſuit.

Papa poteſt adiri contra omnes qui non recognoſcunt ſuperiorem, & quando iudices inferiores ſunt negligentes in faciendo iuſtitiam. Ab. de iudici. c. Nouit ille.

Papa ardua non debet explere ſine conſilio cardinalium, & uidetur ad hoc teneri de iure diuino, licet alii dicant quod Cardinales ſunt quaſi in poſſeſſione ex conſuetudine, ego autem dico quod eſt de iure diuino, nec congruit litteræ ut hoc intelligatur de epiſcopis. Abb. Qui filij ſunt legiti. c. Per uenerabilem.

Papa poteſt articulum nouum inducere declarando ius diuinum. Ab. de hæreti. c. Cum Chriſtus.

Papa baculo paſtorali non utitur, quia habet curuitatem ad retrahendum, nemo autem poteſt ab eo diuertere. Secundo alii ab eo recipiunt baculum ſicut iuriſdictionem, papa a ſolo Deo. Tertio propter hiſtoriam &c. De ſacra unctio. c. Cum ueniſſet. Quia Petrus uni diſcipulo dedit baculum ad ſuſcitandum martialem defunctum. Glo. ubi ſuprà.

Papa poteſt beneficium, uel eccleſiam patronatam conferre ſine præſentatione patroni, qui ex ſola gratia habet ius præſentandi. Hoc nullus inferior papa poteſt. Ab. de iure patro. c. Quoniam in quibus.

Papa licet ad beneficia uacatura poſſit dare ius, non tamen debet de honeſtate. Vnde Innocentius ratum habuit, quod fecerat Cœleſtinus. Abb. de conceſ. præben. c. Propoſuit.

Papa non poteſt tollere canonem. Si quis ſuadente; nec concedere, quod communicetur excommunicato. ſine cauſa rationabili. Abb. de ſententexcommun. cap. Nulli. Vide. Priuilegium quod poſſit communicare.

Papa indirecte ex quacunque cauſa committit litteras clerico agenti contra laycum, non autem layco contra laycum niſi in certis caſibus, nec poteſt iudex laycus impedire iuriſdictionem delegati, nec quod laycus non reſpondeat coram delegato, & hoc niſi quæſtio ſit feudatalis, & dominus non ſit negligens. Glo. & Abb. de foro competen. cap. Si clericus. & c. Ex tranſmiſſa.

Papa poteſt ſtatuere quod clerici poſſint contrahere matrimonium, ſicut greci faciunt reſpectu eorum, qui non ſunt obligati ex uoto tacito, uel expreſſo. Si ordinatus tenetur ad caſtitatem ex uoto tacito, uel expreſſo, papa non poteſt diſpenſare, niſi ex magna, & urgenti neceſſitate, quia uotum eſt de iure diuino, & non debet commutari, niſi in melius. Vbi tenetur tantum ex conſtitutione eccleſiæ, ut quia erat in ſacris, uel expreſſe non uouit, facilius papa diſpenſare poteſt, non tamen credo quod ex facili cauſa poſſit diſpenſare, quia eſſet diſpenſare contra ſtatutum uniuerſalis eccleſiæ, uel ſaltem decoloraretur ſtatus eccleſię, quo caſu papa non diſpenſat, niſi ex maxima cauſa. Ab. de cleri. coniuga. c. Cum olim.

Papa ſolus in concilio auctorizat, deponit, & ſimilia, concilium tamen approbat ſecundum Glo. Hoſti. dicit quod papa non poteſt Cardinales deponere ſine concilio generali, & ex conſuetudine papa non præcipit, nec excommunicat Cardinales ſine eorum conſilio, quia eorum collegium eſt quaſi in poſſeſſione, ut papa non explicet ardua ſine eorum conſilio, & aliqua exigunt conſenſum, & multa geſta per ſolum papam retractata ſunt. Papa habet Cardinales de iure diuino. hæc Hoſti. Credo non poſſe induci conſuetudinē, ut papa hæc ardua non agat ſine conſilio Cardinalium, quia

eſſet

eſſet præſcribere ſummam poteſtatem. Cardinales, Imperator, Reges, omnes dependent a papa, qui ſolus poteſt prædictos deponere. Ab. de cleri. non reſid. c. Ex geſtis.

Papa poteſt compellere ad componendum litigantes in beneficialibus, quando ſcit aliquem indignum, licet non poſsit probari, & hoc præciſe quo ad ea quæ dependent a poteſtate ſua, maxime in dubiis. In his quę non dependent ab ea, credo quod non poſsit ſine cauſa rationabili. Cauſa legitima in quolibet iudice eſt quando partes diu litigauerunt, & quando eſt multum dubium. Iudex eccleſiaſticus poteſt excommunicare partes, niſi ueniant ad compoſitionem. In caſu epiſcopus poteſt compellere clericos litigantes ſuper beneficiis ad concordiam. In aliis debet hortari ad componendum, ſed non compellere. Ab. de elec. c. Cum inter. R.

Papa conſtitutionibus ſuis aſtringitur, ſi fundentur ſuper iure diuino quo ad mentem, licet non quo ad uerba, & quo ad pœnas quæ æduntur ultra ius diuinum. Ab. de foro compe. c. Significaſti.

Papa poteſt corrigere omnem Chriſtianum de quolibet peccato, & ſi non ſe corrigit poteſt in eum exercere cenſuras, ſiue ſint magni, ſiue parui. De iudi. c. Nouit ille. & Ab. ubi ſuprà.

Papa pôt delegare cauſas ciuiles & criminales ſpirituales layco, & ut excommunicet. Glo. & Ab. de iudi. c. Decernimus. Poteſt etiam fœminæ delegare cauſam ſpiritualem etiam inter clericos. Ab. de arbi. c. Dilecti filii. Non poteſt tamen cauſam committere ſuſpecto ſine facultate recuſandi eum, etiam ex plenitudine poteſtatis. Abb. de reſcrip. c. Ad hoc ſumus. Solus delegat cauſas appellatione remota. Glo. & Ab. ubi ſuprà. c. Quod translationem. & c. Super quæſtiones.

Papa ſi delegat cauſam iudici ſuſpecto ex certa ſcientia, & deciſio a ſua poteſtate dependeat, ualet commisſio. Si non dependet, puta quia agitur de ſtatu perſonę, uel de temporalibus, non ualet niſi habeat cauſam legitimam, quia quæ ſunt de iure naturali non poſſunt tolli per principem, niſi ex legitima cauſa, quæ in dubio præſumitur. Ab. de excep. c. Cum inter. An poſsit committi ſuſpecto ita quod non poſsit recuſari. Ab. de foro compe. c. Ex tranſmiſſa. Omnem cauſam uertentem inter clericum & laycum poteſt committere. Ab. de iudi. c. Venerabilis.

Papa non poteſt deponere epiſcopum ſine cauſa, nec dioceſim eius diuidere ipſo inuito, nec transferre ad alium epiſcopatum, poteſt tamen propter bonum publicum etiam ſine culpa epiſcopi ipſum deponere. Ab. de confirmatio. uti. uel inuti. c. Tuæ nobis. Papa ſolus transfert epiſcopum confirmatum etiam ante conſecrationem. De translatio. c. Cum ex generali. & c. Inter corporalia.

Papa poteſt deſtruere quę prædeceſſor fecit, quia omnes habentur pro una perſona. Glo. in procem. c. Reſeratis. Vnde non poteſt legem imponere ſucceſſori quam obſeruet neceſſario, quia par in parem &c. Si germani duo ſint principes de pari, non poſſunt geſta per unum ab alio iudicari. Abb. de elec. c. Innotuit.

Papa non diſpenſat contra Apoſtolum in his quę ſunt fidei, in aliis ut bigamia poteſt ex cauſa. Item in decimis non dandis. Non diſpenſat in uoto, nec in iuramento ſine cauſa. Epiſcopus cum non liberet ex toto, potius commutat quam diſpenſet, papa uero proprie diſpenſat. Veriſimile eſt, quod Deus poteſtatem dederit uicario ſuo ut poſsit omnibus conſulere, cum ſit

idem

idem conciſtorium Dei,& uicarii ſui. poteſt papa omnia facere quę Deus poteſt claue non errante. Non tamen poteſt diſpenſare contra uniuerſalem ſtatum eccleſię, ſi decoloratur ſtatus eccleſiæ ex tali mutatione. Ex hoc patet, quod papa non poteſt dare principi ſeculari ſine cauſa poteſtatem iudicandi inter clericos,cum priuilegia clericorum ſint de iure diuino. Si non decoloretur ſtatus eccleſiæ, ut quia ſubeſt diſpenſandi, uel mutandi cauſa,credo quod circa unum caſum,uel duos poſſit. Non diſpenſat etiam in ſecundo gradu pro matrimonio inter aſcendentes,& deſcendentes. In collateralibus diſpenſat in linea ęquali, non autem in inequali. Ab.de conceſ. præben. c. Propoſuit.

Papa diſpenſat ſuper pluralitate beneficiorum,quando unus non ſufficit ad honeſte uiuendum. Si propter utilitatem priuatam diſpenſat,grauiter peccat quia alteratur ius diuinum,in quo non habet poteſtatem. Hoc caſu patrimonium Chriſti iniuſte diſpergitur. Vnde apud Deum & in foro conſcientiæ non eſt diſpenſatus. Ab. de elec. c. Dudum.

Papa non poteſt diſpenſare cum bigamo quod recipiat diaconatum, & ſuperiores ordines, uel quod miniſtret in ſuſceptis, quia diſpenſatio papæ non reſtituit unitatem ſacramenti, ſicut non poteſt diſpenſare cum monacho, quod habeat proprium. Glo. de bigam. non ordinan. c. Super eo.

Papa diſpenſat contra concilia, & contra Apoſtolum, dummodo non ſtatuat contra fidem. Glo. de translatio. c. Poſt translationem. Diſpenſat contra concilium, & ſolus poteſt reuocare conſtitutionem concilii, non tamen debet hoc uelle. Ab. de capel. monacho. c. Ex parte tua.

Papa nihil poteſt diſponere contra euangelium. Concilia generalia non ſunt ſuper papam, nec poſſunt ei imponere legem. In omnibus conciliis intelligitur excepta auctoritas papæ, qui a nullo iudicatur,nec ab auguſto, nec a populo,nec a clero. ideo ſtandum eſt ſententiæ papæ,ſi contradicit ſententiæ totius concilii. Solus papa interpretatur ſtatutum concilii, limitat, & aufert quo ad ea quæ ſunt iuris poſitiui, quæ omnia dependent a papa. In concernentibus fidem concilium eſt ſupra papam, qui non poteſt diſponere diſpoſita per concilium, quod poteſt papam damnare de hæreſi. Si tamen papa uel alius moueretur melioribus rationibus, & auctoritate quam concilium,ſtandum eſſet eorum ſententię, quia concilium poteſt errare. Alias errauit ſuper matrimonio contrahendo inter raptorem, & raptam, & dictum Hieronymi prælatum fuit ſtatuto generalis concilii. ut patet 36, q.2. Tua. Licet concilium repreſentet eccleſiam quæ non poteſt errare,pro qua Chriſtus orauit, non tamen eſt eccleſia uniuerſalis uere, quæ conſtat ex fidelibus omnibus per totum orbem, cuius caput eſt Chriſtus, & papa eius uicarius,quo mortuo non eſt eccleſia ſine capite. Poſſibile eſt quod fides Chriſti remaneat in uno ſolo, ſicut uniuerſitas in uno ſolo peccantibus aliis. Tempore paſſionis fides fuit tantum in uirgine, & tamen Chriſtus orauerat pro eccleſia. In concernentibus ſtatum uniuerſalem eccleſiæ non poteſt papa diſponere contra ſtatutum concilii, ſi ſtatuendo contrarium decoloratur, uel deformatur eccleſia, ſecus ubi non decoloraretur, uel deformaretur ſtatus eccleſiæ, & ex rationabili cauſa. Si papa eſt in mortali notorio, & ſcandalizat eccleſiam, nec eſt corrigibilis, cum iugiter perſeueret, poteſt tanquam hæreticus puniri, quia uidetur male de fide ſentire & hoc tenent omnes, ſimonia non eſt proprie hæreſis,pro qua poteſt accuſari, niſi notoria ſit,& incorrigibilis,& ſcandalizans.

tans. Abb. de elec. c. Significaſti. An poſsit contra ius diuinum & poſiti-uum ſtatuere reſpectu ſecularium. Abb. de conſtitu. c. Quæ in eccleſia. Diſpenſare poteſt papa contra nouum teſtamentum ex maxima cauſa, ut quod quis utatur matrimonio contracto cum uxore fratris ſui iam defuncti ſecundum legem moyſi. Ab. de diuor. c. Deus. Non diſpenſat contra diſpoſitionem utriuſque teſtamenti, intellige in eo quod ex ſe malum eſt, & nulla ratione poteſt bonum fieri. Ab. de uſur. c. Super eo.

Papa non diſpenſat in iuramento ſine rationabili cauſa, nec poteſt ſicut nec in uoto, & aliis quæ ſunt iuris diuini, & ſi fecerit, non tenet apud Deum. Ab. de elec. c. Significaſti.

Papa non poteſt diſpenſare de matrimonio in gradibus prohibitis lege diuina, nec contra ius diuinum morale præcipere contra pręcepta moralia negatiua, nec contra ſtatum uniuerſalem eccleſiæ ſine rationabili cauſa. Super ſtatu uniuerſali eccleſię non poteſt legem condere ſine conſilio Cardinalium, & Glo. hic dicit quod non diſpenſat contra ſubſtantialia monachatus, nec ubi decoloratur eccleſiæ ſtatus, ideo puto quod non poſsit dare principi ſeculari quod iudicet & condemnet clericos ſuæ prouinciæ. Poteſt tamen diſpenſare in ſecundo gradu collaterali conſanguinitatis, non autem reſpectu aſcendentium, & deſcendentium, puta quod quis accipiat neptem, uel amitam ſuam. Diſpenſat tamen in gradibus prohibitis lege diuina ex rationabili cauſa, non tamen diſpenſat quod nati ex eis ante diſpenſationem ſint legitimi. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Litteras. Papa ſolus diſpenſat in matrimonio, in gradibus humana lege prohibitis. Abbas de conſanguini. & affinita. c. Quod dilectio. Diſpenſans ſuper matrimonio per conſequentiam diſpenſat ſuper legitimationem filiorum etiam reſpectu hæredum, & ſic eſt caſus in quo papa diſpenſat ſuper legitimatione cum layco. Abb. Qui filij ſunt legiti. c. Referente. Diſpenſat in primo gradu affinitatis. De diuortiis. c. Deus qui.

Papa poteſt diſpenſare in matrimonio contracto per uerba de præſenti non conſumato impedimento ſuperueniente in altero ad coitum, ſi de incontinentia ſani timetur. Abbas de frigid. & malefi. c. Ex litteris. In conſumato diſpenſare non poteſt, ante carnalem copulam poteſt. Glo. de translac. c. Inter corporalia. In matrimonio contracto per uerba de pręſenti poteſt diſpenſare, ſi non ſit conſumatum, & poteſt ſtatuere quod ſecundum matrimonium dirimat primum. Glo. de conuerſio. coniuga. c. Ex publico. Vide. Matrimonium uerum ante copulam. Item poteſt diſpenſare in ſecundo gradu. Vide. Papa non diſpenſat, contra Apoſtolum. Poteſt etiam ratione delicti inducere nouum impedimentum habile ad impediendum & dirimendum matrimonium poſt contractum. Ab. de conuerſio. infide. c. Laudabilem.

Papa poteſt diſpenſare in pręceptis diuinis. In pręceptis decalogi, in quibus uerſatur honor Dei, & utilitas publica humana, non poteſt diſpenſare, quia iſta ſunt irremiſsibilia. In decimis quatenus uerſatur honor Dei qui decimas ſibi retinuit in ſignum uniuerſalis dominii non poteſt diſpenſare uniuerſaliter, quia non poteſt facere ut honor non exhibeatur creatori, maxime quando ſibi reſeruauit. In decimis eſt commodum clericorum, ideo papa ut generalis uicarius poteſt hanc commoditatem remittere quo ad eccleſiam militantem quo ad Deum inter clericos poteſt, laycis etiam uni non poteſt ſine cauſa. Nec eſt tutus laycus quo ad Deum ubi decimę facto ſol-

uuntur

uuntur. Vbi de facto non ſoluuntur poteſt diſpenſare, ut non ſoluentes euitent peccatum non in totum præceptum tollendo ſed ex hac cauſa tolerando non ſoluentes peccatum non incurrant. Abb. de deci. c. A nobis tua.

Papa ubicunque diſpenſat contra ius diuinum ſine cauſa diſpenſatus non eſt tutus quo ad Deum, Vnde non ualet diſpenſatio uoti, nec iuramenti ſine cauſa. In his quę ſunt iuris poſitiui, dicunt quidam quod non poteſt diſpenſare. Ego puto papam non poſſe diſpenſare ſine cauſa ſuper pluralitate beneficiorum, nec quod religioſus tranſeat ad laxiorem regulam, uel præficiatur eccleſiæ ſeculari. Ius poſitiuum eſt fundatum ſuper ratione, ideo non debet relaxari ſine cauſa rationabili. Abbas de uo. c. Non eſt. Diſpenſare poteſt ex cauſa rationabili circa diſpoſitionem ueteris, & noui teſtamenti, & circa præcepta affirmatiua. Abbas de fer. c. Licet cauſa.

Papa non poteſt diſpenſare cum monacho, quod habeat proprium. Glo. de biga. non ordinan. c. Super eo.

Papa non poteſt diſpenſare in uoto continentiæ. Gloſ. hic quam ſequitur. S. Tho. Canoniſtæ tenent contrarium. Abb. de uo. c. De peregrinationis.

Papa diſpenſat in uoto ſimplici religionis uoto non completo ut acceptet eccleſiam curatam propter maius bonum, quia poteſt aliis prodeſſe & in monaſterio tantum ſibi. Curatus exercens officium recte plus meretur, quam religioſus. Permittitur tamen prælato citra epiſcopum, intrare religionem, quia uita tutior, & forte uidet ſe in ſeculo non poſſe proficere. Ab. de ſta. mona. c. Quod Dei.

Papa non habet diſpenſare in uoto ſolenni religionis niſi ex magna cauſa. Ab. de conditioni. appoſi. c. Cum ſit proprium. Non poteſt diſpenſare in uoto ſolenni religionis. Glo. de ſta. mona. c. Cum ad monaſter. Poteſt etiam commutari in melius. Alias non. ſi ſine cauſa legitima diſpenſat nō tenet diſpenſatio. Si contrahit cum aliquo matrimonium illud tenet, quia non debet decipi licentia principis, & diſpenſatus tenetur reddere debitum, ſed non debet exigere. Abb. ubi ſuprà. Cum uiuentibus profitentibus continentiam ante plenam pubertatem papa facile diſpenſat ut intrent religionem laxiorem, non tamen diſpenſat circa uotum, quia uotum principaliter reſpicit tria ſubſtantialia regulę quę reperiuntur in qualibet regula. Plures tenent quod epiſcopus, immo Abbas poteſt diſpenſare ex cauſa, alii tenent hoc eſſe uerum ſolum de profeſſione tacita per ſuſceptionem habitus profeſſorum. Ab. de regula. c. Significauit.

Papa diſpenſat in uoto ultramarino maxime cum his qui uouerunt rei in ætate puerili. De uo. c. Venientes.

Papa non eſt dominus rerum eccleſię, nec licet illi alienare bona illius ſine cauſa, licet quam diu uiuit gaudeat ſicut uult. Si alienat ſine cauſa rationabili puta in turpes uſus, uel dat conſanguineis, peccat mortaliter. Et ſi in hoc eſt incorrigibilis, & notorie ſcandalizat eccleſiam poteſt accuſari. Valet tamen alienatio quomodocunque fiat per papam. Ab. de iudi. c. Cum ueniſſent.

Papæ electio habet quædam ſpecialia. Primo quod ſit a duabus partibus Cardinalium. Secundo duo genera ſcrutatorium, uidelicet tres qui ſcrutentur uota omnium Cardinalium, & alii tres qui ſcrutentur uota illorum, & hi

ſunt

ſunt de quolibet ordine Cardinalium, uidelicet epiſcoporum, presbyterorum, & diaconorum. Tertio quilibet poteſt nominare quos, & quot uoluerit, nec refert ſi dicit, nomino, eligo, uel conſentio in talem, nec oportet fiat per unum nomine totius collegii. Quarto non refert, an ſit primus uel ultimus nominatus, qui eligitur. Quinto durante ſcrutinio, & illo publicato poſſunt Cardinales reſilire, & accedere ad electum, etiam ſi per unum ſolum eſſet electus, & ſic auget numerum ut habeat conſenſum duarum partium, niſi forte ſic electus a minori parte gerat ſe pro papa, quia eſſet excommunicatus. Sexto licet poſſint reſilire ut ſupra, non tamen poſſunt eligere innominatum. Septimo ſit collatio ſolum quo ad numerum, non quo ad merita. Octauo contra electum a duabus partibus nulla exceptio admittitur. Nono abſentes Cardinales debent expectari. Decimo nulla eſt forma data pro electione illa. Vnde poſſunt procedere ad electionem per ſcrutinium ſecretum, uel publicum, uel per compromiſſum. Vndecimo electio papæ non requirit confirmationem. Duodecimo quo ad perſonas contemptus hic non habet locum, ſicut in aliis electionibus. Tertiodecimo non admittitur exceptio excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti contra eligentes. Horum quædam ſunt de iure, & quædam de facto. Ab. de elec. c. Licet de euitanda.

Papæ electio pertinet ad Cardinales. Si uacauerit per depoſitionem in concilio, uel quando concilium congregatum propter diſcordiam Cardinalium decernit nullum eſſe papam, electio pertinet ad concilium, licet conſtantiæ conceſſum fuerit quod Cardinales eligerent illa uice propter pacem, qui elegerunt ex poteſtate propria, & concilii. Abb. de electio. c. Licet de euitanda. Si deponitur per concilium dubium eſt an ad Cardinales, uel ad concilium tantum ſpectet electio. Abb. de accuſa. c. Ad petitionem. Si ſint tantum duo, unus poteſt eligere alium, & electus conſentire. Si unus tantum ſit non poteſt ſe eligere, qui tamen poteſt dare poteſtatem eligendi alteri qui eligat eum, niſi hoc faciat in fraudem. Si omnes Cardinales eſſent mortui, eſſet tutius quod clerici Romani eligerent papam, iuſtius autem quod eligeret concilium. Ab. de elec, c. Licet de euitanda.

In electione papæ oportet concurrant duæ partes Cardinalium. Non intelligitur quod formaliter concurrant, ſed ſufficit in effectu, ut ſi conuenirent, quod a maiori parte electus ſit papa. Item quod due partes præſentium conſentiant, non omnium. Debent tamen partes eſſe duæ præſentes, ſi tamen per debitum tempus expectati ſunt alii. Abb. de elec. c. Licet de euidentia.

Papa poteſt conſtitutionem facere ſuper electione ſucceſſoris, & hoc habet a Chriſto dicente quodcunque ligaueris ſuper terram &c. 5. per ſtatuta & præcepta claue ſcientiæ non errante. Non tamen poteſt ſibi eligere ſucceſſorem, quia effectus huiuſmodi electionis refertur ad tempus quod non eſt futurus papa, ſed conſtitutio quam facit pro electione admittitur, quia prouidet futuris ſcandalis in caſu, in quo nullus præter eum prouidere poteſt. Poteſt tamen alteri dare ut eligat ſucceſſorem. Electo a duabus partibus Cardinalium non poteſt opponi, quod non ſit de collegio Cardinalium, nec quod ſit uxoratus, uel monachus, nec repugnat ſubiecto papatus, nec clericatui eſſe uxoratum. Cum hic remoueatur omnis exceptio, remouentur omnia impedimenta iuris poſitiui, ſic electus non eſt papa electus tantum, ſed papa, quia non indiget confirmatione alterius. Abbas de

bas de electio. capitu. Licet de uitanda.

In papam poteſt eligi uxoratus. Abb. ubi ſupra, & tunc papa debet reddere debitum, nec propter hoc uitiatur electio. Abbas de regula. c. Ioannes. Vide in matrimonio. Vxoratus. Ordinari poteſt.

Papa non poteſt eligere ſucceſſorem, quia porrigitur electio ad tempus in quo non eſt futurus prælatus, & tunc non poteſt diſponere. Abb. de dona. cap. Apoſtolicæ. Et in rubri. de teſtamen. & de electio. cap. Licet de uitanda.

In papam electus a duabus partibus Cardinalium nulla exceptione obſtante eſt papa. Qui electus eſt a minori numero ſi ingerit ſe pro papa incidit cum ſibi adhærentibus in excommunicationem, & priuatur omni ſacro ordine, & communione, uiatico, excepto in mortis articulo. De elec. c. Licet de uitanda. Electo poteſt opponi, quod eligentes non fuerunt duæ partes Cardinalium. Excipi etiam poteſt contra eum ſi habet impedimentum de iure diuino, uel naturali, puta ſi ſit hæreticus, mulier, furioſus, puer, quia per hanc conſtitutionem remouentur tantum ea quæ ſunt iuris poſitiui, ideo non opponitur quod ſit laycus, uel ſciſmaticus. Non poteſt etiam opponi quod ſit electus per ingerationem in ſuſceptionem, uel elationem, uel ſeditionem, niſi ſit talis exceptio quæ ipſo facto annullet electionem. In concilio fuit quæſtio magna an electio facta per impreſſionem uiolentam teneat, uel ſit ipſo iure nulla ut in electione urbani. Ego puto ſic diſtinguendum. Si electores compelluntur eligere unum certum electio eſt nulla, quia libertas eligentium eſt nulla, ſi compelluntur ad eligendum unum de certo genere perſonarum, puto quod ualeat electio, quia libertas non amittitur, ſed reſtringitur tantum. Abb. de elec. c. Licet de uitanda. Quo ad ea quæ non poſſunt opponi. Vide. Papa poteſt facere conſtitutionem.

Papa poteſt electores arctare ut aliquem determinate eligant, & tempus abbreuiare, & mandatum papæ ualet, nec minus dicitur electio. Ab. de his quæ fiunt a maio. par. capi. Ex ore.

Papa non poteſt ſine cauſa priuare electores imperii, nec aliquatenus impedire, nec debet de temporalibus iſtis ſe intromittere, niſi ex maxima cauſa, nec poteſt laycos priuare iure eis competenti. Abb. de elec. c. Venerabilem.

Papa poteſt epiſcopo auferre poteſtatem ordinandi, & confirmandi, & tunc non imprimeret caracterem. Vide. Sacerdos ſimplex. Poteſt etiam conferre cuilibet habenti ordines quod quos habet ordines, alteri conferat. Ab. de conſuetudine. Quanto de benignitate. Poteſt epiſcopum priuare epiſcopatu ſine ſua culpa propter bonum publicum. Ab. de parroch. c. Si epiſcopus.

Papa communicans excommunicato non eſt excommunicatus. Abb. de ſen. excom. c. Nulli. Male tamen agit. Vnde imbaſatores excommunicatos mandat prius abſolui quam audiat, & poſt reſtituit in gradum priſtinum. Ab. ubi ſupra. c. Si aliquando.

Papa neminem poteſt eximere a ſua poteſtate, quia per hoc eximeretur a Dei poteſtate. Ab. de cenſi. c. Cum iuſtitiæ.

Papæ familiares an poſſint puniri per ordinarium. Abb. de foro competen. cap. Licet. Vide. Priuilegium fori. Priuilegium quod quis non poſſit conueniri.

Papa

Papa licet concedat gratiam ſine litteris tamen recipientes ſine illis aliquem prælatum, & pro prælato ſe ingerens graues incurrit pœnas. Abb. de reſcrip. c. In noſtra propoſuit.

Papa poteſt eſſe hæreticus, licet rogauerit Chriſtus pro petro. Fides petri eſt fides uniuerſalis eccleſiæ, quæ poteſt remanere in ſola muliere. Ab. de baptiſ. c. Maiores.

Papa eſt imperator in ſpiritualibus cuius ſedes eſt diuinitus collata Romæ, quam non poteſt ſine cauſa inde transferre. Abb. Qui filij ſunt legi. c. Per uenerabilem.

Papa eſt maior imperatore, & ſimpliciter prior, cuius iuriſdictio tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus ſe extendit ad omnes, licet exercitium iuriſdictionis temporalis relinquatur principibus. Imperium, & aliæ poteſtates ſunt a Deo mediante papa. Quomodo poteſtas ſpiritualis eſt dignior temporali. Iſta poteſtate quandoque papa deſtituit imperatores. Secundo ubi eſt ſcandalum inter Chriſtianos poteſt papa ea uti inter laycos etiam in arduis. Abb. de iudi. c. Nouit ille. Vide. Iudex eccleſiaſticus. Papa habet poteſtatem ſuper principes ſeculares, inquantum abutuntur temporali iuriſdictione in gubernatione ſubditorum. Ab. de ſentent. excom. c. Canonicorum.

Papa imperatori ſuccedit ſede uacante. Abb. de off. & pot. iud. delega. c. Significantibus. Succedit imperatori non tamen regibus, & principibus uacantibus eorum ſedibus, etiam ſi reges, & principes non recognoſcant imperatorem, nec poteſt papa de eorum regnis ſe impedire, niſi per uiam denunciationis, uel occurrat caſus arduus pro quo poſſit ſe intromittere, non uacante ſede, ſed ſuccedit imperator. Quando principes ſunt negligentes, etiam ſi non recognoſcant imperatorem debent eorum ſubditi adire imperatorem, & appellare ad illum prius quam ad papam. Vacante imperio papa non cognoſcit loco imperatoris, ſed iure proprio. Iuriſdictionem habet in habitu, & uacante imperio aſſumit illam non tanquam ſubrogatus, ſed iure proprio ex habitu antiquæ iuriſdictionis. De facili res ad naturam ſuam redeunt, ſicut feudum impignoratum reuertitur ad dominum. Ab. de foro compe. c. Licet ex ſuſcepto.

Papa non poteſt eſſe iudex in omnibus cauſis eccleſiæ, nec alius ipſum iudicat, niſi de honeſtate ipſe uelit. Glo. & Abb. de iudi. c. Cum ueniſſet. Accidit hoc ex ſuperioris defectu. Iudicari tamen poteſt in cauſa hæreſis, & quando delictum eſt notorium, & ſcandaloſum, & eſt incorrigibilis per concilium. Quando duo contendunt de papatu, ipſe non cognoſcit, ſed concilium. Ab. ubi ſupra.

Papa non poteſt tollere iuramenti obligationem acquiſitam layco, nec eſt obediendum papæ ubi ueriſimiliter timetur ſcandalum. Ab. de appella. c. Cum parati. Nec poteſt remittere obligationem Deo acquiſitam ſine cauſa, puta iuramentum præſtitum in honorem Dei principaliter, ſicut non poteſt alium abſoluere fortius nec ſeipſum. Si tamen abſoluit, præſumatur in dubio quo ad eccleſiam militantem. Ab. de iureiuran. c. Quanto.

Papa dicitur iura omnia habere in ſinu ſuo propter ualentes doctores, qui debent papæ aſſiſtere. Abb. de reſtitutio. in integr. c. Cum ex litteris. Papa poteſt tollere ius ciuile in concernentibus peccatum. Abb. de præſump. c. Quoniam omne.

Papa in ſententiis ſuis non tenetur ſeruare ordinem iuris poſitiui. ſi non ſeruat ordi-

uat ordinem fundatum ſuper ſpirituali ratione non tenet ſententia. Abb.de ſen. & re iudica. c. In cauſis.

Papa non poteſt ius diuinum tollere. Poteſt tamen illud interpretari, ſeu diſtinguere, ſicut in matrimonio, & in uoto. Abbas de regula. cap.Significauit.

Papa poteſt de iure unius eccleſię alteri dare ſine cauſa, non tamen debet hoc facere, quia non habet dominium rerum eccleſiæ, nec poſſidet nomine proprio, ſed eſt adminiſtrator. De patrimonio clericorum non poteſt diſponere ad libitum, ſicut nec princeps de bonis ſubditorum. De titulis poteſt papa diſponere, ut uult remouendo ſine cauſa a beneficio. In concilio conſtantienſi ordinatum fuit, quod epiſcopus, & Abbas non poſſint transferri inuiti ſine cauſa rationabili. Credo quod papa poſſit de iure unius eccleſiæ alteri dare ſine cauſa, ſed non ſine peccato. Si etiam alienat bona eccleſiæ in caſu non licito donando conſanguineis, uel aliis ut diuites eos faciat, peccat mortaliter. Abbas de religio. domibus. c. Conſtitutus.

Papa non debet exercere iuriſdictionem inter laycos, quia executionem eius non habet in temporalibus. De conſuetudine dat clericis litteras contra laycum, & non econtra, nec poteſt cognoſcere de cauſa expoliationis inter laycos, niſi ſint miſerabiles perſonæ. Poteſt tamen incidenter pronunciare de hæreditate poſtquam cognouit de legitimatione, & hoc acceſſorie. Non poteſt autem principaliter & ante probationem legitimationis mandare reſtitutionem fieri. Licet papa habeat utranque iuriſdictionem, non tamen exercet temporalem in præiudicium alterius. Ab. Qui filij ſunt legitimi. c. Cauſam. Cum aliquem pronunciat legitimum debet ſe intromittere ne excludatur ab hæreditate, quia uenit acceſſorie ad ſpiritualia. Abb. ubi ſuprà. c. ePrlatum. Vnde iuriſdictio iudicis eccleſiaſtici temporalis. poteſt etiam ratione criminis punire laycum ſuſpendere eum ab officiis ſuis, & pena infamia. Ab. de hęre. c. Si aduerſus. Poteſt etiam addere infamiam ciuilem. Glo. ubi ſuprà.

Papa in terris alienis regulariter non poteſt exercere iuriſdictionem temporalem, caſualiter ſic ubi factum eſt ualde arduum ex auctoritate Dei, & tunc poteſt deponere principes ſibi non ſubiectos in temporalibus, alias depoſuit regem franciæ. Ab. Qui filij ſunt legiti. c.Per uenerabilem. In terris imperii ratione delicti eccleſiaſtici poteſt infligere publicationem bonorum, apprehenſio tamen fit per iudicem ſecularem. Abb. de hære. c. Vergentis.

Papa in terris eccleſiæ habet pleniſſimam poteſtatem in temporalibus, & donatio conſtantini approbatur. Abb.Qui filij ſunt legiti. c. Per uenerabilem. In terris eccleſiæ poteſt libere legitimare, in alienis non poteſt, niſi ex cauſis multum arduis, uel niſi in ſpiritualibus, & tunc indirecte in temporalibus legitimat per quandam conſequentiam. Vbi ſuprà. Diſpenſare poteſt, quod adulterini promoueantur ad epiſcopatum, & de facto fuerunt plures ſummi Pontifices. Abb. ubi ſuprà. In terris alienis poteſt, ſi ſubeſt cauſa ardua. Licet legitimandus recognoſcat alium in dominum, ut ſi ex legitimatione filii principis ſequatur fidei dilatatio. Papa non poteſt exercere iuriſdictionem temporalem ſi ceſſat ardua cauſa, poteſt legitimare filios non recognoſcentis ſuperiorem non autem recogno-

ſcentis, niſi uelit legitimare in ſpiritualibus, licet non ualeat incipere a radice matrimonii, & conſequenter quo ad hęreditatem. Ab. ubi ſuprà. cap. Per uenerabilem.

Papa habet iuriſdictionem in habitu in temporalibus, non tamen poteſt illam regulariter exercere, nec pro libito uoluntatis, nec poteſt iuriſdictionem conceſſam imperatori reuocare, nec ipſa remanente exercere. Poteſt tamen ratione iuriſdictionis in habitu illam exercere, quando omnino iuſtitia deficit, uel princeps non uult eam exercere. Ab. de foro compe. c. Licet ex ſuſcepto.

Papa habet iuriſdictionem in principes. Abb. de iudi. c. Nouit ille. Vide: Princeps ſecularis non recognoſcit. Iuriſdictionem habet in iudeos, & alios infideles, ſi peccant contra legem naturæ, uel contra leges eorum in moralibus, & poteſt eos punire. Ab. ubi ſuprà. Vide quod ſequitur.

Papa non poteſt layco concedere quod iudicet clericos, quia decoloraretur ſtatus eccleſiæ. Abb. de reſtitutio. ſpolia. c. Litteras. Poteſt autem ſtatuere inter laycos etiam infideles in concernentibus decorem Chriſtianæ religionis etiam ceſſante peccato. Vt quod Chriſtiani non ſint ſerui infidelium. Abbas de appella. c. Conſuluit. Poteſt etiam bona laycorum dare in prædam & perſonas in ſeruitutem, & omnes uaſallos imperii abſoluere a iuramento fidelitatis. Ex cauſa ardua poteſt priuare imperatorem, & alios reges, & contra eos indicere bellum publicum, & iuriſdictionem, quam a Deo accepit in habitu in temporalibus deducere ad actum contra quoſcunque. Abbas de iureiuran. c. Sicut & infra. Non tamen poteſt obligationem acquiſitam layco per iuramentum tollere. Ab. de appella. c. Cum parati. De iureiuran. cap. Quanto. Poteſt autem laycum priuare dignitate ſeculari, & iure ſuccedendi. Abb. de uoto. c. Licet.

Papa poteſt layco dare poteſtatem excommunicandi, conferendi beneficia, & decimas. Hæc non poſſunt præſcribi, ſicut nec annexa ſpiritualibus. Abbas de præſcrip. cap. Cauſam. Poteſt dare poteſtatem excommunicandi layco, hoc autem non poteſt epiſcopus. Abb. de ſen. excom. c. Canonica.

Papa non poteſt abſoluere clericum laycum ab obligatione acquiſita alteri layco, quando obligatio uenit acceſſoriè ad actum ſpiritualem, nec laycus poteſt pretendere commodum burſale puta diſpenſando a uoto abſoluatur a promiſſione. Si obligatio ſit orta ex fidei proteſtatione poteſt papa abſoluere a iuramento cauſa interueniente, & maxime quia preſtiterat fidem ob cauſam ſui itineris, quę defecit propter diſpenſationem. Ab. de uo. c. Venientis.

Papa legitimat in terris ſuis, extra illas tantum quo ad ſpiritualia. Ab. de ſen. & re iudi. c. Cum te.

Papa habet poteſtatem condendi leges, & immutandi. Ab. de conſtitu. cap. Tranſlato ſacerdotio.

Papę maledicens puniendus eſt ut alii taceant, abſtineant, timeant, & arceantur. De maledi. c. Innotuit.

Papæ mandatum ſine cognitione cauſæ, ubi ſententia requirit cognitionem cauſę, non habet uim ſententiæ. Abbas de in integrum reſtit. cap. Ex litteris.

Papa

Papa an poſſit uires matrimonii ex aliquo impedimento temporali tollere, dubium eſt. Inferior eo non poteſt. Abbas de deſponſa. cap. Ad diſſoluendum. Poteſt etiam ſtatuere quod matrimonium per uerba de præſenti dirimatur per ſecundum conſummatum. Hæc Hoſti. Dubito an hoc ſit uerum, quia non ſine magna cauſa diſpenſatur contra hoc matrimonium ſecundo ſi hoc eſſet, papa reuocaſſet diffinitionem ſuorum prædeceſſorum. Ab. de ſpon. duorum. c. Tuas.

Papæ non eſt obediendum, ſi mandat ordinario quod non moleſtet conſanguineos in matrimonio coniunctos in gradu, in quo non poſſet diſpenſare, quia non tenetur ſubditos in mortali dimittere propter præceptum eius, nec eſt obediendum quando mandat prouideri indigno notorie, cui non poteſt conferri beneficium ſine mortali, nec quando ex mandato ſuo præſumitur malum futurum, uel ſcandalum, quia mandando id quod in ſe eſt, peccatum, excedit fines ſuæ poteſtatis. Idem dicitur de lege cuiuslibet principis, ſi continet iniuſta non diſpenſabilia per eum, quia non ſunt recipienda a ſubditis. Abbas de ordi. c. Significaſti.

Papæ præcepto quantumcunque duro eſt obediendum, ſi ex certa ſcientia præcipit, niſi præcipiat quod eſt ſcandalum, uel peccatum. A præceptis aliorum poteſt appellari, ſi grauiora ſunt. Abbas de fid. inſtrumen. cap. Accepimus. Nec eſt obediendum, ubi ueriſimiliter timetur ſcandalum, uel malum futurum, nec ſi præcipiat contra ſtatuta uniuerſalis eccleſiæ ſine cauſa manifeſta. Abbas de appella. c. Cum parati. In omnibus obediendum eſt papæ, niſi certum ſit quod contineat peccatum mortale. Abbas de conceſſio. præbend. cap. Propoſuit. Quando præcipitur ſub pena excommunicationis latę ſententiæ, ſi timetur de ſcandalo propter executionem mandati, uel dubitatur de mente principis, licite poteſt mandatarius non exequi, & reſcribere principi, quia hoc facit auctoritate legis. Abb. de reſcrip. c. Si quando.

Papa poteſt pacto inito inter partes eccleſiaſticas ſuper iuribus eccleſiarum derrogare. Si conuentio fiat ſuper iure priuato, nec papa, nec imperator poteſt illam conuentionem deſtruere. Abbas de deci. capitu. Ex multiplici.

Papa plenitudine poteſtatis uti non debet niſi raro, & ex cauſa, ſi tamen intelligatur de ea que ſupra legem eſt, & aliquid facit contra legem ſcriptam. Ab. de elec. c. Illa cottidiana.

Papa poteſt priuilegium ſuum interprerari, etiam in abſentia partis, & extra iudicium. Quando aliquid tractatur de priuilegio debet fieri præſentibus partibus, licet papa poſſit in abſentia. Si iudicialiter fiat interpretatio, debent uocari partes, & iudex inferior papa debet ſeruare ordinem iudiciarium. Ab. de uerbo. ſigni. c. Olim.

Papa ſolus cognoſcit de dubiis priuilegiorum ſedis Apoſtolicæ. De iudi. cap. Cum ueniſſet. Si priuilegium eſt conceſſum a Deo ſedi Apoſtolicæ ſolus papa cognoſcit, ſimiliter ſi papa poteſt concedere priuilegium. Si ſit priuilegium conceſſum a papa iudicat papa per ſe, uel per ſuos delegatos, incidenter iudicant inferiores, non tamen in pręiudicium papæ. Inferior tamen poteſt diffinire an priuilegiatus ſit capax, & an priuilegium ſit ſubreptitium, quia tunc iudicat de priuilegiato. Si dubitatur circa uerba priuilegii, & caſus eſt clarus dę facili decidibilis, poteſt infe-

rior in partium præiudicio cognoſcere. Si dubitabilis & poteſt adiri princeps, eius erit interpretatio. ſi longa diſtantia, uel difficultas adeundi, poteſt diffiniri per rationem naturalem, & ueriſimilem, quę poteſt probari per uerba priuilegii, uel per aliud ſimile, poteſt inferior diffinire. Vbi dubium conſiſtit in intentione principis, & non poſſit decidi ex ſua difficultate, uel non ſine magno dubio ſolus princeps priuilegium interpretatur. ſi tamen inferior cognoſcat ubi non poteſt cognoſcere, tenet ſententia in præiudicium partium tantum. Ab. de iudi.c. Cum ueniſſet.

Papa quæſtiones magnas habet decidere, ſi eſt depoſitio epiſcopi, ſi quæſtio tangit fidem, uel ſacramenta eccleſiæ ſolus papa poteſt decidere. Contra ſtatutum uniuerſalis eccleſiæ non poteſt decidere ſine concilio, quia in concilio conſtat de iudicio totius eccleſiæ, & papa poteſt eſſe hæreticus, ſed tota eccleſia non poteſt errare. Abb. de baptiſ. cap. Maiores.

Papę reſeruata his uerſibus continentur. Reſtituit papa, ſolus deponit & ipſe. Diuidit & unit eximit atque probat. Articulos ſolus ſinodumque facit, & generalem. Transfert, & mutat, appellat nullus ab ipſo. Glo. de transla. c. Cum ex illo generali.

Papæ reſeruatur determinatio grauium queſtionum inter quas ſunt dubia legis diuinæ, & ciuilis inquantum concernunt clericos. Si concernunt laycos, ad imperatorem pertinet. Abb. de iuramen. calum. c. Inhærentes. Reſeruatur etiam epiſcopatuum unio, & ſubiectio. Ab. de exceſſi. præla. c. Sicut.

Papæ reſeruata ſpecialiter non conceduntur legatis de latere in mandato generali. Gloſ. de officio lega. cap. Cum non ignoretis. Reſeruata ſpecialiter, & quæ ſunt meri imperii non transferuntur in generali mandato. Gloſ. ubi ſuprà. cap. Niſi ſpecialis. Reſeruata proprie papæ ſunt quæſtio fidei, maiores cauſæ eccleſiæ. Translationes epiſcoporum, mutatio ſedium, depoſitiònes epiſcoporum, ceſſiones eorundem. Translationes eorundem epiſcoporum, ſumma negotia eccleſiarum, exemptio epiſcoporum, commutatio quorundam uotorum, diſpenſare in maioribus criminibus, quod illegitimi promoueantur ad dignitates, ſimiliter filij presbiterorum, quod omiſſis mediis ad ipſum immediate appelletur. Subdiaconum facere die dominico, primum uacans dare, abſolutio excommunicati a delegato, uel ab ipſo papa. Glo. de officio lega. capitulo. Quod translationem. Hec reſeruata principi acquiruntur. Primo ex priuilegio principis. Secundo ex conſuetudine de cuius initio non eſt memoria, quia conueniunt papæ in ſignum ſpecialis priuilegii. Contra tamen ſummam poteſtatem papę, ut quis ei non ſubiiciatur, nemo poteſt preſcribere, quia præſcriberet contra Deum, qui nollet ſubeſſe eius uicario. Si unum de reſeruatis ſpecialiter papæ conceditur, uel præſcribitur, non fit extenſio ad alia reſeruata, licet ſint unius naturæ. Similiter conſuetudo in uno non extenditur ad alia, licet ſint eiuſdem naturæ, quia conſuetudo onoroſa eſt contrariis. Abbas de officio lega. cap. Niſi ſpecialis.

Papa poteſt reuocare ſententiā prędeceſſoris ſui, & contrariā conſtitutionē facere,

cere, & aliter declarare etiam præcepta iuris diuini quam pædeceſſor, ut hic contra eos declarat, quod matrimonium contractum per uerba de præſenti non ſoluitur per ſequens confirmatum. Abbas de ſpon. duorum. c. Licet.

Papa poteſt ſacerdoti ſimplici committere conſecrationem eccleſiæ, & omnia quæ ſunt iuris epiſcopalis ex diſpoſitione humana, quia in illis habet plenitudinem poteſtatis. Quæ ex diſpoſitione diuina ſunt alicui ordini data non poſſuut committi non habenti illum ordinem, etiam per papam. Ab. de conſecra. eccle. & altar. c. Aqua.

Papa tempore ſciſmatis quando dubitatur quis ſit papa, ſubditur determinationi concilii, ad quod pertinet eo caſu diſcutere quis ſit papa. Ab. de elec. c. Quia diligentia.

Papa ſcribens anteponit ſe in litteris ſuis, quæ aliter non ualent. Scribit ſe epiſcopum a dignitate, ſeruum ut humiliet, filios appellat propter dilectionem, & onera. In Chriſto tantum Abbatiſſæ, & regibus. In uniuerſitate ſi in ea ſint epiſcopi ſcribit filiis, & non fratribus. Ab. in procem. in uerbo. c. Gregorius. Seruus quia humilis & per ipſum omni eccleſiæ acquiritur ius. Glo. ubi ſuprà. in uerb. c. Seruus. Epiſcopos & ſupra dicit fratres, inferiores filios. Glo. ubi ſuprà. in uerb. c. Filiis. Vocat ſe epiſcopum quia ſupra epiſcopatum non eſt alius ordo, licet ſit maior dignitas. Ordo autem dignior eſt officio. Ab. de elec. c. Licet ad deuitanda. In ſuis titulis quomodo omnes appellet. Ab. de crimi. fal. c. Quam graue. Scribit ſe ſeruum ſeruorum Dei, quia inſeruit commodis, & utilitatibus ſeruorum Dei. Ab. de cleri. uenato. c. Omnibus.

Papa ſcribens alicui qnod conferat beneficium grauat eccleſiam. Ab. de reſcrip. c. Mandatum.

Papa ſolus poteſt confirmare ſtatuta laycorum circa clericos & eorum bona, non tamen poteſt ſubiicere ſe imperatoris iudicio, quia hoc concernit utilitatem eccleſiæ & Dei, ſed nec poteſt facere quod layci ſuo iudicio clericos iudicent. Ab. de conſtitutio. c. Eccleſia. S. Mariæ. Non poteſt ſtatuere contra uniuerſalem ſtatum eccleſiæ eccleſia reſiſtente. Abb. de conſuetudi. c. Quanto de benignitate.

Papa ſupplet deficiente poteſtate ſeculari de iure quia nõ eſt dare ſuperiorem, uel quia ſuperior de facto non poteſt exercere ſuam iuriſdictionem. De fid. inſtrumen. c. Cum Ioannes. Vide. Papa maior imperatore. Papa ſuccedit. Papa habet iuriſdictionem. Poteſt etiam ſupplere defectum commiſſum in tranſactione iuris & facti. Quando papa dicit ſupplentes defectum refertur tantum ad ſolennitates iuris. Abbas de tranſac. c. Sicut.

Papa nullum habet ſuperiorem. De elec. c. Licet ad deuitanda. c. Cum maiori parte concilii non poteſt parte non conſentiente arctare ad uitam arctiorem. Abbas de cleri. coniuga. cap. Cum olim. Vide. Grecus clericus.

Paraſceue dicitur, quia iudei die ueneris ſolent parare eſcas pro ſabbato, & dicitur ab apparatu ciborum. Ab. de iude. c. Quia ſuper. Parcendum eſt multitudini, ubi multitudo eſt in cauſa, & propter ſcandalum, uel aliam cauſam parcendum eſt ei. Principaliores tamen in delicto debent pœna ordinaria affici. In aliis mitigatur pœna, propter tamen cauſam extrinſecam poteſt parci multitudini, ut quando in ciuitate interdicta coguntur clerici celebrare. Si omnes damnarentur ciuitas indigeret ſacerdotibus.

Abbas de cleri. excommun. capitu. Lator.

Palafrenalia dicuntur a pala quod eſt iuſta & frena quod dicitur dos, quia iuxta dotem, & ſunt bona uxoris præter dotem. Ad hæc obligata ſunt bona uiri ſi illa adminiſtrauit non autem ſi uxor retinet penes ſe. Ab. de pigno. c. Ex litteris.

Parochia dicitur quaſi portio curę. De præbend. de multa. c. In additionibus. Parochia eſt locus in quo degit populus deputatus alicui eccleſiæ certis limitibus conſtitutis, & dicitur parrochia quaſi portio curæ. Abb. in rubr. de parroch. Eccleſia dicitur parrochialis, quia rector eius habet curam animarum populi in illius limite congregati. Parrochianus dicitur qui habitat in parrochia animo manendi, ita quod ſit ibi uere tranſlatus, ſiue ibi audiat diuina, ſiue non. Curatus non poteſt committere curam niſi ad breue tempus, & ſpectat ad epiſcopum, ſi curator eſt abſens. Ab. de præben. c. Extirpandæ. §. Quod uero. in repetitione.

Parrochiæ fines de quibus conſtat uel fieri coherentia præſcribi non poſſunt. De parroch. c. Super eo. Idem eſt de epiſcopatu. Intellige de communi præſcriptione. Quomodo probentur fines. Intelligitur de his qui adhærent principaliter. Quod ſi manet limes, & in eo ædificetur cuius erit, opiniones. Licet limitibus remanentibus poſſit certa pars dioceſis infra limites præſcribi, limites dignitatum ſecularium præſcribi non poſſunt, licet male obſeruentur. Ab. ubi ſupra.

Parrochiæ ius conſiſtit primo ut parrochiani diebus feſtis audiant miſſam in parrochia. ſecundo ut ſacramenta recipiant in hac eccleſia, uel a presbytero eius, & in ea ſepeliantur. Tertio in præceptione decimarum perſonalium. Quarto in oblationibus fiendis, & comprehenditur quicquid infra limites parrochię peruenit, etiam oblationes quæ fiunt imagini pictę in muro layci, ſi ſit infra limites parrochiæ. In multis locis parrochiani offerunt ſemper diebus feſtiuis, & in feſto alicuius ſancti cum candelis. Ex quo conſuetudo inoleuit, poſſunt ad hoc compelli. Iſtæ oblationes ita ſunt de iure parrochię quod ſi fiant in capellis uel altaribus fundatis infra eam, debentur rectori eccleſiæ parrochialis. Abbas in rubr. de parroch. c. Vide. Miſſam.

Clerici audientes diuina in alienis eccleſijs, ut parrochiani aliarum eccleſiarum, & ibi accipientes ſacramenta tenentur ad iura parrochialia, & ad oblationes in caſibus, in quibus layci debent offerre. Monachi antequam eſſent clerici, tenebantur parrochiali eccleſiæ offerre. Vbi bona ſunt communia religioſis, uel clericis fiet oblatio, & alia iura parrochialia ſoluent de communi. Monachus in ſtudio de licentia ſuperioris debet offerre, ſicut layci, & poteſt de ſibi conceſſis congruentem eleemoſinam facere. Ab. de deci. c. Nouum genus.

Si parrochianus, uel dioceſanus domicilium transferat, primus prçlatus in eo iura epiſcopalia, uel parrochialia non uendicat ſibi. Decimæ tamen prædiales debentur parrochiæ illi, niſi ex conſuetudine aliter fiat. De parroch. c. Significauit. Subiectus ratione originis, ſi domicilium transfert non tamen propter hoc eximitur a iuriſdictione naturalis dominii, nec quo ad temporalia, nec quo ad ſpiritualia. Vnde epiſcopus ratione originis poteſt clericum promouere ad ordines; & ille poteſt coram eo conueniri, ſi ibi reperiatur, nec poteſt ciuilitatem originis abdicare a ſe, & remanet ſubditus quo ad onera perſonalia. Vnde ſi extrahatur ad officium tenetur ſubire il-

bire illud, licet alibi habitet. In nullo aſtrictus eſt oneribus loci domicilii, & loci originis. Ab. ubi ſuprà.

Parrochianus epiſcopi eſt quilibet de diocœſi. Abbas de ſepul. capitu. Parrochia.

Parrochianus poteſt transferri inuitus. Abb. de poſtula. c. Et ſi unanimiter. Nec poteſt presbyter parrochialis abſolui niſi a b epiſcopo, uel eius uicario, quia ipſi ſunt immediate epiſcopo ſubiecti. Ab. de off. iud. ordinar. c. Conquerente.

Partis nomine intelligitur dimidium. Si dicitur aliqua pars ſufficit portiuncula totius. Ab. de off. & pot. iud. delega. c. Paſtoralis. Partis nomine uenit medietas, ſi addatur aliqua uerificatur de qualibet minima, quia dictio aliqua reſtringit. Abbas de eo qui cognouit conſanguini. uxor. capitu. Super eo.

Partialitas in Italia quomodo, & quo tempore incepit. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Piſanis.

Patris appellatione in latá ſignificatione ueniunt omnes aſcendentes. De uerbo. ſignifica. c. Nam & rex. In propria non comprehendit auum, ſed genitorem tantum. De benigna ſignificatione & ſcripturæ conſuetudine omnes aſcendentes in infinitum dicuntur patres, & deſcendentes filij. Abbas ubi ſuprà.

Pater tenetur alere filios, & alia neceſſaria præbere, etiam ſi ſint ſpurii, & hoc de iure canonico. Abbas de magiſtr. cap. Quoniam. Compellitur pater officio iudicis alere filios. Si tamen filius poteſt aliunde alimenta quærere, ceſſat compulſio paterna. Abbas de procura. cap. Accedent.

Pater quam iuriſdictionem habet in filium, maritus in uxorem, dominus in famulum & ſeruum. Ab. de foro compe. c. Cum contingat. Vide iuriſdictionem ordinariam.

Parentes poſſunt impuberem filium offerre religioni. ſi non concordant, præualet contradicens, ſi unus tacet, uel mutus eſt, poteſt alius offerre. Pater offerre poteſt inuito auo, quia filius magis aſtringitur patri, quam auo. Tutores offerre poſſunt, & reuocare, ſicut parentes. Inuitum nec parentes, nec tutores offerre poſſunt, nec monaſterium debet recipere. Oblatio operatur ut impubes non poſſit exire monaſterium ante pubertatem. Si ingreditur non oblatus poteſt exire quando uult ante profeſſionem. Ab. de regulari. c. Si quis.

Pater poteſt maledicere filio ex cauſa, & aliquid ſibi iniungere ſub pœna maledictionis, cuius uiſi ſunt magni effectus. Ab. de uo. c. Licet.

Pater non tenetur ad pœnam pecuniariam in qua filius condemnatur, nec tenetur ex legitima filij ſoluere, nec de alimentis filio debitis ſoluere condemnationem. Viuente patre non poteſt legitima ſeparari a bonis paternis. Si ſtatutum eſt quod pater teneatur pro filio, dic ut dicit Bar. Ab. de delic. puero. c. Referente.

Pater priuatur poteſtate patria. Abb. de infanti. & languid. expoſitis. c. Si a patre. Vide. Filius. infans.

Pater uendens filium non peccat, quia hoc facit auctoritate legis. Filia quę poſt annos 25. nupta peccauit in corpus ſuum non poteſt exhęredari, quia in odium patris inducitur, & non propter famam fecit, cui aliter poteſt prouideri. Ab. de diuor. c. Ex litteris.

Patriarcha non cognoſcit de cauſis ſubditorum archiepiſcoporum, & epiſcoporum, niſi per appellationem legitimam, aut uigore conſuetudinis, aut priuilegii. De off. iud. ordi. c. Duo ſimul.

Patriarcharum ordo primus eſt Conſtantinopolitanus, ſecundus Alexandrinus, tertius Antiochenus, quartus Hieroſolymitanus. Hi omnes utuntur pallio quorum ſuffraganei ſunt archiepiſcopi, quorum ſunt ordinarii, ſicut archiepiſcopi epiſcoporum. Iuriſdictionem ordinariam habent ſuper omnes archiepiſcopos in prouincia, non autem in eorum ſubiectos. Hi quattuor patriarchæ præcedunt omnes Cardinales in concilio, & in conciſtorio excepto Cardinali Hoſtienſi, qui coronat papam, & ungit imperatorem. Hi largiuntur pallium archiepiſcopis, & faciunt ubique deferri crucem ante ſe niſi Romę, & ubi papa eſt præſens uel legatus eius utens inſigniis. Ad eos etiam poteſt appellari per totam prouinciam. Abb. de priuileg. c. Antiqua.

Pauidus nuncius incidit in pœnam ſtatuti, uel conſuetudinis, ſed iudex diſpenſare poteſt, & imponere minorem pœnam. Abbas de delic. puero.

Paupertas eſt res periculoſa etiam curialibus. Hinc eſt quod pauper propter ſuſpitionem non admittitur ad teſtimonium. Ab. de uſur. c. Quanto.

Pauperes dici poſſunt uiuentes ex proprio artificio. In conſideranda facultate alicuius debemus inſpicere utrum habeat aliquam artem. Abb. de uot. & uot. redemp. c. Quod ſuper. Dicitur pauper qui non habet in bonis quinquaginta aureos, melius relinquitur arbitrio iudicis. Abb. de accuſa. c. Si legitimos. Non dicitur pauper qui poteſt opibus parentum adiuuari, ſed qui non poteſt per ſe nec per parentes adiuuari. Ab. de magiſtr. c. Quoniam.

Pauper non cogitur ad reſtituendum furtum, quando non eſt ſoluendo, ſi agitur ciuiliter, ſi agitur criminaliter fit commutatio in pœnam corporalem. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Olim nobis.

Pauper alias honeſta perſona poteſt eſſe teſtis. De teſtib. c. Si quis teſtium. Glo. & Abb. ubi ſuprà. Pauper qui non poteſt eſſe teſtis eſt qui minus habet in bonis quam aureos quinque. Ab. ubi ſuprà. c. Cum cauſam.

Pacis nomine non ueniunt treuguæ. De iudi. c. Significauit. Non ſaluatur inter homines. Primo quia non puniuntur maleficia. Secundo propter abundantiam temporalium. Tertio quia non occupantur in pugna contra demones. Quarto quia non conſiderantur guerræ damna. Quinto non conſideramus dubium euentum belli. Sexto quia non ſeruamus præcepta Dei. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Piſanis.

Quando aliquid diſponitur in finem alterius, ſi id in cuius finem fuit ſtatutum non uiolatur, quis contraueniendo non peccat. Ab. ne cleri uel monach. c. Relatum.

Peccatum committitur ubi conſumatur non ubi mandatur, nec ubi incohatur. Ab. de immunita. eccleſia. c. Immunitatem.

Peccatum contra peccatum compenſatur. Non tenet ubi agitur ad pœnam legalem infligendam, ſed cum agitur ciuiliter ad ſeparationem thori, & ſi agitur ad priuatam utilitatem tunc paria delicta mutua compenſatione tolluntur. Semper debet aduerti quod unus non conſequatur lucrum, & alter damnum. Hic uir lucraretur dotem, & mulier eſſet in damno, niſi poſſet obiicere adulterium uiri, ſi criminaliter delicta non tolluntur mutua compenſatione. ſi ciuiliter & delicta commiſſa ſunt circa idem compenſari poſſunt.

poſſunt. ſi circa diuerſa ut quia dixiſti mihi conuitium, & ego tibi, uel tu furatus es mihi unam rem & ego tibi aliam, non fit compenſatio, immo quilibet poteſt agere pro iniuria ſua, & pro ſuo damno, nec repellitur ab agendo propter exceptionem furti, uel iniuriæ. Ab. de adulter. c. Intelleximus. Vide. Compenſari delicta.

Peccati complices. Præſtans opem ut delictum non impediatur non tenetur tanta pœna in foro animæ, ſicut qui commiſit delictum principaliter. Qui non obuiat delicto quando poteſt, præſumitur ſocius delinquentis. Qui prouocat in odium, uel detrimentum alterius delicto inde ſecuto tenetur de delicto. Si tamen prouocat ad odium in genere non tenetur de delicto poſt perpetrato, ſed pœna minori. Si incitauit ad delictum ſpeciale eo ſequuto tenetur de delicto. Qui præſtat auxilium quantumcunque modicum in delicto committendo, tenetur de delicto, etiam ſi cuſtodit ueſtimenta delinquentium. Qui perſeuerat in peccato diutius, eſt diutius puniendus. Ab. de homici. c. Sicut dignum.

Peccatum nullum eſt adeo ueniale, quin conſuetudine fiat mortale. Ab. de reliquiis & uenera. Sancto. c. Audiuimus.

Peccatum ex deliberatione non conſecuto opere non eſt æquale coniuncto operi etiam apud Deum. Ab. de homici. c. Sicut dignum. Vide. Pœnitentia in foro animæ.

Peccanti quanto eſt in maiori dignitate datur maior pœna, ſecundo ex correctione proximi propter malum exemplum, ut ſi palam peccauit. In foro conſcientię attenditur contemptus maior. In dubio præſumitur magis contemnere qui habet dignitatem maiorem, quia magis ingratus. In foro contentioſo corporali pœna plus punitur ruſticus quam nobilis, & habens dignitatem in pecunia econtra. Minus peccat quis cum muliere pulchra quam cum turpi, quia plus temptatur, & qui occulte periurat quam qui palam, quia in utroque caſu minus contemnit. Viles perſonæ ſuſpenduntur in furca, non nobiles. Ab. de iureiuran. c. Cum quidam. Vide. Religioſus minus peccat.

Peccans mortaliter dicitur dormire. i. abſtractus a contemplatione Dei, & preceptis eius, qui uenialiter, dicitur dormitare. Ab. de adulter. c. Si ſeduxerit.

Peccans enormiter perdit commodum ingenuitatis, & tractatur ut ſeruus, & ſi in eo diu perſeuerat, non præſumitur uerum dicere etiam cum iuramento. Ab. de purga. cano. c. Nobilis.

Peccati grauitas attenditur ex maiori contemptu apud Deum, non ex qualitate peccati, & deciditur quæſtio an grauius ſit peccare cum turpi quam cum pulchra, uel cum pudica. Abb. de eo qui cognouit conſanguineam uxoris. c. Veniens ſecundum. Vide. Peccata leuia. Et ubi ſuprà. cap. Peccanti.

Peccata quæ impediunt executionem ordinis etiam peracta pœnitentia, ſunt ſimonia, homicidium, & omne crimen, quod ipſo iure irrogat infamiam. In his non poteſt quis pœnitere, niſi renunciet. Glo. de renuncia. c. Niſi cum pridem. Per pœnitentiam notorii peccati non reſtituitur habilitatio, quam perdit ex peccato notorio. Abb. de elec. cap. Quia diligentia.

Peccatum pluries commiſſum, licet pluries fuerit punitum aggrauat peccatum ultimo commiſſum. Vnde licet quis pro primo furto non debeat ſuſpendi

ſpendi, ſi alias commiſit furtum poteſt ſuſpendi, quia uidetur conſuetus furari. Ab. de cleri. percuſſo. c. Si quis.

Peccata leuia dicuntur ubi dolus non reperitur ut per imperitiam, uel ſi non interuenerit dolus, & circa rem modicam. Grauia ſunt in quibus reperitur dolus, & in graue prçiudicium alterius tendunt, uel rei publicæ, & magna imponitur pœna, ut in furto, periurio, & ſimilibus. Grauiora ſunt, quæ ſunt publica quando pœna mortis non imponitur, grauiſſima ubi ponitur pœna mortis. Ab. de pœn. c. Tuæ diſcretionis.

Peccatum luxuriæ in quo eſt maius in uxorato relinquente thorum, an in presbytero, opiniones, & declaratur quod eſt maius in presbytero. Abb. de uita & honeſta. cle. c. Vt clerici.

Peccato mortali debetur pœnitentia ſeptem annorum ordinarie. Poteſt tamen ſacerdos hanc mitigare. Abb. de pœniten. & remiſ. c. Quia presbyter. Non tamen oportet quod pro quolibet mortali pœniteat per ſeptennium, quia contritio & alia circumſtantia alleuiare poſſunt. Abb. ubi ſuprà c. Deus qui. Pro quolibet mortali eſt imponenda pœnitentia ſeptem annorum, niſi ſacerdos abbreuiauerit. Ab. de ſponſ. duo. c. Accepiſti.

Peccatum commiſſum prętextu officii alleuiatur quando delinquens exceſſit modum, quia uidetur motus bono zelo. Committens delictum iuſto dolore mortis aliqualiter eſt excuſabilis a peccato & pœna. Ab. de ſen. exco. c. Si uero.

Peccato originali non debetur pœna ſenſus poſt mortem. Glo. de baptiſ. c. Maiores. Sola priuatio uiſionis diuinæ eſt pœna originalis peccati, quæ eſt maxima pœna, & tamen reſpectu pœnæ actualis dicitur mitiſſima. Ab. ubi ſuprà. §. Sed adhuc.

In peccato perſeuerat qui non egit pœnitentiam, uel egit ſimulatam, uel redit ad uomitum. Hæc perſeuerantia in peccato impedit promotionem ad ordinem, & eſt ſpecies hęreſis. Talis in eccleſia habetur quaſi pro infideli, & infamis infamia canonica. Quod quis emendatus ſit creditur confeſſori ſi ſatisfactionem probet, quando crimen erat occultum. Si autem occultum præſumitur quod ſatisfecerit, & ſic creditur uni teſti, quia confeſſio fit in ſecreto. Ab. de teſti. c. Teſtimonium.

Peccatum publicum an ſit grauius peccato occulto. Ex parte inferentis animi conſideratur ubi contemptus maior eſt, ex parte effectus plus peccat qui publice, quia ſcandalizat. Ab. de celebra. miſ. c. De homine.

Peccatum quandoque non punitur propter multitudinem, ut uitetur ſcandalum, quandoque autem punitur. Verſus. Eſt ueritas uitæ, doctrinę, iuſtitięque. Primum ſemper habet duo propter ſcandala linguæ. Glo. de tempor. ordina. c. Sane ſuper eo.

Peccatum unum non remittitur ſine alio, nec originale ſine actuali, quia Deus non nouit opus imperfectionis. Abbas de baptiſ. cap. Maiores. §. Sed adhuc.

Ex eodem facto oriuntur quandoq; duæ ſpecies delicti, ambæ punibiles ut inceſtus, & adulterium, & de quolibet accuſari poteſt, & puniri. Abb. de eo qui cognouit conſangui. uxor. c. Tranſmiſſæ.

Peccans ſub ſpe ueniæ grauius peccat ſecundum aliquos, & eſt peccatum in Spiritum. S. Ab. de immunita. eccle. c. Immunitatem.

Peccatum in Spiritum. S. propriè eſt peccatum obſtinationis, & non remittitur nec in præſenti, nec in futuro ſeculo. Ab. ubi ſuprà. c. Immunitatem.

Peccare

Peccare dicitur quis in te qui te ſciente, uel in damnationem tuam, ſi celaueris, ſi non monueris, & monitione non proficiente eccleſiæ non denunciaueris, uel quia offendit. Ab. de indici. c. Nouit ille.

Peccans in territorio alterius ſortitur forum contentioſum illius iudicis, non autem pœnitentiale alterius ſacerdotis. Contentioſa pena imponitur, quia iudicem offendit, & bonum publicum, ideo debet puniri, ubi deliquit. Si peccat propter offenſam Dei, & animę, proprie ad iudicem animę pertinet, cui ſubiicitur loco Dei, ſecundo iura particularia non concernunt proprie locum, ſed perſonas propter locum, ſecus in iuriſdictione contentioſa. tertio ne diuidatur confeſſio. quarto intereſt ſui iudicis cognoſcere uultum pecoris ſui. Vnde in territorio, & extra parrochianus abſoluit etiam de commiſſis extra territorium, quia hæc fiunt in ſilentio, nullius territorium læditur. Ab. de foro compe. c. Cum contingat.

Peccator an ſit tutus ubi confeſſor imponit pœnitentiam minorem debita, uel minus debite exercet officium ſuum. Abbas de ſimo. cap. Si diligenti.

Peccare nemo debet pro aliena uita, ſed nec mentiri, quia nemo debet peccare etiam uenialiter pro euitanda morte temporali, uel æterna alterius. Ab. de uſur. c. Super eo.

Peccatum unum committens factus eſt omnium reus quo ad uitam æternam. De regu. iur. c. Defleat.

Peccatum ueniale quot modis dimittitur. Glo. & Ab. de pœni. & remiſ. c. Omnis utriuſque ſexus.

Pecunia quando tempore contractus currebat, & curſu temporis deteriorata eſt, & non currit melior moneta deteriorari poteſt pecunia primo reſpectu curſus ſtante bonitate intrinſeca, ſecundo ex defectu pecuniæ, quæ diminuta eſt in bonitate primo modo ſi eſt in totum reprobata reſpectu curſus ſi debitor non fuit in mora non poteſt ſolutio fieri de antiqua, quia non habet eandem bonitatem intrinſecam, quia in pecunia conſideratur magis ratio curſus, quam materiæ. Debet ergo ſolui ſecundum extimationem antiquam ſimiliter. Si expendit ſed minus ſoluerit ſecundum extimationem antiquam. Si diminutio eſt ad tempus puta quia hodie minus & cras plus, & ſic ſucceſſiue, iſta uariatio non debet attendi niſi deficiente ſpe augmenti in breui, multi tamen tenent oppoſitum. Si ex defectu pecuniæ contingit deterioratio. Damnum pertinet ad debitorem, quia non habet bonitatem intrinſecam, quam habuit tempore mutui. Omnia prædicta intellige quando debitor non fuit in mora, quia ſi fuit, omne periculum ſpectat ad eum, & debet redere ſecundum extimationem quæ erat tempore, quo debebat ſoluere, niſi fuiſſet momentanea. In legato ex teſtamento debet attendi ualor qui erat tempore teſtamenti, quia de eo uidetur teſtator ſenſiſſe. In iudice condemnante in certa quantitate pecuniæ ex ſtatuto ciuitatis quod tantum detur officiali, mihi dubium eſt. Si princeps centum florenos donat in talibus redditibus annuatim, & ignorabat ualorem floreni recipiet centum de moneta currente, alias puto ſecus. Si quis mutuauit centum libras in florenis ſatis eſt ei reſtituat centum in quacunque moneta. Si dixit, nolo reſtitutionem fieri in florenis, augumentum & diminutio pertinet ad debitorem, & tenetur reſtituere in florenis ſecundum extimationem exiſtentem tempore ſolutionis fiendæ. ſi ſimpliciter mutuat centum florenos, & ſi ſim paſſus damnum in alia forma recipiendo, tunc non

teneor.

teneor recipere, ſed ſi nullum damnum patior in alia materia non teneor recipere puta argentum pro auro, quia mutuum debet reſtitui in eodem genere & in eadem bonitate. Teneor tamen recipere florenos pro ſenenſibus. Conſuetudo tamen loci ubi fuit contractus debet ſeruari. Abb. de iureiuran. c. Quanto.

Pecuniam falſans uel diminuens qua pœna ſit dignus. Qui expendit falſam. Qui poteſt cudi facere pecuniam. Quomodo requiruntur materia, qualitas, & forma publica, & quantitas. Quot modis princeps defraudat pecuniam. Qui cudi facit pecuniam defraudat primo quando diminuitur determinatum pondus a principio, ſecundo quando a principio cuditur minoris ponderis quam eſſe debeat, uel ualoris deductis expenſis, niſi fieret de conſenſu populi, & pecunia non expenderetur extra regnum, quia tunc ſi indigeret poſſet lucrari quid parum. Tertio ſi princeps bonam monetam reprobat, & æquiualentem, uel minus bonam ſuſcipit ut de reprobata bonum forum habeat, & conflare faciat, & cudi. Quarto in materiæ quantitate & publica forma. Ab. de iureiuran. c. Quanto.

Pecuniam falſam expendens debet puniri ut falſarius, niſi in caſibus expreſſis in l. Cornelia, etiam ſi ſcienter expendat. Abb. de crimi. fal. cap. Ad falſam.

Pecuniam ſoluens uni quam debet alteri non liberatur, niſi ſit compulſus iniuria ipſius creditoris, uel aliter ſine iniuria debitoris, quia tunc habet exceptionem contra uerum creditorem ut qui ſoluit intruſo. Si ſoluit creditori ſui creditoris & inuitus creditor meus liberatus eſt, ſi ſoluit creditori creditoris mei qui habet me, uel bona mea obligata, liber ſum ipſo iure, cum poſſim ad ſoluendum ab illo cogi, puta quia conduxi domum ab eo, qui ab alio conduxerat. Si nec me, nec bona mea habet obligata, & teneor ego creditori meo, quia ipſe alteri tenetur, poſſum alteri ſoluere, & ſum liber, ut ſi tua geras negocia accepi mutuo nomine tuo &c. Si cauſa eſt ſeparata omnio a prima, & tunc ſi ſoluo creditori creditoris me ipſo uolente, uel in dubio ſum liber. Si eo inuito non ſum liber, ſi eo ignotante ſum liber opere exceptionis. Si primus creditor habet inſtrumentum in quo ſecundus obligauit omnia bona ſua, poteſt illi ſoluere. Glo. tamen tenet, quod ſemper poſſum ſoluere creditori primo, & ſequitur liberatio, etiam ſi eo inuito ſoluit, primum tamen eſt uerius. Abbas de iureiuran. cap. Ea te.

Peculium quandoque dicitur patrimonium alicuius, & dicitur peculium a pecunia, & eſt nomen diminutiuū quaſi parua pecunia, alio modo dicitur pecunia quam habet exiſtens in poteſtate alterius. Caſtrenſe peculium eſt quod filiusfamilias acquirit in bello, & de iſto poteſt diſponere ut uult, quaſi Caſtrenſe eſt quod acquirit filius in aduocatione, uel officio publico, de quo dicitur ſicut de caſtrenſi. Profectiuum eſt quod filio obuenit ex bonis paternis, & iſtud non acquiritur filio. Aduentitium dicitur quod aduenit filio aliunde puta ex ſucceſſione, donatione, induſtria. Huius proprietas acquiritur filio, & pater in uita ſua habet uſumfructus. In clerico uidetur differre a layco in peculio aduentio, quia clericus non eximitur a poteſtate patris in temporalibus, niſi ſit epiſcopus, ideo de eius peculio dicendum ſicut in layco, niſi in aduentitiis. Quod eſt caſtrenſe, uel quaſi caſtrenſe in layco eſt aduenticium in clerico, quia acquirit peculium aduentitium etiam quo ad uſufructus. In clerico poteſt dici peculium caſtrenſe, uel

ſe, uel quaſi caſtrenſe quod peruenit ex beneficio ſpirituali, & hoc tenendo quod clericus faciat fructus ſuos, ſed tenendo quod contrarium, quod mihi placet, poteſt dici peculium profectiuum, & ut profectiuum iudicari. Abb. in rubr. de peculio. Quod eſt aduentitium in layco in clerico eſt caſtrenſe. Abb. de teſta. c. Quia nos.

Pedagia noua imponens ſine conſenſu principis communione priuatur. De cenſi. c. Innouamus. Inferiores principes, & imponendo peccant, & tenentur ad reſtitutionem, & ratione delicti eccleſia exercet iuriſdictionem in eos. Imperator, & rex Romanorum, & qui horum iura præſcripſerunt ad quod requiritur quod memoria non habeatur de initio, poſſunt noua pedagia imponere. Eſt autem pedagium præſtatio quę fit a tranſeuntibus pro rebus, quæ uehuntur, uel portantur, etiam quandoque ſoluitur pro perſona, & idem eſt quod uectigal. Eſt autem onus perſonale & perſona clerici nullo modo eſt ſubiecta layco, ideo clerici non debent ſoluere pedagia, & licite defraudant ea ex quo non ſunt legitime eis impoſita. Ciues in eorum præiudicium poſſunt ſtatuere, ſed non in præiudicium extraneorum. Abbas ubi ſuprà. Exigentes a clericis pedagia ſunt ipſo facto excommunicari, non autem collectas, niſi poſt admonitionem. Idem dic de turbante iuriſdictionem prælatorum. Ab. de immunita. eccle. c. Non minus.

Pedagia, guidagia, ſalarina interdicta ſunt quæ non apparent imperatorum, uel regum, uel concilii Lateranenſis auctoritate conceſſa, uel ex conſuetudine antiqua, de cuius initio non eſt memoria introducta. De uerbo. ſignifica. c. Super quibuſdam. Pedagia ſunt quę dantur a tranſeuntibus in locis conſtitutis a principe. Guidagia dantur pro ducatu ad terram, ut ſecurius uadant, Salarina quę dantur pro ſale. Nec danda ſunt iſta niſi cum negociationis cauſa aliquid portatur, ſecus ſi ad propriam utilitatem. Glo. ubi ſuprà. Papa ſolus ſine concilio poteſt concedere, quia concilium habet robur, & poteſtatem a papa. Nomine regum intelligitur rex Romanorum, alii non poſſunt ponere iſta, & ſi imponunt, malefaciunt. Domini territorii non debent recipere guidagia, quia tenentur cuſtodire territorium ſuum ſecurum, ſecus eſt de ruſticis locantibus opera ſua. Poſt pacem conſtantiæ ex quo ciuitates Italiæ receperunt ſibi merum, & mixtum imperium uſurpauerunt ſibi de facto ius imponendi huiuſmodi uectigalia. Abb. ubi ſuprà.

Pœna alternatiua ubi uerba diriguntur ad iudicem, uel per uerbum imperſonale, optio datur iudici quam uelit inferre, ubi uerba diriguntur reo, ipſi reo datur optio. Abb. de uita & honeſta. cleri. c. A crapula. De iudeis, & ſarac. c. Sicut iudei.

Pœna canonis ſemper minor eſt intelligenda pœna capitalis eſt triplex. Ab. de iudi. c. At ſi clerici. Pœna iuris non eſt neceſſario ſeruanda in foro animæ, quia pena imponitur a iudice ut ſatisfaciat rei publicæ ſcandalizatæ in delicto, quæ ratio ceſſat in foro animæ, quia ibi pœna imponitur principaliter pro ſatisfactione delicti. Ab. de teſtam. c. Raynaldus.

Pœna in foro animæ non eſt neceſſario ſoluenda, ſi ratione pœnæ indicitur per conſtitutionem papæ. Ab. de ſimo. c. Audiuimus.

Pœna priuationis a communione, propter contumaciam ſi infertur, eſt temporalis, non perpetua, uel ſic pœna ſimpliciter appoſita propter contumaciam in dubio intelligitur temporalis, non perpetua. De conſtitu. c. Ex litteris. Quando pœna poteſt eſſe perpetua ratione contumaciæ, uel crimi-

nis,

nis, uel ſit arbitrio iudicis inferenda. Abbas ubi ſuprà.

Pœna poſita ex conuentione committitur ex ſola conuentione facta, licet conuentio non habeat iuris effectum. Idem dic in compromiſſariis aduerſus contrauenientes. ſimiliter pœna committitur ex conuentione iuris, uel de iure facta. Si quis promiſit ſub pœna habere ratum aliquid, non committitur pœna, ſi contrauenit de facto, ſecus ſi promittit habere firmum, quia uerbum ratum refertur ad ius, & uerbum firmum ad factum. Ab. de teſtam. c. Raynaldus.

Pœna appoſita uni ex correlatiuis an extendatur ad aliud correlatiuum. Quæ imponitur uendenti an extendatur ad ementem, & quę danti ad recipientem, opiniones, etiam ubi eſt eadem ratio in utroque uidetur apponi utrique, uel ſaltem ſtatutum extenditur ad utrunque, licet forte non pœna. Ab. de locato. c. Ex reſcripto.

Pœnalis diſpoſitio ubi eſt dubia ante factum conſulitur uno modo, & poſt factum alio, uidelicet quod non incuratur. Ab. de electio. c. Nihil.

In pœnis diſpoſitum in caſu uero non uerificatur in ficto, etiam ſi alias quo ad hoc inueniantur parificata quo ad certam pœnam, ut patet in bigamo, uero & ficto. Ab. de cleri. coniuga. c. Ioannes.

Pœna dicitur expreſſa quando in canone cauetur, uel lege, uel ſtatuto, uel conſuetudine, uel iure. Vbi deficit pœna canonis recurritur ad leges ciuiles, uel ad conſuetudinem, ſi non contradicunt menti canonum. Immo ſententia eſſet iniuſta ſi pena excederet conſuetudinem loci, niſi ex cauſa, quia tunc ſicut a lege poſſumus recedere, ſic & a conſuetudine. Abb. de off. & pot. iud. deleg. c. De cauſis.

Pœnalis conſtitutio extenditur ubi eſt idemptitas rationis, ubi non eſt eadem ratio extendi non debet. Abb. de præben. c. Extirpandæ in repetione. Vbi extrema ſic ſe habent quod de uno peruenitur ad reliquum, uel ad eundem finem in materia reſtringibili fit extenſio, ſic quod diſpoſitum in uno habet locum in reliquo, cui prohibetur matrimonium, prohibentur ſponſalia, licet ad ea non extendatur pœna quæ debetur contrahentibus, tamen eligentes & poſtulantes indignum priuantur uoce, licet id dictum ſit de eligentibus. Ab. de poſtula. c. Ad hęc in beato. De elec. c. In cauſis. Diſpoſitio debet large interpretari quantumcunque ſit pœnalis ſi non poteſt aliter habere ſuum effectum. Ab. ubi ſuprà. c. Gratum. Quę ſunt in fauorem eccleſiæ licet ſint pœnalia extenduntur. Ab. de elec. c. Nihil.

Pœna quæ a lege imponitur ipſo iure non debet extendi per idemptitatem rationis. Ab. de iure patro. c. Tranſmiſſæ. Si imponitur per uerba futuri temporis importantia executionem actus intelligitur impoſita ipſo facto ut cum dicitur excommunicationi ſubiaceat, uel ſit excommunicatus, ſi uerba fuit denunciatiua exercitium actus, uel miniſterium, pœna uenit imponenda per ſententiam iudicis. Abbas ne cleri. uel monachi. cap. Clericos.

Pœnam falſi incurrit non habens dignitatem qui ſimulat ſe habere, & utitur eius inſigniis, & qui dicit in ſtudiis ſe eſſe doctorem cum non ſit. Abbas de cleri. non ordina. cap. Si quis. Qui exercet ſpectantia ad dignitatem quam non habet, nunquam debet illam dignitatem conſequi, immo puniri debet circa dignitatem habitam. Abbas ubi ſuprà. c. Ex litteris. Hac pœna non poteſt puniri utens inſtrumento falſo, niſi probetur quod ipſe falſauerit, uel ſcienter uſus fuerit, & præſumitur ignorantia, ſi poſt obie-

ctione

ctionem deſiſtit ab eius uſu. Ab. de exceſ. præla. c. Inter dilectos.

Pœna imponitur non ſolum ad caſtigationem delinquentium, ſed etiam ut alii arceantur a ſimili reatu, & ubi quis eſt impotens ad ſoluendum debet caſtigari. Ab. de iudc. c. Ad liberandam. Imponitur ut delinquentes puniantur, & cæteri metum habeant. Ab. de exceſ. prela. c. Peruenit. Eſt autem pœna imponenda pro delicto habito reſpectu ad tempus delicti, non ad tempus ſententię. Ab. de ſen. exco. c. Pueris.

Pœna ubi imponitur in iure ipſo facto pro aliquo delicto nunquam habet locum niſi delictum ſit conſummatum, quantumcunque ſit incohatum, ut Io. And. dicit, ſed nec pœna debet ſumi ſecundum latum ſignificatum uerborum, ſed debet reſtringi ex quo ſubeſt aliqua ratio, uel æqualitas reſtringendi. Pro uno etiam delicto poſſunt imponi duæ pœnę. Abb. de elec. c. Cum in cunctis.

Pœna non eſt inferenda ſine culpa uel cauſa. Glo. & Abb. de conſtitu. c. Cognoſcentes.

Pœna ubi ponitur ipſo iure contrafacientes, & conſentientes plectuntur pari pœna, & hoc eſt potius ex interpretatione, ideo non habet locum in ſtatuto ubi non habet locum fictus & interpretationis intellectus. Ab. de ſen. exco. c. Quanto. Si imponitur ipſo iure ex aliquo maleficio ad incurrendam illam non ſufficit maleficium inchoatum, niſi plene ſit conſummatum. Ab. de ſponſal. c. Adoleſcens.

Pœna non incurritur ſtatim ubi iudex mandat aliquid fieri, uel non fieri ſub pœna decem ducatorum. Abbas de ſimo. cap. Sicut tuis. Quando etiam pro eodem delicto poteſt quis puniri a iudice layco, & eccleſiaſtico. Abb. de off. & pot. iud. delega. c. De cauſis. Vide. Statuentes quod homicida.

Pœna mortis ubicunque inuenitur in iure canonico debet exponi pro ſententia excommunicationis, quia per eam ſeparatur Deus qui eſt uita animæ. Abbas Qui filij ſunt legiti. cap. Per uenerabilem. Pœna mortis poteſt commutari in pœnam pecuniariam, uel temporalem ſi non eſt ſcandalum, & ſubeſt cauſa etiam per iudicem delegatum. Ab. de rapto. c. In archiepiſcopatu.

Pœna ubi ponitur negatiue non committitur, niſi precedat monitio, ſecus ſi affirmatiue ſecundum Inno. immo intelligitur appoſita eo ipſo quod habet facultatem faciendi, & non facit, etiam ſi ſit occulta iniuria quo ad Deum. etiam in diuerſis ſe habet hæc pœna negatiua. Ab. de præben. c. Extirpandæ. Vbi pœna ponitur negatiue, puta qui non fecerit ſic ſit excommunicatus, non eſt ipſo iure inflicta, ſed requiritur admonitio præcedens. Vbi etiam ponitur ſine determinatione temporis, & hoc quo ad eccleſiam, quia nobis eſt occultum, an habeat iuſtam cauſam, ſed poſt monitionem conuincitur. Quo ad Deum ſola mora ſufficit. Si ponitur affirmatiue non requiritur monitio, quia ſecundum leges non facta latent, ſed facta ſe manifeſtant. Hæc ualent pro intellectu ſtatutorum. Abb. de rapto. c. Excommunicationi.

Pœna pecuniaria mutatur in corporalem non ſolum quando eſt applicanda fiſco, ſed etiam quando ſoluenda eſt ex parte utriuſque, etiam ſi ex parte rei ſit pœna, & ex parte actoris recipientis intereſſe, ſecus ubi pecunia ſoluenda non eſt pœna ex parte rei, qui ſoluendo non eſt donec ueniat ad pinguiorem fortunam. Ab. de dol. & contuma. c. Finem. Si quis conueniatur ad

tur ad intereſſe non ſit commutatio in pœnam corporalem ſiue agatur ex contractu, uel quaſi ex delicto ſed differtur ad pinguiorem fortunam. Si conuenitur ad intereſſe, & ad pœnam quæ eſt applicanda parti non debet fieri commutatio quatenus eſt pœna, niſi auctore conſentiente. Si pœna uenit applicanda fiſco, & agitur ad uindictam etiam inuicto accuſatore poteſt commutari pœna pecuniaria in corporalem. Ab. de ſolu. c. Odoardus. Ad pœnam pecuniariam obligatus pro maleficio commiſſo ſi non eſt ſoluendo debet luere in corpus, ſecus ſi eſt obligatus ex contractu, uel quaſi, quia expectatur, donec ueniat ad pinguiorem fortunam. Abb. de maledi. c. Statuimus.

Pœna pecuniaria a iure poſita debet intelligi de moneta uſuali loci, ubi delinquitur. Vbi plures ſunt uiſitatæ exigi debet, quæ magis eſt in uſu, ſi æqualiter ſunt in uſu, exigitur minor. Abbas de maledi. c. Statuimus.

Pœnam pecuniariam, prælati qui in criminalibus diſpenſare non poſſunt imponere non poſſunt, ubi a iure alia ſtatuitur. Ab. de pœn. c. Licet iuxta Apoſtolum.

Pœna impoſita poſteritati alicuius non extenditur ad deſcendentes ab eo per lineam fœmineam. Ab. de pœn. c. In quibuſdam.

Pœna priuatiua poteſtatis eligendi, uel præſentandi non debet imponi, niſi exprimatur a iure. Ab. de iure patro. c. Tranſmiſſæ.

Pœna purgatorii eſt maior omni pena præſentis ſeculi. Ab. de celebra. miſ. c. Cum Marthæ.

Pœnæ ſunt reſtringendæ. Conſtitutio principis locum habet non ſolum contra directe uenientem contra iuris diſpoſitiones, ſed etiam contra ficte, & indirecte uenientem. Vnde pœna contra uſurarios ſtatuta procedit contra fictos emptores qui in ueritate ſunt uſurarii, ideo teſtamenta eorum, qui uendunt rem carius proper ſolutionem præcii dilatam ſunt ipſo iure nulla per diſpoſitionem capituli. Quicunque de uſur. lib. 6. Præſupponendo, quod hoc ſit indubitatum, & publicum, tales ſunt publici uſurarii, ex quo exercent iſta publice. Ab. de emptio. & uenditio. c. Ad noſtram. Vbi duo ſunt æquiparantia, pœna addita in uno uidetur addita in alio. ſecundo ſi in fine alicuius ſtatuti pœnalis fiat aliqua additio, pœna appoſita in principio repetita uidetur in illa actione ex quo adiicitur uidetur quod ſit pars illius ſtatuti. Intellige cum dicitur adiicientes, uel idem iudicium eſſe uolumus. Ab. de præben. c. De multa. Conſtitutio pœnalis debet extendi & large interpretari, quando emanauit ut euitetur periculum animæ. Abb. Qui filij ſunt legiti. c. Ex tenore.

Pœna talionis &c. Talio idem eſt quod repreſentatio, uel conſimile, eo quod quis debet conſimile pati quod inferrat, ſiue in iniuriam, ſiue in beneficium. Ab. de accuſa. c. Super his.

Pœna temporalis quæ imponitur pro aliquo delicto eo durante ſi recidiuat cõfunditur tempus utriuſque, ut quidam dicunt, ſed melius ſi dicitur ipſo facto ſit per annum priuatus a commiſſione delicti, tempus confunditur. Si dicitur priuatus ſit per annum. duobus annis integris erit priuatus. Ab. de elec. c. Conſiderauimus.

Pœna in teſtamento appoſita ualet quatenus ſufficit patrimonium teſtatoris, licet proprie non dicatur pœna, cum non adimat patrimonium eius, ſed potius adimit bona eis donata. Iſta pœna habet locum etiam in foro conſcientiæ, quia naturaliter obligatur oneratus a teſtatore ſeruare eius

re eius

re eius uoluntatem. Abb. de teſtamen. cap. Raynaldus.

Pœnitentia non tollit quin quis poſſit de eodem crimine accuſari, & puniri in foro contentioſo. Punitur quis quia Deum offendit, & quia ſcandalizauit rem publicam. Ab. de purga. canoni. c. Accepimus.

Pœnitentiam arbitrabitur ſacerdos ſecundum quantitatem exceſſus, & coniecturas, & alias circumſtantias. De pœni. & remiſ. c. Deus qui. Contritio multum conſideratur. Moderabitur pœnitentiam ſecundum arbitrium diſcreti uiri, & hoc ſonat diminutionem, non ergo dimittitur ſue uolunrati liberæ. Poteſt tamen ex cauſa recedere a pœna canonis, & illam minuere. ſi tamen hic non faciat condignam, complebit in purgatorio. Abb. ubi ſupra. Imponenda eſt pœnitentia conſideratis circumſtantiis eius qui ſe defendendo exceſſit modum. Vbi ſuprà. c. Significauit. Non debet ſacerdos auſterus eſſe, immo ſi peccator dicit ſe pœnitentiam non poſſe agere debet eum abſoluere ſine pœnitentia, quam in purgatorio faciat. Non imponit pœnitentiam ut uult, ſed ut diſcretus. Abbas ubi ſuprà.

Pœnitentia imponenda in foro animæ ſunt canones. 46. & tamen non tenetur eam imponere, quia hodie arbitraria eſt, nec tamẽ de facili debet recedere a determinata per canones. Ab. de emptio. & uendi. c. Vt menſuræ. Quæ imponitur iure per numerum annorum, uel dierum non ſpecificando modum pœnitentiæ, intelligitur quod debet ieiunare ſemel, uel pluries in ſeptimana, uel aliquod bonum agere ſecundum diſcretionem, & iudicium ſacerdotis. Abb. de ſponſa. duorum. cap. Accepiſti. De accuſa. cap. Accuſaſti.

Pœnitentia in caſu dubio & probabili eſt imponenda, non autem in foro contentioſo, quia in primo agitur de ſalute animæ, non autem in ſecundo. Ab. de his qui occid. filios. c. De infantibus. Debent attendi circumſtantiæ quibus augetur, uel minuitur delictum. De homici. cap. Sicut dignum. Circumſtantiæ attendendæ a ſacerdotibus tempore pœnitentiæ hę ſunt. Quantitas delicti, qualitas, ætas delinquentis, ſcientia, ſexus, conditio, ut ſi ſeruus, clericus, uel religioſus & ſi in ſacris, tempus delicti, locus, principaliter animus delinquentis. Ex his patet quod pœnitentia eſt arbitraria, nec poſſunt dari certæ regulæ propter uariationem prædictorum, ideo poſſunt ſacerdotes recedere a pœnitentiis iuris,] & auctoritate ſibi commiſſa de pœna debita minuere, ideo bonum eſt quod ſacerdos diſpenſet cum confitente de reſiduo pœnæ, ſi maior ei debetur. In foro etiam conſcientiæ non debet quis puniri pro uoluntate deliberata ſicut ſi delictum eſſet perpetratum. ſic etiam apud Deum uoluntas mala non habetur pro facto, & minore pœna aſtringitur. Iura quæ dicunt illa eſſe paria, intelliguntur quo ad interitum ſalutis, ſed quo ad qualitatem pœnæ differunt, quia conſummatio operis aliquid agit. Ad delictum præſtans opem minus punitur quam principalis in foro animę. Debet etiam attendi quanto tempore fuit in peccato, quia pro longa mora debet imponi maior pœnitentia. Ab. de homici. c. Sicut dignum.

Pœnitentia imponitur propter ſolum affectum delinquendi, licet non habeat effectum. Ab. de cogna. ſpiri. c. Contracto. Non eſt imponenda morienti ſed innoteſcenda. Ab. de rapto. c. In litteris.

Pœnitentiam a ſacerdote iniunctam non ualens facere non liberatur ab obliga-

tione, ſed debet fieri commutatio, uel redemptio, & poteſt ſacerdos iniungere diuturnam peregrinationem pro remedio peccatorum. Iniuncta per ſacerdotem regulariter poteſt commutari per eundem, uel ſuum maiorem, ſed ſpeciale eſt quod iniuncta in ſubſidium terræ Sanctæ ſolus papa commutat. Si tamen pro ſolo labore itineris iniungitur poteſt inferior diſpenſare. Abbas de uo. cap. Quod ſuper. Peregrinatio in terram Sanctam iniuncta a ſacerdote mutari poteſt ex cauſa. Quod hic dicitur ſolum intendit, quod cauſæ hic nominatæ, quæ concernunt inhabilitatem ad pugnandum non ſunt ſufficientes ad commutandum peregrinationem hic iniunctam in pœnitentia, quia in his non conſideratur habilitas pugnandi, ſed etiam potentia itinerandi. Non ergo tollit iſta lex quin in aliis, poſſit commutari. Ab. ubi ſuprà. c. Ex multa.

Pœnitentiæ tempore non debet quis uti cibis exquiſitis & uoluptuoſis. Cibi quadrageſimales inducti ſunt ad carnem macerandam, & cohibendam libidinem, & concupiſcentiam, ideo non debent eſſe multum delicati, alias parum prodeſſet. Ab. de homici. c. Interfeciſti.

Pœnitentia ubi conceditur, conceditur & uiaticum. Gloſ. de torniam. cap. Felicis.

Qui tenetur ieiunare in pane & aqua, deficiente pane poteſt uti aliis cibariis. De pœni. & remiſ. cap. Licet. Approbatur quod ſacerdos poteſt dare pœnitentiam ieiunandi in pane & aqua. Qui non ualet pœnitentiam iniunctam complere poteſt illam commutare, & agere ut poteſt. Idem ſi uouit ieiunare in pane & aqua, quia deficientibus aliis cibis poteſt uti carnibus. Idem ſi propter infirmitatem impediatur. Hanc commutationem non poteſt propria auctoritate facere, ideo ſi non poteſt adire ſuperiorem adibit quam citius poterit. Ab. ubi ſuprà.

Pœnitentia publica debet imponi pro manifeſto peccato. De pœni. & remiſ. c. Manifeſta. & Ab. ubi ſuprà. c. Quæſitum.

Pœnitentiam in purgatorio faciet qui hic condignam non fecit, & qui non implet, quam confeſſor impoſuit. Abbas de rapto. capitulo. Super eo.

Pœnitentia ſolennis omnis eſt publica, & non econtra. Solennis non imponitur niſi pro enormi delicto ſcandalizante totam urbem. Quę publice ſine ſolennitate imponitur ſiue crimen ſit graue, ſiue leue, publica eſt. An iſta poſſit imponi clericis. Abbas de pœni. & remiſ. cap. Manifeſtum. Solennis pœnitentia non debet reiterari. Gloſ. de ſecundis nup. c. Vir autem. Intellige de ſolenni, & publica, quæ non imponitur niſi pro ſcelere adeo graui, quod commouet totam urbem. Ab. ubi ſuprà.

Pœnitens uere non eſt qui animum peccandi non deponit, recipitur tamen eius confeſſio. De pœni. & remiſ. c. Quod quidam.

Pœnitus & prorſus addita uerbo futuri temporis inducunt diſpoſitionem pœnę ipſo facto. Ab. de pœnis. c. In quibuſdam.

Penſiones antiquæ ad antiquam monetam, uel ſi non eſt in uſu, ad extimationem eius ſunt ſoluendæ. De cenſi. cap. Cum canones. Præſcribi tamen poteſt, ut ſolutiones fiant in moneta noua. Abbas ubi ſuprà.

Penſio annua non eſt beneficium, ſed quid mere temporale. Abb. de reſcrip. c. Ad audientiam.

Penſio quando poteſt, uel non poteſt augeri interueniente conſenſu ſuperioris. Ab. de pact. c. Cum clerici. Vide. Simonia.

Penſionis ſolutio nec dominium, nec poſſeſſionem probat, nec priuat alium ſua poſſeſſione, niſi pendente titulo, & conſenſu ſuperioris. Gloſ. & Abbas de appella. cap. Bonæ memoriæ.

Penſionem poteſt epiſcopus imponere eccleſiæ abundanti ad ſuſtentandum religioſam uitam, quando illa detracta poteſt eccleſia uiuere. Abbas de his quæ fiunt a præla. cap. Paſtoralis. Super redditibus unius eccleſiæ poteſt inſtitui certum beneficium aſſignando certam penſionem ex redditibus eccleſiæ pro temporalitate beneficii nouiter creati. Abb. de cleri. non reſiden. c. Conquerente.

Penſio una conſtituta pro pluribus rebus tacite uidetur diſtributa in ſingulas res, ſic ut quælibet res teneatur pro rata ad penſionem. Idem ſeruatur, ſi plures condemnentur condemnatione una, & ſententia mea. Idem ſi plures permutant certam quantitatem. Idem quando plures ſimul conducunt hoſpitium. Abbas de religio. domi. capitulo. Conſtitutus.

Per notat perfectionem, & augmentum eius cui additur. Abb. de accuſa. c. Si conſtitui.

Percuſſus ſi iacuerit in lecto, & non fuerit mortuus, qui percuſſit operas, medicos, & impenſas reſtituet. De iniur. cap. Si rixati Rixa præcedens non excuſat percuſſionem ſequentem. Si percuſſus non iacuerit in lecto, & tamen non poteſt exercere artem ſuam, tenetur ut ſuprà. & percuſſor tenetur ad operas quas percuſſus amiſſurus eſt toto tempore uitæ ſuæ, & mortuo percuſſo poteſt hæres agere pro operibus, quas iſte exercere poterat in tota uita ſua, & habetur reſpectus quanto tempore uериſimiliter potuiſſet uiuere. Si uulneratus remiſit iniuriam, etiam ſi recepit pecuniam poteſt agere ad intereſſe, ad quod non extenditur pecunia. ſi confeſſus omnibus remiſit iniuriis poteſt tamen agere de iniuria, quia uidetur remiſiſſe rancorem non ſatisfactionem, quam nemo remittere tenetur, ſiue ſit ſubditus, ſiue prælatus. Pro iniuria poteſt quis agere criminaliter, & ciuiliter, non tamen ſimul. Si agit criminaliter pœna eſt arbitraria, & applicatur fiſco, ſi ciuiliter iniuria extimatur per iuramentum iniuriati præmiſſa taxatione, ut pœna applicetur iniuriato. Abbas ubi ſuprà. Vide. Compenſari non debet, ſi epiſcopus uel alius prælatus iniuriatum ſibi recipit ad oſculum, & ſalutat, & a principio fecit eum citari propter hoc non remiſit iniuriam. Si ante citationem poteſt agere pro expenſis, & damnis. Ex huiuſmodi ſignis non intelligitur remiſſa ſatiſfactio ad quam nemo tenetur. Abbas ubi ſuprà. c. Olim.

Peregrini in ieiuniis & cibis debent ſe conformare conſuetudini loci, & ad hoc compelli poſſunt per epiſcopum, ne ſint aliis in ſcandalum. Ideo peccant cathelani comedentes carnes in die ſabbati in partibus noſtris, licet hoc poſsint in partibus ſuis. Abbas de obſerua. ieiunio. c. Conſilium.

Peregrini poſſunt recipere ſacramenta in caſu neceſsitatis, & a parrochiali ſacerdote & in eius eccleſia debent ſepeliri, ſi alibi non eligunt ſepulturam. Abb. de ſepultur. cap. Nos inſtituta. Sacramenta recipiunt

in eccleſia parrochiali ad quam declinant, & in ea ſepeliuntur niſi alibi elegerint ſepulturam,& quarta ei debetur. Ab.de celebra.miſſa.c.Presbyter.

Permutans beneficium auctoritate propria illud perdit. De rerum permuta. cap. Cum olim. Dignitates diuerſę qualitatis poſſunt ad inuicem permutari, ſi permutatio exhibeatur ex diſpoſitione ſuperioris. Epiſcopi permutare poſſunt de conſenſu papæ. Abbates de conſenſu ſuperioris, & religioſi habentes beneficia manualia. Comendę permutari poſſunt auctoritate illius qui comendauit, non alterius. Expectatiuas habentes a papa non poſſunt permutare. Qui prius tractauit de reſignatione, & pactum fecit, & reſignauit ſuperiori cum pacto precedente priuatur. Abbas ubi ſuprà. Volentes permutare ſi reſignant beneficia in manu ſuperioris, & tertius noluit poſt reſignare, uel morte preuentus eſt, primus de iure reſtituendus eſt ad beneficium ſuum, ſed noua prouiſione, quia beneficium uacauit hac reſignatione. Si permutatio beneficiorum completa una parte per alteram ſtat quo minus compleatur, reſtituitur pars ad ſuum beneficium. Clerici tractare poſſunt de benefitiorum permutatione, antequam uadant ad ſuperiorem. Ab.ubi ſuprà. c. Cum uniuerſorum.

Permutari non poſſunt eccleſiæ iure proprietatis ad inuicem, & earum poſſeſſiones permutari poſſunt, & pro minus ualentibus precium eius ſuppleri. De rerum permuta. cap. Ad quæſtiones. Non ſolum beneficia, ſed etiam iura qualiacunque in eis poſſunt auctoritate ſuperioris permutari. Quando permutatur eccleſia pinguior poteſt intrauenire pecunia, non propter ſpiritualia, ſed propter pinguiores redditus, & tunc debent fieri duo contractus, & nullo modo commiſceri, & hęc erit permutatio, & non uenditio. Si de hoc non conſtat, recurrendum eſt ad coniecturas. Quando permutantur beneficia iure proprietatis poſſeſſa, poſſunt partes paciſci, & requiritur conſenſus ſuperioris in completione actus tantum. Ab. ubi ſuprà.

Permutatio rerum eccleſię in caſu non conceſſo, uel non ſeruata ſolennitate iuris reuocanda eſt per ſucceſſorem. De rerum permutatione. cap. Vt commutationes. Mancipia eccleſiaſtica non conuenit permutari, niſi ad libertatem. Vbi ſuprà. capitulo. Mancipia. Iniuſtum. Eccleſia non permutat ſeruos eccleſię diſtincte, niſi ſint fugitiui, ſed nec uendi debent, niſi emantur in libertate. Ab. ubi ſuprà.

Permutari non debent præbendæ pacto præcedente. Epiſcopus tamen poteſt de loco ad locum permutare perſonas. De rerum permutatio. capitulo. Quæſitum. Beneficia quæ poſſident etiam præbendæ permutari non poſſunt, niſi auctoritate epiſcopi, uel habentis iuriſdictionem epiſcopalem. Dum una perſona eſt utilior in alio loco, ſufficit expedientia perſonarum, uel utilitas eccleſiæ. Si ſit neceſſaria, & per coadiutorem non poteſt prouideri, poteſt epiſcopus inuitum transferre, aliter non poteſt. Idem iudicium eſt, ſicut de infirmo. Si collatio beneficij permutandi pertinet ad alium quam ad epiſcopum, permutabit epiſcopus de conſilio eorum, & ſi noluerint conſentire, poteſt inutilis priuari, & per nouam electionem, uel collationem prouidebitur de digno etiam ipſis nolentibus. Qui habent permutare poſſunt inter ſe tractare de permuatione fienda, non autem concludere, ſed debent ſe ſuppo-

ſupponere diſpoſitioni ſuperioris. Abbas de rerum permuta. capitulo. Quæſitum.

* Permutari non poteſt ſpirituale cum temporali. De rer. permuta. cap. Exhibita.

Perſona miſerabilis poteſt laycum interdicto coram iudice eccleſiaſtico conuenire, etiam ſi res ſubiecta dicatur feudatalis. De foro competen. c. Ex parte.B. Data negligentia ſecularis iudicis poteſt adire eccleſiaſticum, etiam ſi agat petitorio, nec oportet adire iudicem ſuperiorem negligentis. Abb. ubi ſuprà. Vbi grauatur in collectis poteſt implorare auxilium ab eccleſia. Ab. de cenſi. c. Licet. Poteſt conuenire laycum coram eccleſiaſtico iudice, etiam ſi cauſa de ſe non ſit eccleſiaſtica, quia hæ perſonæ ſunt ſub protectione eccleſiæ. Ab. de uerbo. ſignifi. c. Super quibuſdam. De dona. inter uir. & uxo. c. Per ueſtras.

Pertinentia ad eccleſias, & hoſpitalia, & caſtra quæ dicantur. Ab. de reſtit. ſpolia. c. Cum ad ſedem.

Petit plus, qui ultra quantitatem, qui plus cauſa, qui in alio loco, qui ante tempus & hi puniuntur. De plus. petitio. c. Conſilium. Punitur etiam qui plus negat. Si quid debetur in genere petitur in ſpecie, etiam quod debetur diſiunctiua, ſi petitur determinate. Ab. ubi ſuprà.

Pignorari non poteſt res. quæ, non poteſt alienari. Abb. de feud. c. Ex parte.

Pignorari non debet res eccleſiæ, niſi ex neceſſitate, & rationabili cauſa. De pigno. c. Nullus. Et tunc ueſtes, miſſale & calices pignorari poſſunt etiam layco. Alia poſſunt uendi pro utilitate eccleſiæ. Præcioſa non poſſunt obligari niſi cum ſolennitate requiſita ad alienationem. Ab. ubi ſuprà. Si rector eccleſiæ rem eccleſię pro facto proprio pignorauit, cogitur hęres eius illam redimere, & eccleſiæ reſtituere. De pignori. c. Ex pręſentia. In infirmitate ſi eſt impotens eccleſia ad ſuſtentandum non tenetur eccleſia ad debita, ſed hæres ſi eſt potens ſi ſub ſpe ſatisfaciendi de redditibus contraxit debita ſucceſſor & eccleſia tenentur, quia ubi redditus ſufficiunt, uiuere poteſt de redditibus, ſi etiam habeat patrimonium. Hęres prælati tenetur ex facto prælati ſicut hæres curatoris, qui tenetur ex dolo, & lata culpa curatoris, non autem ex leui. Abbas de pignori. cap. Ex præſentium.

Si res ſua eo ignorante pignoratur poteſt ille cuius res eſt rem ſuam uendicare a creditore etiam non ſoluto debito, quia ſine eius conſenſu ius pignoris non poteſt conſtitui in re aliena. Idem dic in furto. Abb. de pigno. cap. Ex pręſentium. Si pignorauit quis rem ſuam ſub pacto legis commiſſione, & iurauit non contrauenire iuſte impeditus in die ſtatuta non redemit, poſt diem redimere poteſt. Vbi ſuprà. c. Significante.

In pignus capi poteſt res ab habente proprietatem, cuius uſus ad alium ſpectat, ſecus ſi res eſſet omnino ſua. Creditor habens proprietatem rei ignoratę non tenetur computare fructus in ſortem, quia quaſi conſolidatur uſus cum proprietate rei. Abb. de uſur. c. Conqueſtus.

Pignoris fructus non poteſt capi pro mutuo. Ab. de uſur. Plures. Vide. Vſura eſt rei pignoratæ.

Pignus reſtitui debet debitori, ſi creditor, uel qui ab eo cauſam habet tot fructus ex eo percepit quod ſatisfecit ſorti. De pigno. c. Cum contra. Creditor poteſt rem ſibi pignoratam alteri pignorare, non tamen obligare in

maiori quantitate, quam ſibi obligata fuerit, nec pignorare ultra tertiam uicem. Si tertius cui fuit pignorata ſit abſens, agitur contra primum, qui liberabitur reddendo actionem contra ſecundum, qui cum legitime pignorauerit ex quo pignus accepit, & fructus quos communiter ille percepiſſet. Qui utitur pignore committit furtum, niſi credat dominum permiſſurum. Ab. ubi ſuprà. Vide. Depoſito utens.

Pluries nihil operatur, ubi eſt aliquid determinate proban. Ab. de dilati. c. Litteræ.

Placet, & uolo, ſi eis addatur uerbum infinitiuum denotans actum non dependentem ab eo, non inducunt diſpoſitionem de præſenti, ſed diſpoſitionem in futurum. ut cũ dicitur placet mihi aſcendere in arborem. ſi addatur infinitiuum denotans actum a libera uoluntate proferentis, ſi uerba denotant principium actus non inducitur diſpoſitio de præſenti, ut ſi dico uolo, & placet mihi in te deſponſare, uel contrahere tecum, ſi uerbum infinitiuum denotat executionẽ actus inducitur diſpoſitio de præſenti, & ſi dico. uolo te habere in uxorem. Non poſſum te habere in uxorem, niſi contraham tecum, & inducitur matrimonium. Ab. de ſponſ. cap. Ex litteris. Vbi actus dependet ex mera uoluntate loquentis uaria ſunt, dicere talem uolo pro uxore uel ciue, & dicere duco te in uxorem, & facio te ciuem. Vnde ſi ſtatutum dicit habeatur pro ciue factus eſt ciuis. Ab. de deſpon. c. Ex parte.

Pluralitas reſoluitur in ſingularitatem propter pluralitatem ſubiectorum etiam in priuilegiis, ſi ex hac expoſitione non receditur nimis a iure communi, ſic hic dicitur ne uileſcat eccleſiaſticum interdictum. Secus putarem, ſi illa ratio ceſſaret, & priuilegium eſſet contra concedentem tantum, quia tunc intelligitur largiſſime in ſenſu in quo affert maiorem utilitatem. Ab. de priuileg. c. Vt priuilegia.

Populi nomine non uenit clerus, licet ueniant ciues, & habentes dignitates, cum ſint eiuſdem profeſſionis. In materia tamen priuilegiata nomine populi uenit clerus. Ab. de uita & honeſta. cleri. c. Vt layci.

Populum & gentem conſtituunt decem homines. Si tamen eſſent equites, quinque ſufficiunt Plures quam 10. aut 15. faciunt turbam. Idem dic de cetu. Ad familiam requiruntur ſaltem tres. Glo. & Abb. de elec. c. Nullus in eccleſia. Omnes habitantes & habentes domicilium in aliqua ciuitate dicuntur de populo illo, & hoc nota in materia interdicti, & repreſaliorum Ab. de ordinar. c. Quoniam in pleriſque.

Pro populo minus bonum præſumitur quam pro aliquibus prudentibus, quia in populo ſunt multi non habentes iudicium rectum rationis, & corruptibiles pecunia. Ab. de elec. c. Oſius epiſcopus.

Poſſeſſio quandoque dicitur titulus, ſubſtantia alicuius, aliquando proprietas rei. Abb. de pœniten. & remiſ. cap. Officii. Poſſeſſa quandoque ſumuntur pro dominio, & ſic uerbum poſſeſſionis denotat proprietatem rei. Si teſtator legat poſſeſſionem, quam habet in tali loco, legare uidetur non nudam poſſeſſionem, ſed proprietatem rei. Abb. de fur. c. Qui cum fure.

Poſſidet is cuius nomine poſſidetur, & illo expoliato poteſt reſtitutionem petere. De reſtitu. ſpolia. cap. Cum ueniſſet. & Abb. ubi ſuprà. Non dicitur quis poſſidere pacifice rem, ſi ſuper ea mouetur quæſtio. Ab. de confirma. uti. uel inuti. cap. Si quis. Quiete poſſidet qui non ſtimulatur in iudicio, nec qui patitur controuerſiam, licet illa iudicialis ſit ſincere ſe-

cure

cure poſſidet, qui habet bonam fidem. Ab. de præſcrip. c. Sanctorum.

Poſſeſſio ciuilis eſt quæ fructum parit. ſ. acquirendo dominium. Naturalis poſſeſſio eſt ius inſiſtendi rei non prohibitæ poſſideri. Ab. de præſcrip. c. Cauſam. Non dicitur proprie poſſeſſio in incorporalibus, ſed dicitur quaſi in poſſeſſione, quia dicitur poſſeſſio quaſi pedum poſitio. Incorporalia non proprie apprehenduntur. Ab. & Glo. de foro compe. c. Conqueſtus.

Poſſeſſio colorata quid ſit. Abb. de conceſſio. præbend. c. Cumnoſtis.

Si iudex dat creditorem mitti in poſſeſſionem uſque ad biennium ualet mandatum, quo completo non ſit nouus proceſſus, quando pro eo non defuit quod non intrauit poſſeſsionem, alias ſecus. Si nuncius unam rem pro alia aſsignauit, poſſeſsio non transfertur, quia oportet intret omnia in quibus miſsio ſit, niſi conſuetudo aliter habeat. Melius dicitur quod ſufficit poſſeſsionem eſſe præſentem. Ab. de ſen. & re iudica. cap. Cum aliquibus.

Poſſeſſor malæ fidei dicitur qui habet conſcientiam rei alienæ. Ab. de preſcrip. cap. Vigilanti. Nullum commodum poteſt habere, nec ſuffragium ſuum computari debet in numero aliorum. Ab. de elect. & electi poteſ. c. Conſtitutis. Non præſcribit. De præſcrip. c. Vigilanti. Poſsidet quis male dupliciter. Primo habito reſpectu ad iniuſtam cauſam poſsidendi, ut qui habet alienum. Secundo habito reſpectu ad rem quam tractat ſicut auarus, & qui poſsidet aliis debitum. Ab. de uerbo. ſignifi. c. Ius.

Si papa indulget reo qui propter abſentiam actorie non poteſt poſſeſsionem recuperare, quod ei lapſus anni non noceat, intelligitur indulgentia ſecundum ius commune. De uerbo. ſignifi. c. Dilecto. Poſſeſsio non debet reſtitui reo etiam parato ſatis dare, ſi miſſus in poſſeſsionem eſt abſens ex cauſa neceſſaria. Vnde ad reſtituendam poſſeſsionem traditam cauſa contumaciȩ debet miſſus citari, quia eius intereſt ut ſit præſens. Vt annus non noceat propter abſentiam aduerſarii poteſt offerri cautio cum effectu iudici, & in defectum eius idoneis perſonis. Indulgentia papȩ tamen operabitur, quod ſine oblatione cautionis impedietur curſus anni, & per indulgentiam totum tempus abſentiæ ſubducitur de medio. Ab. ubi ſuprà.

Poſſeſſor non tenetur dicere titulum. Fallit per præſcriptionem contrariam. Ab. de elec. & elec. poteſt. c. Conſtitutis.

Poſſeſsio rei quot & quibus modis & quando transfertur. Glo. & Ab. de conſue. c. Ex litteris.

Poſſe id dicimur id quod de iure poſſumus, uel de facto. Abb. de pact. c. Pactiones. Poſſe quidem rebus dat ius, natura, poteſtas, Officium, meritum, ſexum diuina uoluntas. Gloſ. de reſcrip. cap. Sciſcitatus. & Paſtoralis.

Potens aliquo iure explicare actum aliquem, ſi alio iure mouetur, corruit actus. Ab. de conceſ. præben. c. Ex parte.

Poteſt ſi negatio præcedit uerbum poteſt importat neceſsitatem niſi reſultet abſorſus intellectus, & tunc importat præſumptionem. Ab. de preſcript. c. Venies.

Poteſtas diſponendi de aliquo ſi ad me pertinet, & credens ad te pertinere conſenſi, ut tu poteſtatem expleres, actus ſic expletus non tenet, quia tu non potes, & ego non intendebam. Ab. ubi ſuprà.

Poteſtates perpetuæ, uel temporales tenentur iurare, quod uniuerſos hæreti-

eoſ ab eccleſia damnatos pro uiribus exterminabunt, & dominus temporalis non purgans terram ſuam hæreticis excommunicatur, & ſi perſtiterit in excommunicatione per annum nunciabitur papæ, qui fideles a iuramento abſoluet, & eius terram fidelibus exponet, ſaluo iure principalis domini, niſi & ipſe ſit in culpa. De hęreti. c. Excommunicamus.

Poteſtas libera quando ponitur in inſtrumento ille cui datur poteſt ea quæ ſpecialemandatum requirunt, ideo omnia poteſt quę dominus poteſt facere in propria perſona, dum tamen dolus abſit, non tamen poteſt donare niſi ſpecifice hoc concedatur. Hæc poteſtas libera ſolum datur, cum dicitur do tibi plenam poteſtatem, uel quod poſsis facere quæ ego poſſum in propria perſona. Ab. de procura. c. Petitio.

Poteſtas non habentis iuriſdictionem poteſt prorogari de re ad rem etiam per tacitum conſenſum. Abbas de offi. & poteſt. iudi. delega. c. Super quæſtionem. §. uerum.

Poſtulatio eſt quædam gratiæ petitio facta a ſuperiore de promouendo aliquem ad prælationem, ad quam de iure communi propter defectum aliquem, uel impedimentum eligi, uel promoueri non poterat. Vnde innititur gratiæ. Ab. in rubri. de poſtula.

Poſtulatus prius abſoluitur quam admittatur eius poſtulatio de iure communi, & ſi nulla mentio fiat de abſolutione, tamen tacite uidetur abſolui a priori uinculo, quo ſtante non poteſt conſentire in matrimonium alterius eccleſię. Ab. de elec. c. Scriptum.

Poſtulatio per quam utilitas priuata, uel minor communi, uel maiori præfertur, uel quę fit a minori quam tertia parte collegii, non eſt admittenda. De poſtula. cap. Bonæ memorię. Facta a maiori parte capituli, & ſi non a duabus partibus contradicente minori parte poteſt admitti, ſi currit ſine electione, non autem ſi de alio ſit facta electio. Abb. ubi ſupra.

Poſtulari poteſt archiepiſcopus ad archiepiſcopatum, & quando poſtulatio pręſentata eſt ſuperiori, non poſſunt poſtulantes reſilire, ſed debent expectare iudicium ſuperioris. De poſtula. c. Bonæ memoriæ. ſecundum.

Poſtulatio contra quam agitur de contemptu poteſt ſine præiudicio alicuius reijci. Poteſt tamen ex ſpeciali gratia admitti. De poſtula. c. Poſtulationem.

Poſtulare poteſt, quicunque poteſt eligere. Glo. de transla. c. Poſt tranſlationem.

Poſtulari poteſt non profeſſus in Abbatem ex rationabili cauſa, & ſi ſit alterius conuentus, uel alterius ordinis. De elec. capitu. Cum monaſterium. Talis poſtulatio per ſolum papam admittitur. Abbas ubi ſuprà. Qui uiolat interdictum impoſtulabilis eſt. De poſtula. cap. Ad hoc in beato.

Poſtulantes ſemper poſſunt reſilire a poſtulatione etiam publicato ſcrutinio. Poſſunt etiam reuocare nuncium, non autem ſi poſtulatio ſit ſuperiori pręſentata. Ab. de poſtula. c. Bonæ memorię. ſecundum. Glo. dicit quod non poſſunt recedere publicato ſcrutinio &c. poſſunt tamen uariare de conſenſu ſuperioris etiam poſt pręſentationem. Poteſt etiam poſtulatio approbari ex conſenſibus ſingulariter ſuperuenientibus etiam in diuerſis temporibus. In electione non poſſunt recedere, quia electio innititur iuſtitiæ, & electus habet ius, non autem in poſtulatione, nec ualidatur ele-

tur electio per conſenſum ſuperuenientem. Abb. ubi ſuprà. Publicato ſcrutinio uariare non poſſunt. Glo. de elec. c. Cum inter canonicos. Oppoſitum dicit hic. Ab. c. Cardinalis diſtin. 59. in ar. 5.

Præbenda quæ non eſt annexa canonicatui eſt quid temporale, & poteſt conferri layco. Quę eſt annexa eſt quid ſpirituale, & non poſſunt recipi duo ad eandem, niſi numerus canonicorum multiplicetur, & ius canoniæ. Ab. de præben. cap. Maioribus. Poteſt etiam præbenda annecti capellę propter paupertatem eccleſiæ cathedralis presbyteris eorum ſeruata debita portione. De pręben. c. Expoſuiſti. P.

Præbenda datur canonico non ut ſit ſua proprie, ſed ut inde uiuat, & quod ſupereſt conuertat in pios uſus. Ab. de pręben. c. Ratio nullla. Debet præbendam habere qui receptus eſt in canonicum ex prouiſione capituli, quando facultas ſe obtulerit. De præben. c. Relatum. ſecundum. Si poſt præbenda uacans conferatur alteri, ualet collatio, ſed capitulum tenetur prouidere illi primo de communibus. Si talis ſit receptus de mandato papæ in canonicum, collatio alteri facta non tenet. Ab. ubi ſuprà.

Præbendam qui ſcienter contulit quam non poteſt hoc ignoranti, illa euicta aliam quam poteſt conferre, tenetur. De præben. c. Inter cætera.

Præbendę uacantis cuſtodia pertinet ad capitulum non ad epiſcopum. Ab. de teſtam. c. Relatum. ſecundum.

Prębendę & dignitates non debent diuidi. De præben. cap. Maioribus. Intelligitur niſi ex cauſa legitima, & licentia, non tamen debent poni duo ad eandem præbendam. Abb. ubi ſuprà. Præbenda & canonicatus, quando ſunt annexa, non poſſunt diuidi. Vbi conſiſtit in merà temporalitate, quia non eſt annexa poteſt dari duobus, & uterque habet ius canoniæ diſtinctum, non tamen debet fieri ſine magna cauſa. Ab. de præben. c. Fraternitatis. Præbenda uacans poteſt diuidi in duas, ſi ſuppetant facultates, alias diuidens integrare tenetur. Vbi ſuprà. cap. Vacante. Vt diuidatur requiritur. Primo quod conſtituentes hoc intendant, ſecundo quod fiat de conſenſu capituli, tertio rationabilis cauſa, quarto quod redditus ſufficiant utrique, quia ſi non ſufficiunt poteſt canonicus agere ad reintegrandum, ſecus ubi ex poſt facto redditur incompetens. Diuidentes prouidere tenentur de ſuo, quando inſufficientes ſunt ex diuiſione, donec illam reintegrent, & poteſt integrari ex alia multum pinguiori, ſic tamen quod præbendarius poſſit competenter uiuere, nec ſufficit ad diuiſionem quod præbendæ ſint pingues, niſi ſubſit cauſa rationabilis. Si redditus communes excreſcerent, multum eſſet rationabilis cauſa creandi nouum beneficium. Ab. de præben. c. Vacante. Præbenda una non debet diuidi pro alterius integratione. Vbi ſuprà. c. Cum cauſa. Integrari poteſt ex bonis communibus ſi ſuperſunt, ſecundo ex redditibus ſuperexcreſcentibus, tertio ex fructibus præbendæ uacantis, dummodo ſufficiat canonico inſtituendo. Iſta intelligenda ſunt quando prębenda non eſſet ſufficiens ad unam reintegrandam, & ad prouidendum congrue canonico inſtituendo. Ab. ubi ſuprà. c. Cum cauſam.

Præbendam habet infirmus & diſtributiones cottidianas. Intelligitur de infirmo qui impeditur reſidere, uel intereſſe diuinis ratione infirmitatis tantum. Qui alias non erat ſolitus reſidere, uel non intereſſe diuinis, ſi infirmatur non recipit prædicta, quia infirmitas non præſtat cauſam abſentiæ. Ab. de cleri. non reſiden. c. Ad audientiam.

Pre-

Prębenda eſt ius ſpirituale indiuiſibile ſi eſt annexa canonicatui, alias ſi eſt temporalis tantum, poteſt conferri layco. Ab. de præben. cap. Dilecto. Poteſt præbenda conſiſtere in temporalibus tantum, & hæc cadere in laycum. ſi eſt annexa canonicatui, eſt ius ſpirituale non cadens in laycum, ideo pro ea habenda non licet dare temporalia. Ab. de ſimo. c. Tua nos.

Prębendas poſſunt recipere layci, ſi tamen conferatur clerico, uidetur inſtitui canonicus. Ab. de conſtitu. c. Cum cauſam. M.

Prębendæ uacanti poteſt prælatus & capitulum onus imponere, ad quod præbendarius teneatur. De præben. c. Significatum. Præbendæ uacatio non eſt poſſibilis, nec canonicatus in eccleſiis non numeratis, nec fit deuolutio ad ſuperiorem ex negligentia ſemeſtri in non prouidendo eccleſię de miniſtris. De conceſ. preben. c. Ex parte. In hoc caſu receptio canonicorum poteſt pertinere ad ſolum capitulum, nec tenetur propter litteras papæ recipere aliquem ultra facultates, & conſuetudinem, quam receptionem unus ſolus poteſt impedire. Siquis habet inſtituere in tali eccleſia, non inſtituit ſecundum facultatem, & conſuetudinem eccleſiæ eius ſuperior archiepiſcopus epiſcopo præfigit terminum, qui ſuccedit loco termini iuris, quo elapſo poteſtas prouideudi ad ipſum deuoluitur. Ab. ubi ſuprà. c. Ex parte. Aſtenſis.

Pręcariæ de quinquennio in quinquennium ſunt renouandæ. De præcar. c. Præcariæ. Pręcariæ rationabiliter factæ reuocantur per ſucceſſorem. Vbi ſuprà. cap. De præcariis. Conceſſio præcarii extinguitur uoluntate concedentis, aut ei ſuccedentis præcario non conceſſo. Vbi ſuprà. cap. Præcarium. De natura precarii eſt quod duret ad uoluntatem concedentis, nec ualet pactum oppoſitum in contrarium, & conceſſio eius extinguitur cum perſona, nec conceditur, nec tranſit ad hæredes. Licet præcarium reuocetur ad libitum concedentis, non tamen remouetur per mortem ipſius. Differunt pręcarium neutri generis & feminei. Item accommodatum ad certum uſum, & conſequenter ad præfinitum tempus non poteſt ante illud reuocari. Præcarium ſemper poteſt reuocari. In pręcario uenit ſolus dolus, & lata culpa, quæ equiparatur dolo, ſed non uenit leuiſſima culpa, ſecus in accommodato, quod fit gratia recipientis tantum. Item præcarium dependet ſemper a mera uoluntate, ſed commodatum reuocari non poteſt ante uſum completum. Abb. ubi ſuprà. & Glo. de commoda. c. Cum gratia.

Præcipiens alicuius auctoritate debet dicere, Auctoritate, qua fungimur, mandamus. Abbas de officio & poteſtate iudicis delega. cap. Cum iureperitus.

Præceptum datum capitulo cuilibet de capitulo qui implere poteſt intelligitur datum, etiam quando poterit. De reſcrip. cap. Ex te. & Gloſ. ubi ſuprà.

Præcepto quod eſt ipſo iure nullum nemo tenetur obedire, ſed nec ſententiæ, quia non eſt in ea parte iudex, immo uolenti exequi reſiſti poteſt. Ab. & Glo. de off. & poteſt. iudi. delega. cap. Paſtoralis. Præcepto legis ui prælati non debet quis obedire ſi præcipit illicita; nec obediendum eſt papæ, ſi ex eius mandato ſequitur malum, uel ſcandalum. In peccatis eius auctoritas non excuſat. Ab. de ſen. excommu. cap. Vniuerſitatis. Quando obediendum eſt, uel non obediendum. Ab. ubi ſuprà. c. Inquiſitioni. Vide. Obediendum.

Prę-

Præceptum iudicis poſt confeſſionem ante litis conteſtationem nō habet uim diffinitiue, niſi ſit factum cum cognitione cauſæ. Vt ſi fuit datus terminus ad allegandum quare non debet confeſſio mandari executioni. Abb. de uerbo. ſignifi. c. Ex parte.

Præceptum iuris non ſeruans ubi ſunt uarię opiniones non peccat, licet poſt appareat opinionem contrariam fuiſſe ueram, & quam tenebat non ſubtiliter inueſtigatam. Abb. de fer. c. Capellanus. Vide. Conſtitutio continens aliquid non propter ſe. Præceptum iuris poſitiui neminem obligat cum ſcandalo. Ab. in rubr. de obſerua. ieiu.

Præceptum factum layco quod de ſe conquerentibus reſpondeat in foro eccleſiaſtico quomodo ſit intelligendum. De uerbo. ſignifica. c. Super quibuſdam.

Præcipiens ei, qui iurauit ſtare mandatis formaliter.i. præcipio tibi ſub iuramento debito non extenditur pręceptum hoc ad contrarium iuramentum alteri pręſtitum, nec ad non ueriſimiliter cogitata, ſed tantum ad mandatum idoneum rationable & honeſtum, & ad id quod deberet cogitare, nec extenditur ad id quod mandatur, ſi eſt tale quod nunquam iuraſſet, ſi hoc crediſiſſet ſibi mandari ſecundum communem extimationem. In foro iudiciali iudicatur iuramentum ſecundum ius. In foro animæ ſecundum intentionem iurantis. Item non ualet, ſi mandat aliquid contra promiſſum reo, immo nec ſi iurauit contra promiſſum alteri, quia nuda promiſſio obligat de iure diuino, & canonico, ſic quod peccat non ſeruans eam. Ab. de iureiuran. c. Veniens.

Præceptum papæ ubi eſt ſcandalum non obligat. De pręben. c. Cum teneamur. Vide. Promiſſa ad mandatum papæ. Item in papa, item lex præceptiua.

Pręceptum factum prædeceſſori debet impleri per ſucceſſorem. De reſcrip. c. Litteras Apoſtolicas. De elec. c. Venerabilem.

Præceptum principis ſecularis ligat ad mortale. Abb. de maio. & obedien. c. Si quis. Vide. Obediens.

Præciſe importat abſolute, & ſine cauſæ cognitione. In ſtatuto habet uim clauſulę derogatoriæ ad aliud ſtatutum, ſic quod non ualeat ſecundum contrarium, niſi fiat mentio de primo. Ab. de reſcrip. c. Ex parte.

Pręcium rei attenditur ſecundum communem extimationem rei attenta eius qualitate, quantitate, & oportunitate temporis, loci & huiuſmodi. Ab. de teſtib. c. Cum cauſam.

Prædicare non poteſt de iure communi, niſi qui habet curam animarum, & omnes tales poſſunt. Ab. de elec. c. Officii tui. De iure communi ſpectat tantum ad eum qui habet populum. Ad mendicantes tantum ex priuilegio. Ab. de ſta. monachorum. c. Quod Dei. Prædicare poſſunt epiſcopi per totum orbem, niſi a dioceſano prohibeantur, qui tamen hoc facere non debet ſine cauſa. ſecundo predicare poſſunt omnes habentes curam animarum in eorum locis, quia eſt officium curæ. tertio mendicantes ex priuilegio per totum mundum, limitati tamen ut in clemen. De ſepultur. c. Dudum. Inferiores prælati in locis ſibi ſubiectis, & poſſunt licentiam dare prædicanti, ſi perſona eſt approbata ad officium prædicandi. Licentiam generalem per totam dioceſim non dat niſi epiſcopus. Abb. de hæreti. c. Excommunicamus. De iude. cap. Quia ſit. Vide. Prædicantes apud infideles.

Prædi-

Prædicandi officium nullus debet ſibi aſſumere niſi ſibi hoc a iure, uel ſede Apoſtolica, uel ab epiſcopi licentia concedatur, alias excommunicetur. Et ſi non reſcipuerit, alia pœna ſibi imponatur: De hereti. c. Excommunicamus. Prædicatio eſt officium ſanctum, & prædicatio eſt officium, & ad epiſcopum principaliter pertinet. De iure communi nemo prædicare poteſt, niſi qui habet curam animarum, & prædicatores debent eſſe potentes in opere & ſermone. Opus ſermoni præfertur, quia plus proficit uita ſancta, quam ſcientia, licet ſcientia requiratur propter errores. Ab. de off. iud. ordi. c. Inter cætera. Prædicatio dicitur officium, ideo cui interdicitur officium, interdicitur & prædicatio. Ab. de ſta. monacho. cap. Quod Dei.

Prædicare poſſunt layci de licentia epiſcopi. Mulierem credo non poſſe prędicare, etiam cum licentia epiſcopi, quia eſt uirile officium, & dettaheretur honori fidei propter imbecillitatem ſexus. Abb. de iudi. cap. Decernimus.

Prædicator licite accipit temporalia pro ſuſtentatione, non tamen poteſt exigere ab inuito, niſi ſit ordinarius. Abb. de pręſcrip. cap. Cum ex officii. Poteſt eleemoſinas accipere ab excommunicatis, & a detinentibus bona aliena. De ſen. exco. Cum uoluntate. Ceſſante neceſſitate non recipiunt licite prędictas eleemoſinas. Ab. ubi ſuprà.

Prædicari poteſt excommunicatis etiam interdictis. De ſen. excommu. c. Reſponſo.

Prædicatores apud infideles poſſunt uti cibis eorum ſeruata temporum qualitate, & clerici & religioſi qui eis uolunt adhærere habita licentia ſuorum pręlatorum habent auctoritatem predicandi. De iude. c. Quam ſit. Non poteſt quis infidelibus prædicare, niſi habeat licentiam a ſuperioribus. Nec poſſunt religioſi ire ad prædicandum infidelibus, niſi habita licentia a ſuperiotibus ſuis, & a ſede Apoſtolica. Prædicare eſt officium curæ, ideo non competit non habentibus curam animarum. Mendicantibus competit ex priuilegio, nec ſufficit religioſo petere licentiam, ſed oportet quod obtineat. Ab. ubi ſuprà.

Prælatus ſtricto nomine dicitur ſolus qui habet iuriſdictionem fori contentioſi, largo nomine parrochiani eccleſiarum. Ab. de ordinar. cap. Cum ab eccleſia. Non eſt prlęatus cuius electio eſt nulla, licet ſit confirmatus ex certa ſcientia per habentem poteſtatem ſupplendi omnem defectum electionis. Quo tamen ad geſta per eum, ſi publice habebatur ut prelatus, non poteſt impugnari. Ab. de elec. c. Quod ſicut ex litteris. Largo modo prelati dicuntur qui habent curam animarum. Stricte autem qui habent iuriſdictionem fori contentioſi. Ab. de elec. c. Nihil. De iudi. c. Decernimus. Archidiaconus non eſt prelatus niſi eligatur, quia uniuerſitas eligendo tribuit iuriſdictionem electo, ſaltem in ipſos de collegio. Abb. ubi ſuprà. cap. Decernimus. Eccleſiæ parrochialis rector poteſt dici prelatus largo uocabulo, non autem ſtricto. Ab. de cleri. egrotan. c. Tua nos.

Vbi actus explendus eſt per prælatum & capitulum unus non ſupplet negligentiam alterius. ſi tempus ad explendum utrique eſt lapſum, & hoc ſi prelatus debet intereſſe capitulo, ut prelatu, non ut canonicus. Ab. de conceſ. preben. c. Poſtulaſtis.

Prælatus quando agere debet in iudicio nomine eccleſiæ, & quando nomine ſuo. Ab. de dilatio. c. Littere. Vide. Prælatus iurans non alienare.

Prela-

Prelatus non debet aliquid agere ex zelo, niſi ſubſit iudicium rationis, ideo non debet punire delicta non ſeruato ordine iudiciario, nec inquirere de omnino occultis. Periculoſum eſt in epiſcopos promouere ignorantes iura. Ab. de purga. cano. c. Cum iuuentute.

Prælatus iurans non alienare inconſulto papa &c. non intelligitur iuramentum de alienatione modica, quia iuramentum non extenditur ad ueriſimiliter non cogitata. poteſt alienationem quam ipſemet fecit in iudicio reuocare, & quæ eſt de iuribus dignitatis adminiſtrationis ſuæ. Abb. de iureiuran. c. Intellecto. Comparatur curatori & procuratori quo ad impotentiam diſtrahendi bona eccleſiæ. Habet tamen ius pinguius in bonis eccleſiæ. Prælatio etiam eſt honor & dignitas, illa ſunt onera. Ab. de pignor. c. Ex præſentium. De donatio. c. Fraternitatem. In iudicio poteſt petere, & defendere nomine eccleſiæ. Idem poteſt epiſcopus nomine eccleſiarum ſubiectarum, etiam ſi habeant proprium rectorem. An debeat præferri epiſcopus, uel rector. Licet prælatus fuerit in iudicio, ſententia tamen fertur in eccleſiam, & hæc procedunt etiam de iure ciuili. Ab. de ſucceſ. ab inteſta. c. Cum dilectus.

Subditus appellare a prelato non poteſt propter correctionem. Ab. de appella. c. Ad noſtram.

Prælatus acquirens bona eccleſiæ poteſt liberius diſponere, quam qui non acquiſiuit. Ab. de reb. eccle. non alienan. c. Conſenſus.

Prælatus poteſt mouere bellum ex iuſta cauſa ſi habeat iuriſdictionem temporalem, poteſt etiam intereſſe bello, ſed non pugnare manibus. poteſt etiam clamare, pugnare, & capite, non autem occidere. ſi non habet iuriſdictionem licet ſe & ſua defendere etiam iniiciendo manus in clericum, cum moderamine inculpatę tutelę, non tamen debet pro defenſione rerum occidere, uel alia ſeua facere. Abb. de iureiuran. c. Sicut & infra. Prælatis licet pugnare, non tamen debent perſonaliter pro defenſione ſuæ eccleſiæ, poſſunt tamen alios ad pugnam excitare. Ab. de dilationi. c. Expoſuit. Vide. Prælatum non tenetur ſubditus adiuuare.

Prælatus non debet cedere prelationi, niſi ratione criminis quod peracta pœnitentia impedit executionem officii. Secundo propter debilitatem, qua impeditur ab executione officii. Tertio propter defectum ſcientiæ. Quarto propter maliciam ſubditorum, quãdo ad bonum ſunt irreuocabiles, alioquin ſunt ſuſtinendi. Quinto pro graui & uero ſcandalo euitando, quod aliter non poteſt ſedari. Sexto propter irregularitatem, de qua tamen poteſt laudabiliter diſpenſari. His exceptis non debet cedere. De renunciatio. c. Niſi cum pridem. Verſus. Debilis ignarus, male, conſcius irregularis. Quem mala plebe odit dans ſcandalum cedere poteſt. Si habet titulum uere, uel ſecundum opinionem tenetur petere licentiam. Glo. ubi ſuprà. Si beneficium habet ſimoniace tenetur petere licentiam. Qui renunciauit aliqua prædictarum cauſarum, poteſt poſtulari ad dignitatem epiſcopalem, nec tamen de nouo conſecratur, ſi reſignauit ordini, quia habet caracterem. Glo. de transla. cap. Quod translationem. Ceſſio debet fieri in manibus eius ad quem pertinet confirmatio, alioquin non tenet. Glo. ubi ſuprà. c. Dilecti filii. Qui non ſuſcipiunt ſacerdotium, & archidiaconatum, & qui inhabiles ſunt ad ordines, amittunt dignitatem. De ęta. & qualita. ordinan. c. Vt Abbates. Intelligitur in omnibus prædictis, ſi ex culpa ſua ſunt inhabiles, & non aliter. Glo. ubi ſuprà.

Prælatus non poteſt cedere liti motæ pro re eccleſiæ,quando non poteſt rem alias uindicare. Ab.de elec.& elect. poteſt. c. Dudum. Non poteſt liti & cauſæ cedere, niſi ſit euidens cauſa, & tunc non requiritur ſolennitas debita ſi actio competebat ad rem immobilem. Ab.de depoſi. c. Grauis. Prælatus habens coadiutorem tenetur in eius adminiſtratione conſilium,& conſenſum eius habere. Ab. de officio & pot. iud. delega. c.Venerabilis frater. In his quę pertinent ad ipſum iure deuoluto non tenetur petere conſilium, uel aſſenſum a capitulo, licet de honeſtate debet requirere. Abb. de elect. & elec.pot.c. Ne pro defectu.

Prælatus poteſt committere cauſam ſanguinis, ſi habet iuriſdictionem. Ab.de rapto. c. In archiepiſcopatu.

Prælatus condemnatus & priuatus per ſententiam ſi appellat, eccleſia ſua non debet expoliari, quia uirtus ſententię tollitur, & ſuſpenditur per appellationem,& poteſt interim excommunicare,& officium ſuum exercere.Ab. de accuſationibus.c. Si conſtiterit.

Prælatus non poteſt conditionem eccleſiæ facere deteriorem in faciendo, ſed omittendo, ut quando negligentia eius præſcribuntur res eccleſiæ, ſecundo non cogcoſcendo rem legatam eccleſiæ. In utroque caſu poreſt agi contra prælatum,& eius heredes ad damnum etiam lucri ceſſantis, ſi eccleſiam damnificauit petendo in iudicio, in poteſtate eccleſie eſt petere reſtitutionem, uel agere contra prælatum,& eius heredes ad ſatisfactionem. Ab. de reſtitu. ſpol. c. Requiſiuit.

Prælati qui habent confeſſorem eligere,uel non eligere.Ab. de pœni.& remiſ. c. Ne pro dilatione.

Prælatus eccleſiæ collegiatæ tamen ſecularis, quam regularis poteſt agere nomine dignitatis ſuæ, & conueniri etiam ſine mandato capituli. Poteſt etiam ſolus inſtituere procuratorem nomine eccleſię ſuæ, & nomine eius conuenitur. Ab. de fid. inſtrum. c. Dilectus.

Ad prælationem non compellitur laycus. Clericus per papam preciſe poteſt per cenſuram artari, ut de nolente fiat uolens, etiam per inferiores prælatos. Quidam dicunt, quod nec per papam compelli poteſt, requiritur e conſenſus ſine quo nihil factum eſt,nec compellitur quis acceptare beneficia, immo non promotus ad epiſcopatum non poteſt preciſe conſtitui epiſcopus etiam per papam ſine eius conſenſu. Licet papa poſſit compellere eum ad accepràndum pro bono publico, uel ſi non inueniatur aliquis eque idoneus.In concilio piſano ſtatutum eſt,quod epiſcopi,& Abbates non poſſint transferri inuiti niſi ob cauſam rationabilem euidentem. Ab. de poſtula. c. Etſi unanimiter.

Prelatus ſi contrahit nomine eccleſię contractus tranſit in ſucceſſorem cum ſuis qualitatibus,etiam reſpectu tacitæ renunciationis priuilegii. Ab.de foro compe. c. Dilecti filii.

Prelatus poteſt de bonis eccleſie contrahere etiam cum conſanguineis ſuis ſicut cum aliis,dummodo ammoueantur fraudes etiam dando in emphiteoteſim. Qui contrahit cum prælato de euictione caueat ut ſic poſſit agere contra prælatum. Ab. de reb.eccle. non aliena. c. Vbi ſuprà. Contractus irrationabiles prælati non obliganr ſucceſſorem, immo ſucceſſor debet contrauenire. Si contractus rationabilis eſt, poteſt addere pœnam pro obſeruantia eius, & ad illam obligare ſe, & ſucceſſores. Si conrractus eſt contra ius,tollitur appoſitio pœnæ. Si præter ius, tenet appoſitio pœnæ,licet con-

tractus

tractus ſit nullus, & non poſsit prælatus habere fidem de precio rei uenditę. Abb. de precar. c. De precariis. Precatus ſolus non poteſt contractum refutare per quem aliquod ius eſt acquiſitum eccleſię, & poſſunt illi de collegio agere ad reuocationem eorum, quæ prælatus illicite alienauit. Abb. de ſimo. c. Querela.

Prælatus etiam ſanctus in ſe poteſt damnari, & grauari ex ſubditorum exceſſibus, quos negligenter omittit incorrectos, ideo prælatura non eſt modicum onus. Qui eminet plus meroribus afficitur, quam honoribus gaudeat. In præſenti etiam ſeculo punitur morte uiolenta. Idem dico in patre negligente corripere filios ſuos. Abbas de ſimonia. cap. Licet Hely.

Prælati non compellentes ſubditos ad ſolutionem decimæ peccant mortaliter, quia contra preceptum ſuperioris, ſecundo quia debent obuiare peccatis ſubditorum, & negligentia prælati circa bona eccleſiæ, & pauperum eſt peccatum mortale. Diſsimulatio etiam prælati eſt peccatum mortale. Ab. de deci. c. Peruenit. Qui non adminiſtrat ſpiritualia non debet exigere temporalia, ſi petit decimas, uel alia temporalia poteſt opponi, quod non ſunt debita niſi propter adminiſtrationem, & ſic cum non ſeruit, non tenetur. Si adminiſtrat, percipiet temporalia cum bona conſcientia. Ab. de paroch. c. Significauit.

Prælatus pro debito perſonali an poſsit ſatisfacere de fructibus eccleſię, opiniones. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Olim uobis.

Prælatus poteſt eſſe delegatus imperatoris. Ab. de fid. inſtrum. c. Cum dilectus. Quando poſſunt accipere delegationes principum. Abb. de iudi. cap. Decernimus. Epiſcopus quando licite poteſt recipere delegationem regis. Abb. de appella. c. Cum parati. Ex delegatione principis layci poteſt iudicare de raptu, & aliis enormibus, pœnam tamen ſanguinis infligere non poteſt. De rapto. c. In archiepiſcopatu. De iure canonico poſſunt cauſæ criminales delegari clericis a principibus laycis. Abbas ubi ſuprà. Poteſt etiam eſſe de conſilio regis. Abb. de uoto. c. Non eſt.

Prælati delictum non nocet eccleſiæ in iam acquiſitis, nocet autem in acquirendis. Prelatus ſolus poteſt repudiare hæreditatem, ſiue legatum factum eccleſię, ſine ſolennitate tamen. Si aliquid relictum eſt eccleſiæ ſub conditione, ſi fecit tale quid infra certum tempus, ſolus prælatus impedit acquiſitionem. Si prælatus in culpa fuit non agendo, tenetur eccleſię de ſuo intereſſe, & multo fortius in prędictis præiudicabit factum prelati, & capituli. In acquiſitis in contractu modico tempore ſolus prelatus preiudicat eccleſię, & ſi contingat grauis leſio, competit reſtitutio in integrum. Ad magnum tempus, uel ſi agitur de alienatione non præiudicat, prælatus etiam cum capitulo, niſi ſaluetur ſolennitas iuris, & in caſu licito. Extra iudicium præiudicat patiendo præſcriptionem. Idem ſi donatum eſt aliquid eccleſiæ ſub condititione reuocante ſi aliquid fuerit factum, quia tunc agitur de iure quæſito perdendo. Item in iudicio nocet factum prælati omittendo debitas exceptiones, & probationes, ſed datur eccleſiæ reſtitutio, ſic poteſt dici de confeſsione prælati, & capituli, & de contumacia, ſi factum prælati conſiſtit in faciendo, uel in delinquendo non nocet eccleſię, ſicut ſupra dictum eſt. Abb. de dolo. & contuma. cap. Ad hæc. Præiudicat eccleſiæ etiam in graui pręiudicio, ſi per pactum, uel tacitam renunciationem

reddea-

redeatur ad ius commune. Abb. de præſcrip. c. Veniens. Præiudicatur etiam eccleſiæ, quando agitur nomine eccleſię, & condemnatur in expenſis. Ab. de appella. c. Nicolao. Taciturnitas prelati non nocet eccleſię, donec ſit pręſcriptum. Ab. de pręſcrip. c. Nihil.

Prælatus ſolus nocet eccleſiæ in non agendo, unde ſi recipit penſionem pro futuro tempore ab emphiteota qui per biennium non ſoluit, non poteſt eccleſia amplius emphiteotam expellere. Abb. de loca. c. Potuit. Poteſt conditionem eccleſię facere deteriorem, puta omittendo, & permittendo pręſcriptionem currerę, & contra eum eccleſia poteſt agere pro quanto eſt damnificata. Abb. de dona. cap. Fraternitatem. In iudicio ſi habet mandatum a capitulo, eius delictum nocet eccleſię. Item cum habet poteſtatem promouendi iura eccleſiæ factum ſuum in coniunctis eccleſiæ mandato nocet. Ab. de cenſi. cap. Cum olim. Nocet in acquirendis non autem in iam acquiſitis, etiam ſi habeant deuolutionem. Ab. de conditio. apponen. c. Verum. Delictum ſolius pręlati non nocet eccleſię, ſecus ſi ſit totius eccleſię. Negligentia pręlati in conditione implenda, ut cum donatur poſſeſsio eccleſię ſub certa conditione non nocet eccleſię, ſi conditio ex negligentia pręlati non adimpletur. Nocet autem, ſi negligentia ſit pręlati, & capituli. Abb. de uerbo. ſignifica. c. Abbate. Nocet autem dictum prælati, tacendo, & patiendo pręſcriptionem, & non proteſtando. Poteſt tamen conueniri, & tenetur ad reſtitutionem etiam ſi potuit acquirere eccleſiæ, & non acquiſiuit. Ab. de priuileg. c. Si de terra.

Pręlatus poteſt repudiare legatum factum eccleſię, quia dominium non eſt uere acquiſitum ante eius acceptationem in immobili. Vnde repudiando non acquirit, nec alienat. In non agendo non requiritur ſolennitas iuris. In acquirendis poteſt prelatus conditionem eccleſię deteriorare, ſi tamen ſine cauſa repudiauit, poteſt compelli ad ſatisfaciendum de ſuo. Ab. de his que fiunt a prela. c. Ius nuper.

Pręlatus diffamatus de dilapidatione bonorum poteſt compelli ad reddendum rationem adminiſtrationis, ante diffamationem non tenetur. Abb. de accuſa. c. Qualiter & quando.

Prelatus licet non ſit dominus rerum eccleſiaſticarum, eſt tamen loco domini, ſicut & tutor. Vnde etiam permutat. Abb. de excep. c. Cum uenerabilis. Eſt plus quam procurator, & tutor. Ab. de reſcrip. cap. Edoceri. Non dicitur dominus reſpectu ſubditorum, niſi quando præſtat iuramentum ab eo qui recipit dignitatem, uel eccleſiam a prelato, quia ſi tunc negat eum eſſe dominum ſuum, deponitur. Abb. de exceſ. præla. c. Grauem.

Prelatus debet eſſe magis doctus canoniſta, quam doctus theologus cęteris paribus, niſi ubi ſunt multi hęretici. Abbas de cleri. non reſiden. c. Tuæ fraternitatis.

Prelatus etiam religioſus poteſt donare aliquid de bonis eccleſię ratione adminiſtrationis, quam habet etiam ceſsante conſuetudine, & intelligitur de uera donatione facta amico, uel conſanguineo, ſi ſit conſuetudo. Non tamen poteſt donare immobilia, nec precioſa, in quibus non ualet conſuetudo, quia damnoſa eſset eccleſię. Ceſsante conſuetudine credo quod nihil donare poſsit ſine rationabili cauſa, cum qua tamen poteſt. Expedit eccleſię habere amicos defenſores, & ſeruitores. Abbas de donatio. c. Cęterum.

Pręla-

Prælatus electus & confirmatus cum adminiſtrat &c. omnia facta per eum tenent, quando a ſuperiore habet poteſtatem adminiſtrandi, non autem ſi præceſſit condemnatio, uel inhibitio ſuperioris, uel notoria ſuſpenſio. Si quis gerit ſe pro prelato, cum non ſit in poſſeſſione, & poſt contingat illum deponi, non ualent geſta per eum. Intruſo ſoluentes per contractum cum eo initum liberantur, non autem ſi ex antiqua conuentione, quia non facit auctoritate ſuperioris. Cum quis gerit ſe pro prelato confirmatus a ſuperiore, ſi confirmatio, uel electio non tenuit ex aliquo defectu, geſta per eum non reſtaurantur. Vbi electus adminiſtrat ex diſpoſitione iuris, ſi putabatur legitime electus, omnia geſta per eum tenent, licet poſt electio renuncietur nulla. Quando prouiſus aliquid facit propter quod eſt priuatus ipſo iure, ſi priuatio ſit occulta, uel dubia, tenent geſta per eum, non autem ſi ſuſpenſio, aut priuatio, aut inhibitio notoria ſint. Si ſit in poſſeſſione poteſt obiici quod non habeat legitimum titulum. Si poſſeſſio ſit recens tenetur probare titulum, ſi antiqua, preſumitur quod habeat titulum. Exceptio quod non habeat legitimum titulum non admittitur, exceptio, quod ſit excommunicatus, etiam ſi non ſit notoria, ſemper admittitur. Ex contractu geſtorum poteſt uerus prelatus agere in utilitatem eccleſie, ſi non tenet, in damnum eccleſie facit, & tenetur ad recompenſationem, & quando. Ab. de elect. & elect. poteſt. c. Nihil.

Prælati qui ſubſunt domino pape, & ſunt ab eo remoti poſt electionem ſtatim adminiſtrant. Glo. de conſuetu. c. Cum uenerabilis. Ex quo papa uoluit exemptos honorare conferendo eis exemptionem, magis honorandi ſunt, quam non exempti in eadem dignitate. Etiam ſi exempti ſint poſteriores in dignitate. Glo. de maiori. & obedien. cap. Per tuas. Ab. pro ſecunda parte tenet oppoſitum. Vbi ſuprà. Vide. Electus in concordia.

Si prælatus emit de bonis eccleſiæ debet fieri inſtrumentum nomine eccleſiæ, alias debet ab adminiſtratione remoueri. De peculi. cleri. c. Presbyter. Sicut qui alienat rem acquiſitam, debet priuari adminiſtratione, ita qui defraudat eccleſiam in acquirendo, ut qui acquiſita per eccleſiam appropriat ſibi, & tenetur ſatisfacere quo ad intereſſe. Abbas ubi ſuprà.

Prælatus non debet excommunicare, nec ſuſpendere ſubditum niſi monitione præmiſſa; nec ſubditus contra diſciplinam eccleſiaſticam appellare. De appella. c. Reprehenſibilis. Poteſt autem prælatus etiam religioſus excommunicare ſubditum, & facere denunciare excommunicatum ab aliis, ſi eſt fugitiue manens extra monaſterium, & ſe celans ſuo prælato. Abb. de regular. c. Ne religioſi. Poteſt excommunicare pro defenſione iurium ſuorum, ſicut & ſe defendere materiali gladio. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Ex parte.

Prelatus non debet exactiones, & talias indebitas in clericos exercere, nec irrationabiliter eos grauare, nec ſuſpendere, nec eorum eccleſias interdicere, nec duas eccleſias ſufficientes uni dare, uel permittere ut teneant ſine conſenſu capituli, nec excommunicare ſine ordine iudiciario, & contrafacientes debent puniri. De exceſ. præla. c. Peruenit.

Prælatus non excuſatur ſi eo ignorante ſubditi peccant. Ignorantia non excuſat eum, ſi lupus oues rapit. De regul. iuris. c. Quamuis. Paſtor te-

netur pro ouibus comeſtis lupo, quia tenetur ad cuſtodiam, ideo ſi non adhibuit diligentiam debitam, non eſt ſine culpa. Idem dic in prælato qui acceptando prelaturam obligauit ſe ad cuſtodiam ſubditorum, qui dicitur paſtor, quia debet paſcere ſubditos. Diabolus dicitur hic lupus. Ab. ubi ſupra.

Prælati exempti poſſunt ſibi eligere confeſſorem, ſed puto quod ſic electi non poſſunt abſoluere ab excommunicatione, nec a caſibus reſeruatis epiſcopo, niſi habeant priuilegium. Abbas de foro competen. cap. Significaſti.

Prælatus inferior epiſcopo non poteſt cognoſcere de cauſa matrimoniali, nec de pœnitentiis publicis, nec indulgentias concedere, niſi eis competat iure ſpeciali. De excelsi. prælato. c. Accedentibus. Non poteſt ſpectantia ad dignitatem epiſcopalem, niſi hoc competat ex ſpeciali iure, uel conſuetudine. Quæ ſunt dignitatis epiſcopalis, uel iuriſdictionis poſſunt acquiri conſuetudine, uel ſuperioris conceſsione. Epiſcopus ipſe poteſt concedere, non tamen quod utatur inſigniis epiſcopalibus, quia hoc ſolus papa concedit. poſſunt etiam preſcribi pertinentia ad dignitatem, & iuriſdictionem. Ab. ubi ſupra.

Prælati inferiores epiſcopo non habent proprie territorium, nec iuriſdictionem in contrahentes, nec in ibi delinquentes, nec in ibi reſidentes, ſed ſolus epiſcopus eſt ordinarius in tota diocœſi, quæ eſt eius territorium, habet tamen forum pœnitentię in ibi habitantes, in omnes de collegio habet iuriſdictionem ordinariam, hi concurrunt cum epiſcopo, & locus eſt præuentioni. Epiſcopus tamen ſuperior eſt ad curam. Quidam habentes dignitatem habent parochiam, & tales in tota parochia habent curam animarum. Prelati religioſi poſſunt exercere curam in eos, qui elegerunt eos, & eorum iuriſdictio plus dirigitur ad certas perſonas in loco, quam ad locum. Vnde non habent iuriſdictionem in ibi delinquentes, uel contrahentes, uel habitantes, ſed tantum in illos de collegio. Diſtinguendum tamen uidetur, quia Abbates habent iuriſdictionem inter monachos, ubicunque delinquant, contrahant, uel reſideant. In ciuilibus & criminalibus correctionaliter, & iudicialiter, niſi agatur ad depoſitionem, & primo conueniendi ſunt coram Abbate, ſi commode poteſt adiri. Seculares prælati habent iuriſdictionem in eos qui eos elegerunt.i. in eos de collegio, & tantum in ciuilibus etiam in figura iudicii, & poſſunt hi de collegio conueniri coram prælato ſuo, & coram epiſcopo. In criminalibus coram epiſcopo tantum. Diuerſitatis ratio quia monachi ſubduntur magis Abbati, quam clerici ſuis prelatis. Prælati habentes ſubditos ſub ſe ratione ſeruili tantum, & curati non habentes forum contentioſum, qui non ſunt prælati ſtricto uocabulo nullam iuriſdictionem habent in foro contentioſo, unde non poſſunt excommunicare, licet multi teneant oppoſitum. Abbas tamen & alii prelati inferiores epiſcopo habentes iuriſdictionem in illos de collegio poſſunt illos excommunicare. Archipresbyter ruralis in figura iudicii non cognoſcit, nec poteſt aliquem priuare titulis ſuis. Archidiaconus eccleſiæ cathedralis habet ea, quæ continentur de officio archidiaconi in cap. Ad hæc. In aliis ſeruatur conſuetudo. Inferiores prælati habentes iuriſdictionem in perſonas collegii, ſi ad eos non pertinet inſtitutio, non poſſunt

ſunt deſtituere a beneficio, ſi ad eos pertinet inſtitutio de iure communi, pertinet & deſtitutio propter non reſidentiam, aut malam adminiſtrationem, non autem propter aliud, quia de crimine clerici ſolus epiſcopus cognoſcit. Si beneficium ſpectat ad eos, pleno iure poſſunt deſtituere. ſi ex priuilegio conditione reſtrictiua, uel maxima non poſſunt deſtituere, ſi priuilegium ſimpliciter inſtitutionem concedit, deſtitutio intelligitur conceſſa. Tales prælati qui habent iuriſdictionem in collegiis ex quo non habent territorium in tota diocœſi poſſunt ſedere, ex quo etiam eccleſiæ eorum ſunt in territorio alieno ſi habent territorium, non debent uiolare territorium alterius, ſed poſſunt in qualibet parte ſui territorii ponere ſedem. Ab. de foro compe.c. Cum contingat.

Prælatus inferior epiſcopo poteſt ex conſuetudine acquirere, ut poſſit interdicere ciuitatem. Ab. de appella.c.Dilectus.

Prælati inferiores habentes iuriſdictionem epiſcopalem poſſunt exercere omnia pertinentia ad epiſcopi iuriſdictionem. Vnde poſſunt compellere executores teſtamentorum, & ipſi exequi, & hoc eſt officium potius oneris, quam honoris. Ab. de teſtam. c. Ioannes.

Prælatus inferior pręſcribit iura epiſcopalia. ſi ambo in eadem diocœſi exercent diuerſa, inferior non pręſcribit niſi quo ad ea, in quibus exercet iuriſdictionem. Si inferior exercet aliquem actum animo utendi iuriſdictione uniuerſaliter, & epiſcopus nihil exercet, inferior præſcribit iuriſdictionem epiſcopalem uniuerſaliter. Ab. de deci. c. Cum in tua.

Pręlatus inferior epiſcopo non poteſt eccleſiam ſuam, uel ſibi ſubiectam unire alteri ſine conſenſu epiſcopi, etiam interueniente auctoritate metropolitani. De exceſ. prælato. c. Sicut. Intellige quod prælatus inferior hoc non poteſt auctoritate ordinaria ſibi a iure data. Si tamen hanc poteſtatem uniendi, uel etiam iuriſdictionem eccleſiæ præſcripſit, qui præſcripſit non poteſt unire auctoritate archiepiſcopi, poteſt tamen auctoritate legati, nec in hoc præiudicatur epiſcopo, quia debuiſſet ipſe unire, cum unio non fiat, niſi ex cauſa, & in ea habeat ius diocœſani. Ab. ubi ſuprà.

Prælatus non poteſt iniuriam in ſe commiſſam remittere, quatenus tangit eccleſiam. Abb. de iniuri. & dam. datis. c. Olim. Iniuriam ſibi illatam ratione perſonæ debet remittere, uel ad ſuperiorem remittere puniendam, non autem ſi ſit illata dignitati. Quando pœna eſt iure expreſſa, & iniuria notoria, poteſt ipſe punire. Vbi pœna uenit imponenda officio iudicis regulariter, & ſecundum ius commune, ſuperior ut ſuſpectus recuſari poteſt, quia in arbitrando poteſt excedere modum, nec excuſat notoreitas delicti. Si non eſt notoria & illata perſonæ, non poteſt, quia nemo poteſt eſſe iudex in facto proprio, ſi eſt illata dignitati, poteſt. Si conuitium tangit perſonam delegati, poteſt recuſari, ſi ordinarii, dabitur ſibi adiutor. De iure epiſcopus recuſari poteſt in totum, ſi eſt ſuſpectus, etiam ſi iniuria tangat dignitatem. Abbas de maledi. cap. Innotuit. Poteſt punire iniuriam ſibi illatam etiam occultam extraiudicialiter per uiam correctionis, & impoſitionis cuiuſdam pœnitentiæ, & hoc maxime inter religioſos. Abbas de iudi. cap. Cum ueniſſet.

Prælatus non debet inſtituere, nec deſtituere, uel alia negocia eccleſiæ

 tra-

tractare ſine conſilio ſui capituli. De his quę fiunt a pręla. cap. Nouit. Vnde geſta per epiſcopum ſine conſilio capituli ſunt nulla, niſi conſuetudo habeat oppoſitum. Conſuetudo quod requirat conſilium aliquorum ſpectantium ad canonicos forte non ualet. Minora negocia poteſt ſolus prælatus explere, & poteſt procedere contra conſanguineum, uel amicum collegii irrequiſito conſilio, & conſenſu capituli. Secundo in omnibus concernentibus præiudicium eccleſiæ. Tertio in ſpectantibus ad capitulum, & epiſcopum communiter. Quarto in concernentibus intereſſe capituli. Quinto inſtitutio, & deſtitutio ſine conſilio ſunt ipſo iure nulla. Ab. ubi ſuprà.

Prælatus poteſt eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ. Abbas de teſti. c. In ſua. Poteſt eſſe iudex in cauſa ſua, ſi factum, uel iniuria eſt notoria, quando pro illo delicto eſt in iure pœna expreſſa, ſecus ubi eſt arbitraria, quia recuſari poteſt. Si delictum non eſt notorium, & tangit perſonam ſuam principaliter, non poteſt eſſe iudex, nec ſi cauſa eccleſiæ ſpectat ad menſam prælati, ſi ſpectat ad eccleſiam ſuam, uel iniuria tangit dignitatem, poteſt eſſe iudex. Alii tenent, quod poteſt recuſari, & hoc uerum, ſi criminaliter proceditur, ſecus ſi extraiudicialiter. Si delictum eſt notorium, poteſt excommunicare etiam pro facto proprio, Item quando impeditur ſua iuriſdictio, & hoc etiam poteſt delegatus, qui tamen non poteſt procedere ad punitionem, ſi ſibi inferatur iniuria etiam notorie, ſecus eſt de ordinario. In prædictis quando non poteſt eſſe iudex, non ualet proceſſus, quando poteſt recuſari, & non recuſatur, ualet proceſſus. Abbas de iudi. c. Cum ueniſſet.

Prælatus non debet eſſe iudex ubi oritur contentio inter religioſum, & ſuperiorem ſuum; ſed ſuperior immediate debet adiri; & dicitur cauſa prælati, licet omnia contingant ratione ſuperioritatis. Vnde iudex uolens pertinaciter cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio, eſt ſuſpectus. Abb. de regulari. c. Licet.

Prælatus in iudicio poteſt conueniri, & conuenire ſine conſenſu capituli. ſi per tranſactionem res immobilis alienatur, uel res mobilis precioſa non poteſt tranſigere ſine conſenſu capituli, & auctoritate ſuperioris. ſi res litigioſa remanet penes eccleſiam aliquo dato uel facto per prælatum poteſt tranſigere ſine alia licentia, ſi ius eccleſiæ non eſt clarum. Si ſit alienatio rei immobilis perpetuo requiritur conſenſus capituli expreſſus, ſi temporalis, ſufficit tacitus conſenſus qualitercunque poſſit probari per inditia. Non poteſt prælatus compromittere ſuper re immobili, uel ad inferendum præiudicium perpetuum eccleſiæ ſine auctoritate ſuperioris, & conſenſu capituli, nec poteſt dare poteſtatem arbitro ut procedat de iure, & de facto, licet ergo poſſit agere, non tamen compromittere, quia iudicium eſt neceſſarium, compromittere uoluntarium. Ab. de tranſac. c. Contingit.

Prælatus poteſt habere iuriſdictionem in habitu tantum, & non in actu, & tunc non poteſt illam exercere. Ab. de reſcrip. c. Paſtoralis.

Prælatus dicitur habere iuriſdictionem cum adminiſtratione, quando iuriſdictio eſt cum diſtinctione territorii, uel cum adminiſtratione bonorum; uel iurium aliquorum, ut patet in epiſcopo, & poteſtate ſeculari. Ab. de in integr. reſtitu. c. Cum reſtitutionis.

Præla-

Prælatum etiam papam non tenetur ſubditus iuuare contra ordinem ſuum pura cum crimine. Glo. de iureiuran. c. Ego. Poteſt tamen hortari ad bellum iuſtum, & etiam intereſſe & de licentia papæ arma aſſumere. Abb. ubi ſuprà.

Prælatus lite pendẽte inter ipſum & ſubditum debet abſtinere a negocio ſuper quo pendet lis, & a dependentibus. In aliis poteſt contra ſubditum exercere iuriſdictionem, niſi ratione litis pendentis inter eos recuſetur, ita tamen ut proſecutio negocii principalis non impediatur. Vbi crimen eſt notorium, & pœna expreſſa in iure non poteſt recuſari prælatus, nec tenetur monachus obedire quando per mandatum impeditur proſecutio negocii, alias ſecus. Inter denunciantem & denunciatum ſolet oriri grauis inimicitia, ideo recuſari poteſt. Ab. de accuſa. c. Olim.

Prælatus negligens in exequenda iuſtitia poteſt deponi a dignitate ſua, & eius negligentia eſt mortale peccatum. Idem eſt de diſſimulatione, nec propter timorem debet deponere iuſtitiam. Ab. de pace & treug. c. Treugnas. Vide. Prælatus poteſt damnari.

Prælatus cuius iuriſdictionem præſcribit inferior eo negligenter ſe habente, poteſt ſuperior uti ſua iuriſdictione, nec oportet recurrere ad alium ſuperiorem. Idem eſt ubi lex dat in ſpecie iuriſdictionem adimendo eum ab ordinario generali. Conuincitur negligentia inferioris, quando ſuperior præfigit ſibi terminum ad actum faciendum, quo elapſo poteſt ſuperior ſupplere. Abb. de off. iud. ordinar. c. Irrefragabili. Propter negligentiam prælati exempti poteſtas non deuoluitur immediate ad ordinarium, ſed ad ſuperiorem prælati exempti, tam in correctione, quam in collatione beneficiorum. Si tamen papa dat alicui inferiori iuriſdictionem in aliquibus eccleſiis, uel etiam uillam acquirit ex præſcriptione in utroque caſu, ſi fuerit negligens epiſcopus ſuper negligentiam non poteſt archiepiſcopus ſupplere negligentiam ſui ſuffraganei, niſi in caſibus, in quibus ſubditi ſuffraganeorum ſunt ſubditi ſibi. Ab. de off. iud. ordinar. c. Graue.

Prælato obedire non ſemper tenetur ſubditus, & quandoque non poteſt recuſari. Ab. de accuſa. c. Olim. Vide. Prælatus lite pendente.

Si prælatus obligauit eccleſiam pro alienis debitis eſt ſuſpenſus ipſo facto ab adminiſtratione ſpirituali, & temporalium, & eccleſia non tenetur. De ſolutio. c. Si quorundam. Iſta tenent in prælato, in commendatario, in intruſo, qui ſiue fideiubeat pro alio, ſiue accipiat mutuum, ſiue aliam obligationem in ſe, ſemper incurritur pœna huius capituli. Idem ſi recipiat mutuo pro facto ſuo obligando eccleſiam, niſi accipiat pro ſuſtentatione ſua, hic actus eſt nullus, & tamen pœna incurritur. Si prælatus mutuat rem eccleſię non incurrit iſtam pœnam, maxime ſi indiget, quia tenetur ad eleemoſinas. Ab. ubi ſuprà.

Prælatus non poteſt obligare unam rem eccleſię ſpecialiter. In genere poteſt etiam ſine licentia epiſcopi, & ſic contrahendo poteſt generaliter obligare bona eccleſiæ ſine licentia epiſcopi pro obſeruantia contractus. Ab. de reb. eccle. non alienan. cap. Nulli. Poteſt ubi ſupra dictum eſt. In iſta generali obligatione non ueniunt calices, patenę, ueſtes ſacerdorales, libri eccleſiaſtici. Specialem obligationem non poteſt facere ſine ſolennitate requiſita ad alienationem, nec ſine ea rem mobilem preciosſam pignorare. Ab. de pignori. c. Nullus.

Prælatus licite ſe occultat deſerendo eccleſiam, & clerum imminente periculo

corporali, quando ſolum queritur perſona prælati. Vbi quæritur tota ecclesia, ſe occultare non poteſt. Ab. de deci. c. Per tuas.

Prçlatus ordinarius eſt qui eligitur a collegio, uel uniuerſitate clericorum, & obtinet confirmationem a ſuperiori habente poteſtatem, & oportet electores eſſe clericos, quia iuriſdictio ſpiritualis non cadit in laycum. Vniuerſitas cenſetur eccleſiaſtica, ſi maior pars ſit clericorum. Licet illi de collegio ſubſint ei quem elegerunt poſt confirmationem in criminalibus, tamen ſunt per epiſcopum conueniendi, in ciuilibus ſi conueniantur coram epiſcopo, non poſſunt eius iudicium declinare. In quibus caſibus religioſi conueniendi ſunt ſuo proprio prælato, & in quibus ſub epiſcopo. Prçlati modo prædicto electi poſſunt excommunicare, non autem anathematizare, ut dicit hic. Glo. Ab. de off. iud. ordinar. c. Cum ab eccleſia. Idem dicendum de prælato qui preficitur collegio, uel uniuerſitati ab eo qui habet adminiſtrationem, licet ſubſint epiſcopo, habent tamen iuriſdictionem cognoſcendi, & excommunicandi. Glo. de off. iud. ordinar. c. Cum ab eccleſia.

Prælatus poteſt imponere pœnam pecuniariam pro delicto, quia plus timetur, quam ſpiritualis, & maxime conuertendo pecuniam in pios uſus. Ab. de uita & honeſta. cleri. c. Vt clerici. De pœn. c. Licet in archiepiſcopatu. Quandoque prælati puniuntur pecunialiter, & pecunia uertitur in pium uſum, nec poteſt ſuperior pœnam remittere a iure impoſitam pro libito uoluntatis, immo punitur, ſi negligit illam imponere. Ab. de immunita. eccle. c. Quia plerique.

Prælatus licet ſit malus notorie non perdit poteſtatem corripiendi, ſi in officio tolleratur, quia hoc non facit merito, perſonæ ſed ex officio. Abb. de off. iud. ordin. c. Licet in colligendis. Non tamen tenetur aſſidue monere peruerſum, & negligentem, ex quo uehementer præſumit ſe non eſſe profecturum, & tunc debet tacere, ne mittat margaritas ante porcos. Ab. de prçſump. c. Sciebam.

Prælatus ſolus poteſt priuilegio eccleſiæ competenti renunciare in contractu quem facit nomine eccleſiæ, & præiudicat etiam ſuceſſori, quando eſt ſuper modica re, & reditur ad ius commune. Abb. de foro competen. c. Dilecti.

Prælatus tenetur priuilegiatis iuſtitiam plenam facere ſecundum tenorem priuilegii, alias debet priuari ſuis. Si prçlatus ſtat in meris terminis negligenter, puta quia non facit iuſtitiam petenti, non eſt ſuſpenſus. Si negligentia reſoluitur in facto ut quia non uult dare dilationem contra iuſtitiam, & contra conſcientiam, eſt ſuſpenſus, quia iniuſtitiam facit, & locum habet capitulum. Cum ęterni. Ab. de priuil. c. Dilecto.

Prçlatus ſolus reuocat procuratorem datum a conuentu ſuper rebus communibus, ut ipſemet agat. Ab. de dilatio. c. Litteræ.

Prælatus tenetur ſolus procurare negocia ſibi & capitulo communia. Quilibet prælatus eſt ſuæ eccleſię legitimus procurator, & habet legitimam adminiſtrationem a iure. Quando poteſt agere ſine conuentu, & conuentus ſine eo, quando poteſt inſtituere icomicum ſiue procuratorē ſine capitulo, & capitulum poteſt idem facere ſine eo, niſi cauſa ſit ardua, ut conſtituendo procuratorem generalem in perpetuum. Vbi conuentus non poteſt, prçlatus poteſt ratificare poſt factum, & hoc intellige de omni prçlato. Abbas de reſcrip. c. Edoceri. Quilibet prælatus poteſt agere in iudicio

iudicio pro eccleſiis ſibi ſubiectis. Abb. de offi. iudi. c. Ex litteris.

Prælatus non poteſt compromittere ſuper re in qua non poteſt ſolus diſponere: Vnde non poteſt compromittere ſuper re immobili, ſeu ad inferendum perpetuum præiudicium eccleſiæ ſine auctoritate ſuperioris, & conſenſu capituli ſui. Et licet ſolus prælatus poſſit agere in iudicio etiam de re immobili: non tamen poteſt compromittere, quia iudicium eſt neceſſarium, compromiſſum uoluntarium. Ab. de tranſa. c. Contingit.

Prælatus qui periurat grauiſſime puniendus eſt, & debet deponi ut magis timeatur quam ut delictum puniatur. Abbas de cleri. percuſſo. capitu. Præterea.

Prælatus quilibet citra papam tenetur recuperare rem eccleſiæ. Si tamen credit probabiliter quod ad tempus differendo recuperabit ſine litigio, non peccat ſuperſedendo. Vbi hoc, quia non eſt probabile puto ipſum peccare, quia conuincitur de negligentia, quæ eſt peccatum mortale. Abb. de præſcrip. c. Nihil. Succeſſor debet male alienata per prædeceſſorem reuocare. Ab. de donatio. c. Fraternitatem. Male alienans poteſt repetere. Ab. de reb. eccle. non alienan. c. Si quis.

Prę lati etiam irregulares non ſunt ammouendi ſine cauſa, & dum deponuntur, non oportet ſeruare ordinem iudiciarium. Abb. de ſta. monacho. c. Ea que. Regulares deponuntur facilius, & ex leuiori cauſa, quam ſeculares, quia delictum in ſecularibus eſt magis nociuum. Abbas de accuſa. c. Inquiſitioni. Ex modica cauſa poſſunt remoueri. Abb. de appella. c. Inter cætera.

Prælatus licite remunerat de bonis eccleſiæ eos, qui ſe exhibuerunt obſequiis eccleſiæ. Ab. de reb. eccle. non alienan. c. Conſenſus.

Prę latus habens conſcientiam rei quam poſſidet nomine eccleſiæ, ſi notorie conſtat rem illam eſſe alienam, ſolus debet illam reſtituere. ſi ſolus prę latus ſcit, nec aliter poteſt probari, debet tenere, quia ſibi non creditur, nec peccat, quia hoc facit ut perſona publica, & habet conſcientiam ut perſona priuata. ſi probari poteſt, & tamen non eſt notorium, non debet reſtituere ex quo capitulum habet bonam conſcientiam, ſed debet intimare illi cuius res eſt, ut illam petat, & præcauere, ut nihil agat, uel procuret contra conſcientiam. Credo quod prælatus cum capitulo non ſufficiat ad illam reſtituendam, ex quo non conſtat notorie rem eſſe alienam. ſi domino petenti rem ſuam prælatus confiteatur rem eſſe illius, & non habet capitulum in foro contentioſo, ſua confeſſio præiudicat eccleſiæ, ſimiliter ſi habet capitulum, & mandatum ab eo. Confeſſio quę eſt uoluntarię iuriſdictionis non præiudicat in immobilibus, licet forte quo ad factum. Ab. de præſcrip. c. Quoniam omne.

Prælati ſcriptis creditur, quando agitur de modico prę iudicio ſubditorum. Ab. de maiori. & obe. c. Cum in eccleſiis.

Prælatus eccleſiæ poteſt exigere a ſubditis in temporalibus ſeruitia conſueta prę ſtari dominis temporalibus. Abb. de reb. eccle. non alienan. cap. Conſenſus.

Prælatus poteſt ſtatuere cum maiori parte capituli contradicente minori parte quo ad neceſſariam reparationem fabricæ, quod quilibet canonicus teneatur conferre. De his quæ fiunt a maio. par. cap. Ex parte. Ideo poteſt epiſcopus cum maiori parte ſtatuere, quod quiſque canonicus debeat conferre ad ſuſtentandum ſcholares pauperes, dociles exiſtentes in ſtudio. ſic

ualet ſtatutum ſuper redditibus pertinentibus ad canonicos, ut ad ſingulos ſi fiat a maiori parte quæ poteſt diſponere de bonis pertinentibus ad ſingulos, iure tamen collegii ſi decretum fiat pro opere pio, neceſſario, & utili collegio, Quibus ceſſantibus non poteſt maior pars ſtatuere in præiudicium minoris. Vnde non poteſt gratiam facere alicui de redditibus prouenientibus ad ſingulos nomine collegii contradicente minori parte. Non poteſt maior pars etiam obligare minorem quo ad ea, quæ conueniunt eis iure proprio. Epiſcopus etiam ſolus poteſt cogere eos, ut ſuperflua uictui donent fabricæ. Quando etiam poteſt imponere collectas. Abb. ubi ſuprà.

Prælatus quilibet habens iuriſdictionem poteſt ſtipulari alteri etiam non ſubdito, eo quod ſit publica perſona. Ab. de off. iud. ordinar. c. Paſtoralis. §. Præterea.

Prelati ſucceſſor ſuccedit quo ad omnia iura, & fingitur ille qui prius, quia dignitas non moritur, ideo omnia habet, quæ ille ratione prælaturæ. Succeſſor canonici tantum quo ad prebendam. Vnde iura eius tranſeunt ad capitulum. Nouus prælatus poteſt agere de iniuria illata predeceſſori. Ab. de elec. cap. Quod ſicut. Succeſſor prælati contempti facit caſſare electionem, non autem ſucceſſor canonici. Glo. ubi ſuprà. Poteſt rem eccleſiæ male alienatam reuocare, & non poteſt opponi, ſufficit dicere rem illam fuiſſe in bonis eccleſiæ, & male alienatam. Ab. de reb. eccle. non alienan. c. Epiſcopi. De donatio. c. Fraternitatem.

Prælatus ſuperior non poteſt ligari ab inferiori, nec incidit in ſtatutum eius, & qui facit ſtatutum non incidit in pœnam, quia non poteſt ligare ſeipſum. In dignitate par, uel etiam maior qui non eſt ſibi ſuperior, poteſt puniri ab inferiori, quia ratione delicti efficitur minor, & ibi cenſetur perſona priuata. Archiepiſcopus delinquens in epiſcopatu, quem habet ſuus ſuffraganeus ex diſpenſatione non poteſt puniri a ſuo ſuffraganeo, quia ſemper eſt eo inferior. Glo. & Ab. de rapto. c. De illis.

Prelatus omnis transferri poteſt etiam inuitus intuitu maioris officii. Ab. de ſta. mona. c. Monachi.

Prælatus non tenetur uti rebus eccleſiæ in ſtatu in quo reperit, ſed poteſt meliorando mutare formam, & rei qualitatem. Si ex induſtria ſua meliorem facit rem eccleſię, non poteſt repetere, quod impendit ex induſtria, ſed cedit eccleſiæ. Si tamen ex patrimonio impendit aliquid eccleſię contemplatione eccleſiæ, poteſt ipſe, uel eius hæres repetere pro ſeruitiis impenſis. Et poteſt epiſcopus concedere penſionem ad uitam. Abb. de peculi. cleri. c. Si quis.

Prælati non poſſunt eccleſias eis commiſſas conuertere in proprios uſus, etiam ſi ſint prioratus manuales, uel reuerentiales, ſed debent inſtituere rectores. Ab. de priuil. c. Paſtoralis.

Prępoſitus dicitur, quaſi quandam primitatis curam ſuper alios gerat, & hoc ex communi uſu, quia rite præpoſitus dici poteſt quicunque alteri preeſt. De uerbo. ſignifica. c. Quamuis.

Presbyter dici poteſt omnis prælatus. Eſt enim nomen dignitatis, quod etiam de epiſcopus dicitur. Abbas de elec. capit. Nullus in eccleſia. Presbyteri nomine quandoque uenit omnis clericus. Abb. de pignori. c. Nullus.

Præſcriptio eſt quoddam ius ex tempore congruens auctoritate legis uim capiens

plens, negligentibus pœnam inferens, & finem litibus imponens. Ab. in rubr. de præſcrip.

* Pręſcriptio omnem actionem prorſus tollit. Abbas de præſcrip. capitu. Ad aures.

Præſcriptione acquiri poſſunt omnia, quæ priuilegio ſunt acquiſibilia. Non tenet in his quæ de iure poſſideri non poſſunt data incapacitate poſſidendi. Poteſt priuilegium principis operari tollendo incapacitatem, non autem præſcriptio. Ab. de præſcrip. c. Cauſam.

Pręſcriptione acquiritur ius, & ſeruitus, quando habet cauſam confirmatam perpetuam ſpacio decem annorum inter pręſentes. Dicuntur præſentes, qui habent domicilium in eadem ciuitate. Inter abſentes ſpatio. 20. annorum. In quibuſdam tamen requiritur titulus. primo quando præſcriptio eſt contra ius. ſecundo in uſufructus. tertio ubi agitur de obliganda, uel deſtinanda perſona. quarto quando præſcribitur contra eccleſiam. In prędictis omnibus requiritur etiam ſcientia aduerſarii. Seruitus ruſticana quæ non habet intermedium perditur ſpacio annorum decem inter præſentes, & 20. inter abſentes, ſi habet interuallum, duplicatur tempus. Seruitus ruſticana perit certo tempore non utendo. Vrbana per ſolum non uſum non perit omnino. Ab. de præſcrip. c. De quarta.

Pręſcribens articulum unum non præſcribit omnes. Abb. de religio. domi. c. Nunc autem. Si in aliquo loco quis exercet actus iuriſdictionales occurrentes animo utendi iuriſdictione uniuerſaliter completa præſcriptione, poteſt uti in aliis caſibus iuriſdictione, ſi occurrunt. Non tamen præſcriptio iuriſdictionis actus extenditur de perſona ad perſonam. Abb. de deci. c. Cum in tua. Intendens præſcribere iuriſdictionem uniuerſalem, ſi aliquos iuriſdictionales exercet præſcribit totam iuriſdictionem. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Cum inter uos.

Præſcribi non poteſt cenſus qui debetur principi in ſignum ſubiectionis, ſicut nec ſubiectio. Cenſus qui debetur patrono, uel eccleſię poteſt præſcribi. Ab. de cenſi. c. Significauit. Cenſus qui debetur in ſignum uniuerſalis dominii non poteſt præſcribi, ideo reſpectu ſummę & uniuerſalis poteſtatis, non poteſt præſcribi, ſecus reſpectu principum inferiorum. Si cenſus datur ex alia cauſa, poteſt præſcribi etiam contra papam. Ab. de præſcrip. c. Si diligenti.

Pręſcriptio currit contra ignorantem, ſi adſunt alia ſubſtantialia, & hoc in præſcribendo dominium, ſecus in immobilibus corporalibus, quia ex iuſta cauſa datur reſtitutio, non tamen currit contra abſentem, & ignorantem. ſi poſſident ciuiliter non incipit præſcriptio etiam bona fide parte abſente. Abb. ubi ſuprà. c. Vigilantis. Pręſcribitur contra ignorantes, & contra ſoluentes. Ab. de priuil. c. Si de terra.

Pręſcriptio non currit iacente hæreditate. Abbas de præſcrip. cap. De quarta.

Præſcriptio non currit tempore hoſtilitatis. De præſcrip. c. Ex tranſmiſſa. Sed dormit, quia tanſit tempore hoſtilitatis. Continuatur tempus ſequens cum præcedenti non computato tempore hoſtilitatis. Abb. ubi ſuprà. Non currit præſcriptio in 20. caſibus, & quandoque ſunt, & non poſſunt pręſcribere. Glo. de pręſcrip. c. Cum non liceat. In contractu ſuperueniente impedimento dormit præſcriptio, ſed non intercipitur. Ab. ubi ſuprà. c. Cum nobis. Non currit præſcriptio in rebus inuaſis. De

pręſcrip.

prẹſcrip. c. Nihil. Dormit in 18. caſibus. Abb. de præſcrip. c. Ex tranſmiſſa. In rebus inuaſis & occupatis non currit, ideo ciuitates italiæ, quæ per uſurpationem exercent merum & mixtum imperium, non poſſunt allegare præſcriptionem iuridice, licet aliud ſentiat Bar. & minus bene. Ab. de purga. uulgar. c. Significantibus.

Prẹſcribit decimas una eccleſia in parrochia alterius ſpacio annorum.40. De prẹſcrip. c. Ad aures. Requiritur tamen neceſſario titulus. Abb. ubi ſuprà. Præſcribitur quarta decimarum, & funeralium contra epiſcopum, ſi 40. annorum ſpacio non ſoluitur, & eccleſia cathedralis interim non uacauit. Ab. de prẹſcrip. c. De quarta

In prẹſcribendo delictum prælati, uel eius mala fides non nocet ſucceſſori, quia non cenſetur eadem perſona cum prẹdeceſſore, & ius eius non cauſatur a defuncto, ſed a ſuperiore, qui promouit eum, ideo non poteſt præſcribere, ſi ignorabat prædeceſſorem eſſe in mala fide, oppoſitum eſt de hẹrede. Ab. de iure patro. c. Cura paſtoralis.

Præſcribi poteſt dominium directum, quod erat pœnes dominium utili remanente apud uaſallum. Abb. de præſcrip. c. Si diligenti. Præſcribit uaſallus dominium, & alius uaſallum, & præſcribit feudum, & quomodo prædicta. Abb. de prẹſcrip. cap. Ad audientiam. Prẹſcribi poteſt feudum, ſi quis ſoluit domino, & habet bonam fidem. Abb. ubi ſuprà. c. Quoniam omne.

Præſcribit in dubio inferior contra ſuperiorem, & par in parem iuriſdictionem excluſiue ad ipſum ſuperiorem, non accumulatiue. Ab. de off. iudic. ordin. c. Irrefragabili. Prẹſcribit prælatus inferior eccleſias in parte diocœſis totale ius epiſcopale, & prælatus inferior ſolus exercet iuriſdictionem epiſcopalem. Idem poteſt præſcribere religioſus. Tempore uacationis non currit præſcriptio, currunt tamen præſcriptiones iudiciales, ad quas tamen eccleſia reſtituitur, nec oportet eccleſiam omiſſionem probare ad impetrandum, probat autem læſionem. Abbas de reſtitutio. in integr. c. Auditis.

Præſcribit eccleſia priuatam rem priuati per quietam, & ſinceram poſſeſſionem. 30. annorum. De præſcrip. c. Sanctorum. Præſcribit autem bona fide, & ſine titulo ſpacio 30. annorum. Si habet titulum præſcribit ſicut priuatus contra priuatum ſpacio. 10. annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes. Contra aliam eccleſiam, uel contra piam cauſam requiruntur anni.40. Ab. ubi ſuprà.

Prẹſcriptio contra eccleſiam in re immobili, uel in corporali currit per ſpacium triennii etiam cum mala fide, & hoc auctoritate canonum monitione præcedente, ſed in fidei fauorem eſt inductum, ut prælati eſſent promptiores in reducendo ad fidelitatem loca collapſa in hẹreſim. Ab. de præſcrip. c. Placuit. Contra eccleſiam non currit prẹſcriptio niſi.40. annorum. Idem in hoſpitalibus, & piis locis, ac in legatis ad pias cauſas. Ab. ubi ſuprà. c. De quarta. Nihil. Non currit contra eccleſiam niſi quadragenaria, etiam ſi agatur de modico præiudicio, ut de prædii fructibus, Ab. ubi ſuprà. c. Quia iudicante. In illis in quibus de iure ciuili requiritur tempus de cuius initio non habeatur memoria, etiam requiritur contra eccleſiam, non autem ubi requiritur tempus duplicatum. Si eccleſia ſuccedit layco inchoata prẹſcriptio currit, ſed pro tempore præterito ut inter laycos, & pro futuro ut pro eccleſia. Abb. ubi ſuprà. c. De quarta. Si contra prẹſcri-

ſcriptionem. 40. annorum opponitur, uterque probabit. Vbi ſuprà. c. Illud autem.

Præſcribere poteſt eccleſia contra eccleſiam iure proprietatis, ut eccleſiam habeat ad proprios uſus tanquam ſubiectam, uel unitam, reſpectu tituli non poteſt, ut eccleſiam habeat tanquam prælatus, uel rector. Ab. de iure patro. c. Curę paſtorali. Præſcribitur contra eccleſiam ſpacio annorum. 40. In actionibus perſonalibus non datur tantum tempus, ſed ſumunt uires ſecundum diſpoſitionem iuris ciuilis, a quo inuenta ſunt cum limitatione. Abb. de emp. & uenditio. c. Cum cauſa. Non currit præſcriptio contra eccleſiam, nec contra iura epiſcopalia, niſi poſt annos. 40. Ab. de cenſi. c. Olim.

Prẹſcriptio eccleſiæ matricis uacantis, uel habentis prẹlatum inutilé ad agendum non currit, & ſi incohata fuerit tempore habili, in prẹdictis caſibus dormit. Quo ad bona prelati non currit, ſed nec quo ad communia prelato & capitulo, ſecus quo ad ea, quę capituli tantum. Credo uacante ſede capitulum non poſſe agere quo ad communia ſibi, & prẹlato. Si epiſcopus eſt excommunicatus, non currit prẹſcriptio, cum non poſſit agere, ſed nec in iuribus, & rebus propriis ipſius excipientis excommunicati, quia eſt impeditus a lege. Abb. de prẹſcrip. cap. Placuit. Vacante ſede non præſcribuntur bona communia epiſcopo, & capitulo. Ab. de præſcrip. cap. De quarta.

Prẹſcriptio contra eccleſiam romanam reſpectu prẹlationis, & ſupremę poteſtatis non currit, ſed in rebus, & poſſeſſionibus, & iuribus ipſius currit prẹſcriptio centum annorum, & requiritur ſcientia papæ. Quomodo poteſt probari hæc præſcriptio tam reſpectu bonorum incorporalium, quam delictorum. Fallit tamen in bonis hæreticorum, quę prẹſcribuntur ſpacio annorum. 40. Abb. de præſcrip. c. Cum nobis. Et ſi diligenti. Præſcriptio centenaria ſola currit in iuribus eccleſiæ Romanę ſpectantibus. De prẹſcrip. c. Ad audientiam. Intelligitur de ſpectantibus principaliter, non ſecundario. Eccleſię omnes ſecundario ſpectant ad eccleſiam romanam. Idem dicitur de exempto, quatenus prẹſcriptio ſibi præiudicat, non papæ. Epiſcopus contra exemptum prẹſcribit ſpacio. 40. annorum ſecundum multos, tamen oppoſitum forte eſt uerius, cum non poſſit exemptus renunciare exemptioni ſine licentia papę. Abb. de prẹſcrip. c. Ad audientiam. Nec prẹſcriptio iſta centenaria tollitur per ſtatutum, quo cauetur quod in tali re non currat prẹſcriptio. Abb. ubi ſuprà. c. Quoniam omne. De prẹſcriptione centenaria tempora ſciſmatum deducuntur. Vbi ſuprà. c. Cum a nobis. Poteſt etiam prẹſcriptio centenaria probari per teſtes. Abb. de confirmatio. uti. uel inuti. c. Cum dilectus. Quomodo papa prẹſcribit contra alias eccleſias, & econtra. De prẹſcrip. c. Cum nobis. Quomodo præſcribi poſſunt iura papæ, epiſcoporum & imperatoris, quę iura, & a quibus. Ab. de foro compe. c. Cum contingat. Prẹſcribit epiſcopus contra epiſcopum locum per ſe conuerſum ad fidem triennio, ſed cum uacat eccleſia, uel eſt in ſciſmate, uel epiſcopus eſt hæreticus, non prẹſcribit contra ipſam. De præſcrip. c. Placuit. Contra iura debita epiſcopo ut epiſcopus eſt, uel capitulo, etiam canonicis, ut canonicis non currit prẹſcriptio: niſi ſpacio annorum. 40. quia cenſentur debita eccleſię. Abb. ubi ſuprà. c. De quarta. Abbas in capellis prẹſcribit iura epiſcopalia, obtinet tamen in his ſolis quę prẹſcripſit. Vbi ſuprà. c. Cum Olim. Inferior prẹſcribit contra

contra epiſcopum. Primo ius inſtituendi in eccleſia etiam in capellis. Secundo deſtituendi. Tertio clericorum ordinationem. Quarto ius baptizandi. Quinto pœnitentiam. Sexto ſepulturam. Septimo perceptionem decimarum. Octauo ius celebrandi diuina in his eccleſiis. Nono poteſtatem excommunicandi, interdicendi, & abſoluendi. Vndecimo alio poſſidente iuriſdictionem uniuerſalem in loco. Si quis exercet aliquam iuriſdictionem in aliquo articulo tantum præſcribit, quantum poſſidet. Præſcribens poteſtatem excommunicandi propter hoc non preſcribit poteſtatem interdicendi, etiam ſuſpendendi. Ab. de præſcrip. c. Cum olim. Præſcribi poſſunt, quę ad dignitatem epiſcopi ſpectāt per inferiorem. Ab. de teſtib. c. Albericus.

Pręſcribi poſſunt epiſcopalia iura, uel parochialia cum titulo per alium epiſcopum, uel presbyterum, licet ſint hæc iura infra limites. Sicut limites epiſcopatus uel parochiæ non poſſunt præſcribi, ita nec iura adherentia limiti, ne ex hoc oriatur confuſio limitum. Glo. & Abb. de decim. c. Cum ſint. Decimæ adhęrentes limitibus non poſſunt pręſcribi, niſi omnes decimę parochiæ præſcribantur, & tunc non ſequitur confuſio limitum. Ab. ubi ſuprà. c. Cum contingat. E.

Errans in iure nunquam præſcribit, licet habeat bonam fidem, præſcribitur tamen ubi eſt error facti. Abbas de decim. c. Dudum. De cenſi. c. Significauit.

Præſcribi non poteſt poteſtas excommunicandi, & interdicendi, niſi ab habente aliam iuriſdictionem, uel aliquam prærogatiuam in alios, ut ſunt capitulum. Archidiaconus, uel præpoſitus. Abb. de his que fiunt a maio. par. c. Quæſiuit.

Præſcribere poteſt exemptus, licet non poſſideat. Vnde quatenus eſt fauorabilis exemptio præſcribitur ſpacio competenti, ſicut alia iura ipſius ſubiecti, ſed non contra papam poſſidentem. Abb. de capell. monacho. c. Dilectus.

Præſcribi poſſunt, quæ ſunt mere facultatis ut mendicare. Ab. de priuil. c. Priuilegia.

Pręſcribens bona fide ſi completa præſcriptione ſcit rem ad alium pertinere, non tenetur ad reſtitutionem, ſi ante completam ſuperuenerit mala fides, interumpitur pręſcriptio. Qui dubitat, pręſcribit, quia ad impediendam pręſcriptionem requiritur conſcientia rei alienæ, nec ratione dubii tenetur rem dimittere. Ab. de pręſcrip. c. Quoniam omne.

Præſcribens malæ fidei non acquirit dominium, ſed tantum exceptionem, cum bona fide acquiritur dominium directum, & utile, & omnem actionem pœnitus excludit. Statuta quod poſt certum tempus non admittantur creditores ad agendum, an poſſint reiici in foro eccleſiaſtico ratione peccati, notanda ſunt uerba ſtatuti. An etiam quis poſſit renunciare pręſcriptionem ex pacto, uel mala fide. Abb. in rubr. de pręſcrip. Præſcriptio cum mala fide poteſt induci ex urgenti, & rationabili cauſa, ſed cum agitur de excluſione peccati, eſt neceſſaria auctoritas canonis. Lex ciuilis hoc non poteſt inducere. Abb. de præſcrip. c. Placuit. Vbi mala fides non pręſcribit qui habet, ſed nec eius hęredes præſcribunt, quia eorum ius cauſatur a defuncto, ſecus ubi non cauſatur, ſicut in beneficiis. Ab. ubi ſuprà. c. Nihil. Præſcriptio cum mala fide nec in foro canonico, nec ciuili ualet. De pręſcrip. c. Quoniam omne, Bona fides requiritur toto tempore

pore præſcriptionis corriguntur iura ciuilia de mala fide, ideo ubi eſt cum peccato, non ualet pręſcriptio, ſecus ubi non eſt peccatum. Vbi tamen eſſet ęquitas etiam ſine peccato habet locum denunciatio euangelica. Ab. ubi ſuprà. c. Quoniam omne. Mala fides ſuperueniens ante completam præſcriptionem illam interrumpit, ſi autem poſt, qui pręſcripſit non tenetur ad reſtitutionem in foro contentioſo, nec in foro animę. Glo. & Ab. de præſcrip. c. Vigilanti.

Pręſcriptio hęreditate iacente non currit. Abbas de præſcrip. cap. De quarta.

Præſcriptio contra imperium non currit uacante imperio, licet ſuccedat. Idem dic, ſi imperator eſt in partibus remotis, & non habet aliquem in prouincia loco ſui, ut hodie. Inferiores non poſſunt præſcribere merum & mixtum imperium, quia in iſtis incorporalibus non acquiritur quaſi poſſeſſio, niſi ſciente aduerſario, & poſſeſſore. Ab. de pręſcrip. c. Placuit. Licet principes, & ciuitates poſſint pręſcribere iura imperii, non tamen poſſunt præſcribere, quin ipſi ſubditi ſint imperatori, qui nec poteſt hoc illis concedere. Abb. ubi ſuprà. c. Cum non liceat. Non pręſcribitur contra imperatorem quo ad ſubiectionem, & quo ad ea quæ ſibi dantur in ſignum ſubiectionis. In ſpecialiter reſeruatis requiritur quod non habeatur memoria de initio. In aliis ſi ſint principi incorporata, requiritur pręſcriptio annorum.40. Si non incorporata ſed delata, ſufficiunt anni.5. Si præceſſit denunciatio bonorum uacantium, ſufficiunt quattuor anni. Si non interuenit denunciatio, requiruntur. 20. ſi titulum habet, ſufficiunt decem. Ab. de pręſcrip. c. Cum nobis.

Pręſcriptio quomodo interrumpitur. Abb. de præſcrip. c. Nihil. & ubi ſuprà. c. In fine. Quando currit, quando dormit, quando interrumpitur naturaliter, uel ciuiliter. Ab. ubi ſuprà. c. Illud autem. Interrumpitur in certis articulis poſſidente alio iuriſdictionem uniuerſaliter non operatur effectum ſuum, niſi reſpectu articulorum illorum, in quibus facta fuit, nec extenditur poſſeſſio etiam ad alios articulos conſimiles, ſed tantum pręſcribit, quantum poſſidet. Interruptio poſt completam pręſcriptionem non habet lędere ius acquiſitum ex pręſcriptione. Vnde ſemel uel bis factum non tollit pręſcriptionem, nec conſuetudinem. Abbas de pręſcrip. c. Auditis.

Pręſcribi non poteſt contra ius commune, niſi adſit titulus uerus aut putatiuus, aut de ſuo oppoſito non ſit in memoria hominum. Abb. de præſcrip. c. De quarta. Ad pręſcribendum contra ius commune, ſi præſcriptio eſt contra pręſcribentem non ſufficit ſola fides, ſed requiritur titulus, & hoc intellige in urgenti, non autem in qualibet præſcriptione contra præſcribentem, ſecus quando currit modica pręſcriptio, quę hic faciliter tollitur, & ſufficit titulus putatiuus. Ab. ubi ſuprà. c. Si diligenti.

Contra pręſcriptionem iuris uidetur admitti probatio per coniecturas, dummodo coniecturę ſint uehementiores illis, ſuper quibus ius fundat pręſcriptionem. Abb. de teſtamen. c. Requiſiſti. Præſcribentes contra ius oportet habeant titulum, bonam fidem, uel quod tanto tempore poſſederint, quod de initio non ſit memoria. Abbas de cenſi. cap. Significauit.

Pręſcriptio eſt iuris ſtrictiſſime. Ab. de decim. c. Cum contingat. Vide. Decima noualium.

Prę-

Prę ſcriptio iuris de prę ſenti non extenditur ad futura omnino ſimilia iuribus prę ſentibus prę ſcriptis. Verba contractus referuntur tantum ad præſentia. Ergo magis præſcriptio, quę interpretatur ſtrictius. Ab. ubi ſuprà.

Præſcriptio iuris patronatus currit contra patronum, ſi fiat per laycum, quia eſt ius priuatum, ſecus contra eccleſiam patronatam. Abb. de priuileg. cap. Sane.

Prę ſcribere non poteſt laycus decimas, nec ſpiritualia, cum illa poſſidere non poſſit. De prę ſcrip. c. Cauſam. Nec iuuat quod de eius initio non habeatur memoria, nec poteſt prę ſcribere ius patronatus contra eccleſiam non patronatam. Conuerſi layci poſſunt prę ſcribere ſpiritualia iura, cum poſſint dici religioſi. Abb. ubi ſuprà. & ubi ſuprà. c. Ad aures.

Prę ſcribi poteſt contra ius percipiendi certam quotam oblationum alterius eccleſię, requiritur tamen titulus, uel quod non ſit memoria de initio, cum ſit contra ius commune, & talis debet accipere quotam ſecundum antiquam conſuetudinem, & debet quotam integraliter habere, nec tenetur pro rata fabricę de bonis illius eccleſiæ. Abb. de uerbo. ſignifica. c. Cum inter uos.

Prę ſcribi licet non poſſint limites, poſſunt tamen quæ ſunt infra limites. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Cum inter uos. Dignitatis limites non poſſunt præſcribi, ſed nec limites diocœſis, licet poſſit prę ſcribi quę intra ſunt. Vnde limites ducatus, aut comitatus non poſſunt præſcribi. Abb. de paroch. c. Super eo.

Prę ſcribit quis quantum poſſidet, non autem quo ad alia. Ab. de priuileg. c. Accedentibus. Non præſcribit qui alieno nomine poſſidet, nec qui proprio, niſi habeat bonam fidem, & iuſtum titulum, ſi contra eum eſt præſumptio. Ab. de prę ſcrip. c. Si diligenti.

Prę ſcribi non poteſt poteſtas ſumma. Abbas de cleri. non reſiden. cap. Ex geſtis. Nemo poteſt contra eam prę ſcribere, ſaltem quin ſit ſubditus papæ, ſicut nec contra Deum, cuius papa eſt uicarius. Abbas de cenſi. cap. Omnis.

Prę ſcribere poteſt prę latus inferior in certis eccleſiis diocœſis totum ius epiſcopale, tamen de prę ſcriptione diminuitur tempus, quo uacauit eccleſia cathedralis. De prę ſcrip. c. Auditis. Poteſt etiam præſcribere cognitionem cauſæ matrimonialis, & quę ſunt dignitatis epiſcopalis. Item inſtitutionem auctorizabilem reſpectu curæ populi, partem diocœſis excludendo epiſcopum ex toto, & ſufficit exercitium, nec exigitur prohibitio. Abb. ubi ſuprà. & ubi ſuprà. c. Cum ex officii. Præſcribit accumulatiue quando ambo idem exercent, uidelicet epiſcopus & prælatus inferior, exclųſiue, quando prohibet exercitium alteri. Si epiſcopus exercet unum & Abbas alia, non excludit Abbas epiſcopum, niſi quo ad iura quę exercet, & epiſcopus Abbatem quo ad illa quę ſolus exercet. Abbas poteſt præſcribere iura epiſcopalia in eccleſiis ſubiectis epiſcopo, licet ipſe Abbas remaneat ſub obedientia epiſcopi, immo non poteſt libertatem ſuam præſcribere ſi eſt ſub epiſcopo ſicut nec poteſt ſeipſum poſsidere, quæ ſunt epiſcopalis ordinis, non poſſunt præſcribi. Abbas de præſcriptio. cap. Auditis.

Præſcriptio dicitur pertinere ad aliquem ab antiquo, quando pertinet ex prę ſcriptione, & probat dominium rei, ſi probat ſe recepiſſe fructus illius rei tanto tempore, quod probet dominium ſufficienter. Abb. de decim. c. Cum

Cum contingat. Præſcribere non poteſt princeps contra imperatorem, præſcribi autem poſſunt iura principis, ſi de eius initio habeatur memoria. Abb. Qui filii ſunt legiti. c. Per uenerabilem. Vide Rex franciæ. Præſcribuntur reſeruata principi iure ſpeciali, conſuetudine tanti temporis, cuius memoria non extat. ſic domini inferiores & ciuitates poſſunt præſcribere poteſtatem legitimandi, & reſtituendi famæ, creandi tabelliones, & ſimilia. Et requiritur tantum tempus, quantum cum præſcribitur contra principem, ſecus ſi contra priuatum qui acquiſiuit iſta priuilegio, uel conſuetudine, quia tunc ſufficit tempus decem annorum cum titulo, uel 30. ſine titulo. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Super quibuſdam.

Præſcribitur contra priuilegium eccleſiæ ſpacio. 40. annorum. De priuileg. c. Accedentibus. Hæc pręſcriptio. 40. annorum de neceſſitate eſt probanda. Idem dic de bonis eccleſiæ, & ſtatutis, & conſuetudinibus fauorabilibus eccleſiis. Ad probandum præſcriptionem ſufficit probare initium, & quod modo ſit in poſſeſſione. Nec oportet probetur de medio tempore, quia præſumitur. Decimæ hoc ſpacio præſcribuntur. Abb. ubi ſuprà. Sicut contra ius commune non currit pręſcriptio niſi 40. annorum, ita nec contra priuilegium eccleſię, & contra bona competentia eccleſiis. Vnde priuilegium datum ad non faciendum non tollitur per unum contrarium factum, ſed requiritur ſpacium. 40. annorum. Si competit contra eccleſiam, dicunt quidam quod pręſcriptio currit, quando ſponte facta eſt ſolutio, & non puto uerum, quia præſcriptio currit contra ignorantes. Inuitis etiam ſoluentibus præiudicat, ex quo præſcribentes ſunt in bona fide. Imputandum ergo eſt eis, quare non allegabant priuilegia, ſecus ſi propter hoſtilitatem non reddebatur iuſtitia in loco. Abb. de priuil. c. Si de terra. Præſcribitur contra priuilegium eccleſiæ ſpacio annorum. 40. Vbi ſuprà.c. Si de terra. Hodie præſcribitur ſpacio annorum. 40. Ab. ubi ſuprà.

Præſcribi non poteſt procuratio debita legatis, & nunciis Apoſtolicis, etiam contra aliquos ut ſoli habeant hoc onus. Abb. de cenſi. c. Cum inſtantia. Nec poteſt præſcribi procuratio pro uiſitatione, ſicut nec uiſitatio, licet unus prælatus poſſit utrunque pręſcribere contra epiſcopum. Sed nec procuratio debita legatis, & nunciis Apoſtolicis. Glo. de cenſi. c. Venerabili.

Præſcribere non poteſt religioſus contra bonum obedientię. Abb. de regular. c. Sicut nobis.

Si præſcribitur ſententia non habet locum denunciatio, quia ex ea non oritur naturalis obligatio, nec probatur peccatum pręſcribentis. Immo pręſumitur iuſta. Abb. de præſcrip. c. Quoniam omne. Præſcribitur contra ſeruitutem, & conuenit tam affinibus, quam parentibus. Ab. de coniugio ſeruo. c. Licet.

Præſcribere non poteſt ſubditus contra prælatum obedientiam. Ab. de præſcrip. c. Cum non liceat. Licet non poſſit præſcribere libertatem ſimpliciter, ſi tamen iuriſdictionem exercet in eum, præſcribit contra prælatum, & contra ſubditos. Ab. ubi ſuprà.

Pręſcribere non poteſt in ſeipſo ſubditus contra prælatum ſuperiorem, uiſitationem, & procurationem debitam ratione uiſitationis, licet alius in perſona alterius poſſit præſcribere. De præſcrip. c. Cum ex officii. Procuratio non poteſt præſcribi, nec in toto, nec in parte, ſicut nec uiſitatio,

rio, poteſt autem procuratio ſingulo anno remitti, dum uiſitat, non autem futuris annis, poteſt etiam fieri compoſitio, ita tamen quod procuratio non tollatur indirecte, & uiſitatio debita non negligatur. Poteſt etiam prælatus commutare & accipere a uolentibus pecuniam, non autem ab inuitis, quia incurreret pœnas. Dum uiſitat per alios non poteſt a uiſitatis aliquid petere, ſed tenentur procurare tantum uiſitantem in uictualibus. Illa procuratio quæ debetur ratione uiſitationis non poteſt conſuetudine tolli, ſecus de debita alia ratione. Abb. ubi ſupra. Non poteſt etiam preſcribi procuratio, quę debetur legatis & nunciis Apoſtolicis. De præſcrip. c. Accedentes. Quę ſunt preſcriptibilia. Abb. ubi ſupra.

Ad præſcriptionem completam non prodeſt titulus putatiuus etiam conferentis, ubi ius reſiſtit, licet præſcribens erret in iure, ubi ius eſt clarum. Vbi probabiliter poteſt dubitari, ualet preſcriptio, licet erret in intellectu uero. Error facti non impedit præſcriptionem, licet ius reſiſtat. Ab. de dona. c. Apoſtolicæ. Vbi requiritur titulus ſufficit quod quis credat titulum epiſcopalem interueniſſe probabilem credulitate, ut quia audiuit a fide dignis, uel eſt fama uiciniæ. Abb. de iure patro. c. Cura paſtoralis. Qui poſſidet iure reſiſtente præſumitur malę fidei, niſi longo tempore poſſederit, uel poſſeſſionem probabilibus coniecturis acquiſierit. Abb. ubi ſupra. c. Conſultationibus.

Qui preſcriptione completa priuilegium impetrat contrarium, & utitur illo, præſcriptioni renunciat. Si non erat completa, nullam fidem habet, ideo non præſcribit. De præſcrip. c. Veniens. Intelligitur quando pręſcriptio non eſt priuilegio conformis. ſi completæ præſcriptioni eſt priuilegium conforme, ualet. Si incomplete, præſumitur mala. Abbas ubi ſupra.

Præſens dicitur qui intelligit, quæ ibi geruntur. Abbas de clerico non reſidente. cap. Ex parte tua. Non dicitur pręſens quis actui, niſi intellexerit quæ ibi agebantur. De teſtib. cogen. c. Peruenit ad nos.

Pręſentat ſe qui exhibet præſentiam ſuam corporalem. Abb. de appella. c. Cum parati.

Præſertim & maxime poſſunt exponi pro tantum, & etiam comparatiue, quia idem ſupponunt in ſuo poſitiuo, ſeu in caſu contrario. & hęc eſt propria expoſitio, & prima eſt impropria. Ab. de ſimonia. c. Per tuas.

Præſertim ex ſuo ſignificato denotat idem in caſu contrario. Ab. de præſump. c. Veniens.

Pręſumit ſignificat eum, qui explicat rem propria auctoritate, cum non poſſit, licet ex demandatione, uel delegatione poſſet. In ſtatutis cum dicitur non præſumat, intelligitur nomine proprio, non uice alterius. Ab. de iudi. c. Decernimus.

Præſumptio hominis in iudiciis alia eſt ſuſpitio, alia præſumptio uehemens, alia probabilis, alia uiolenta, alia urgentiſſima. Violenta dicitur quæ ſufficit ad ſententiam, eo quod uiolenter trahat animum iudicis ad credendum, Vehemens quia urget in tantum quod uehementer facit iudicem ſuſpicari in iudicio contra reum, probabilis quaſi proba uel recta. i. iuſte cauſata, & non temere, uel reddit factum ueriſimile non ita uiolenter quod ad ſententiam ſufficiat. Quę ſufficiat ad tormenta, uel ſententiam, non poteſt tradi certa doctrina. Hic Abbas plures quæſtiones. Abb. de pręſump. c. Quanto & infra. Præſumitur affirmare, qui ex duobus illatis alterum

terum negat. De præſump. c. Nonne. Præſumitur animus malus in maleficiis, niſi uehementior præſumptio contraria adſit. Vnde qui in aliquo feſto facit aliquid ignominioſum contra aliquem occaſione ludi, non excuſatur. Ab. de preſump. c. Sicut.

Actus qui prima facie præſumitur iniuſtus, ex quo certo caſu poteſt iuſtificari, ſi geſtus eſt a prouidis & honeſtis perſonis, non præſumitur malus, immo iuſtus, & in caſu poſſibili geſtus, ſicut in citatione, & ordinatus a uiro prouido, & honeſto. Similiter actus geſtus ab habente duplicem poteſtatem in dubio preſumitur geſtus a poteſtate, qua actus geſtus poteſt tollerari. Ab. de præben. c. Niſi eſſet.

Preſcriptioni iuris & de iure confeſſio propria præiudicat debita adhibita ſolennitate. immo & ſententię, quæ tranſit in rem iudicatam. Ab. de iureiuran. c. Cum contingat.

Quando cōtrariæ præſumptiones occurrunt circa idem ſtandum eſt ualidiori, etiam ſi minus ualida ſit cum iuramento. Abb. de præſcrip. c. Litteras. Vbi iſta reperiuntur, fortior elidit debiliorem. Vbi ſunt æquales, confunduntur. In his arbitrabitur iudex, quæ fortior ſit. Abb. de crimi. fal. c. Accedens.

Non præſumitur quis deliquiſſe ſcienter pro modico. Vnde circa modica dolus non præſumitur. Abb. ubi ſuprà. c. Accedens. Præſumitur de delicti fauore qui obuiare potuit, & non obuiauit, & hoc ex iuris interpretatione. Abb. de ſen. exco. c. Quantę.

Preſumitur contra illum, qui dilationibus ſubterfugit iudicium. De præſump. c. Nullus.

Præſumitur dominus is qui poſſidet alio non occurrente. Vnde ad ueritatem iurium ſacramentalium ſufficit poſſeſſio conferentis habentis alias poteſtatem conferendi. Vbi ius commune non fundat intentionem alterius per exercitium certi articuli probatur poſſeſſio uniuerſalis iuriſdictionis, ſecus ubi locus pertinet ad alium, quia tunc poſſeſſio non extenditur ad articulos non poſſeſſos, ut quando locus erat in diocœſi alterius epiſcopi, uel non conſtabat oppoſitum, ideo qui eſt in poſſeſſione præſentandi rectorem eccleſię, ex quo non conſtat quod ius patronatus pertineat ad alium, probat totum ius patronatus. Ab. de religio. domib. c. Nunc autem.

Preſumitur dolus in dubio in delictis. De preſump. c. Sicut noxius. Contraria preſumptio tollat preſump. fraudis intelligitur in preſump. uehementiori. Vbi ſuprà.

Præſumitur aliquid factum in ætate uel tempore conſueto, ſi conuenit fieri in certa ætate, & tempore. ſi apparet factum, & non conſtat de ætate, & tempore ſimiliter ſi apparet factum preſumitur ab eo qui ad hoc tenebatur. Ab. de regular. c. Cum uirium.

Poſſidens iure reſiſtente præſumitur mala fide poſſidere, niſi longo tempore poſſideat, uel poſſeſſionem probabilibus coniecturis acquiſierit. Ab. de iure patro. c. Conſultationibus.

Præſumitur circa futura ex præteritis. De præſump. cap. Mandata celeſtia. De ſenectute præſumptionem facit conuerſatio in adoleſcentia. Vbi ſuprà. cap. Ex ſtudiis. Non præſumitur incontinens in ſenectute, qui continens fuit in iuuentute. Vbi ſuprà. c. Cum in iuuentute.

Præſumitur quilibet talis, qualis eſt habitus quem geſtat. Ab. de ſen. exco. c. Si uero. ſecundum. Et ubi ſuprà. c. In audientia.

Præſumitur idoneus is pro quo beneficiando ſcribitur cum clauſula, ſi idoneus fuerit, nec tenetur probare ſe idoneum. De præſumptio. cap. Dudum.

Prǣſumptio iuris quando ius præſumit ſuper incerto in tantum quod ex illa præſumptione ſtatuit aliquid ac ſi uerisſimum eſſet, ut quod cognoſcens ſponſam per uerba de futuro uoluerit contrahere per uerba de prǣſenti non admittit probationem in contrarium, & hæc eſt præſumptio iuris, & de iure. Nec oportet exprimatur quod non admittitur probatio in contrarium, licet hoc ſæpe fiat. Quando ius prǣſumit aliquid ſed ſuper prǣſumptione non firmat pedem, ut ſuper illa aliquid ſtatuat certum, illa dicitur ſimpliciter præſumptio iuris, & contra eam ſemper admittitur probatio, & tunc quandoque ius exigit ſtrictiorem probationem in uno caſu, quam in alio. Quandoque non prǣſumitur in tantum, ut requiratur probatio in contrarium, ſed ſolum inducitur purgatio. Quia non datur certa doctrina, ſerua legem, ſecundum quod diſponitur. Ab. de præſump. c. Quanto infra.

Præſumptio iuris eſt quando ius in aliquo facto dubio præſumit, ſed non figit pedem in tantum ut ſtatuat ſuper facto prǣſumpto, & contra hanc admittitur probatio in contrarium. Quando ultra præſumptionem ſtatuit ac ſi ex facto præſumpto ſibi conſtaret uere, & contra non admittit probationes, dicitur præſumptio iuris, & de iure, & dicitur prǣſumptio iuris, quia a iure originem habet, & de iure, quia ius in tantum figit pedem quod ſtatuit ſuper eam, & non admittit probationem in contrarium, ſed habet illud ac ſi eſſet de mero iure. Præſumptio hominis eſt quando iudex præſumit in caſibus ſpecifice non præſumptis a iure. Ius dat iudici facultatem prǣſumendi in tantum quod ex ſola præſumptione, ſi fieret uiolenta, poſſit ferri ſententia. Hęc præſumptio quandoque cauſatur ex facto, & dicitur præſumptio facti, quandoque ex cauſa naturali, & dicitur præſumptio naturæ, quandoque ex geſtis & ex conſuetudine hominis, & hęc dicitur præſumptio hominis, ſed iſta ſe habent ut materia ad prǣſumptionem iuris iudicis, & hominis. Ab. de ſponſa. c. Is qui. Omnia ſupradicta, & quod quandoque non requiritur probatio, ſed purgatio. Abb. de præſump. cap. Quanto infra. Contra præſumptionem iuris, & de iure admittitur probatio per confesſionem illius, in cuius utilitatem ius induxit illam præſumptionem. Abb. de immunita. eccle. c. Plerique.

Præſumptio iuris de iure operatur tantum quantum ueritas in foro iudiciali, & quod diſponitur in caſu uero habet locum in præſumpto. Quando ius prǣſumit in alterius fauorem, & ille confitetur contrarium, tollitur præſumptio iuris. Coniuges tamen confitendo non poſſunt præiudicare matrimonio, & ſic non ſtatur confesſioni etiam utriuſque partis. ſi dicerent quod non cognouerunt matrimoniali affectu, poſſunt probare indirecte contra prǣſumptionem iuris probando quod prius renunciauerat ſponſalibus, uel quod mulier eſſet conſanguinea, & huiuſmodi. Contra probationem iuris, & de iure admittitur probatio in contrarium indirecte. Ab. de ſponſa. c. Is qui. Vbi ius aliquid inducit ex præſumptione certa, uel ex aliquo facto, non eſt ſatisfactum iuri, niſi id factum ſit perfectum. Nec ſufficit incoluiſſe, quia odia ſunt reſtringenda, ideo ſponſus qui nititur ad copulam non contrahit, niſi ea completa. Abb. de ſponſa. cap. Adoleſcens.

ſcens. Præſumptio in caſu præſumpto operatur idem quod ueritas in caſu uero, ideo contra abſentem dum proceditur, non proceditur in fraudem. Ab. Qui filij ſunt legitimi. c. Perlatum.

Præſumptio inducit magnam ſuſpitionem, & ordinatio ſequens cui non obeditur, non tamen probat delictum, licet aliqui teneant quod ſic. Ab. de cohabita. cleri. c. Si quis.

Præſumptio pro litteratis eſt in bonum. Abb. de procura. c. In noſtra. Item quod non ita inclinentur ad paſſiones, ſicut cæteri. Ab. de præſump. c. Cum in iuuentute.

Præſumptio eſt contra ea quæ fiunt ſtatim, ut ſi factus monachus ſtatim eligatur prælatus, præſumitur quod ambitione prælaturę ſit inductus ad monachatum. Glo. & Ab. de elec. c. Officij tui.

In maleficiis non præſumitur bonus animus. Abb. de regul. iur. c. Eſtote. Præſumitur matrimonium contra præſentes, & tacentes aliorum errores, quia error cui non reſiſtitur, approbatur. Ab. de hæreti. c. Qui alios. Non præſumitur pro matrimonio in dubio, quando non poteſt habere ſuum effectum, uidelicet bonum prolis, & euitationem fornicationis. Ab. de frigid. & malefi. c. Fraternitatis.

Præſumitur nemo mortuus, licet habita diligenti inquiſitione ignoretur ubi ſit, nam præſumitur quis uiuere poſſe per centum annos. Abb. de ſponſa. c. In præſentia.

Pręſumitur quis ſanę mentis etiam in extremis poſitus, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi. Abbas de ſucceſsio. ab inteſta. cap. Cum dilectus.

Præſumitur occulte nocens pœnę obnoxius, ſicut manifeſte nocens, licet poſt dicat ſe iocoſe feciſſe. De præſump. c. Sicut noxius.

Præſumitur notitia facti uicini ex uicinitate loci. De præſump. c. Quoſdam. Preſumitur factum in uicino loco quod in remoto eſt notum. Vbi ſuprà. c. Quanto. Pręſumitur quis ſcire etiam in facto alieno, ubi factum eſt de ſe illicitum, ideo præſumitur ſcire illum eſſe clericum, quem percuſsit. Ab. de ſen. exco. c. Si uero. ſecundum.

Præſumptionem magnam inducit ſuſpitio & admonitio ſequens, cui non obeditur, non tamen probat delictum, licet alii teneant quod ſic. Abb. de cohabita. cleri. c. Si quis.

Ex præſumptione uiolenta fertur ſententia diffinitiua. De præſump. cap. Afferte. & ubi ſuprà. c. Ex litteris. Nec admittitur probatio contra eam. Vbi ſuprà. c. Litteras. Nemo tamen debet condemnari ex præſumptione uehementi de graui crimine, puta de hæreſi. Vbi ſuprà. c. Litteras. Vehemens preſumptio non ſufficit ad condemnationem, poteſt autem condemnari ex uiolenta, quæ ſatis oritur ex deficientia in purgatione, quantumcunque ſit crimen graue, nec admittitur probatio in contrarium. Abb. ubi ſuprà. Violenta prę ſumptio transfert onus probanda in aduerſarium, & contra eam admittitur probatio in contrarium. Abb. de presby. non baptiza. c. Veniens.

Præſumitur de uoluntate alicuius fieri, quod eius fauore agitur. Delictum uel impedimentum habens cauſam continuam, ſi fiat a conſanguineo, uel ab amico in fauorem illius, ipſe cuius fauore hoc fit, poteſt puniri, donec delictum uel impedimentum ceſſet. Abb. de teſtib. c. Conſtitutus.

Pręuaricator eſt qui colludit cum reo admittendo falſas probationes,& ueras ſimulando. Et dicitur præuaricator, quia conſiſtit ex utraque parte. & uidetur eſſe contra reum, & eius partem fouet tacite. Iſte punitur arbitrio Iudicis. Ab. in rubri. de calumniator.

Primas & patriarcha idem ſunt,& habet ordinariã authoritatem in prouincia archiepiſcoporum ſubditorũ,ſeu in perſonas. Vnde ab eis appellatur ad patriarchas,ſicut ab epiſcopo ad archiepiſcopum. Ab.de dilatio.c. Expoſuit.

Primus dicitur ante quem nullus. Vnde ſi dicitur primo uenienti dabitur brauium, ſi ſolus uenerit, ei dabitur. Abb. de uerbo. ſignifica. c. Ioſeph.

Princeps nihil debet agere in præiudicium populi irrequiſito eorum conſenſu. Vnde non debet componere ſine eis de damnis belli, nec poteſt ad libitum de ſubſtantia ſubditorum diſponere. Abb. de iureiuran. c. Quanto.

Princeps etiam imperator non poteſt bona unius auferre, & alteri dare ſine cauſa. Licet imperator habeat iuriſdictionem in toto uniuerſo, non tamen dominium rerum priuatarum. Vnde non poteſt alicui aufere ius ſuum, licet poſſit læſionem breuem offerre,puta differendo tempus, in quo non poſſit petere debitum, ut dicit Inno. Ab. de conſtitu. c. Quæ eccleſia. Si etiam donauit bona publicata alicuius alteri, poteſt in reſtitutione certam partem bonorum illi ſubducere, & reſtituere primo. Ab. de priuileg. c. Si epiſcopus.

Princeps poteſt cognitionem cauſæ committere appellatione remota,& tunc pręſumitur quod nõ minus recte iudicabit iudex, quam ipſe princeps,a quo appellare non poteſt. Ab.in rubr. de appellatio.

Princeps laycus uon cognoſcens ſuperiorem non poteſt conueniri coram papa pro re temporali, niſi indirectè ratione peccati. In ſpiritualibus tamen ſubijcitur papę, ępiſcopo, & ſacerdoti parochiali. Clericos nullus ſubiicitur principi ſeculari, etiam imperatori, ideo dignitas eccleſiaſtica & ſacerdotalis excedit ſecularem etiam regalem. Quando imperio uacante ſuccedit papa ex hoc ipſe exercet iuriſdictionem temporalem in eos, in quibus imperator exercet, cui ſubrogatur. Si talis princeps procederet contra ſubditum ſuum, ipſe poteſt eſſe iudex. ſi ſit alius qui illi non ſubditur, poteſt pro cauſis ſuis adire papam, quia ſumma poteſtate eſt iudex, quam nullus poteſt pręſcribere. ſi dubitatur de peccato papa cognoſcet,uel etiam ſi appareat de iniuſta ſententia, & quod non appellauit propterea tyrannidem. Ab. de iudi. c. Nouit ille.

Princeps non cognoſcens ſuperiorem in temporalibus ſaltem de facto poteſt exercere, quæ ſunt reſeruata imperatori in ſignum ſpecialis priuilegii, ut legitimare, reſtituere famę, interponere auctoritatem in arrogatione,& ſimilia, ideo ciuitates Italiæ quæ hodie non recognoſcunt ſuperiorem,poſſunt exercere hęc iura. In temporalibus iura imperatoris poſſunt præſcribi per tempus,de cuius initio non habetur memoria.Ab.Qui filij ſunt legiti. c. Per uenerabilem.

Princeps confirmando non poteſt ſupplere defectum iuris naturalis, puta conſenſus, niſi ſit talis actus qui dependeat ab eius mera uoluntate, ſicut contractus eccleſiaſtici qui dependent a uoluntate papę. Ab. de confirma.uti. uel inutil. c. Si quis.

Princeps quãdo poteſt deponi. Itẽ quãdo negat auxiliũ expreſſe eccleſię ſuæ.

Abb. de

Abb. de electio. c. Venerabilem. Princeps ſecularis ratione delicti eccleſiaſtici poteſt priuari dignitate, honore, & officiis, & inhabilitari ad alia officia per iudicem eccleſiaſticum. Abb. de hæreti. c. Ad abolendam.

Princeps excipere poteſt contra electum & confirmatum prælatum, quando timet de commotione, proditione, uel reuelatione ſecretorum ratione pœnitentię, unde electus eſt oriundus, uel propter parentes qui ſibi fuerunt infeſti, & tunc princeps eſt audiendus. Abb. de accuſa. c. Super his. Obijcere poteſt contra electum quod ſit ſuſpectus in regimine, nec tenetur mittere illum, de quo non confidit, etiam ſi de eo ſit prouiſum per papam. Ab. de elec. c. Nullus in eccleſia. Quod ſic ex litteris.

Princeps in reſcripto ad delegatum an poſſit tollere omnes exceptiones. Ab. de off. & poteſt. iud. deleg. c. Ex parte tua.

Princeps poteſt imperatori reſiſtere pro defenſione eccleſiæ, pro donatione cuius tenetur eſſe aduocatus, & protector, nec tenetur obedire imperatori contra eccleſiam, & iuſtitiam, poteſt etiam pugnare contra imperatorem pro libertate ſui iuris, ſi imperator iniuſte uelit eum captiuare. Ab. de pœni. & remiſ. c. Significauit.

Pubes mortuo patre completo. 14. anno poteſt exercere quæ ſunt iuriſdictionis, quia delegatur ab imperatore, & in ea ętate poteſt ſubdelegare. Alia quę non ſunt iuriſdictionis, ſed concernunt adminiſtrationem regni, debet exercere auctoritate ſui tutoris, & a tutoribus qui non poſſunt eſſe de decurionibus, nec de conſilio, nec habere officium quod uerſetur in adminiſtratione, niſi incohauerit. 25. annum. Ex neceſſitatte tamen & uigore conſuetudinis poſſunt admitti minores. Abb. de off. & pot. iud. delega. c. Cum ulgeſimum.

Princeps laycus interpretatur ius diuinum in his in quibus habet iuriſdictionem, uidelicet in prophanis. In ſpiritualibus pertinet ad papam. ſecundo in caſibus ſibi conceſſis, quia non pręſumitur quod ſtatuerit contra ius diuinum, quia non debet inferior ſtatuere contra ſuperiorem, niſi ubi aperta eſt cauſa, nec poteſt uenire contra ſtatutum uniuerſalis eccleſię ſine rationabili cauſa, etiam papa reſpectu ſuę iuriſdictionis, qui tamen poteſt ſtatuere reſpectu laycorum ex cauſa graui concernente ſtatum totius Chriſtianitatis. Contra ius gentium, uel naturę non poteſt, niſi ex cauſa, ſed nec papa poteſt mandare alicui ut det rem ſuam altari, & ſi mandat, non tenetur obedire, niſi appareat cauſa, contra ius poſitiuum poteſt, ſi tamen facit ſine legitima cauſa peccat etiam papa. Abbas de conſtitu. c. Quæ in eccleſia.

Princeps laycus non habet iuriſdictionem in bonis eccleſiæ temporalibus, ſed in eis cenſetur priuata perſona, niſi ſint feudatalia habentia originem a laycis. Ab. de reb. eccle. non alien. c. Qui res. Quam poteſtatem habet in clericos tempore ſciſmatis. Ab. de deci. c. Tua.

Princeps non ligatur legibus ſuis, ligatur tamen qui cum principe contrauenit legi, ſicut qui committit ſimoniam iure poſitiuo tantum cum papa, & qui ludit ad taxillos cum epiſcopo, ubi epiſcopus ſtatuit quod ludentes ad taxillos ſint excommunicati ipſo facto. Omnes prædicti delinquentes incurrunt pœnas contentas in eorum conſtitutionibus, licet papa, & epiſcopus non incurrant. Ab. de ſimo. c. In ordinando.

Princeps obligatur naturaliter ex contractu inito cum ſubdito, ita quod etiam ſucceſſor tenetur ad eius obſeruantiam, ſi ſit factus ratione dignitatis. Non

poteſt princeps tollere quæ ſunt iuris naturalis,& diuini. Idem dic de papa. Ab. de probatio. c. Ex epiſtolę.

Princeps ex ſpeciali dilectione circa aliquem poteſt ſine legitima cauſa indulgere pœnam condignam ex debito, ſi affectio cauſata ſit in uirtute hominis, quia per merita pręcedentia poteſt diminui pœna debita. Vnde regulariter dicitur, minus puniendus eſt clericus, & religioſus, quam laycus delinquens, ut dicit Io. And. poſt S. Tho. Nec debet princeps propter delictum minus diligere uirtuoſum paratum ſe corrigere. Ab. de off. lega. c. Niſi ſpecialis.

Principis pręceptum ſine diſtinctione factum admittit excuſationem cauſæ probabilis. Ab. de uo. c. Quod ſuper.

Princeps poteſt concedere priuilegium uni cum leui præiudicio alterius. In dependentibus a principe ut in ſpiritualibus a papa poteſt papa etiam cum grauiſſimo pręiudicio, ſi præſumitur hoc omnino uelle concedere. Ab. de foro compe. c. Ex tenore.

Princeps poteſt punire eos qui non ſunt de territorio ſuo, & quando poteſt, ſiue habeat poſſeſſionem in territorio ſuo, ſiue non. Ab. de foro compe. c. Poſtulaſti.

Princeps ſi concedit reſcriptum ſuper dilatione debiti non ualet, niſi alter caueat de ſoluendo in termino. Vnde ſi dat ſaluum conductum ut infra certum terminum non poſſit a ſuis creditoribus conueniri, debet intelligi dummodo fideiuſſionem det de ſoluendo poſt terminum, & hoc quia iterum poſſet fugere, quod eſt iniquum. Ab. de ſen. & re iudica. c. Quoniam conſultationem.

Principes Chriſtiani omnes ſubduntur papę, ideo in concernentibus ſalutem animę, uel decorem Chriſtianæ religionis tenentur omnes conſtitutiones papę ſeruare. Ab. de appella. c. Conſuluit.

Principes & poteſtates tenentur ſub præcepto compellere iudeos ad reſtituendum uſuras. De uſur. c. Poſt miſerabilem.

Prioratus eſt dignitas. Intellige de conuentuali & collegiato, alias ſecus. Ex quo habet collegium, iuriſdictionem habet in illos de collegio. Ab. de præben. c. Niſi eſſet. Prioratus eſt dignitas, ſiue ſit regularis, ſiue ſecularis. Ab. de ſtatu monacho. c. Monachi.

Prior clauſtralis ſi fuit electus a toto conuentu, non expirat per mortem Abbatis. Si poſitus eſt per ſuperiorem tantum uidetur per mortem inſtituentis expirare eius officium. Abbate ſuſpenſo eius poteſtas deuoluitur ad capitulum. Ab. Ne ſed. uacan. c. Nouit.

Prior generalis habet auctoritatem excommunicandi tam prelatos, quam inferiores totius ordinis, quando religio habet unum caput ſuper totam religionem. Ab. de regular. c. Ne religioſi.

Priores regulares communiter ſunt perpetui ex quo eliguntur per capitulum. Collegium ſiue ſeculare, ſiue regulare habet electionem ſui pręlati, etiam ſi ſit ſub alia eccleſia. Prior conuentualis habet gubernare collegium, & eſt loco Abbatis, & habet dignitatem, ideo non debet remoueri ſine cauſa, ſicut nec Abbas. ſi in monaſterio ubi eſt Abbas eligitur prior per capitulum, Abbate conſentiente iſta non habent locum in eo, quia cum ſit monachus non poteſt inuito Abbate adminiſtrationem habere, nec poteſt Abbas officium conferre monacho. Abbas de ſtatu monacho. c. Monachi.

Prior

Prior eſt loco Abbatis ubi monaſterium regitur per priorem in exercenda iuriſdictione. Vnde poteſt excommunicare. Ab. de maio. & obe. c. Cum in eccleſiis.

Priuilegium dicitur eo quod præiudicat iuri communi, & dicitur quaſi priuans legem communem, & dicitur lex priuata, quia non facit ius quo ad omnes, ſed tantum quo ad illum cui conceſſum eſt. Abbas de uerbo. ſignifica. c. Abbate.

Priuilegium quandoque amittitur uno actu, quandoque pluribus, & quando. Glo. & Ab. de conſtitu. c. Cum acceſſiſſet.

Priuilegium conceſſum perſonę, uel collegio perditur una contrauentione ſpontanea, etiam ſi ſit conceſſum in rebus eccleſię, ſi loco pio, uel eccleſiæ, requiritur tempus annorum. 40. Intellige primum quando concernebat tantum fauorem perſonę, ſecus ſi utile ſit eccleſię. Si obligatio ſit perſonalis, & in conſequentia lęditur eccleſia, poteſt petere reſtitutionem in integrum, ſecus ubi læditur tantum perſona quo ad fructus, quos faciebat ſuos. Ab. de præben. c. Pro illorum.

Priuilegium amittere meretur, qui permiſſa ſibi poteſtate abutitur. De priuileg. c. Tua. & ubi ſupra. Priuilegia. Vide. Priuilegia perpetua.

Priuilegium perditum de cuius ueritate & tenore & perditione conſtat per teſtes, poteſt innouari. De priuileg. c. Cum olim. Non debet innouari priuilegium, nec inſtrumentum niſi citatis his quorum intereſt, & ſi non apparet de intereſſe alicuius, debet fieri edictum generale. Qui putat ſua intereſſe compareat. Tria ſunt de neceſſitate probanda primo tenor inſtrumenti, & comprehenditur dies, locus, & alia ſubſtantialia. ſecundo auctoritas inſtrumenti quod fuerit ſine aliquo uitio falſitatis. Tertio requiritur quod probetur perditio inſtrumenti. Qui teſtes requiruntur ad probandum inſtrumentum. Litterę papæ de iuſtitia poſſunt probari per teſtes, ſi perditæ ſunt, quia in eis non preſumitur falſitas, nec poſſunt faciliter haberi. Ab. de priuil. c. Cum olim.

Priuilegio antiquiſsimo eccleſiæ non creditur, ſi ſigilla conſumpta ſunt, uel enormiter læſa, & fracta. Ab. de proba. c. Cum cauſam.

Priuilegio acquiritur, quod non poteſt acquiri præſcriptione quando pręſcriptio non adducitur ad conſcientiam eius, qui priuilegium poteſt dare. Ab. de pręſcrip. c. Accedentes. Vnde præſcriptio non reddit laycum capacem iuris ſpiritualis, quod tamen priuilegio acquiritur. Abbas de cenſi. cap. Cum inſtantia.

Priuilegio conceſſo arti qui illam non exercet eo non gaudet, ideo ſcholaris intrans ſcholas non attendens, nec ſtudens non gaudet priuilegio ſcholarium. Qui de collegio alicuius artis ſunt, & non exercent illam, priuilegio illius non gaudent. Ab. de iudici. c. De quo uult Deus.

Priuilegium habens quod ubique celebrare poſſit cum altari portatili, hoc poteſt ſine prelatorum licentia. De priuileg. cap. In his. Hoc priuilegium epiſcopus poteſt concedere in ſua diocœſi tantum. Abbas ubi ſupra.

Priuilegium quod quis celebrare poſſit in eccleſia interdicta non extenditur ad eccleſiam pollutam. Glo. de priuil. c. Tua.

Priuilegium quod quis poſſit celebrare tempore interdicti præſcribitur infra decem annos, ſi eſt datum perſonæ. ſi eſt datum eccleſię ſpacio. 40. annorum. Si tamen interdicti caſus aduenerit, & non aliter. Abb. de priuileg.

uileg. c. Vt priuilegia. Priuilegium quod quis poſsit celebrare tempore interdicti, intelligitur de his qui non dederunt cauſam interdicto, nec propter eorum delictum eſt latum, nec præſtiterunt fauorem illis, propter quos ſui latum interdictum. Ab. de priuileg. c. Quod nonnullis.

Priuilegium nobilis quod tempore interdicti poſsit audire diuina habens tale priuilegium poteſt ſecum ducere familiares, alias priuilegium eſſet inutile. Ab. de priuileg. c. Quod nonnulli.

Priuilegium ceſſat ſi eius cauſa ex toto ceſſet, & priuilegium de præſenti. Si tamen remanet ſpes cauſæ in futurum, remanet priuilegium. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Abbate.

Priuilegium contra conſuetudinem diu obtentam large interpretandum eſt De uerbo. ſignifica. c. Cum tibi. Priuilegium non præiudicat conſuetudini niſi in eo fiat mentio de conſuetudine. In dubio non uidetur princeps uelle tollere conſuetudinem. Ab. de præben. c. Licet uobis.

Priuilegium quod quis non poſsit conueniri, niſi in certo loco, ſi ſic priuilegiatus promittit in alio loco reſpondere, uel ſoluere ibi poteſt conueniri. Vel ſic. Priuilegium alicui conceſſum ut non teneatur citatus, niſi in certo loco reſpondere, non extenditur ad locum, ubi ex aliqua cauſa de iure communi poteſt conueniri. De foro compe. c. Dilecti filij.

Priuilegium quod quis non poſsit conueniri ex quacunque cauſa coram ordinario, ſicut familiares papæ debet intelligi ſtricte, & uerificatur tantum quando concurrit alia cauſa, & ſpeciale ius conueniendi, non autem ubi concurrit multiplicitas cauſę, uel unica de iure communi. ſ. ratione contractus, quia hoc priuilegium tendit ad præiudicium alterius, ideo debet intelligi ratione homicidii tantum, ſecus ſi de iure, puta quia ibi habet beneficium, maxime ſi in eo reſidet. Debet ergo intelligi de cauſa ſurgente ratione domicilii tantum. Abb. de foro compe. c. Dilecti filii. Vide. Priuilegium fori.

Priuilegio clericali gaudentes non poſſunt conueniri coram iudice ſeculari. Tales ſunt qui habent coronam, & qui ſunt de familia epiſcopi. Ab. de iudi. c. Quum non ab homine.

Priuilegium de decimis noualium non ſoluendis non comprehendit decimas tempore priuilegii impetrati poſſeſsionis poſſeſſæ ab aliis, niſi de poſſeſsione alterius fiat mentio. De priuileg. c. Dudum. Si priuilegium eſſet impetratum ſimpliciter ſuper decimis ualet non facta mentione de poſſeſsione alterius. Et quia decimæ ab aliquo poſsidentur concedendo derogat poſſeſſoribus. Nouales nondum ſunt redactæ ad culturam, & eorum conceſsio non eſt graue præiudicium. Si papa eximit monaſterium cum capellis propter hoc non præiudicat poſſeſſori. Eximendo etiam capellas propter hoc tamen non ſunt capellæ monaſterii, niſi concedat motu proprio. Si poſſeſsio propter hoc redacta eſt ad culturam, ſed nunc non ſoluit decimas, doctores communiter tenent quod ualet priuilegium, quia non eſt alius in poſſeſsione decimarum. Diſputatiue tenerem oppoſitum, quia priuilegium contra ius alterius eſſet ſtrictiſsime interpretandum, & poteſt intelligi de redeuntibus ad culturam, alias eſt graue prędiudicium alterius. Ab. ubi ſuprà. c. Dudum.

In priuilegiis ſpecies non derogat generi. Abb. de off. & pot. iud. delega. c. Ex parte. Priuilegium ſpeciale derogat generali obtento ſecundum ius commune. De reſcrip. c. Sicut Romana. Speciale ſecundo impetratum

tum non derogat primo ſpeciali,niſi fiat mentio de primo, uel præſentetur prius incohata iam lire ſecundum priuilegium ante primum. Litteræ etiam ſuper eodem beneficio obtentæ quando tenent primæ, & quando ſecundę. Glo. ubi ſuprà. Intelligitur quando per generale reſcriptū non eſt acquiſitum ius in qualibet re per ſpeciem, non in ſpecie derogatur iuri acquiſito in re, ſecus ſi iuri ad rem. Ab. ubi ſuprà. & ubi ſuprà. c. Cum ordinem. & Glo. de reſcrip. c. Cęterum. Vbi priuilegium primum dat formam generaliter reſcriptis impetrandis non ualet reſcriptum etiam ſpeciale non ſeruata forma data in priuilegio primo. Abb. de reſcrip. c. Cum ordinem. Glo. tamen hic tenet oppoſitum. & Abbas ubi ſuprà. c. Paſtoralis.

Priuilegium nunquam refertur ad ſpecialem diſpoſitionem initam inter partes, niſi de ea fiat ſpecialis mentio. Ab. de decim. c. Ex multiplici.

Priuilegium dubium. Vide. Papa ſolus cognoſcit.

Priuilegium quod excommunicatis quis poſſit communicare, uel quod non teneatur eos uitare ſi ſit conceſſum ſine cauſa non ualet, quia non poteſt papa ſine cauſa tollere ius poſitiuum, nec in eo diſpenſare. ſecundo hoc eſſet decolorare, uel tollere uniuerſalem ſtatum eccleſię & graue ſcandalum, quod non poteſt papa. Si faceret, non eſſet tollerandus. Propter hoc dico quod non poteſt tollere canonem. Si quis ſuadente diabolo ſine cauſa rationabili. Ab. de ſen. exco. c. Nulli.

In priuilegio exemptionis non oportet fieri mentionem de epiſcopo loci, nec de iure ſuo, quia ſatis tacite fit mentio de iure ordinarii. Ab. de priuileg. c. Cum olim. Vide. Exemptus contra exemptum.

Priuilegium eccleſiæ. Vide. Priuilegia perpetua. Pręſcribitur contra priuilegium.

Priuilegium rei non exiſtenti conferri non poteſt, ideo collegio nondum exiſtenti, & eccleſiæ conſtruendæ concedi non poteſt ut ualeat ut ex nunc, ſed tantum quando eccleſia conſtructa fuerit. Nec donare poteſt eccleſiæ conſtruendę, quæ tamen poteſt eſſe hæres & legatària in teſtamentis. Donatio cum ſit contractus requirit perſonam cui acquiritur obligatio, uel res ipſa. Legatum non requirit præſentiam perſonę. Abb. de eccle. ædifica. c. Ad audientiam.

Priuilegium extenditur ad caſum non expreſſum, quando ex neceſſitate priuilegiantis poteſt ille caſus comprehendi. Abb. de celebra. miſſa. c. Sane. Non extenditur ad non expreſſa in exorbitantibus etiam cum maiori ratione. Ab. de ſen. excommu. c. Tua. Nec debet extendi per ſimilitudinem rationis, niſi fiat extenſio per habentem poteſtatem, licet ius commune debeat extendi per talem idemptitatem rationis. Abb. de ſen. excomm. c. Canonico. Conceſſum uni non debet ad alium extendi propter idemptitatem rationis. De priuileg. c. Sane. Priuilegium eſt ius ſingulare, & ſequitur perſonam priuilegiatam, & extinguitur cum ea, nec tranſit ad aliam perſonam, nec poteſt per alium uſurpari. Nec eſt ſimile de lege, quia priuilegium eſt lex priuata, & conceditur ex quadam ratione ſpeciali, ideo non extenditur ad non expreſſa niſi auctoritate concedentis. Lex autem debet eſſe communis omnibus, cum ſit conſcripta pro communi utilitate, ideo ſi in lege exprimitur una perſona, uidetur expreſſa cauſa exempli, non quod diſpoſitio legis reſtringatur ad illam perſonam tantum. Ab. de priuileg. c. Sane. Priuilegium non extenditur ad illicitum caſum, nec te-

netur

netur iuuare aliquem in malo. Ceſſante omni priuilegio mali ſunt puniendi. Glo. de hęreti. c. Sicut. Priuilegium conceſſum monaſterio, & capellis ſuis non extenditur ad poſt acquiſitas, cum ſit odioſum. Ab. de priuileg. c. Cum capella.

Priuilegium ſi arguatur de falſo, iudex facit illud exhiberi coram paucis in loco congruo, & ſecuro. Interim ſtabitur ſententię latę per illud. De fid. inſtrumen. c. Accepimus. Priuilegium poteſt redargui de falſo etiam poſt ſententiam, & tunc compellitur originalia oſtendere palpanda, & examinanda parti in loco ſecuro, & congruo. Nec debet iudex compellere ad hoc in loco remoto propter periculum itineris. Sic impugnanti debet iudex conſtituere terminum peremptorium ad probandum de falſitate, & ſi non probauerit, debet imponere ſilentium perpetuum. Si aduerſarius priuilegium lacerauerit, procedendum eſt ac ſi priuilegium plene probaret contra lacerantem, & ultra punitur propter contemptum iudicis. ſi prælatus lacerauit partis aduerſæ priuilegium, & aliter non poteſt ius eius probari, ſententia nocet illi prælato, & ſucceſſoribus, quia pręſumptio eſt quod priuilegium probaret, & probatio nunc facta eſt impoſſibilis, ſecus ſi aliter poteſt probari. Ab. ubi ſupra. c. Accepimus.

Priuilegium fauore alicuius introductum non debet retorqueri in læſionem ipſius, ſi ſit conceſſum motu proprio, non autem ſi ad inſtantiam partis. Vnde eccleſia non admittit præſcriptionem. 20. annorum, licet hoc priuilegio utatur contra laycum, ſi motu proprio tolluntur ſubſtantialia iudicii non debet hoc ſeruari in cauſa reconuentionis, ſecus ſi ad inſtantiam partis. Hoc non eſt uerum, quia conuentio, & reconuentio parificantur, ideo diſpoſitio pœnalis in uno uidetur in alio concepta, & allegantur plura. Ab. de mutuis petitio. c. Prudentiam.

Priuilegio conceſſo principaliter in fauorem collegii, uel in fauorem publicum, licet conſequenter concernat fauorem perſonarum priuatarum, non poteſt perſona illa renunciare. Abbas de ſenten. excommun. capitu. Contingit.

Priuilegium fori perditur propter delictum, & priuilegium eximens a certo genere iudicum, & in aliud genus transferens non tollitur. Vnde clericus non conuenitur coram layco. Si eximitur a certa ſpecie iudicum, puta ab epiſcopo, & tamen remanet ſub papa, tunc eximitur a iuriſdictione certi loci: propter delictum extra locum perditur priuilegium. ſic eximuntur officiles papæ, & familiares, qui non poſſunt puniri in loco delicti per ordinarium. Si tamen de fuga timetur, puto quod ordinarius poſſit eos incarcerare, & remittere ad ſuperiores pro maioribus criminibus. Priuilegiatus ratione perſonæ cui conceditur quod non poſſit excommunicari, non poteſt ratione delicti conueniri. Si priuilegium eximit principaliter cauſam, non perſonam, puto quod inferior non poſſit iudicare de crimine exigente depoſitionem. Hoc priuilegium non perditur. Ab. de foro compe. c. Licet ſecundum.

Priuilegium de gratia per Apoſtolicam ſedem datum debet conſtare per litteras. Vnde de ſtillo curiæ eſt, quod non poſſit probari etiam per teſtes, niſi litterę ſimul habitæ eſſent perditæ. Abbas de ſimonia. cap. Si diligenti.

Priuilegium perditum quomodo debet innouari. Abb. de priuileg. c. Cum olim V. ide. Priuilegium amiſſum. Priuilegii innouatio nouum ius non tribuit

tribuit, ſed antiquum conſeruat. De priuileg. c. Ex parte. Quando innouatio priuilegii fit per eum qui poteſt de nouo concedere illud, non oportet citare aliquem ad contradicendum, ſecus ſi fieret per inferiorem, nec ualet tranſumptum, niſi citata parte, uel præmiſſo ędicto generali, quia innouatio non dat ius nouum, ſi primum erat falſum, corruit. Quando litterę impetrantur contra exemptum de ſtillo curiæ, fit mentio de exemptione, quia alias iudices ſunt dati. Contra exemptos non ſolet dari ordinarius in iudicem, & hoc habet ſtillus curię. Abb. ubi ſuprà. Ius nouum non inducit, ſed uetus conſeruat. De priuileg. c. Quoniam. Intellige quando primum priuilegium extat, ſecus ubi eſſet ſublatum, & remotum. Vnde intelligitur quando innouatur propter uetuſtatem, uel propter aliam cauſam. Abb. ubi ſuprà. Innouatio priuilegii nullum ius nouum tribuit, nec antiquum confirmat, ſed ſi quid competebat, conſeruat. De confirmatio. util. uel inutil. c. Cum dilecta. Illa tamen quę ſunt præſcripta, uel exceptione elidi poſſunt, non ſunt renouanda. Innouatio parte non uocata non ualet. Ab. ubi ſuprà.

De priuilegiis non eſt iudicandum niſi tenore inſpecto, & ſecundum continentiam, & ſic ab omnibus ſubditis ſeruandum. De priuilegi. capit. Porro.

Priuilegium conceſſum contra iuriſdictionem concedentis debet contra concedentem interpretari largisſime. Quod dicitur priuilegia eſſe ſtrictisſime interpretanda, intelligitur niſi pręiudicent tantum concedenti, quia tunc cenſetur beneficium principis, quod debet largiſſime interpretari. Si eſt conceſſum a papa contra ius ordinarii, debet ſtrictiſſime interpretari. Ab. de priuil. c. Quia circa.

Priuilegium ubi iuri diuino, aut inſpirationi poteſt præiudicare in aliquo, ſtrictiſſime eſt intelligendum. Vnde non debemus interpretari, quod aliquid operetur, ſi non poteſt operari ſine derogatione iuris diuini, uel libertatis ſpiritus. Ab. de regular. c. Licet.

Priuilegium reducens aliquem ad id quod ſibi debetur de iure communi recipit limitationes alias traditas de iure communi, ſicut priuilegium ſepulturæ liberæ ut ſoluta quarta recipiat ſolum, quod alia eccleſia non ſua parochia poteſt. Ab. de ſepultur. c. In noſtra.

Priuilegium contra ius commune tenet etiam non facta mentione de iure communi, & conceſſum in terminis iuris communis intelligitur mere ſecundum ius commune, & quod non debet interpretari ut operetur aliquid ultra ius commune. Abb. de reſcrip. c. Sicut Romanæ. Conceſſum contra ius commune debet ſtrictiſsime interpretari, ſi ſit odioſum, ſi non ſit odioſum, latiſſime. Abb. de conſangui. & affinita. c. Quod dilectio. Priuilegium iuri communi derogatorium, uel alteri pręiudicans non debet interpretari ſic ſtrictisſime, ut parum, uel nihil operetur, ſed debet intelligi ut aliquid inducat, & ut potius ualeat, quam pereat. Abb. de uerbo. ſignifica. c. Abbate.

Priuilegium quatenus tangit ius tertii, debet ſtricte intelligi. Vbi enormis læſio tangitur non reducitur ad modificationem, ſed totum reuocatur, ideo priuilegium conceſſum ſuper decimis non ſoluendis non extenditur ad ea, quæ ex prædiis conducta recipiuntur. Ab. de decim. c. Dilecti filij. Quatenus tangunt ius tertii ſunt ſtricte interpretanda, ideo nullomodo excedere debent caſum proprium. In materia priuilegii qui per alium facit, dicitur

itur facere per ſeipſum. Ab. de decim. c. Licet. Licet ſit alteri nociuum & ſtricte interpretandum, non tamen ſic quod recedatur a proprietate uerborum. Idem dic in ſtatutis. Si uerbum poſitum in diſpoſitione odioſa habeat plura ſignificata, debet intelligi in ſignificato ſtrictiori, ſi in fauorabili, in latiori. Ab. de decim. c. Ad audientiam. Si ſit contra ius commune, & alteri nociuum, debet intelligi ſecundum quod uerba ſonant, & importare poſſunt ex ſignificato proprio. Vnde nonnne decimæ non ſoluendæ ueniunt noualia. Vel dic quod extenditur ex maioritate rationis, uel quod impeditur reſtrictio. Ab. ubi ſupra. c. Ex parte, tertium. Quatenus tangit ius tertij eſt ſtricte intelligendum, etiam ſi ſit conceſſum cauſa pietatis. Ab. de eccleſijs ędif. uel repar. c. Cum dicat.

Priuilegium quando laceratur ab aduerſario, uel a prælato. Abb. de fid. inſtrumen. cap. Accepimus. Vide. Priuilegium ſi redarguatur de falſo.

Priuilegium quo quis utitur non debet legi aduerſario coram iudice integraliter, ſed ſolum capitulum de quo agitur debet ædi, nec tenetur utens in iudicio originale dimittere apud acta, ſed ſufficit præſentare in iudicio parte pręſenti, & copiam capituli de quo agit, credere. Semper & ædi, & legi debet pręſente parte. Ab. de fid. inſtrum. c. Contingit.

Priuilegio libertatis, uel præſtantis aliquam immunitatem eccleſię inferiori non intelligitur exempta auctoritas epiſcopi, immo epiſcopus tenetur illam conſeruare, & ſic poteſt papa in pręiudicio epiſcoporum eccleſias inferiores priuilegiare. Ab. de exceſ. pręla. c. Sane.

Priuilegium conceſſum monaſterijs & capellis ſuis non extenditur ad poſt acquiſitas, cum ſit odioſum. Abb. de priuileg. c. Cum capella. Conceſſum monaſterio ne eius monachi excommunicari poſſint, intelligitur de monachis exiſtentibus in monaſterio, uel in eccleſijs ſibi ſubiectis utroque iure. De priuileg. c. Quoniam. Conceſſum monaſterio eo deſtructo auctoritate ſuperioris perditur irrecuperabiliter. Si deſtructum non auctoritate ſuperioris, reædificato illo redit priuilegium. Idem dic de priuilegio dato ordini. Si detur poſſeſſoribus deſtructo monaſterio non perditur priuilegium. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Abbate.

Priuilegium motu proprio mihi conceſſum non teneor obſeruare illud contra me, ut patet in pręſcriptione eccleſię, quæ tamen præſcribit, ſicut laycus contra laycum. Ab. de uita & honeſtate cleri. c. Ex litteris.

Priuilegium ſi poſt conceſsionem incipit eſſe ualde nociuum debet a principe reuocari, qui non debet uni conſulere cum graui præiudicio alterius, ſicut priuilegium de decimis ſoluendis pro noualibus, & quod mendicantes poſsint audire confeſsiones, cum hodie multum noceat, quia fere omnes relictis proprijs ſacerdotibus confluunt ad mendicantes in graue præiudicium eccleſię parochialis. Abb. de uerbo. ſignifica. c. Quid per noualia. Si poſt conceſsionem incipit eſſe nociuum eccleſiæ ſine mora reuocandum eſt, quia non eſt de intentione principis priuilegiare unum cum graui diſpendio alterius, maxime eccleſię, & honeſtum eſt, quod inferior petat a papa, qui dedit, priuilegium illud reuocari. Quando priuilegium tenuit a principio, quia enormiter non lędebat, & nulla mentio facta eſt de læſione, priuilegium non eſt nullum ipſo facto. Alias non ualet priuilegium ualde nociuum eccleſiæ, quia in dubio non intendit concedere priuilegium uni cum pręiudicio graui alterius, taciturnitas inducit ſubreptionem. Ex hoc infringi poſſunt multa priuilegia, quę cottidie emanant a curia. Ab.

ria. Abb. de cle. non reſiden. c. Cum ad hoc. Priuilegium reuocatur ſi ex poſt facto incipit eſſe nociuum enormiter. De decim. c. Sugeſtum, Interpretari ſic debet ut enorme præiudicium non inferatur tertio. Quando enormiter incipit lædere ius tertii, reuocatur. Vbi de cauſa priuilegii reuocatorii conſtat, iudex inferior debet aſſiſtere in hoc. ſi dubitatur ſolius principis erit exiſtimatio. Cum enormiter lædit non modificatur, ſed reuocatur, quia non apparet quod magis debeat conſiſtere in una parte, quam in alia. Priuilegium quod habuit perfectionem ſuam, nec continet actum ſucceſſiuum, non reuocatur, licet poſt cauſa priuilegii ceſſet, ut ſi habens filios naturales eos legitimari faciat, & poſt accepta uxore alius generet, omnes pariter ſuccedunt. Abb. de decim. c. Sugeſtum.

Priuileginum quando inductum eſt ſub nomine appellatiuo puta ſcholaribus habet effectum, quando diuertitur a ſtudio animo redeundi. Si ſine cauſa puta animo uagandi, caret priuilegio. Abb. in proœm. in uerbo. Studentium. Conceſſum hominibus alicuius patriæ ſub nomine appellatiuo tranſit etiam ad clericos, quando materia ſubiecta, & perſona concedens pariter proportionatur utrique. Ab. de foro compe. c. Dilecti.

Contra tenorem ſui priuilegii nullus obedire tenetur ſuperiori, præcipienti, licet ſit ſubditus. De exceſſi. pręla. c. Sane.

Priuilegium odioſum debet ſtrictiſſime interpretari. Vnde non comprehendit alia quæ in diſpoſitione fauorabili uenirent, ſicut noualia in conceſſione decimarum facta layco, quę tamen ueniunt in conceſſione facta clericorum. In conceſſione antiquorum iurium facta non ueniunt iura quæ de nouo oriuntur, licet ſimilia ſint iam ortis. Abb. de decim. c. Tua. Si priuilegium ſit partim fauorabile, & partim odioſum debet reſtringi, quatenus præiudicat alteri, uel cultui domino. Ab. de præben. c. Licet nobis. Si odioſum ſit laycis, & fauorabile eccleſiæ ut priuilegium. ſi quis ſuadente in fauorem eccleſiæ eſt late interpretandum.

Priuilegium in pręiudicium ordinarii, ſi conceditur a papa, debet ſtrictiſſime interpretari, ſi ab epiſcopo, latiſſime. Ab. de hæreti. cap. Sicut ex iniuncto.

Priuilegium ordini certo indultum propter artitudinem uitæ ipſius perditur ſi non ſeruatur regula antiquitus inſtituta. Vnde clericus negociator non gaudet priuilegio in patrimonialibus bonis. Abb. de ſtatu monacho. c. Recolentes. Quando duo ordines æquiparantur in multis exorbitantibus diſpoſitio in uno non extenditur ad alterum, ideo in odioſis appellatione monachorum non ueniunt canonici regulares. Abb. de ſtatu monacho. c. Quod Dei.

Priuilegium conceſſum patri ratione dignitatis ignotæ tranſit in filium. ſi pater nobilitatur ratione dignitatis, hoc priuilegium tranſit ad filium. Si ratione officii, tranſit in filios legitimos uiuente patre. ſi ratione neceſſitatis, non tranſit in filios. Ab. de cenſi. c. Licet.

Priuilegia ſunt perpetua, perduntur tamen ex noua cauſa. Primo ſi quis abutitur eis. Secundo propter delictum. Tertio propter negligentiam ſpacio annorum 40. Quarto per factum contrarium. Quinto quando enorme pręiudicium inducit alteri. Glo. de decim. c. Sugeſtum. Sexto propter ſententiam latam contra priuilegium, a qua non fuit appellatum. Septimo propter priuilegium ſecundum faciens mentionem de primo, uel priuilegium tranſiuit in contractum, uel quia conceſſum fuit non ſubdito.

quia

quia tale priuilegium non poteſt reuocari a concedente. Octauo per renunciationem tacitam, uel expreſſam. Nono ſi priuilegium eſt ſpeciale, & primum generale. Decimo ſi apponatur in reſcripto, non obſtante priuilegio tali. Vndecimo ratione pacti. Abb. ubi ſuprà. c. Sugeſtum. Priuilegia debent eſſe perpetua, ideo noualia quo ad ſolutionem ſemper ſunt noualia. Glo. & Abb. de priuileg. cap. Conſultationi. Priuilegia eccleſiæ ſunt perpetua, quę ſunt perſonarum extinguuntur cum perſonis. Glo. de offi. iud. ordina. c. Duo ſimul. Contra priuilegia eccleſię geſta non ſunt nulla ipſo iure, ſed annulanda, quia ſunt priuatæ leges, quas poteſt quis ignorare, non autem ius commune, ideo geſta contra illa non ſunt nulla. Ab. de elec. c. Conſiderauimus.

Priuilegium conceſſum perſonæ ſecundo loco certo non ſequitur perſonam extra locum, ideo ſi in alio loco moratur, non gaudet priuilegio. Ab. de priuileg. c. Quoniam. Non extenditur extra locum. Vnde cenſetur potius priuilegium reale, quam perſonale. Abb. ubi ſuprà. cap. Cum capella.

Priuilegium non præiudicat poſſeſſori. Abb. de priuileg. c. Dudum. Vide. Priuilegium de decimis noualium.

Priuilegium præſcribitur. Vide. Præſcribitur contra priuilegium. Item priuilegium quod quis celebrare. Item priuilegium tollitur. Item priuilegia ſunt perpetua.

Priuilegium principis ſemper ſic debet interpretari, ut aliquid de nouo conferat. Abb. de priuileg. c. In his. Debet autem interpretari latiſſime. De uerbo. ſignifica. c. Olim. Si conſonum eſt iuri communi, uel etiam contra ius commune, ubi uerba hoc patiuntur, uel ſi inductum ſit contra ſtatutum, uel conſuetudinem, eſt tamen conſonum iuri communi, ſemper eſt latiſſime interpretandum. Idem ſi priuilegium pręiudicat tantum concedenti, ſecus ſi conceditur ad lites, uel in præiudicium tertii, quia tunc eſt ſtrictiſſime interpretandum. Abb. ubi ſuprà. Si tendit in præiudicium tertii debet intelligi ſtricte, ut minus præiudicet tertio quam poſſit. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Dilecto. Priuilegio conceſſo per principem non poſſunt ſubditi reſiſtere, ſed poſſunt ſupplicare principi, ut ammoueatur. Abb. de immunita. eccle. c. Peruenit.

Priuilegiis ſuis priuandus eſt, qui alienis priuilegiis derogat. De priuileg. cap. Dilecti. Et priuari meretur qui auctoritate, uel permiſſione abutitur. Vbi ſuprà. c. Tua. & ubi ſuprà. c. Vt priuilegia.

Priuilegium papę probatur principaliter per ſcripturam, poſſunt tamen adduci probationes extrinſece declarantes ſcripturam. Abb. de in integr. reſtitu. c. Auditis. Dicenti ſe priuilegium habere non creditur. Glo. & Abb. de priuileg. cap. Porro. Priuilegiatus tenetur oſtendere priuilegium, alioquin tenet ſententia, quomodo, & quando. Glo. & Abbas de reſcrip. c. Paſtoralis.

Priuilegium conceſſum religioſis non extenditur ad epiſcopos. Ab. de priuil. c. Quod nullus.

Priuilegio ſuo renunciare omnibus eſt liberum. Intellige quando non tangit ius ſuperioris, nec tertii. Vnde priuilegio exemptionis non poteſt quis renunciare ſine licentia papæ. Ab. de priuileg. c. Si de terra.

Priuilegia reuocari non poſſunt, quando dantur non ſubdito, ideo imperator reuocare non poteſt priuilegium datum eccleſię. Abb. de immunita. eccle. c.

cle. c. Inter alia. Reuocatio quo ad unum ubi pariter duo ſunt priuilegiati non extenditur quo ad alium, niſi princeps expreſſe extendat. Idem eſt in diſpoſitione odioſa. Abb. de decim. c. Nuper. Priuilegia conceſſa ſtudio Bononienſi & poſt conceſſa ſtudio Senenſi non extenduntur ad poſt conceſſa Bononienſi, quia cum ſint contra ius commune ſunt ſtrictiſſime interpretanda. ſi modo reuocarentur a ſtudio Bononienſi, non propter hoc reuocarentur a ſtudio Senenſi, quia illi acquiſitum eſt ius, & ſufficit, quod fuerint tempore impetrationis. Ab. Ne cleri. uel monach. c. Super ſpecula.

Priuilegium quod quis non teneatur ſoluere niſi de eis fiat mentio ſpecialis de uerbo ad uerbum, reuocatur per ſecundum, ſi in eo dicatur non obſtantibus priuilegiis de quibus mentio eſſet habenda de uerbo ad uerbum, quæ hic uolumus haberi pro expreſſis. Ab. de cenſi. c. Cum inſtantia.

Priuilegium ſecundum quando oportet mentionem facere de primo. Ab. de præſcrip. c. Veniens. Priuilegium ſequens non tollit compoſitionem ſuper decimas, niſi de eo fiat mentio. De deci. c. Ex multiplici.

Priuilegium religioſorum quod tempore interdicti poſſint ſepelire confratres, intelligitur de omnibus illis, qui licet maneant in ſeculo, obtulerunt tamen ſe ordini mutato habitu ſeculari, uel de illis, qui bona ſua eis dederunt retento uſufructus. De priuil. c. Vt priuilegia. Non extenditur priuilegium ad excommunicatos, uel ſpecialiter interdictos, ſed poteſt intelligi quando locus eſt interdictus, uel perſonæ, ſed non nominatim. Similiter quod uenientibus ad locum interdictum ſemel in anno aperiatur eccleſia, ut celebrentur diuina, intelligitur quod una ſola eccleſia tantum aperiatur in loco interdicto. Ab. ubi ſuprà.

Priuilegium conceſſum non ſubdito, & ſtatutum ſi in conuentionem tranſit, reuocari non poteſt, ſi ſit ſpeciale re non integra. ſi conceditur ſubdito, & non habet actum ſucceſſiuum, reuocari poteſt, ſi momentaneum, non poteſt, niſi ſic immutetur ius gentium, ſimiliter non poteſt abrogari quando per papam canonizatum eſt. Priuilegium tempore interdicti. Vide. Priuilegium quod celebrare. Priuilegium religioſorum.

Priuilegium tollitur per non uſum uoluntarium, ſed non per non uſum neceſſarium. Ex quo quis non poteſt uti priuilegio, non eſt in mora, nec in culpa. Ab. de uerbo. ſignifi. c. Abbate.

Priuilegii uerba debent intelligi, ut aliquid afferant, & non remaneat ambiguitas, & ideo uerba, ſecundum, & iuxta uidentur poſita, cauſatiue & non conditionaliter. De uerbo. ſignifi. c. Abbate. Intelligi debent, ut aliquid inducant, & ut potius ualeant, quam pereant, etiam ſi derogent iuri communi, uel alteri. Ab. ubi ſuprà.

Priuilegia non ſunt uiolanda etiam indirecte. De priuileg. c. Quanto. Contra priuilegium, & legem facit qui ſeruat ſola uerba, & uenit contra mentem, cum dicitur. Tenor priuilegii eſt ſeruandus, debet intelligi niſi de mente conſtet, ideo non ualens excommunicari ex priuilegio non poteſt etiam indirecte excommunicari, uidelicet excommunicando communicantes cum eo. Iſtæ tamen ſententiæ tenent, quia non conſtat de priuilegiatorum fraude, & afficiunt ſubditos, licet indirecte, & per conſequentiam priuilegiatum, niſi appellet, uel exprimatur error in ſententia. Si conſtat de mente legis, ſeruantes uerba & uenientes contra mentem committunt in legem. ſi non conſtat de mente, in dubio ueniens contra uerba di-

ba dicitur uenire contra legem. Abb. ubi ſuprà. cap. Quanto.

Priuilegiatus quod habeatur pro ciue,& præſente debet gaudere omni priuilegio præſentium, & ciuium, etiam competentibus iure ſpeciali. Ab. de cleri. non reſiden. c. Ex parte tua.

Priuilegiatorum confratres,niſi ſe ad eos in totum tranſtulerint, ad epiſcopalia iura tenentur. De priuileg. c. Quidam. Priuilegiatorum ſocii gaudent eodem priuilegio, quo priuilegiati, quoniam priuilegium eſſet inutile, niſi ſocii eo gauderent. Ab. de iude. c. Quia ſit.

Priuilegiatus tenetur oſtendere priuilegium, alioquin tenet ſententia contra eum. Et quomodo, & quando. Glo. & Abbas de reſcrip.c.Cum ordinem. Dicenti ſe habere priuilegium non creditur. Glo. & Abbas de priuileg. cap. Porro.

Priuilegiatus non utitur priuilegio ſuo contra pariter priuilegiatum. Abb.de præſcrip. c. Ad aures. Vnde ſi eccleſia ſit hęres debet detrahere falcidiam de legatis factis ad aliam eccleſiam. Abb. de pręben. c. Cum cauſam. & de probatio. c. In præſentia. Contra alium ſimiliter priuilegiatum non utitur priuilegio, ubi eſt eadem cauſa, & reſpectu eiuſdem, ſi duo ſunt pariter priuilegiati, ſecus ubi non ſunt pariter priuilegiati. Abb. de ſenten. excommu. c. Cum pro cauſa. riuilegiatus contra priuilegiatum in genere, ſed non in cauſa,de qua agitur, utitur priuilegio ſuo. Si uterque eſt priuilegiatus reſpectu eiuſdem cauſæ, præfertur qui habet priuilegium potentius, ſi ſint paria,ambo pariter admittuntur, & potior eſt conditio poſſidentis. Ab. de proba. c. In pręſentia.

Probatio eſt rei dubiæ in iudicio per legitimos modos facta declaratio. Et dicitur a probe aduerbium, quia probe facit qui dubium rei manifeſtat. Vincit aduerſarium, & pœnas euitat, qui probat. Vel dicitur quaſi propalatio, uel quaſi proba actio. Ab. in rubr. de proba. In teſtibus & fide titulorum conſtat probatio. De uerbo. ſignif. c. Forus.

Acta litis ordinariæ facta coram primis iudicibus fidem faciunt coram ſecundis. De probatio.c. Cum bonę. Atteſtationes in uno iudicio receptæ fidem faciunt in eodem,etiam inter eaſdem perſonas coram alio iudice. De teſtib. c. Cauſam. Quæſtiones in hoc plures. Abb. ubi ſuprà. Probationes factæ ad unum effectum, uel extraiudicium, ideo faciunt fidem ad alium effectum,ſeu in iudicio, & probatio ſummaria extraiudicium ad certum effectum non impedit probationem fiendam in iudicio plenarie, quo ad illum effectum, nec quo ad effectum contrarium. Abb. de teſtib. cap. Cum in tua.

Probatio quando admittitur, uel non admittitur contra uериſimile, teſtes debent eſſe tales de quibus non eſt uериſimile, quod debeant deuiare. Ab. de præſump. c. Quia uериſimile.

Probationes in criminalibus debent eſſe luce clariores, ut delicta puniantur. De accuſatio. c. Inquiſitionis.§.tertio.Regulariter debet eſſe luce clariores,tamen in crimine hæreſis, & ſimoniæ in odium admittuntur præſumptiones. Ab. de ſimo. c. Sicut ſimonia.

Probatio facta contra unum quantumcunque plures teneantur ex communi delicto, non faciunt fidem contra alium, quia forte ille conuictus eſt ex probationibus falſis, & res acta eſt inter alios. Abb. de adulter. cap. Significaſti. Probatio contra teſtem in uno iudicio non facit plenam fidem contra eum in alio iudicio, inducit tamen quandam

dam prǽſumptionem. Abb. de purga. cano. cap. Inter.

Si probari poteſt reum deliquiſſe, eius probatio quod non deliquerit non eſt admittenda. De probatio. c. Ad noſtram. Intelligitur per purgationem, non autem ſi uelit partem negatiuam probare per teſtes. Abb. ubi ſupra. Probatio dubia non iuuat nec releuat totaliter, tamen probatio tollitur per exceptionem dubiam. Nec ualet probatio in genere, quando quælibet ſpecies generis non conſequitur illum effectum, ad quem proponatur. Ab. de probatio. c. In prǽſentia.

Probationes quando ſunt æquales, res petita dabitur primo probanti, & uictor præſtabit cautionem reo de conſeruando ipſum indemnem reſpectu alterius petitoris. Si tamen poſſet eſſe periculum animarum ex iudicio, uel traditione, non dabitur primo rectori, ſed differenda eſt ſententia, donec alius probauerit ut ſi probetur quod uxor ſit ęqualiter duorum. Abb. in rubri. de ſponſa. duorum. In communi iudicio, ſi actor & reus ęqualiter probant, reus abſoluitur, niſi actor foueat cauſam fauorabilem. De proba. c. Ex litteris.

Violentia probatur per teſtes, res amiſſæ iuramento ſuper ualore rerum amiſſarum taxatione iudicis præmiſſa & ſecuto iuramento per teſtes fit condemnatio. De his quę ui met. ue cauſ. fiunt. c. Super eo. Violentia & delictum probanda ſunt per teſtes, quia non ſtatur iuramento conquerentis. Poſſunt autem probari per inditia. Item per unum teſtem cum iuramento partis. Vt ſtetur iuramento duo concurrunt, uidelicet difficultas probationis, & odium delicti, ſi contra uim in qua quis eſt expoliatus proceditur, non ſtabitur iuramento expoliati. Iſta probatio per iuramentum habet locum in qualibet re ſiue ſit expulſiua, ſiue ablatiua, ſiue compulſiua, inquinatiua, inturbatiua in furto. In depoſito ſigillato ſtabitur iuramento depoſitantis ſi reddidit depoſitum ſine ſigillo. Si iudex condemnaret in minori quantitate, quam fuerit per partem iuratum, non ualeret eius ſententia. Ab. ubi ſupra. c. Super eo.

Probatione completa non exigitur iuramentum, nec ualet ad hoc conſuetudo. De probatio. c. Sicut conſuetudo.

Probationes plures imperfectæ quando tendunt ad idem coniungibiles ſunt ad faciendum perfectam probationem, non autem ſi ad diuerſa. Ab. de proba. c. Cum cauſa.

Probatio ubi ius exigit ſcripturam debet ſolennitas probari per eum qui ſtat pro ſolennitate, & non per excipientem. Vnde ſi excipiatur quod ſit clericus, clericus debet probare, & hoc niſi ſit præſumptio in ordinato, uel clerico tanta quod transferat onus probandi in excipientem, ut ſi multo tempore ſeruiſſet. Ab. de probatio. c. Quoniam. De ſen. & re iudica. c. Sicut nobis.

Probatio teſtium præfertur inſtrumento. c. Tertio loco. In probatione uirginitatis atteſtatio matronarum præfertur iuramento uiri. De probatio. c. Propoſuiſti.

Proceſſus nomine uenit etiam ſententia. Abb. de ſenten. & re iudica. c. Cum. I. & A. An ualeat probata excommunicatione. Abb. de excep. c. Exceptionem.

Proceſſus quando non inquiritur de principali contento in reſcripto, uel non ſeruatur ordo unus, eſt nullus. Glo. de reſcrip. cap. Cum dilecti. Factus uigore reſcripti male intellecti non ſuſtinetur, & ſi reperiatur con-

tra ius debet pronunciari nullus etiam parte abſente. Abb. de reſcrip. c. Cauſa quę.

Proceſſus factus ab ordinario qui putabat ſe legatum quum non eſſet non ualet, quia proceſſit auctoritate quam non habebat, & non intendebat procedere ſecundum illam quam habebat. Abb. de ordinar. c. Licet in corrigendis.

Proceſſus in quo ante litem conteſtatam recipiuntur teſtes, eſt nullus, etiam ſi inquiratur ad inſtantiam partis. Abbas de iniur. & damn. capitu. Olim.

Procuratio nunquam exigi debet niſi in caſibus in iure expreſſis ſecundum aliquos. Credo tamen quod poſſit peti in ſimilibus expreſſis. Ab. de ſimo. cap. Cum ſit. Exigentes plus debito a ſubditis eius pretextu alterius ſeruitii legato impenſi, uel alteri prelato, reſtituere illud, & tantundem pauperibus erogare tenentur. De immunita. eccle. cap. Quia plerique.

Procurator ad agendum cum mandato quod poſſit agere totum quod poteſt dominus perſonaliter, habet poteſtatem agendi etiam quæ requirunt ſpeciale mandatum, & ſic ampliatur procuratorium per hanc clauſulam. Ab. de religio domi. c. Cum dilectus.

Procurator ad agendum intelligitur etiam ad defendendum dominum. Si dicatur ad agendum tantum, ſi debet admitti ad defendendum dabit cautionem de iudicato ſoluendo, alias poteſt eſſe contra ipſum. Abb. de procura. cap. Accedens. Conſtitutus. Defenſor requiritur in ui conſequentiæ ut quia conſtitutus procurator ex parte actoris. Non autem quando defenſio requiritur principaliter, & conſtituitur a reo ad agendum, quia tunc non uenit defenſio. Abb. ubi ſupra. cap. Conſtitutus. Conſtitutus cum clauſula quod poſſit omnia quę conſtituens in propria perſona, an poſſit explicare, & exigere quę requirant ſpecialia mandata. Item ſi promittit ſe ratum habere quicquid procurator fecerit. Abb. dilatio. capitu. Expoſuit. Quot modis excipitur contra procuratorem. Abbas de probatio. c. Quoniam omne. Si ſit excommunicatus. Ab. ubi ſuprà. c. Poſt ceſſionem.

Procuratoris confeſſio nō poteſt per dominū aliter de errore cōfeſſionis non edocto reuocari in continenti. Idem dic de propria confeſſione, quæ ex interuallo reuocari non poteſt, niſi doceat de errore. Abb. de elec. cap. Scriptum.

Procurator poteſt conſtitui per litteras priuatas conſtituentis dummodo habeat ſigillum ipſius autenticum. Abb. de appella. ſignifica. Quando quis tenetur conſtituere procuratorem, ſi non inuenit, quid agendum. Ab. de dolo & contuma. c. Cum dilecti. Procurator quandoque fit dum principalis tacet, quandoque non. Abb. de reſcrip. cap. Ex parte decani. Vide. Procurator filiusfamilias.

Procurator poteſt dari eccleſiæ per capitulum quia beneficiorum curam habet, donec prouideatur. Idem poteſt epiſcopus in beneficiis reſeruatis papæ. Procuratorem qui in temporalibus & ſpiritualibus miniſtrat eccleſiæ cathedrali, ſolus papa dat. Idem poteſt epiſcopus in eccleſiis pertinentibus ad collationem ſuam, donec ipſe prouideat infra legitimum tempus. Ab. de elec. c. Cum uobis olim.

Procurator in electionibus non poteſt conſtitui inuito capitulo, niſi principalis ſit

lis ſit impeditus, quia ex electione uidetur electa induſtria perſonæ. In alijs poteſt conſtituere etiam qui non eſt impeditus. Impeditus non poteſt conſtituere procuratorem extraneum ad electionem, ſed oportet ſit de collegio ſuo quo ad explenda per capitulum, niſi capitulum illi faciat gratiam. Ab. de elec. c. Quia propter.

Procurator repetit expenſas qui de mandato domini cauſam promouit. De procurato. c. Cum pro cauſa. Quilibet ſiue extraneus ſiue de eccleſia poteſt repetere expenſas a capitulo, quas fecit pro utilitate eius. Actor etiam ſi pro utilitate capituli expendit pecunias poteſt illas repetere, & de eis teſtari in morte. Nec oportet quod in mandato procuratoris fiat mentio de expenſis, quia ſi nihil dicitur poteſt eas repetere. Si etiam negocia ſua facit non poteſt petere expenſas eundo & redeundo, niſi quas feciſſet pro negotio ſibi iniuncto. Contra dominum admittitur probatio mandati per teſtes. Si procurator fuit expoliatus uel infirmus domino nō poteſt expenſas computare, quia tunc ſunt extrinſeca mandato, ſed imputanda ſunt fortunæ & caſui. Si domino pręſente & ſciente ſed tacente ſuſcepit negocia, repetit expenſas, etiam ſi non habeat bonum exitum. Ab. ubi ſuprà. c. Cum pro cauſa.

Procurator falſus eſt qui nunquam fuit procurator. Talis nec dominum obligat, nec ſoluentem liberat, ſecundo qui fuit & non eſt, & talis liberat ſoluentem ſibi, ſed non ligat dominum. Glo. de reſcrip. c. Ex parte decani. Si tamen dominus geſta per procuratorem retificat uel tacet non poteſt poſtea contradicere. Idem dicitur ſi procurator patitur aliquem ſe gerere pro ſubſtituto, & non contradicit. Ab. ubi ſuprà. Acta falſorum procuratorum non ſemper poſſunt per dominum retificari, ut cum ſunt acta coram principe, uel cum lex ad oppoſitum eſt in fauorem reipublicę. Ab. de reſcrip. c. Nonnulli gratiam.

Procurator alterius poteſt eſſe filiusfamilias etiam in iudicio, nec requiritur conſenſus patris ſi eſt maior. 25. annis. De procura. c. Non iniuſte. Inſtrumentum quo conſtituitur procurator, quot & quæ debet habere. Glo. ubi ſuprà. c. Mandato. Vt procurator exiſtat non refert, an ſindicus, uel procurator nominetur, uel alio nomine in inſtrumento, dum tamen conſtet de intentione inſtituentis. Ab. ubi ſuprà. c. Petitio. Quilibet beneficiatus poteſt conſtituere procuratorem ad agendum ſine licentia alterius ſuperioris. Ab. ubi ſuprà. Nemo tamen tenetur in graui cauſa inſtituere procuratorem, ſecus eſt in cauſa leui. Abb. de procura. cap. Querelam.

Procurator generalis non poteſt per dominum impetrare litteras ad lites ſine mandato in perſonam domini. Si tamen proſequitur appellationem poteſt in ſuo nomine proprio impetrare, & tenent. Abb. de reſcrip. c. Nonnullis. Sunt & alii. Si impetrat litteras ad lites ſpeciali mandato domini debet puniri ut falſarius, quia non eſt falſarius uere ſed cōparatur falſario, quia ad hoc generaliter ut puniatur, ſed non in quantitate pœnæ. Ab. de reſcrip. Abb. ubi ſuprà. Poteſt prorogare iuriſdictionem de tempore ad tempus, quia poteſt prorogare mandatum ad ea quæ ſunt uicina mandato, & ſi dominus ſcit, & non contradicit, ſibi præiudicat. Glo. & Abb. de off. & pot. iud. delegati. c. Cum olim. Poteſt inhibere procuratori ſpeciali ne exequatur mandatum domini ſibi iniunctum ſi oriatur noua cauſa incognita probabiliter domino tempore mandati ſpecialis. Ab. de elec. c. Cum dilectus. De off.

lega.c.Studuiſti.Poteſt ei inhibere ne procedat in cauſa,quando oritur cauſa non ueriſimiliter cogitata per dominum. De appella.c. Dilecti. Sine mandato ſpeciali poteſt litteras impetrare in cauſis,in quibus ex ſuo mandato poteſt agere. Ab. de excep. c. Venerabilis.

Infamis etiam infamia facti non poteſt eſſe procurator, nec iconomicus eccleſię, nec clericorum etiam in patrimonialibus. Ab. de iuramen. calum. c. Imperator.

Procurator interrogatus ſuper his de quibus probabiliter dubitat poteſt petere dilationem ad dominum conſulendum,licet dominus multum diſtet,& ſi negatur, poteſt appellare. Si a principio citatur procurator uel dominus ſed non eſt expreſſum ſuper qua cauſa in his duobus caſibus poteſt procurator petere inducias. Si ſpecifice citatus eſt dominus ſuper certa cauſa, non debet procurator habere inducias, niſi emerſerit aliquod nouum, quia a principio dominus debet illum inſtruere. Epiſcopus ſi interrogatur ſuper facto capituli poteſt petere inducias ad conſulendum capitulum.Ab.de procura. c. Dilectus.

Per procuratorem non habentem mandatum de re ad rem iuriſdictio prorogari non poteſt. De delega. c.Cum olim. Mandatum procuratorium non extenditur ultra comprehenſa in eo ſi inſtituitur ad exigendum recipiendum, ad faciendum fidem de receptis,ad liberandum per confeſſionem ſuã non præiudicat domino,niſi appareat de receptione,eo quod confeſſio non probet mutuum naturale quod eſt in rei receptione,ſed tantum ciuile,ideo per confeſſionem procuratoris conſtituti ad recipiendum mutuum non præiudicatur domino, niſi appareat de receptione illius mutui. Si fuit conſtitutus ad uendendum certam rem,& pro certa cauſa,& confitetur ſe recepiſſe pecunias,tenet. Si non pro certa re, nec pro certa cauſa non præiudicat domino,quia aliud eſt uendere,& aliud recipere pecunias,ideo oportet conſtet de uenditione. Ab. ubi ſuprà. c. Cum olim.

Procurator non auditur tanquam alterius procurator,niſi habeat mandatum legitimum. De procurato. c. Alia quidem. Geſta cum falſo procuratore non tenent in præiudicium domini,ualeat tamen in præiudicium falſi procuratoris. Nec creditur aſſerenti ſe procuratorem, niſi faciat fidem de mandato. Si tamen cautionem facit, recipiendus eſt. Procurator poteſt probari per inſtrumentum, & per teſtes, licet quidam opinentur contrarium. Ab. ubi ſuprà.

Si procuratori excedenti fines mandati dominus non contradicat ſtatim,conſentire uidetur ſi procurator procedit coram ordinario uel delegato qui eſt iudex.Idem puto ſi iuriſdictio eſt delegabilis per dominum,quia tanto uidetur prorogare iuriſdictionem, & conſentire ut procurator agat ut patet ex hoc textu.Si ſcio aliquem ſe gerere pro procuratore meo,& non contradico, uideor conſentire. Vnde ratio quæ eſt in toto quo ad totum eſt etiam in parte quo ad partem. Abbas de officio & poteſt. iud.delega. c. Cum olim.

Procuratores poſſunt eſſe perſonæ coniunctę etiam agere ſine mandato ſpeciali. Ab. de reſcrip.c. Nonnulli. Non ſunt hæc uera,niſi de coniunctione carnali, nec tamen coniunctę perſonæ ſoluitur debitum. Ab. de offi. & pot.iud.delega.c.Coram dilecto. Monachus non poteſt agere in cauſa conuentus,licet ſit perſona coniuncta, nec canonicus pro eccleſia ſua, niſi habeant mandatum. Ab.de conſuetud. c. Cum dilectus.

Procu-

Procuratores quando dantur plures in ſolidum ſimul, & unus ſiue alio poteſt exercere officium, ſi non dantur ſimul, per creationem ſecundi reuocatur primus. Qui datur ad certam cauſam poſt ſententiam poteſt appellare, ſed non tenetur proſequi appellationem, ſi eſt minor, non admittitur pro extraneo. Si qui habetur pro procuratore non poteſt eſſe procurator, ſicut fœmina, & religioſus ſine licentia ſuperioris, non ualet iudicium. Vnus eorum poteſt exigere debitum a comprocuratore ſuo ubi non eſt dominus qui poſſit ſibi prouidere. Ab interlocutoria ſi appellat procurator illam proſequitur, a diffinitiua ſi appellat, & habeat mandatum, non proſequitur illam, ſed domino ſignificat, ſi mandatum ſit generale, illam proſequitur. Ab. de procurato. c. Non iniuſte.

Procurator primus reuocatus cenſetur per creationem ſecundi, quia mutuo ſe impedirent. Ab. de off. & poteſt. iudi. deleg. c. Volens. Procurator poteſt reuocari etiam poſt litem conteſtatam, & inuitus ex ſuſpitione, quia affinis eſt aduerſarii, uel ei familiaris, & quotiens cauſa noua ſuperuenerit cauſa cognita, ſi conſenſerit, poteſt reuocari ſine cognitione cauſæ. Glo. de reſcrip. c. Ex parte decani.

Procurator reuocatus antequam ſibi uel iudici conſtet de reuocatione, poteſt agere negotia eius, cuius eſt procurator, & tenet proceſſus. Antequam ſciatur de reuocatione liberat ſoluentes ſibi, ſed non ligat dominum. Antequam reuocatio ueniat ad eum, poteſt per ſe, uel per alium reſcriptum ad beneficia impetrare, eo quod quo ad negotia quilibet procurator poteſt alium ſubſtituere. Extra iudicium ſufficit quod reuocatio ueniat ad procuratorem. In iudicio oportet ueniat iudici uel aduerſario, ad negotia ſufficit ſit ſibi nota reuocatio, non autem in iudicio. Glo. de reſcrip. c. Ex parte decani.

Procurator reuocatus & de hoc certificatus quicquid agit in iudicio in fauorem domini non tenet, licet reuocatio non perueniat ad notitiam iudicis, nec aduerſarii, ſecus ſi intendat ad commodum aduerſarii. Ab. de reſcrip. c. Ex parte decani. Quicquid agit reuocatus antequam certificatur etiam in fauorem domini tenet, ſic quod non poteſt aduerſarius allegare reuocationem in præiudicium reuocantis. Glo. & Ab. ubi ſupra.

Procuratore reuocato & de hoc certificato ſententia lata non præiudicat domino. De procur. c. Ex inſinuatione. Inſtitutus per ſcriptum poteſt reuocari uiua uoce. Vnde oportet ad notitiam iudicis uel aduerſarii ueniat reuocatio, & ſunt opiniones. Abb. ubi ſupra. c. In noſtra. Non ualet reſcriptum ſuper conſecutiones iudicii impetratum ab eo, nec proceſſus, nec ſententia lata pro ipſo, ſi reuocatio peruenit ad aduerſarium. Vbi ſupra. c. In noſtra pœnitentia. Eo reuocato iudicium agitatum cum eo tenet, ſi reuocationem iudex & aduerſarius ignorauerunt. Vbi ſupra. cap. Mandato. Ad nullitatem iudicii ſufficit reuocationem perueniſſe ad notitiam partis, uel iudicis. Si mandatum fuit ſpeciale ad litigandum cum certa perſona ſemper debet certiorari de reuocatione. Si generale & nondum conuenit aliquam perſonam, ſufficit procuratorem certiorare. Si uigore mandati generalis deſcendis, & ad certam perſonam, illa perſona debet certiorari, nec ſufficit iudicem, uel aduerſarium aliunde cognouiſſe reuocationem, ſed oportet reuocantem certiorare eos. Mortuo domino reuocatur procurator re integra, nec oportet prædictos certiorare, & iudicium eſt nullum, niſi dominus cauerit pro ſuo procuratore in mandato, quia tunc

non reuocatur mandatum. Abb. ubi ſuprà. cap. Mandato.

Procurator quilibet poteſt ſubſtituere ad negocia. Glo. de reſcrip. c. Ex parte decani.

Prodigus dicitur non ſolum rerum, ſed etiam famę. Talis eſt qui non curat de infamia turpiter uiuendo. Talis negligens dicitur crudelis. Abb. de accuſa. c. Pręlato.

Prohibitum eſt aliquid dupliciter uidelicet ex modo, ſecundo ex effectu. Si prohibitus primo modo, ſuccedit alicui in aliquo, licet ipſe ſit prohibitus poteſt tamen id retinere, ſicut clericus locationem, quia tunc ceſſat auaritia. ſi ſecundo modo, non poteſt ſucceſſor hæres retinere, ſicut minorum immobilia. Ab. Ne cle. uel monach. c. Multa.

Prohibitus exercere aliquem actum ei non eſt prohibitum omne id per quod ad illum actum uenitur. Abb. de cleri. exco. c. Si celebret.

Prohibentur multa, quæ facta tenent. De regula. c. Ad Apoſtolicam.

Prohibitum una uia non conceditur alia uia. Clericus tamen in infirmitate poteſt eleemoſinam facere qui non poteſt teſtari, quia effectus differtur in tempus in quo non eſt futurus prælatus, qui tamen exiſtens poteſt dare. Ab. de teſtam. c. Relatum. Quando prohibetur aliquid una uia a toto effectu intelligitur prohiberi alia uia, & omnis modus per quem poteſt perueniri ad talem effectum. Quando prohibetur una uia attento modo tunc non prohibetur alius modus, nec alia uia. Si in ciuitate obſeſſa mandatur quod nullus per portam exeat, non licet exire per murum, quia prohibitio facta eſt propter hoſtes. Vnde omnis modus exeundi eſt prohibitus. ſi mandatur quod nullus exeat per murum poteſt quis exire per portam, quia prohibitio facta eſt attento modo. Ab. de procura. c. Tuæ. Vide. Per legem excluſus.

Polliceri eſt quando non præcedente rogamine aliqua promittimus, promittere nō præcedente rogamine, & ſic etiam differt pollicitatio a pacto nudo, quia pollicitatio eſt unius, pactum uero duorum. Ab. de homi. uol. uel caſ. c. Cum iuramento.

Promittens pro amico quod retificabit contractum ſub certa pœna, uel pro filio quod aliquam accipiet in uxorem, ſi facit quantum in ſe eſt euitat pœnam, ſi pœna conſiſtat in perdendo uel diminuendo patrimonium, ſi conſiſtit in lucro perdendo ualet. Ab. de ſponſali. c. Gemma.

Promiſſio beneficii non uacantis nō obligat eo quod nulla ſit, quia a iure damnata. Abb. de conceſſione præbendæ. cap. Relatum. & Glo. ubi ſuprà. c. Nulla eccleſia. Promiſſio beneficii uacaturi non ualet. De conceſſio. præben. c. Ex tenore. Nec ualet per ſcripturam, nec per iuramentum. Abb. ubi ſuprà. c. Relatum. Qui promittit prouidere de beneficio cum poterit, obligatur. Vbi ſuprà. c. Accedens. Hodie nullomodo ualet promiſſio ſiue fiat de uacaturo, ſiue in genere, cum facultas ſe obtulerit. Ab. ubi ſuprà. c. Relatum.

Promiſſio omnis & pactio poteſt dici fides, ideo ueniens contra promiſſum dicitur uenire contra fidem per eum pręſtitam. Dicitur promiſſio fides, ad inſtar religionis fidei. Sicut credimus quę non uidemus, ita in promiſſione credo te facturum quod promittis, licet non uideam. Et dicitur fides, quia fiet, uel a firmitate. Ab. de ſponſ. duor. c. Duobus.

In promiſſione generali omnia illicita intelliguntur excepta, nec etiam ueniunt quæ ſpecialiter non dediſſet. Ab. de homici. c. Cum iuramento.

Pro-

Promiſſio nuda obligat, quia inter iuramentum & ſimplicem loquelam Deus non facit differentiam, quo ad interitum ſalutis, quia utrumque tranſgrediens peccat mortaliter. Abb. de iureiuran. c. Clericus. Vide. Præcipiens. Intelligitur quando cauſa exprimitur, alioqnin præſumitur errore promiſiſſe cui contrariatur conſenſus. Abb. de fid.inſtrumen.c. Si cautio. Vide. Cautio. Non tamen obligat ubi uerſatur turpitudo, ex parte recipientis obligationem, & non ex parte obligantis ſe promiſſo, ſicut in ſolutione uſurę. Si tamen adſit iuramentum, obligat. Tali promiſſione non oritur obligatio, quia reſiſtit lex, & eccleſia irritat. Ab. de iureiuran. c. Debitores. Ex promiſſione nuda etiam inter ſubditum & prælatum oritur obligatio de iure canonico, ut ſic poſsit agere ad intereſſe ex non implendo, & extimabitur quantum intereſt quod illa promiſsio non habeat effectum. Abb. de conceſ. pręb. c. Accedens. Nuda promiſsio obligat ad peccatum mortale, niſi obſeruetur, & poteſt eccleſia agere ad eius obſeruationem. Ab. de ſponſali.c. Ex litteris ſecundum.

Promiſsio obedientię facta per prælatū alios non obligat, niſi habeat eorū mandatum, ſicut nec uotum, nec iuramentum. Si tamen quis cognouit hoc præſtari a pręlato, uel procuratore & taceat, obligatur. Ab. de iureiuran.c. Veritatis.

Compromiſſum cum clauſula quod non ualeat niſi habita confirmatione a papa, intelligitur de confirmatione ex certa ſcientia. Ab. de confir. utili. uel inuti.c. Venerabilis.

Compromiſſum licet non poſsit fieri ubi agitur de crimine criminaliter, poteſt tamen ubi agitur ciuiliter. Ab. de iureiuran.c. Veniens.

Compromiſſum factum per prælatum ſuper iuribus prelaturę tranſit in ſucceſſorem, licet de eo expreſſe non caueatur in compromiſſo, ſi fiat auctoritate ſuperioris, alias ſecus. Abb. de teſtib. cap. Preterea. Compromitti poteſt de iuribus eccleſiæ in perſonam illius eccleſiæ. Ab. de præſcrip. c. Cum olim.

Compromittere poteſt quis in eum quem iniuriatus eſt pro ſatisfactione iniurię, ſi agitur ciuiliter, non autem ſi criminaliter. Abb. de iureiuran. cap. Quintiualis.

Propoſitio copulatiua cuius partes ſunt incompoſsibiles reſoluitur in diſiunctiuam. Si extrema compoſsibilia ſunt, & copulata non ſunt omnino diuerſa, eſt impropria copulatiua. ſi unum aduenit alteri ut accidens, tunc ſubiectum exponitur adiectiue. Si copula mediet inter genus & ſpeciem, uel indiuiduum. Vide. Dinum in regula de genere. De regulari. lib. 6. Si inter duo ſeparata, & communia extra iudicium copula ſtat proprie, & requiritur quod utrunque copulatum uerificetur. In iudiciis ſi plura copulata ueniunt ad diuerſos effectus conſequendos, non ſufficit alterum ad conſequendum omnes effectus. Si plura copulantur ad unum effectum conſequendum, & qui ſe aſtrinxit ad utrunque probandum non ſufficit probare unum, ſi ex ęquo utrunque uenit, & neutrum per ſe ſufficiat, tenetur probare utrunque. Si ſufficit alterum, ſufficit & unum probare. Cauti procuratores ſolent opponere in fine quod non aſtringunt ſe ad probandum, niſi quod neceſſario incumbit. Ab. de reſcrip. c. Ex parte.

Propoſitio copulatiua facit copulatum uenire principaliter & non acceſſorie. Et ſi copulat rem, quæ principaliter uenire non poteſt ſed acceſſorie, impedit actum, quia copulat principaliter, quod principaliter uenire non

poteſt. Si uendo tibi uillam & ius patronatus quod habeo in ea, non tenet uenditio reſpectu iuris patronatus, quia ex quo copulatur dicitur uenire ut uenditum principaliter ſicut uilla, quod eſſe non poteſt, & tamen tenet ſiuendo uillam cum iure patronatus, quia dictio, cum, denotat acceſſionem quandam. Ab. de ſimo. c. Quærelam.

Propoſitio diſiunctiua quandoque ponitur pro copulatiua. primo quando ex coniecturis ipſius teſtatoris patet. ſecundo ut ceſſet intellectus abuſiuus, & res potius ualeat, quam pereat. Abb. de ſponſal. c. Ex litteris. Ad ueritatem diſiunctiuæ ſufficit quòd eius una pars ſit uera. Si ſit de uerbis negatiuis requiritur quòd utręque partes eueniant. Quę ſunt dictiones diſiunctiuæ. In pœnis diſiunctiue poſitis ſi uerba ad reum diriguntur ad reum ſpectat optio, ſi ad iudicem, uel ſint imperſonalia, optio ſpectat ad iudicem, licet Bar. aliter ſentiat, niſi una pœna ſit translata in aliam per lapſum temporis. Vbi eſt conſuetudo de altera tantum, licet diſiunctiue loquatur lex dubium mihi eſt. Ab. de reſcrip. c. Inter cętera.

Propoſitio indefinita ęquipollet uniuerſali. Abb. de præben. c. Extirpandæ. §. Qui uero. In repetitione habetur pro uniuerſali ſecũdum conſuetum modum loquendi, etiam ſi non omnibus conueniat. Glo. in procem. in uerbo. c. Iudiciis. Si diſpoſitio concipiatur per nomina collectiua, indefinita æquipollet uniuerſali. Cum dicitur capitulum hoc fecit perinde eſt ac ſi diceret, omnes de capitulo. ſi concipiatur per nomina ſingularia. puta canonici talis eccleſię non æquipollet uniuerſali, ſed in duobus canonicis uerificatur. Hoc facit ad inſtructionem & inſtitutionem procuratoris, quia ſi dicitur, canonici hoc faciunt, non probat. Abb. de coniug. leproſo. cap. Quoniam. Æquipollet uniuerſali ſi lege uel canone non determinatur. Glo. ubi ſuprà. Non ſemper ęquipollet, & quando æquipollet. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Tua nobis.

Propoſitio negatiua probatur quando affirmatiua eſt determinata ad certum locum, & tempus, quia in alio loco erat illo tempore, nec potuit eſſe oppoſitum, niſi teſtis cognouiſſet. Abb. de teſtib. c. Ex tenore. Probatur quando reſtricta eſt ad certum locum, & ad certam ſcripturam, puta probatur non matriculatus, quia non eſt deſcriptus in matricula. Ab. ut lite. non conteſta. c. Olim inter. Reſtricta ad certam perſonam, & tempus, & locum poteſt probari per teſtes, qui licite iurare poſſunt. Ab. de purga. cano. c. Quotiens. De teſtibus.

Propoſitum faciendi aliquod bonum obligat ad faciendum ſecundum canoniſtas, ſed ſecundum. S. Tho. tria requiruntur ad obligationem, uidelicet deliberatio, propoſitum, & promiſſio. Et hoc mihi placet. Dicta canoniſtarum gloſanda ſunt, quando ex propoſito deuentum eſt ad promiſſionem ſaltem in corde. Ab. de uo. & uot. redemp. c. litteraturam. Ex propoſito faciendi aliquod bonum non obligatur Deo, ſic quod non implendo illud peccat. Ab. de iureiuran. c. Peruenit ſecundum.

Prorogatio de re ad rem non ualet inuito reo deficiente iuriſdictione, quia non poteſt inuito reo imperator extendere reſcriptum ad res non expreſſas in eo, ſed per reconuentionem extenditur ad non contenta in reſcripto inuito actore, ſi in ſua petitione conſiſtere uellit. Glo. & Abb. de offi. & poteſt. iud. deleg. cap. Cum olim. Diuerſitatis ratio eſſe poteſt quia in poteſtate impetrantis fuit in reſcripto exprimere plures res, ideo ſibi imputandum ſi non expreſſit, ſed reo non eſt quid imputetur, cum non impetrauerit

trauerit reſcriptum, ideo poteſt reconuenire actorem ſuper non expreſſis. Durum eſſet quòd poſſet moleſtari, & non poſſet contra moleſtantem inſurgere. Si prorogatio fiat in legatum qui reuocet, non poteſt cauſam proſequi, quia prima iuriſdictio non remanet. Ab. de iureiuran. c. Peruenit ſecundum. De legato. c. Nouit.

Proteſtatio tollitur per actum contrarium. Melius. Proteſtatio tendens ad tollendum ius quod uenit conſecutiue ad factum ex iuris diſpoſitione non ualet, ſeu tollitur per explicationem actus. Quando ſic, & quando non. Glo. & Ab. de conſtitu. c. Cum N. Ferrarienſis. Tollitur per contrarium factum poſt ſecutum, niſi ſit ueſtitum cauſa iuſta. Abb. de his quæ ui me. & cauſ. fiunt. c. Perlatum. Non excuſat id quod indebite fit, quando uidetur contrarium facto, ſicut quia ſuſpendit ſaluo iure, & qui dicit iniuriam ſalua reuerentia tua. Ab. de iure. iuran. c. Ea te.

Proteſtatio non impedit perſcriptionem. Glo. de cenſi. c. Olim.

Prouiſor. Ad mandatum papę non tenetur quis prouidere illi qui in litteris beneficium tacet, nec ſi ſine ſcandalo prouideri non poſſit. Ab. de præben. c. Cum teneamur. Si papa ſcribit non obſtantes ſcandalo præcipimus, ſi id non poteſt exequi ſine peccato, puta quia mandat prouideri ſic indigno, cui non poteſt prouideri ſalua conſcientia, non eſt papę obediendum, quia non habet hanc poteſtatem a Deo. Quantumcunque beneficium ſit tenue ſemper eſt mentio fienda de eo, etiam ſi beneficium ſit ſibi ſubtractum, uel occupatum, alias non ualet reſcriptum. Ab. ubi ſupra. c. Cętera. Vide. Beneficium.

Pubertas incipit in quartodecimo anno, & completur in decimo octauo. Ab. de regulari. c. Quia in inſulis.

Puberes ſunt quo ad contrahendum matrimoniũ qui ex habitu corporis concipere, & generare poſſunt. Ab de deſponſa. impube. c. Puberes. Primum ſignum fallax eſt, quia non omnes piloſi ſunt puberes, & non piloſi impuberes. ſecundum eſt etas, & hoc etiam fallax, quia puer nouem annorum impregnauit matrem. tertium ſignum eſt infallibile cum quis habet potentiam coeundi. Ab. ubi ſupra. Poteſt pubertas multum præueniri. Hic puella non completo decimo anno potuit cognoſci naturaliter, & iudicatum fuit pro matrimonio. Vnde cum ex copula cum maiori habita præſumitur in ea potentia coeundi uidelicet in minori, licet aliter non probetur, poteſt tamẽ probari contrarium per reſpectum corporis. Ab. de eo qui cogno. conſagui. uxo. c. Indicimus.

Impuber propter crimen carnis puniri poteſt, mitius tamen quàm adultus. De delic. puero. c. Pueris. Omne peccatũ attribuitur eis pręter crimen carnis, quia ad coitum inhabilis præſumitur. Vnde minor duodecimo anno non accuſatur de adulterio, nec punitur ita grauiter ſicut maiores. Doli capaces ſunt communiter in ſeptẽnio, poſſunt tamen præuenire ſicut de illo quinque annorum de quo Gregorius in dialogo dicit, qui ereptus eſt a diabolo. Ab. ubi ſupra. Percutiens alium non debet puniri pœna pecuniaria ſecundum terræ conſuetudinem, nec debet exigi a patre, qui non tenetur de delicto filii impuberis. De delictis puero. c. Referente. Punitur tamen alia pœna. Glo. ubi ſupra.

Publiciana eſt remedium introductum in fauorem illius qui habet rem ab eo quem putabat uerum dominum, cum non eſſet. An publiciana competat eccleſię ante traditionem poſſeſſionis, plures doctores tenent quòd ſic, ego

ſemper

ſemper tenui quòd non competat, ſicut non eſt translata poſſeſſio. Ab. de conſue. c. Ex litteris.

Pueri nomine uenit quis uſque ad quartumdecimum annum, improprie uſque ad decimumoctauum, & tunc eſt pubertas plena requiſita ad hoc quòd quis poſſit alium adoptare. Ab. de regulari. c. Quia in inſulis. Dicitur quis puer a ſeptimo anno uſque ad quartumdecimum. Ab. de homici. c. Exhibita. Pueritia incipit in ſeptennio, & finitur in 14. in maſculo, in fœmina in 12. In maſculo quandoque extenditur uſque ad 18. fauore alimentorum, ut quando alimenta legantur uſque ad pubertatem, quandoque uſque ad 17. annum reſpectu exercendi officium aduocati. Ab. in rubr. de delict. c. Puero.

Punitur quis bis pro ſacrilegio, quia per iudicem eccleſiaſticum, & iudicem laycum. Ab. de foro compe. c. Cum ſit generale.

Puniri debet quis quotiens deliquit. Ab. de pœnis. c. Ea quæ. In contumacia tamen pro eadem re non punitur ultra tertium. Item quando una hora, & loco dedit tres alapas, uel pugno percuſſit, & gladio, an pluries ſit puniendus. Si quis in uno loco commiſit plura delicta, puta furta, & in alio loco unum tantum, non poteſt hic puniri niſi pro uno, niſi alia ratione hic ſortiatur forum, poteſt tamen pœna grauari, & ſic ſuſpendi ut famoſus latro. Ab. ubi ſupra. De diuor. c. Si qua mulier.

Puniuntur complices delicti. Ab. de homici. c. Sicut dignum. Vide. Peccati complices. Punitur mitius conuictus de crimine qui per uiam inquiſitionis, quàm per uiam accuſationis. Vnde inquiſitus non efficitur infamis, ubi tamen accuſatus fieret propter crimen, & hoc de canonico non de iure ciuili. Diuerſitatis ratio etiã eſſe poteſt, quia inquiſitio de iure ciuili non fit niſi in exceptis caſibus, de iure canonico inquiri poteſt contra quemcunque diffamatum, ideo ſi grauatur in uno, in alio ſubleuatur. Quando inquirit iudex debet moderari pœnam attenta qualitate perſonę, & exceſſus, quę duo conſideranda ſunt ubi pœna eſt arbitraria. Ab. de accuſa. c. Inquiſitionis.

Punitur quis ſine culpa ſua ratione uniuerſitatis. Ab. de priuileg. c. Super ſpecula. Item innocens punitur propter nocentem. Ab. de ſimo. c. Dilectus filius. ſecundum.

Punitur regulariter quis licet delictum nõ perfecerit, ex quo peruenit ad actũ propinquum, & per eum non ſtetit quin delictum perficiat. Ab. de diuor. c. Si qua.

Punitio in foro animæ non impedit punitionem in foro iudiciali, nec econtra, ſed utroque modo poteſt puniri peccatum. Ab. de emptio. & uenditio. c. Vt menſura. Qui punitur in iudicio in foro contentioſo, ſi eum hic penitet & recipit pœnam patienter, ſi pœna eſt condigna, non punitur amplius a Deo, nec a iudice eccleſiaſtico. Ab. de rap. c. Super eo.

Quando nõ poteſt puniri malus niſi etiã bonus puniatur, potius debet tollerari malus, quàm puniri bonus. Ab. de ſepultur. c. Sacris. Punitur quandoque tamen innocens propter nocentem. Ab. de ſimo. c. Dilectus filius. ſecundum.

Punitur quis non ſolum de negligentia commiſſa in officio, ſed etiam de omni delicto, & damno inde ſecuto. In punitione non ſolum conſideratur uoluntas peccantis, ſed etiam exitus delicti. Vnde imputatur totum id quod præter uoluntatem inde ſecutum eſt, etiam ſi ſit præter intentionem.

In

In foro tamen animæ non punitur niſi pro delicto, niſi illud aggreuatur per ſequentia, unde non tenetur ad ſatisfaciendum pro damno quod quis intulit præter propoſitum. Ab. de cuſtod. euchariſt. c. Statuimus.

Punitur quis ex ueriſimili præſumptione delicti. Ab. de teſtib. c. Conſtitutus. Vide præſumptio.

Purgatio nunquam admittitur quando probationes legitimę non deſunt. Eſt enim ſubſidiaria. Ab. de proba. c. Ad noſtram. Accuſari poteſt ſi non fuit canonice peracta. Si canonica, & interuenit accuſator, non admittitur accuſatio. ſi non interuenit & pręfixus eſt terminus omnibus accuſare uolentibus poſt terminum non audietur, nec debet admitti accuſator, ſi non eſt poſita illa clauſula, ante abſolutionem admittitur accuſatio. ſi eſt præſtita abſolutio, non poteſt accuſator onerare etiam onere ſe purgandi. ſi uult ſuſcipere in ſe onus probandi, debet admitti non obſtante abſolutione facta per probationes non integras. Ab. de purga. canoni. c. Ex tua.

Si accuſatus de adulterio deficiat in purgatione ſuſpenditur ab officio, non autem deponitur, ubi non agitur ad certam pœnam. Ab. de adulter. c. Significaſti. In cauſa matrimoniali indicitur purgatio. ſi uxor eſt infamata de adulterio in qua ſi defecerit, punitur ut conuicta. Si agatur ad diſſolutionem coniugii, non indicitur. Ab. de purgatio. cano. c. Nos inter.

Purgatio arbitraria reſpectu numeri conpurgatorum, non autem reſpectu purgationis indicendæ. Ab. de iure. iuran. c. Iuramentum. §. ſane. Quia arbitraria, iudex poteſt illam indicere per iuramentum proprium, & addere duos, uel tres conpurgatores, ut ſibi uidebitur. Ab. de calumnia. c. Cũ dilectus. In purgatione canonica iudex moderabitur numerum conpurgatorum ſecundum qualitatem perſonæ, & infamiæ. Ab. de accuſatio. c. Inquiſitionis. Quæſiſti. Conpurgatorum numerus eſt arbitrarius, ſi tamen excedit debitũ numerum, uel debitam pęnam, poteſt appellare. Ab. de purga. cano. c. Quotiens. Nos inter. Licet ſit arbitraria maior tamen numerus adhibendus eſt maiori, quia habet notitiam pluriũ, & propter potentiam facilius inueniet conpurgatores. Conpurgatores ſunt uoluntarii, nec compelli poſſunt ſicut teſtes. ſic habetur modus cognoſcendi, aut iudex excedat numerum, & ſi excedit, poteſt appellare. Ab. ubi ſupra. c. Nunc inter. Non poſſunt conpurgatores compelli quia deponunt ſecundum conſcientiam & opinionem eorum, poſſunt tamen eſſe periuri, & poſſunt hoc habentes deponere ſecundum conſcientiã, quibus iudex mandat ut aliquid exiſtiment, non poſſunt compelli, ſecus eſt de teſtib. quia habent deponere de geſtis coram eis. Ab. de purga. cano. c. Cum dilectus. Debent eſſe uicini, & honeſti. Ab. ubi ſupra. c. Cum dilectus. Quia uicini melius ſciunt conditionem & qualitatem conuicinorum. Si ex aliqua cauſa non inueniuntur uicini, puta quia exoſi, ſufficit habeant alios. Ab. ubi ſupra. c. Cum dilectus. Sufficit conpurgatores eſſe tolleratos ab eccleſia, & eſſe bonę famę, & non eſſe de crimine damnatos. Ab. ubi ſupra. c. Conſtitutus. Debent conpurgatores primo iurare ſecundum conſcientiam & eorum opinionem, quòd credunt illum uerum iuraſſe, ſecundo debent eſſe tollerati ab eccleſia, tertio debent eſſe bonę famæ, quarto quòd non fuerint de criminibus condemnati. Vnde prætextu criminis de nouo obiecti non poteſt conpurgator repelli. ſecus ſi opponatur de infamia. Quinto requiritur notam habeat conuerſationem illius, quem purgare uult. Ab. ubi ſupra. c. Conſtitutus. Debent autem eſſe honeſti, & no-

cum habere eum quem purgare uolunt, nec debet a iudice impediri. Ab. ubi ſupra. Deficiens in purgatione punitur ut conuictus. Ab. de purga. cano. c. Cum.P. Item debet habere notitiam purgandi etiam de prætetitis. Ab. ubi ſupra. c. Inter. Iurant de credulitate. Ab. de purgatio. cano. c. De teſtib.

Ad purgationem canonicam compellitur quis ex ſola ſuſpitione. ſi tamen publica infamia laborat apud graues & bonos, immo ſola ſuſpitio epiſcopi, & aliorum ſufficit, ſimiliter infamia. Glo.& Ab.de offi.iud. ordinar. c.Ex parte tua.

In purgatione deficiens non dicitur uere conuictus, ſed interpretatiue. Statuta facientia mentionem de conuictis non extenduntur ad hunc caſum. Ab.de iudi.c.At ſi clerici.Punitur tamen conuictus, ſi nullus alius præceſſit modus agendi ante indictionem purgationis, & erat in poſſeſſione beneficii. ſi iudex propter infamiam indicit purgationem punitur extraordinarie. ſi non erat in poſſesſione beneficii imponitur ei ſilentium ſuper eo, & debet illo beneficio priuari. Si præceſſit talis modus agendi puta accuſatio, licet deficiens puniatur ut conuictus ſecundum illum modum agendi uidelicet ut accuſatus, uel inquiſitus, & hoc facit,quia licet iudicium purgationis non faciat ex toto ceſſare primum iudicium, ſed propter infamiam ortam onus probandi transfert innocentiam per purgationem, ideo ſi defecerit,habetur pro conuicto primo iudicio inſtituto. Ab.de accuſa. c. Accedens. Punitur ut conuictus non ex præſumptione probabili, quia illa non ſufficit ad condemnandum de crimine,ſed præſumptio probabilis orta ex infamia tranſit in uiolentam, cum deficit in ſe purgando,& uiolenta ſufficit ad condemnandum, non tamen deficiens in purgatione punitur pœna ſtatuti, quia non eſt conuictus niſi interpretatiue. In ſtatutis requiritur quòd ſit uere conuictus; qui deficiens in purgatione priuatur beneficio. An poſſit cũ eo diſpenſari per epiſcopum, opiniones. Concludo, quòd poteſt aliquando. Ab. de ſimo. c. De hoc. Deficiens in purgatione non debet puniri pœna legis uel ſtatuti conuictis debita, quia non eſt conuictus uere, ſed præſumptiue. Glo.de purga. c. Inter. Doctores communiter tenent oppoſitum uidelicet quòd ad quantamcunque pœnam agatur,punitur ut conuictus. Ab. ubi ſupra. Deficiens in purgatione ſuper graui crimine poteſt priuari beneficiis, licet nullus alius modus agendi præceſſerit. Ab. ubi ſupra. c. Cum dilectus.

Purgatio indici poteſt propter irregularitates. Ab. de teſtib. c. Cauſa. Item contumacia ut ueniat ad purgandum ſe in termino, quo elapſo habetur pro conuicto. Ab.de contúma. c. Veritatis. Indici etiam poteſt ex qualibet præſumptione, uel ſuſpitione orta contra aliquem, ſi tamen ex ea quæ generat ſcandalum. Et tunc deficiens in purgatione punitur ut conuictus, & contumax in purgatione aſſumenda. Ab. de cohabitatio. cleri. c. Tua nos. Indicitur non tantum propter crimen, ſed etiam ex alio defectu, etiam ſuper inhabilitate. Ab. de purga. cano. c. Accedens. Item propter infamiam uulgaré, propter graue ſcandalum, propter uehementem præſumptionem. Si quis ſuſpectus eſt ſuo ſuperiori ſoli, & ſuſpitio probabilis eſt,indici ei poteſt purgatio. ſi ſuſpectus aliis, & eſt ſuſpitio probabilis tanta ut inducat ſcandalum,indicitur purgatio, ſecus ubi nõ eſt ſcandalum. Minus præſumitur contra prælatos, quàm contra alios. Ab. de accuſa. c. Qualiter & quando ſecundum. Ceſſat autem purgatio

ubi delictum probari poteſt. Ab. de purga. cano. c. Monialis. Nec apparente accuſatore. Ab. ubi ſuprà. c. Si quis. Non indicitur niſi in defectum probationis, ideo non poteſt per epiſcopum indici etiam layco pro quocunque crimine. Ab. de purga cano. c. Nos inter.

Purgatio indicenda eſt propter infamiam uulgatam, uel graue ſcandalum, uel uehementem ſuſpitionem apud iudicem. Debet autem præſtari in loco infamiæ, ut ibi deleatur, & quia ibi facilius conpurgatores inueniet. Ab. de purgatio. cano. c. Inter. Non eſt indicenda de neceſſitate, ſi infamia ortum non habet ex probabilibus coniecturis, poteſt tamen indici ad inſtantiam purgandi. Si conſtat infamiam proceſſiſſe ab emulis non eſt indicenda purgatio etiam ad inſtantiam aliorum. Ab. ubi ſuprà. c. Cum in iuuentute. Non indicitur infamato præſente accuſatore & apparente, quia ſubſidium eſt quando aliter probari non poteſt, nec indicitur ubi delictum eſt probabile, alias ſecus. Ab. ubi ſuprà. c. Si quis. Indici poteſt infamato etiam de graui crimine etiam a principio, & deficiens in ea poteſt puniri ut ſceleris auctor. Ab. de ſimo. c. De hoc. Deficiens punitur ac ſi eſſet conuictus per inquiſitionem, & hoc eſt ſpeciale in ſimonia, ubi nullus modus agendi præceſſit, quia non requirunrur probationes ita clare. Ab. ubi ſuprà. c. Inſinuatum. Indicitur contra partem, & contra teſtem propter exceptionem ex qua orta eſt infamia ex ſatis probabilibus. Ab. de purgatio. cano. c. Inter. Indicenda eſt etiam propter ſcandalum. Vbi non eſt ſcandalum, & non ex probabilibus coniecturis oritur infamia etiam apud magnos non eſt indicenda, quia non eſt infamia, ſed ſunt uoces populi uani. Ab. ubi ſuprà. c. Cum dilectus. Purgationem indicit ſuſpitio probabilis, quam ſi non facit, punitur, tamen attendi debet qualitas perſonæ, & infamiæ. Glo. de hereti. c. Excommunicamus.

Purgatio non eſt indicenda ſuper notorio crimine, & pendente cauſa ſuper crimine coram delegato papæ, purgatio ab ordinario recepta ſuper eo nõ tenet. Ab. de purgatio. c. Cum dilectus ſecundum. Nec eſt indicenda ubi ſunt probationes. Ab. ubi ſuprà. c. Moniales.

Purgationem non indicit epiſcopus layco ad pœnam inferendam niſi pro criminibus ſpectantibus ad eccleſiam. Si ut inducat ad pœnitentiam, poteſt contra quemlibet crimino ſum notorium, uel infamatum indicere. Ab. de purga. cano. c. Nos inter.

Infamatus fide dignus purgat ſe per iuramentum, alias ſecus, & cenſetur nõ idoneus enormiter peccans. Ab. de purga. cano. c. Nobilis. Purgatur ignobilis ſicut nobilis, liber tamen infamatus contra quem probatum eſt crimen purgat ſe iurando de ueritate, conpurgatores de credulitate iurãt. Ab. de purga. cano. c. Quotiens.

Purganti ſe prælato non ſufficit iurare quòd immunis ſit ab illo peccato de quo infamatus eſt, ſed iurare debet quòd poſt ſui promotionem crimẽ illud non commiſit. Ab. de purga. cano. c. Accepimus. Prælatus non compellitur ſe purgare niſi a tempore ſuę promotionis. Vnde de delicto commiſſo ante promotionem non poteſt accuſari, nec poteſt contra eum inquiri, nec indici purgatio. Glo. ubi ſupra. Si tempore promotionis non emanauit edictum ut qui uolunt obiicere compareant infra terminum accuſari poteſt ipſe, & promotor eius. Inquiſitio non debet fieri per eum qui promouit, niſi crimen eſſet adeo occultũ, ꝙ ſuperior poſſet ignorare. Idem eſt

eſt de purgatione indicenda. ſi præfixus eſt terminus, & qui uult accuſare erat in dioceſi, non debet audiri, ſecus ſi erat extra, nec poteſt contra eũ inquirere. ſi crimen inducit irregularitatem, & ſic nunc ex probabilibus coniecturis orta eſt infamia, uidetur dicendum quòd poteſt ſuperior inquirere, cum non ſit in culpa. Ab. ubi ſuprà. c. Accepimus.

Si negat quis uenire ad ſe purgandum non habetur pro conuicto, ſed debet ſuſpendi, uel excommunicari donec ſe purgauerit. Idem ſi non poteſt habere compurgatores, ſperat tamen habere in breui, ſi deficit in purgatione debet puniri ut conuictus, & ſi delictum & modus procedendi exigebat depoſitionem, debet deponi, ſi alia pœna, illa imponitur. Si non comparet in termino peremptorio ad ſe purgandum, habetur pro conuicto. ſi conuincitur abſens ſi eſt infamatus, uel uehementer ſuſpectus de crimine citatur præfixo termino ad ſe purgandum, & ſi non ſe purgauerit præfixo termine peremptorio habetur pro conuicto. Conuincitur ſecundo ſi contumax ſuper crimine excommunicatur, ſi per annum ſtetit in excommunicatione, habetur pro conuicto, & pro conuicto poteſt puniri. Ab. de purga. cano. c. Cum P. Si non poteſt habere tot compurgatores, quia de eo non confidunt, uel non eſt fidus aliis, habetur pro conuicto. ſi non reperit, quia pauper & extraneus eſt, ſi non poteſt habere clericos, admitti debent layci, & fœminę, quibus deficientibus ſtabitur iuramento ipſius. Ab. ubi ſuprà. c. Inter.

Purgatur regulariter ſecundum regulam canonicam. Ab. de purga. cano. c. Moniales. Item etiam ſecundum propriam regulam. Ab. ubi ſuprà.

Purgatio uulgaris & duella prohibita ſunt. Ab. de purga. uulga. c. Cura. Quia pro eis ſępe condemnatur abſoluendus, & Deus tentatur, ideo quilibet pręlatus, uel etiam legatus debet impedire ne fiant in plateis eorum, uel prope poſſeſſiones eccleſiarum. Ab. ubi ſuprà. Purgatione uulgari abſolutio facta non tenet, ea non obſtante poteſt indici de nouo purgatio, & admittitur accuſatio. Ab. de purga. cano. c. Ex tua. Qui abſolutus eſt ſemel purgatione canonica nõ tenetur amplius ſe purgare, niſi oriatur infamia de nouo, uel ſuperueniant noua inditia. Præſtita purgatione debet abſolui, & denunciari bonitas teſtimonii, ſic tollitur infamia. Ab. ubi ſuprà. c. Ex tuarum.

Purgatio in ferro candenti, & ſimilibus eſt prohibita, quia temptatur Deus, & quia eſt indicium fallax, eo quòd ceſſante diuina potentia naturaliter debeat comburi. Ab. de exceſ. præla. c. Ex litteris.

Purgatio in aqua frigida ſic fit. Impletur uas aqua tantæ profunditatis quòd excedit altitudinem hominis, & ponitur purgandus ſuper illud, & dimittitur cadere, ſi purgandus nõ attingit fundũ uaſis innocens iudicatur, aliter iudicatur nocens. In feruenti aqua, & ferro candenti quando non lęditur ab eis, iudicatur innocens. Ab. Ne cleri. uel monach. c. Sententiam.

QValitas aliqua fundat iuriſdictionem. Quando iuriſdictio fundatur ſuper exiſtentia qualitatis, ſi qualitas allegata negetur, excluditur iuriſdictio, niſi ille qui eum allegat offerat ſe probaturum, & tunc examinabitur ſummarie, ut uideatur ſi ſua eſt iuriſdictio. ſecundo quando nõ requiritur ad fundandum iuriſdictionem exiſtentia qualitatis, ſed ſufficit dubietas, tunc ſufficit illam qualitatem allegare, licet negetur. tertio iuriſdictio fundatur ſuper exiſtentia qualitatis notorię, & tunc ſi qualitas non

allegetur

allegetur notoria & negetur, excluditur iuriſdictio. Ab. de foro compe. c. Si clericus.

Quamuis: proprie ſtat aduerſatiue. quandoque ampliatiue. Ab. de priuileg. c. Porro.

Quarta non debetur epiſcopo, nec eccleſiæ parochiali de legatis pro ornamentis cereis, fabrica, luminaribus, uniuerſario, ſeptimo, uigeſimo, ſiue aliis legatis ad cultum diuinum perpetuum eccleſiis, uel piis locis, dummodo non fiat in fraudem. De teſtam. c. De his. In ornamentis ut in calicibus, capis, & ueſtibus eccleſiaſticis habendis, recuperandis, uel reficiendis. Ad perpetuum cultum Dei ut ſi legauit ut celebretur in certo altari, uel pro dote capellæ, & ſimilibus concernentibus perpetuum cultum diuinum. Quarta debetur parochię ſi alibi eligit ſepulturam, & epiſcopo propter onus epiſcopale, & has portiones habet ex legato facto eccleſiæ ſepulturæ, ſi tamen eccleſia ſubiiciatur epiſcopo. Si parochianus eſt ſepultus in eccleſia exempta portio debetur tantum eccleſiæ parochiali. Si parochianus eccleſię exemptę eligit ſibi ſepulturam, nulli debetur canonica portio. De relictis priuilegiatis de quibus ſoluunt mendicantes partem fuit hoc inductum in recompenſationem damnorum, quod ſuſtinuerunt parochiales eccleſiæ propter priuilegia conceſſa mendicantibus in eo quòd poſſunt audire confeſſiones, prædicare, & recipere parochianos alienos ad ſepulturam. Eccleſia parochialis debet dare de prædictis portionem epiſcopo. Ab. ubi ſuprà. c. De his. Epiſcopo tamen debetur quarta de oblationibus quæ fiunt in prima miſſa, & licet non debeatur quarta pro uniuerſario, debetur tamen quarta de oblationibus ſibi factis. Ab. de ſepultur. c. In noſtra. Canonica portio quo ad quantitatem debitam debet ſtare conſuetudini loci. Ab. ubi ſuprà. c. Certificari. Conſuetudine tamen poteſt præſcribi ut eccleſia parochialis habeat ultra dimidiam partem, & minus quàm quartã, immo etiam quòd nihil habeat, ſi non eſt memoria de initio. Ab. ubi ſuprà. c. Certificari. Eccleſia etiã ſecularis non tenetur dare epiſcopo partem acquiſitorum inter uiuos, & ualet conſuetudo ut de relictis eccleſiis nihil debeatur epiſcopo. Item poſſunt præſcribi cum titulo, uel tanto tempore de cuius initio non habeatur memoria. Ab. de ſtatu monacho. c. Theodoſius. Vide. Epiſcopus de legatis eccleſię.

Quarta debetur parochię ab eccleſia ſepulturæ. Epiſcopus ab utraque eccleſia ſuam portionem habet, niſi ſint exemptę. ſi eccleſiæ ſunt in diuerſis diœceſibus quilibet epiſcopus recipiet ab eccleſia ſubiecta ſibi. Debetur quarta non tantum de funeralibus, ſed et de relictis omnibus. Ab. de ſepultur. c. Relatum ſecundum. Si parochianus eligit alibi ſepulturam tacite, uel expreſſe aliquid reliquit parochię tenetur id relictum cõputare in ſortẽ, & canonicam portionem, licet aliud ſit in epiſcopo. De legatis uel relictis in uita nulli datur canonica portio, & nihil debetur. Ab. ubi ſuprà. c. De his. Quarta debetur eccleſiæ parochiali ubicunque ſepeliatur parochianus, non autem eccleſiæ in cuius parochia deceſſit. ſi elegit ſepeliri in aliqua eccleſia cui multa reliquit, & in ea non poteſt ſepeliri, quidam tenet quòd non debetur quarta niſi de facto ibi ſepeliatur, quod de funeralibus admitto, ſed reſpectu legatorum debito, quia certum eſt quòd ratione ſepulturæ relictum eſt, & caſus contingens non debet obeſſe eccleſię parochiali. Electio ſepulturę ualet ſiue relinquat aliquid eccleſiæ parochiali, ſiue

li, ſiue non. Ab. ubi ſuprà. c. Cum ſuper. Eccleſiæ parochiali & epiſcopo debetur qnarta ab eccleſia ſepulturæ, ſi ſit ſubiecta cpiſcopo, & præfertur eccleſia parochialis, quæ primo quartã habet, & de reſiduo habet epiſcopus quartam. Qui etiam habet quartam illius quartæ, quam habet parochianus. Et hoc facit differentiam in portione quando eccleſia parochialis & eccleſia ſepulturæ ſunt ſubiectæ uni epiſcopo, & quando una uni, & altera alteri, ut patet ſi relictum ſit 80. Ab. ubi ſuprà c. Certificari, Si quis ex toto tranſtulit domicilium ſecunda eccleſia eſt parochialis. ſi retento domicilio priori conſtituit nonum in alia parochia, & pariter ſe collocauit in utraque, utraque eſt parochialis. Si retento domicilio decedit in alia parochia tanquam peregrinus, ita quòd non habeat ibi habitationem non dicitur parochianus illius eccleſiæ ubi deceſſit. ſi retento domicilio priori transfert ſe ad aliam parochiam conſtituendo ibi habitationem ad tempus ſola habitatio non facit ipſum parochianum huius eccleſiæ, licet quo ad miniſtrationem ſacramentorum ſuccedat in neceſſitate. Propter multam diſtantiam multa permittuntur, quæ alias ſunt prohibita. Ab. de ſepultur. c. In noſtra.

Quarta debetur eccleſiæ parochiali propter labores quos ſuſtinet in exhibitione ſacramentorum, & aliorum diuinorum. ſi in una eccleſia recipit ſacramenta, & in alia audit diuina iuridice fiet diuiſio huins portionis per rationes huius capituli. Quidam tenent quòd quarta debeatur de omnibus relictis omnibus eccleſiis, & uerius eſt quòd tantum de relictis eccleſiæ ſepulturæ, etiam ſi ſint relicta iure inſtitutionis. De donatis inter uiuos nul la portio debetur parochiæ. Ab. de ſepultur. c. Nos inſtituta. Si in capella audiuit diuina, & in plebe recepit ſacramenta, fiet diuiſio inter capellam, & plebem. ſi in plebe tantum baptizatus eſt, & alia ſacramenta accepit in capella parochiali, uel etiam audiuit diuina, ſuperior arbitrabitur inter eos portiones condignas. Reſpectus tamen magnus debet haberi ad baptiſmũ, cum ſit ianua ſacramentorum. Abb. ubi ſuprà. c. De his. Si prælatus parochianus uiolentiam fecit ſepeliendo corpus eius, qui alibi eligit ſepulturam perdit ex hoc canonicam portionem, & integraliter omnia reſtituet. Ab. de ſepultur. c. Cum liberum.

Quarta debetur eccleſię parochiali de oblatis factis pro ſacramentis recipiendis in aliis eccleſiis. Cedunt oblationes illę eccleſię in qua fiunt, ſed quarta parochiæ debetur, quãdo licite percipiuntur in alia eccleſia. Et licet doctores hoc approbent, ego tamen dubito, quia nullo iure probatur. Ab. de ſepultur. c. Relatum. Non ſolum debetur quarta pro relictis, ſed etiam de oblationibus, & aliis quæ ponuntur cũ funere, ut de certis & ſimilibus, etiam de candelis quę dantur ad manus. Item de equis & armaturis, & de quibuſcunque bonis de iure communi. Debetur autem de relictis ſolum intuitu ſepulturæ. In dubio uidetur ex quo elegit ſepulturã in aliqua eccleſia omnia relinquere pro ſepultura. Si teſtator poſt legatum eligit alibi ſepulturam uidetur admiſiſſe legatum, quia adeptionem oneris ſequitur adeptio honoris ſeu relicti, ſecus ſi ibi ſepeliri non poteſt ſine culpa eccleſiæ, puta quia mortuus eſt in bello, & non reperitur. Si tamen quis dolo uero elegit ſepulturam illa eccleſia debet habere. Quando teſtator uolebat ſimpliciter legatum facere, ſed rector eccleſiæ ſepulturæ induxit eum dolo ut relinqueret in priuilegiata, ut eccleſia parochialis priuaretur, hoc comperto debet eccleſia parochialis haberę ſuam portionem canonicam.

nonicam. Abb. de ſepultur. cap. In noſtra.

Quarta de funeralibus, uel relictis eccleſiæ ſepulturæ debetur capitulo eccleſiæ cathedralis, ſi eius parochianus alibi ſepeliatur. Ab. de ſepultur. c. Cum ſuper. Epiſcopus relicta diuidet cum capitulo, & de portione parochiæ habebit quartam. ſi parochianus inferioris eccleſiæ eligit ſepulturam in eccleſia cathedrali, eccleſia parochialis habebit quartam relicti eccleſiæ cathedrali ratione ſepulturæ quocunque titulo relinquatur, etiam ſi titulo inſtitutionis. Ab. ubi ſuprà.

Quarta de legatis quibus, & quando debetur. Ab. de teſtamen. c. Officii. Vide. Epiſcopus delegatus eccleſiæ.

Quarta non debetur eccleſiæ parochiali de relictis pauperibus, cui tamen debetur eccleſiæ ſepulturæ, ſed nec epiſcopo, quia ſibi nõ debetur portio de relicto niſi de relictis eccleſiæ, & piis locis. Si tamẽ reliquit pauperibus certi loci uidetur relictũ intuitu loci, & tunc per omnia procedendum eſſet, ac ſi reliquiſſet pio loco. Ab. de ſepultur. c. Relatum. Paria ſunt quòd quis deputet ſe obſequio talis hoſpitalis, uel obſequio pauperi illius. ſemper uidetur oblatio facta hoſpitali etiam non perſonis. ſic non eſt differentia ſi legatum fiat pauperibus talis hoſpitalis, uel hoſpitali, ideo quarta debetur epiſcopo. ſi legaretur pauperibus ſine mentione loci epiſcopus nihil caperet Ab. de conuerſio. coniugato. c. Dudum.

Si quis ingreditur religionem ſanus nihil debetur parochiæ, ſi in egritudine ex qua moritur debetur quarta, non tamen debetur quarta ex profeſſione, quia iura loquuntur de morte naturali. Ab. de ſepultur. c. Relatum. & ubi ſuprà. c. De his. & ubi ſuprà. c. Cum ſuper. Si non eſt monaſterium exemptum ex his bonis detrahuntur duæ quartæ, quarum una erit parochiæ, alia epiſcopi, & poteſt eccleſia parochialis agere, & interdicere hæredi, uel fideicommiſſario, ut portionem ſibi debitam non ſoluat eccleſiæ ſepulturæ. De epiſcopo dubito, quia ſuam portionem recipit de directo ab eccleſia legataria, & defunctus non tenetur ſibi aliquid relinquere. Ab. de ſepultur. c. De his.

Quaſi dictio eſt diminutiua, ſed impropriè eſt ueritatis reſponſiua. Ab. de uerbor. ſigni. c. Quæſiuit.

Querimonia non debet fieri ante litem conteſtatam, unde qui obligauit ſe ad pœnam quòd querimoniam non faciat ſi illam exponit iudici, incidit in pœnam. Ab. de appella. c. Dilecti filii.

Ad quæſtiones poteſt quis poni propter cõfeſſionem extraiudicialem, ſi in ea non perſiſtit. Vnus teſtis ſufficit ut quis ponatur ad torturam. Ab. de iudi. c. At ſi clerici. Quæſito incerto, non poteſt dari certum reſponſum. De ſponſ. duorum. c. Mulieres.

Quæſtores eleemoſinarum ſine Apoſtolicis, uel diocœſanorum litteris admitti non debent, nec tunc proponant ultra id quod in ipſis litteris continetur. Debent autem eſſe modeſti, & a locis, & expenſis incongruis abſtinere. De pœnit. & remiſ. c. Præterea. Iſti quæſtores. S. Antonii, uel etiam hoſpitalium etiam exempti non debent admitti ſine prædictis litteris, quia ſæpe fallunt homines. Qui quærunt pro ſeipſis non indigent litteris. Iſti non poſſunt prædicare, nec proponere, niſi quod in litteris continetur. Et hoc eſt ſtatutum, quia ſolebant dicere, plura mendacia, abſoluere a pœna & culpa, & commutare uota. ſi non ſint honeſti habitantes in locis congruis, & ſi portant falsò habitum religionis poteſt epiſcopus eos punire, ut

excedentes in eius territorio. Curatus ſacerdos ſine prædictis litteris non debet tales quæſtores admittere. Si habent ueras litteras tenetur recipere eos, ſecus ſi ſint ſuſpectæ, aut falſæ, quia tunc poteſt epiſcopum conſulere. Idem dic de epiſcopo, quando iſti deferunt litteras Apoſtolicas. Caueat tamen ne hoc faciat in fraudem. Ab. ubi ſuprà. c. Cum ex eo.

Quirite dicuntur Romani. Et dicuntur a quiris quod eſt haſta. Nam haſtati incedebant qui iuuerunt patriam poteſtatem. Ab. de conuerſio. infide. c. Ex litteris.

RAptor eſt de immobilibus, depredator de mobilibus, tamen æquiuoce ſumitur. Abb. de rapto. c. De illis. Raptor eſt qui inuadit rem alterius ex titulo aperte inualido, quia pro non dato habetur quod ab illo datur, qui de iure dari non poteſt. Abb. de reb. eccle. alienan. cap. Quæ res.

Raptor, uel eccleſiæ uiolator ſi reſtituit, uel de reſtituendo caueat in uita, uel in morte ad pœnitentiam & ſepulturam admittitur, ſi nolit cauere cum poſſit, clerici non poſſunt eius ſepulturæ intereſſe, nec debent. Clerici contrauenientes prędictis deponuntur, & beneficiis priuantur, nec debet ſacerdos ab eis oblationes accipere. Clerici raptores, uel cum eis participantes debent irrecuperabiliter deponi. De rapto. c. Super eo. Occultus non priuatur ſepultura ſed notorius, cui etiam negatur pœnitentia in totum, uel ſaltem ſolennis. Si pœnitet in monte, & non poteſt ſatisfacere cimiterium ei non denegatur, ſed clerici non poſſunt intereſſe. Abbas ubi ſuprà.

Qui ſpoliant, uel capiunt fideles ex iuſta cauſa nauigantes ſunt excommunicandi. Qui ſpoliant naufragium patientes ſunt excommunicati, niſi ablata reſtituant. De rapto. c. Excommunicationi.

Raptor ab epiſcopo punitur in cuius diocœſi rapinam commiſit, & domicilii iudex ſuffragatur. De raptor. c. De illis.

Rapta mulier poteſt contrahere matrimonium cum raptore, ubi datur libera facultas in contrahendo. De rapto. c. Accedens. Contrahere poteſt, & conſumato matrimonio alter ſiue alterius conſenſu religionem ingredi non poteſt, nec dicitur rapta ubi uolens pro matrimonio abducitur. Vbi ſuprà. c. Cum cauſa. Raptus proprie eſt ubi mulier rapitur cauſa libidinis, ſecus ſi cauſa matrimonii. Vbi præceſſit tractatus non incurritur pœna legis. Hodie ſtandum eſt huic iuri canonico. ſi non præceſſit tractatus de nuptiis ſiue puella conſentiat, ſiue non, raptus committitur, non autem ſi præceſſit, quia matrimonium debet eſſe liberum, & puella non poteſt in domo contrahere parentibus renitentibus, quod ius canonicum conſiderauit. Ius ciuile conſiderauit delictum raptoris, & deceptionem mulieris, ideo ſunt contraria iura, ſed in matrimonio & acceſſoriis ſtamus iuri canonico, & dubitari poteſt an ius ciuile tollat bona delata raptæ, quia matrimonium contraxit cum raptore. Nec pater tenetur dotare filiam quæ nupſit ſine conſenſu ſuo, quia ceſſat ratio dotis, & hoc niſi filia promiſiſſet uiro dotem, ſit ergo filia cauta. Ab. ubi ſuprà. c. Cum cauſa.

Ratihabitio retrahitur ex iuris fictione, ſed ut fictio procedat requiruntur duo extrema habilia ad illum actum perpetrandum, uidelicet tempus in quo actus fuit geſtus, & tempus ratihabitionis, alias non procedit, quia fictio ſuper impoſſibili non cauſatur. Si quis occidit nomine infantis, ratihabitio

rio non retificat, quia impoſſibile erat tunc iufantem mandare delictum. Non debet plus poſſe fictio, quam ueritas, & hoc dicitur extremum ad quod. In extremo a quo ſi ſit contractus habens terminum ad certum quid agendum, ut ſi amicus egit nomine meo illud ego poſt terminum habeo ratum, hoc non ſufficit, cum poſt terminum ego non potuiſſem facere uere, ergo nec ficte. Cum poſt mortem mariti non poſſit uxor machinari in ipſius mortem deficit extremum a quo, & ſic non procedit machinatio, quia deficiente altero extremo non habet locum ratihabitio. Ab. de conuerſio. infide.c.Laudabilem. Habet ratihabitio locum in his quę poſſunt per alium explicari, ut ſunt uulnera, homicidia, non autem in his quę non poſſunt explicari, ut adulteria. Ab. de ſen.exco. c. Mulieres.

Rebellis dicitur qui domino ſuo naturali reſiſtit, uel iudici non uult parere, uel impedit iuriſdictionem. Ab.de off.& pot.iud.deleg. c. Sane.

Reconuenire poteſt reus actorem etiam coram delegato, qui compellit actorem ad reſpondendum, non ſic de arbitro. ſic iudicis delegati iuriſdictio extenditur ad cauſam non expreſſam. In quibus cauſis locum habeat reconuentio, & coram quibus iudicibus, Abbas de mutuis petitio. cap. Ex litteris.I.

In cauſa reconuentionis actor qui impetrat reſcriptum appellatione remota tenetur reſpondere appellatione remota. De mutuis petitio. c. Prudentiam. Reus qui conuincitur in una cauſa poteſt actorem reconuincere in pluribus cauſis. Actor non ſed tantum pro ea in qua litteras impetrauit. An poſſit conueniri reus ultra dietas. Poſt reconuenire actorem de actione orta poſt reſcriptum, dummodo habeat ortum tempore reconuentionis. Ab. ubi ſuprà.

Rector clericus habet iuriſdictionem in ſcholares clericos, in negociis ortis ratione ſuæ profeſſionis, licet in uniuerſitate plures ſint layci, quam clerici, nec tamen pręiudicat ordinario, cum etiam poſſit conueniri coram eo. Ab. de foro compe. c. Si diligenti.

Regnum, & aliæ dignitates non diuiduntur, ſed patri ſuccedit primogenitus, & eo ſine ſobole mortuo, ſecundo genitus, & ſic ſucceſſiue. Si primogenitus filium habeat ille pręfertur patruo, & ſuccedit auo, etiam ſi pater eius nunquam ſit adeptus regnum, quia præmortuus eſt patri ſuo ne fiat diuiſio. Vnde ſecundogenitus priuatur legitima ſine culpa ſua, ſi pater non habet alia bona. Debet tamen primogenitus ſubuenire fratribus ſuis, ita tamen ut remaneat primogenito, unde poſſit honorifice regere principatũ quem habet poſſidere, quando expediet diuiſio eorum qui non habent dignitatem. Quod dictum eſt de regno intellige in comitatu, ducatu &c. Si fiat diuiſio regni læderetur reſpublica. Ab. de uo. c. Licet.

Regula religioſorum quando ligat ad peccatum mortale. Ab. de ui. & honeſta. cleri. c. Clerici. ſecundum. Vide. Conſtitutio an ſit pręceptum. Religioſus ex uoto non tenetur.

Regula ponens certam formam profeſſionis non ponit formam ſubſtantialem. Vnde ualet profeſſio per quæcunque uerba facta non ſeruata regulari forma. Defectus formæ non habet uitiare actum obligationis directæ in Deum. Ab. de regular.c.Porrectum.

Reiterari non dicitur quod ambigitur factum. Vnde qui non recordatur horam dixiſſe tenetur reiterare, & generaliter ubi actus de neceſſitate explicari debet, ſi ambigitur ut non ſit geſtus, debet reiterari, nec intelligitur

reiterari quod ambigitur factum. Abbas de presbyte. non baptiza. c. Veniens.

Ad religionem non debet quis admitti niſi uolens, & in ętate idoneus. De regulari. cap. Nullus. Si ingreſſus uult exire, ipſi incumbit probare quod non habebat ætatem tempore profeſſionis. Abb. ubi ſuprà. Nec malitia ſupplet ætatem. Ab. ubi ſuprà. c. Significatum. &. c. Cum uerum.

Religio arctior &c. Non debet attendi ſimpliciter diſpoſitio originalis regulæ, ſed etiam ſtatuta ordinis quæ inducunt duriorem modum uiuendi, & debet conſiderari auſteritas in obſeruatione de pręſenti, & non reſpectu inſtitutionis antiquæ. Vnde non poteſt quis ex religione laxiore intrare arctiorem reſpectu antiquæ inſtitutionis de præſenti, ſi auſteritas non obſeruetur, quia uidetur non ſpiritu diuino, ſed aduerſarii inductus. Prædicatores ex regula non ſunt mendicantes, & ex illa poſſent tranſire ad ordinem benedicti, ſecus ex conſtitutionibus ſuis. Ab. de appella. c. Ad noſtram. Vide. Religioſus poteſt tranſire.

Religionem nouam non licet inſtituere ſine licentia papæ. De religio. domi. c. Ne nimia. Iſta eſt conſtitutio concilii contra quam epiſcopus non poteſt licentiam dare. Hodie excommunicati ſunt facientes nouam religionem, & prælati qui dant eis facultatem ſeruandi talem ritum. Nec iſti excuſantur propter bonam intentionem, quia iſta prohibentur propter confuſiones quæ in eccleſia generantur, & mala quę poſſunt accidere. Ab. ubi ſuprà.

Religioſorum nomine ueniunt omnes Chriſtiani. Secundo omnes honeſte uiuentes, & non quilibet Chriſtianus. Tertio clerici ſeculares. Quarto ſtricte, & ueniunt tantum profeſſi obedientiam. & quanto magis exhibent religionem Deo, tanto magis poſſunt dici religioſi. In ſtatutis ubi cauetur ne religioſi aſſumantur ad officia debet intelligi ſtricto nomine, licet alii aliter ſentiant. Abb. in rubri. de regularibus. In materia odioſa debet capi multum ſtricte, niſi adiiciatur uerbum generale, puta ſi dicatur quocunque modo religioſi, quia tunc includuntur qui non poſſunt contrahere matrimonium, & promiſerunt obedientiam ſuperiori, nec poſſunt ab iſto ſtatu recedere, quibus conferri poſſunt eccleſiæ decimę, ut hoſpitalarii Hieroſolimitani, ſed rectores hoſpitalium utentes matrimonio deferentes certum habitum non ſunt religioſi etiam largo nomine, nec gaudent priuilegio clericali in perſona, nec in rebus patrimonialibus. Vnde etiam gaudentes non ſunt religioſi, licet gaudeant priuilegio fori. Non uideo quòd tales hoſpitalarii, & alii religioſi improprie dicti comprehendantur in ſtatutis odioſis. Vbi ſtatutum loquitur in materia iuris communis non debent ampliari uerba, ut ſtatutum aliquid operetur, ſed ſatis eſt aliquod remedium adducat præter ius commune, niſi ius commune loqueretur improprie, quia tunc ſtatutum debet intelligi proprie, ut aliquid addat ad ius comune, ſi ſtatutum loquitur improprie, ſicut ius commune. Ab. in rubri. de regulari. De uoto. c. Ex multa.

Religioſi omnes monachorum nomine ueniunt in conſtitutionibus. Abb. de poſtulan. c. Ex parte. Vide. Monachorum nomine.

Religioſi, & regulares proprie dicuntur qui profitentur tria uota religionis approbatæ. In materia odioſa hoc nomine non ueniunt fratres de tertio ordine, nec mantellatę, nec ieſuati. Iſti non habent proprie regulam, ſed certum modum uiuendi. In diſpoſitione tamen fauorabili ueniunt, qui largo mo-

go modo uidentur ſub regula ratione promiſſionis factæ ſuperiori. Abb. in rubri. de regulari. Regularium nomine ueniunt omnes qui profitentur tria uota, ſicut & nomine religioſi. Abb. ne cleri. uel monach. cap. Non magno.

Religioſus poteſt accuſare prælatum ſuum, & de bonis monaſterii expenſas litis habebit. De accuſa. c. Ex parte. In licitis tenetur obedire, non autem tollerare ſi malus eſt. Accuſando procurat bonum monaſterii, cui non debet lupus præeſſe, ideo debet habere expenſas. In aliis pendente lite tenetur obedire. Prælatus etiam habebit expenſas etiam ſi priuatus ſit adminiſtratione, dum tamen habeat titulum. Extraneum prælatum non poteſt accuſare niſi interſit monaſterii, & de licentia Abbatis. Poteſt tamen denunciare alium ad pœnitentiam extraiudicialiter. Si ſequitur cauſam propriam puta ſuę electionis non habet expenſas a monaſterio. ſi monaſterii cauſam puta accuſando Abbatem ſi non habet peculium expenſas habebit a monaſterio, ſecus ſi habet peculium. Si admittitur ad accuſandum, uel denunciandum in continenti habebit expenſas. Intellige etiam de expenſis litis. Ab. ubi ſuprà. c. Ex parte.

Religioſus non poteſt eſſe aduocatus, nec in foro eccleſiaſtico, nec ſeculari niſi pro utilitate monaſterii, & præcepto Abbatis ſui, ſic tamen quod utilitas monaſterii, & præceptum ſuperioris concurrant, & tunc in utroque foro poteſt eſſe aduocatus. Licet poſſit pro amico monaſterii aduocare, non tamen pro aliis ut releuetur monaſterium grauatum ære alieno, licet lapus ſentiat contrarium. An poſſit eſſe procurator, & arbiter, opiniones. Ab. de poſtulan. c. Ex parte.

Religioſus poteſt agere ad ſatisfactionem iniuriarum. Abb. de ſen. excom. c. Parrochia. Ipſe religioſus non agit ſed monaſterium, uel eius prælatus. Glo. ubi ſuprà. Limita niſi monachus eſſet abſens ut in ſtudio, præſens & prælatus longe abſens non dimiſſo procuratore, quia tunc poſſet agere præſuppoſita uoluntate, & licentia ſuperioris. Clericus ſecularis poteſt agere & remittere iniuriam ſibi competentem, non autem eam quæ competit eccleſię. Iniuria illata ſibi eſt, & eccleſiæ illata. Eccleſia in qua eſt intitulatus habet actionem iniurię. Si plures habet in titulo actio competit eccleſiæ propter quam illata eſt iniuria, ſi propter utranque illata eſt, actio competit utrique. Inquantum emenda fit ratione iniuriæ tangentis perſonam clerici debetur emenda clerico. Inquantum tangit eccleſiam debetur eccleſiæ iniuriatæ. Abb. ubi ſuprà. cap. Parrochianis. Clericus poteſt agere pro iniuria, & eccleſia, & ſic ſatisfactio pro uno non eſt pro alio, nec econtra, immo alius poteſt agere poſtquam alteri eſt ſatisfactum, puto etiam quod clerici poſſunt agere. Abb. ubi ſuprà. c. Cum deſideres.

Religioſus appellans a ſententia ſi eſt ſecundum regulam, uel ſtatuta eius appellatio non eſt admittenda, ſicut nec alterius quando ſententia eſt notoria ſecundum leges, ſecus ſi in corrigendo excedat modum. Abb. de appella. c. Ad noſtram. Nec appellat a diſciplina eccleſiaſtica. Vbi ſuprà. c. Reprehenſibilis. Si appellat a pœna infligenda ſecundum eccleſiam, uel ſtatuta eius appellatio eſt nulla. Si prelatus punit iniuſte, uel contra regulam poteſt appellare. Abb. ubi ſuprà. c. De priore. Appellatio non defendit religioſum, ſi appellat contra legem, & ſtatuta. Vbi ſuprà. c. Quia nos. Permittitur religioſis appellatio, quando indebite gra-

uantur, uel ſuperior non incedit per uiam correctionis. Abb. ubi ſuprà. c. Ad noſtram. Si religioſus appellat a pręcepto prælati ſine cauſa legitima non euadit notam tranſgreſſionis obedientię, quia appellatio non ſuſpendit obligationem prius acquiſitam. Abb. de iureiuran. cap. Breui. Generalis prædicatorum, & generalis carthuſienſium non poſſunt appellare, ſi in capitulo generali deponuntur a diffinitoribus. Ab. de appella. c. Quia nos.

Religioſus dicitur apoſtata eo ipſo quod recedit a monaſterio, & non eſt ſub obedientia prælati. ſi tranſit ad aliud monaſterium, quia ſuperiore fuit eiectus culpa ſua forte exigente dicitur eiectus. Abb. de regulari. c. Ne religioſi. Qui deponit habitum eſt excommunicatus ipſo facto, niſi ex cauſa rationabili dimittat, ut qui tranſit per loca periculoſa, uel ex alia iuſta cauſa. Abb. de apoſta. c. Præterea.

Religioſus quicquid acquirit, acquirit monaſterio, & ea quę habet intrans religionem tam in re, quam in ſpe. Si tamen promouetur ad aliud monaſterium etiam quæ habet in ſpe acquirit monaſterio ſecundo, & non primo. Acquiſita ipſi monaſterio ſequuntur perſonam, & circa hoc longa eſt quæſtio, ſi promouetur ad epiſcopatum, uel ad aliam eccleſiam acquirit ſecundæ eccleſiæ ad quam promouetur, non autem monaſterio. Nec poteſt diſponere pro libito uoluntatis, quia ſubſtantialia regulæ remanent. Abb. de priuileg. c. Cum olim. Epiſcopus religioſus omnia acquirit eccleſiæ ſui epiſcopatus, & cum nihil habeat donare non poteſt. Glo. ubi ſuprà. Religioſus & fugitiuus quicquid acquirit, acquirit monaſterio. Abb. de cleri. coniuga. cap. Quod a te. Si promouetur ad prælaturam acquirit prælaturę, habet tamen adminiſtrationem bonorum ex quo eſt prę latus, & debet illis uti non ut propriis, ſed ut bonis eccleſię. Abb. de teſtamen. c. Quorundam.

Religioſus non poteſt beneficium acceptare ſine licentia prælati, nec electioni conſentire. Si eligatur in papam, ut dicit quædam. Glo. & Abb. de regulari. cap. Non eſt. Nec poteſt habere beneficium ſimplex in eccleſia ſeculari, poteſt tamen eſſe epiſcopus. Abb. ubi ſuprà. cap. Super eo. Non poteſt eſſe canonicus in eccleſia ſeculari, nec haberi beneficium ſimplex in ea. Poteſt tamen promoueri ad curam animarum. In eccleſia cathedrali regulari poteſt eſſe canonicus, etiam ſi alibi ſit profeſſus, dummodo ſit eiuſdem obſeruantiæ. Ab. de ui. & honeſta. cleri. c. Deus qui. Poteſt tamen ei conſtitui penſio, uel prouiſio non ut faciat eam ſuam, ſed ut habeat diſpenſationem Abbate ſciente & non contradicente, & poteſt Abbas illam auferre quandocunque uoluerit, niſi ſubditus habeat illam a papa. Abb. de præben. c. Niſi eſſet. Non tamen poteſt diuidere redditus reſpectu portionis debitę rectoribus, uel uicariis, nec parrochias diuidere. De præben. cap. Auaritiæ. Licet habeat parrochiam ſubiectam non tamen poteſt parrochiam diuidere, quia hoc non poteſt inferior epiſcopo. Abb. ubi ſuprà. c. Auaritia.

Religioſus poteſt habere eccleſias ſubiectas. 5. modis. Primo quo ad ius patronatus tantum. Secundo quo ad collationem, uel inſtitutionem tituli collatiuam. Tertio quo ad inſtitutionem authorizabilem ut poſſit inſtituere presbyterum, etiam quo ad curam animarum. Quarto quo ad temporalia tantum. Quinto quo ad temporalia & ſpiritualia. In primo nihil habet de redditibus, habet tamen ultra laycos quod poteſt exigere rationem

tionem de temporalibus eccleſiæ, & cuſtodiam eccleſiæ uacantis, & commune cum laycis quod poteſt præſentare. In ſecundo, & tertio caſibus non poteſt extendere manus ad temporalia eccleſiæ, niſi quo ad iura epiſcopalia. In quarto poteſt conuertere redditus in utilitatem propriam conſeruata eccleſia in gradu priſtino, ex tali conceſſione habet præſentationem rectoris. In quinto ſi eccleſia eſt ipſi ſubiecta pleno iure non oportet ire ad epiſcopum pro inſtitutione, ſed ipſe ponit uicarium, & deponit, ſi non eſt ſubiecta pleno iure pro cura populi debet ire ad epiſcopum. Ab. de præben. cap. De monachis, In eccleſiis eis ſubiectis pleno iure inſtituunt & deſtituunt rectores ſine epiſcopo, ſi populus eſt exemptus, alias ratione curæ recurrunt ad epiſcopum, nec poſſunt ignotum inſtituere. Epiſcopus tamen non poteſt examinare præſentatum, ſi religioſi habent collationem, quia hoc pertinet ad collatorem, quo ad mores, niſi eſſet ignotus quem epiſcopus non tenetur admittere, quo ad ſcientiam utique debet examinari per epiſcopum. Ab. de præben. c. In laterranenſi.

Ad religioſos poteſt eccleſia ſecularis pertinere quattuor modis. Primo ex donatione layci. Secundo ex donatione epiſcopi. Tertio ex propria fundatione. Quarto ex tranſactione iuris patronatus, quia acquiſiuit uillam, uel patronatus ceſſit. Ex primo uidelicet ex conceſſione layci & conſenſu epiſcopi habet ius præſentandi, non autem temporalia, licet Glo. teneat contrarium. In ſecundo modo aduerte ad formam conceſſionis, ſi donauit quo ad temporalia ex cauſa & conſenſu capituli, quia aliter non ualet donatio, poteſt recipere temporalia. Idem ſi donauit pleno iure. Si ex ſola fundatione habet tantum ius patronatus. Quarto quando habet tantum ius patronatus. Abbas de præbend. capit. De monachis.

Religioſus ſi præficitur eccleſiæ non ut profit, ſed ut preſit, acceptando peccat mortaliter, cum ueniat contra uotum, nec eſt ſecurus ſi diſpenſetur ſine legitima cauſa ut præſit eccleſiæ curatæ, puta quia non aptus ad prædicandum, uel ad exercitium curę, quia propter hoc bonum publicum emanauit hoc ius, ut religioſus poſſit præfici eccleſiæ curatę. Abb. de uoto. cap. Non eſt.

Religioſi eccleſias eis conceſſas a laycis retinere non poſſunt ſine conſenſu epiſcopi, niſi præſcripſerint, uel poſt epiſcopi conceſſerint. De iure patro c. Cura paſtoralis.

Religioſorum bona ad quę monaſteria, & ad quas perſonas ſpectant. Abb. de proba. c. In pręſentia. Vide duo quæ ſequuntur.

Religionem ingrediens poteſt bona ſua alienare in quartodecimo anno, & tamen in ea ætate non poteſt alienate ad pias cauſas, quia religioſus pręſumitur mori. Minor 25. annorum ſi ingreditur religionem, ſine curatore & decreto alienat, ſecus ſi non intrat. Teſtari poteſt & diſponere de bonis ſuis ut ſibi placet. Si pater exhæreditauit filium non poteſt teſtamentum rumpere, licet poſſit legitimam petere, nec reuocatur teſtamentum per ingreſſum religionis. Si nihil reliquit filiis non rumpitur teſtamentum. Minor, prodigus, furioſus poſſunt teſtari ingrediendo religionem etiam ſine curatore, ſi tempore ingreſſus non ſunt filiifamilias. Filiusfamilias de profectitiis non poteſt teſtari, quia ſunt patris. De caſtrenſibus, uel quaſi poteſt. Aduentitia poſt ingreſſum ſunt monaſterii, quę autem prius, ſunt opiniones, & uidetur quod poſſit diſponere de eis, quia ſic pa-

ter priuabitur uſuſructus in uita, ſi filius diſpoſuerit de eis. Idem eſt de libris collatis magiſtris artium, & doctoribus legum, ſecus ſi ſcholaribus. Si pater monachatur dimidia pars uſuſructus intrat monaſterium, & dimidia erit filii. Heredes legatarii ingredientium monaſterium nihil poſſunt petere niſi poſt mortem naturalem. filii poſt profeſſionem patris poſſunt petere legitimam, licet ſecundum aliquos poſſit reuocari teſtamentum, niſi ſit ordinis minorum. Verius tamen eſt quod ipſe ut ipſe nihil poteſt diſponere de rebus prius ſuis. ſi ingreditur ordinem minorum nullo condito teſtamento eius bona ueniunt ad ſucceſſores ab inteſtato. ſi ad alios mendicantes bona eorum ſpectant ad eos ut uendantur, non ut retineant immobilia. Idem de relictis illis ſi ſint immobilia. Si aliquo teſtamento hoſpitali relinquitur ut annuatim in perpetuum tantum detur minoribus, non poſſunt minores illud habere, quia non poſſunt habere annuos redditus. Si quis profitetur tria uota, uel regulam mendicantium ante annum probationis, & ſimiliter qui tenetur religioni in genere non in ſpecie abſque teſtamento eorum bona erunt in diſpoſitione epiſcopi. Si profitetur in genere ſubalterno puta quia ſunt plura monaſteria ſub uno capite, ſicut in ordine mendicantium, & montis Oliueti bona acquiruntur toti ordini, & non monaſterio, & ſunt in poteſtate ſuperioris ut diſtribuantur ſicut uult. ſi eſſent plura monaſteria ſub uno capite, & monachi unquam remouerentur de ſuo monaſterio bona acquirerentur monaſterio recipienti, & ceſſat ratio prædictorum. ſi profitetur in monaſterio, certo alteri non ſubiecto eius bona ad illud monaſterium pertinent. Si transferatur ad aliud monaſterium bona uenientia ex profesſione ſunt monaſterii in quo profeſſus eſt, alia ad monaſterium ad quod translatus eſt, a quo remoueri poteſt. Hereditas acquiritur loco, in quo erat monachus tempore delationis. Si moritur infra annum, & alias non contulit bona ſua monaſterio, ſi intrauit cauſa probationis bona pertinent ad proximos illius hæredis, quia moritur ab inteſtato. Feudatalia ſi debent ſeruitium quod monaſterium poteſt præſtare per ſe, uel per alium tranſeunt ad monaſterium, niſi electa eſſet induſtria perſonæ. Emphiteoteſis tranſit in monaſterium, niſi dominus reuocet. Si recipit feudum pro ſe, & filiis ſuis, non tranſit ad monaſterium, uſusfructus tranſit ad monaſterium, & durat ad uitam ingredientis. Bona collata ingredienti monaſterium ea lege, ut alienari non posſint, tranſeunt ad monaſterium. Monaſterium habet ſtatim dominium & poſſesſionem omnium bonorum profitentis facta profesſione. Similiter acquiruntur omnia iura competentia eidem monacho in ſpe, uel competitura, poſt ingreſſum religionis non poteſt quis exhæredari. Ab. de proba. cap. In præſentia. Si quis ingreditur religionem & credens quod teneat, cum tamen non teneat ingreſſus exiens bona recuperat, etiam expreſſe collata, quia præſumuntur collata ratione ingreſſus, ſecus ſi alio tempore ſi ſciebat ingreſſum non tenere, non reuocantur bona collata. Ab. de proba. c. Cauſam.

Religionem intrans ut oblatus ſi recedit non reuocantur eius bona oblata, quia non poteſt recedere cum ſit quaſi ſeruus, ſi moritur ante profesſionem dic ut dictum eſt in cap. In præſentia de proba. Si recedit ante profesſionem, & donauerat omnia bona illa reuocat ad ſe etiam in dubio, ſicut in donatione cauſa mortis morte non ſecuta. Si profeſſus recesſit, & profesſio non tenuit recuperat omnia bona, ſi ſciebat profesſionem tenere. ſi ſciebat.

bat tamen non tenere recuperat ea, ſi profeſsio tenet & in alio monaſterio collocatur ad agendum pœnitentiam culpa ſua, uſusfructus bonorum eſt ſecundi monaſterii, & poſt mortem ad primum monaſterium redeunt cum proprietate. ſi fugit non recuperat bona, immo quicquid aquirit monachus fugitiuus acquirit monaſterio, etiam ſi ſit in remotis partibus. Si egreditur licite ut ad artiorem regulam, uel promoueretur in prælatum eccleſiæ alterius patrimonialia ſequuntur perſonam, & monachus factus epiſcopus poteſt adire hæreditatem paternam, quam acquirit epiſcopatui non monaſterio. Iſta intellige quando fit donatio ratione ingreſſus puta tempore ingreſſus, ſecus ſi ex alia cauſa, uel etiam ante ingreſſum. Item ſi donata eccleſiæ ſeculari ſunt acceſſoria, perſonæ recuperantur, alias non niſi ex gratia. Abb. de cleri. coniuga. capit. Quod a te.

Religioſi ſi propter bona temporalia habenda alliciunt aliquem ad religionis ingreſſum nullum commodum inde conſequi debent. Hęc tamen eſt præſumptio quod alliciant, ſi recipiunt iuramentum. Abbas de proba. cap. In præſentia. Si dolo quis inducatur ad religionem tenet ingreſſus. Si dolus ſit propter bona temporalia religio non debet habere illa. Abbas de his quę ui meue cauſ. fi. cap. Cum dilectus. Si auiditare patrimonii inducunt aliquem ad religionem priuantur eo, & tamen tenet ingreſſus. Abb. de ſupultur. cap. In noſtra. Additio in fine. Monaſterium priuatur bonis quando induxit aliquem doloſè ad ingrediendum non propter Deum, ſed propter temporalia bona. Limita tamen quando totum monaſterium fuit in culpa, quia delictum particularis perſonæ non debet obeſſe monaſterio. Abb. de conuerſio. coniuga. c. Dudum.

Canonici regulares poſſunt fieri monachi, ſi religio ad quam tranſeunt ſit artior. De regulari. c. Sane.

Canonici regulares in ſubſcriptione præferuntur monachis, quia hic tractatur de auaritia, ſecus ubi agitur de laudabili exercitio, ut in cap. Deus qui. De ui. & honeſta. cleri. ubi primo nominantur monachi, ſecundo canonici regulares, tertio religioſi alii. Ex ordine illius textus debet argui prærogatiua in aliis. Inſtitutio monachorum eſt antiquior inſtitutione canonicorum regularium, uel aliorum religioſorum. Cum aliqui notantur de aliquo uitio nominari debet prius non dignior, ſed qui magis eſt infectus in illo, ſecus in actu uirtuoſo. Abb. de præben. cap. Auaritia.

Canonici regulares poſſunt preferri eccleſiæ parochiali etiam ſeculari, ſed debent habere ſocium ſui ordinis, ſi comode fieri poteſt. De ſtatu monacho. c. Quod Dei. Hi quandoque habent prælatum abbatem, quandoque priorem. Ab. de ſen. & re iudica. c. Cum I. & A. Eorum regula eſt laxior regula monachali. De ſtatu monacho. c. Quod Dei.

Carthuſienſium generalis non poteſt appellare ſi deponitur a diffinitoribus capituli, ſicut nec generalis pr̨edicatorum. Ab. de appella. c. Quia not. Vbi dubium eſt ſecundum medicos de uita corporali, niſi comedant carnes, poſſunt illas comedere non obſtante profeſſione. Abb. de iure iuran. c. Si uero.

Ciſtercienſes ſi ad aliud monaſterium trāſeunt ſine licētia Abbatis ad propriū coguntur redire. Ab. de regulari. c. Non eſt. Prælati ad inſtantiam Abbatis tenentur compellere monachos ad proprium monaſterium. Glo. dici.

dicit quòd ordo iſtorum ſit artior aliis regulis. ſed hoc non placet aliis. Ab. de regulari. c. Non eſt.

Religioſus non deſinit eſſe ciuis per ingreſſum religionis, quia retinet iura eo gnationis, & per meliorem ſtatum ſuperuenientem non perditur ciuilitas, efficitur tamen ciuis illius loci ubi monachatur. Idé dic de Abbatibus, & præpoſitis eccleſiarum quia ciues efficiuntur ubi habent dignitatem. Filius conſequitur ciuilitatem ex origine paterna etiam ſi alibi oriundus ſit, niſi ſit baſtardus, quia tales conſequuntur matrem. Ab. de paroch. c. Significauit. Retinet etiam conſanguinitatis iura, & eorum coſanguineis ſuccedunt non ipſi, ſed monaſterium. Ab. de teſtam. c. Quia nos. Per ingreſſum religionis perditur nobilitas. Glo. & Ab. de purga. cano. c. Nobilis. Vide. Nobilitas.

Religionem uolenti intrare coniugato contra eum oritur ſuſpitio, ſi iuuenis eſt, & periculum habeat. Si poſt profeſſionem exiit de monaſterio allegãs cauſam iuſtam non compellitur intrare, niſi prius diſcutiatur cauſa. Metus mortis annullat profeſſionem ipſo facto. Profeſſio nulla poteſt retificari poſt per conſenſum. Monaſterio ſatis eſt probare profeſſionem ſed recedenti incumbit onus probandi metum cui cum duobus teſtibus magis creditur quàm monaſterio cum centum, quia illi teſtificantur de ſenſibilibus & qui de monaſterio de intelligibilibus, quæ ſunt in corde. Ceſſante metu ſi remanet in monaſterio probare uidetur profeſſionem, obligat uouẽtem profeſſio, niſi metus cadens in conſtantem uirum probetur. In ſuſceptione habitus profeſſorum ad tollendum præſumptionem profeſſionis tacitę ſufficit qualiſcunque metus. Vnde etiam minæ parentum excuſant. Ab. de his quæ ui met. ue cauſ. fi. c. Perlatum.

Religioſus uerus profeſſus habitat cum uxore & tenetur reddere debitũ quando tranſitus a principio non fuit omnino licitus, quia uidelicet intrauit, & profeſſus eſt de licentia uxoris quæ non uouit continentiam, & poſt incontinens eſt, & uir officio iudicis reuocatur. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Vxoratus. Ex parte.

Religioſus ſi conuenitur ex eo quod fecit in ſeculo poteſt monaſterium eius defenſionem ſuſcipere, & illo inuito ponere omnes exceptiones ſibi competentes, & ſic non tantum profeſſi pœna transferuntur in monaſterium, ſed etiam omne ius reale & perſonale ſibi competens. Licet ipſe poſſit in iudicio eſſe de conſenſu ſuperioris, primum tamen plus placet. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Venientes. Si ſententia eſt abſolutoria præuocationis concipitur in perſonam religioſi. Si agitur in bonis ita quòd condemnatio & abſolutio ſint reales, ſiue profeſſus condemnetur, ſiue econtra, ſententia concipienda eſt in perſonam monaſterii, cum religioſus nõ habeat propriũ non poteſt ſententia condemnatoria uel abſolutoria concipi in perſonam profeſſi. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Dudum.

Conuerſi ſunt qui ſe & ſua donauerunt monaſterio habentes habitum diſparem a clericis profeſſis, & litteratis. Hi poſſunt eſſe teſtes in cauſa monaſterii. Ab. de teſtibus. c. Tuis quæſtionibus. Poteſt quis ſe & ſua donare monaſterio per modum conuerſionis, licet aliter non fiat monachus, & erit iſte cõuerſus monaſterii, & magis aſtrictus monaſterio, quàm monachus. Cum ſit quaſi ſeruus monaſterii. ſic ut etiam cauſa religionis maioris non poſſit inde recedere, & talis non poteſt teſtari. Ab. de proba. c. In præſentia. Conuerſi non ſunt de capitulo. Ab. de iure iuran. Et ſi Chriſtus,

licet

licet non poſſint tractare ſpiritualia, poſſunt tamen ea præſcribere, quia non ſunt mere layci. Ab. de præſcrip. c. Cauſam.

Conuerſi eo ipſo quòd recipiuntur conuerſi ſunt quaſi ſerui monaſterii ſic ut non habeant facultatem intrandi religionem artionem ut dicit Glo. in cap. Lex continentie 27. q. 1. Nec eſt ratio ſufficiens ſalus animæ quam non ex eundo conſequi poſſunt. Ab. de elec. c. Cum cauſam. Non ſunt uocandi ad ſpiritualia puta ad electionem prelati, ſed nec in temporalibus, & hoc de iure. Conſuetudo tamen ſeruanda eſt. Appellatione capituli non comprehenduntur conuerſi. Vbi omnes ſunt conuerſi & layci, ſicut Ieſuati ſuppoſito quòd ſint approbati omnes habent uocem in electione prælati, & in aliis negociis. Ab. de procura. c. Alia quidem. De arbi. c. Cum olim. Ab. de regulari. c. Non eſt. Factus conuerſus non poteſt inſtare ut illum recipiat monaſterium in clericum, quia quaſi ſeruus receptus fuit, & ſi fiat clericus, monaſterium non tenetur eum tenere. Ab. de elect. c. Cum cauſam. Non poſſunt tractare ſpiritualia, nec habent uocem in capitulo. Abb. de conſtitu. c. Eccleſia S. Mariæ. Conuerſi ſunt religioſi & poſſunt præſcribere iura ſpiritualia. Si ſit eorum tantum collegium, habent ius eligendi eorũ prælatum. Vbi ſunt clerici & conuerſi ſimul, non poſſunt conuerſi intereſſe actibus ſpiritualibus una cum clericis. Ab. de inſtitutio. c. In eccleſia. Conuerſi non ſunt monachi, quia non ordinantur, nec oblati, quia mutant habitum, & ſunt magis aſtricti monaſterio, quàm monachi. unde etiam cauſa artioris uitæ iure non poſſunt tranſire ad alia monaſteria, licet petant licẽtiam a ſuo ſuperiori, quia efficiuntur quaſi ſerui monaſterii, ut dicit. Glo. ubi ſuprà. Ab. de regulari. c. Non eſt.

Religioſus qui corrigitur ſecundum ſtatuta ordinis non poteſt ſuperiorem recuſare ut ſuſpectum, nec appellare, niſi ſuperior excedat fines regulæ. Ab. de appella. c. Cum ſpeciali. §. Porro. Vide. Monachi correctio. Incorrigibilis de monaſterio expellitur, & reformabitur monaſterium de fratribus alterius ordinis, ſi de religioſis eiuſdem ordinis reformari non poteſt. Ne cleri. uel monach. c. Relatum.

Religioſus poteſt decimas exigere ab aliis religioſis ſi habet parochiam ſicut clerici ſeculares, nec in hoc eſt differentia inter eos. Ab. de decim. c. Suggeſtum. Decimas poſſunt præſcribere ſic ut clerici ſeculares, quia uterque eorum habens parochiam poteſt præſcribere, quam ſi non habet non poteſt præſcribere, cum ius commune reſiſtat eis. Abb. de decim. c. Nuper.

Religioſi decimas tenentur ſoluere de fructibus poſſeſſionũ quas acquiſierunt poſt concilium generale, ſi de illis poſſeſſionibus ſoluebantur prius decimę, non obſtantibus eorum priuilegiis precedentibus. Ab. de decim. c. Nuper. Concilium hoc celebratum eſt ſub Innocen. anno domini 1237. nec tamen reuocatum eſt priuilegium de decima non ſoluenda pro noualibus, quo priuilegio gaudent omnes religioſi, quia reuocatur ſolum priuilegiũ laborum ſuorum. Ab. ubi ſuprà.

Religioſorum coloni non tenentur ſoluere decimas ſi prædia ſunt exempta, ſecus ſi exemptio religioſorum eſt perſonalis. Abb. de decim. cap. Ex parte.

Religioſi decimas non ſoluunt de ortis, & nutrimentis animalium, nec de noualibus quæ propriis manibus, aut ſumptibus excolunt. Ciſtertienſes. templarii hoſpitalarii non tenentur ſoluere decimas prædiorum ſuorũ, quę

propriis

propriis manibus aut ſumptibus excolunt. Ab. de decim. c. Ex parte. De dote monaſterii, uel eccleſiæ decimę ſunt ſoluendę, dicuntur colere propriis ſumptibus quando ſoluunt certum præcium pro illorum cultura. Item quando in omnem euentum colonus debet habere certas menſuras, ſecus ſi eſt partialis, quia tunc proprie eſt ſocius, nec ſunt etiam immunes de omnibus hortis, ſed de his tantum quos colunt ad uſum proprium. De nutrimentis animalium eſt de animalibus quæ ipſi nutrirent, uel alii ex penſis religioſorum. Abb. ubi ſuprà. c. Ex parte. Priuilegium ſuper decimas laborum comprehendit etiam ea quę non ſunt noualia. Ab. de decim. c. Ad audientiam.

Religioſi exempti eccleſias & decimas non debent recipere a laycis ſine conſenſu epiſcopi, nec debet admittere excommunicatos, & interdictos ad diuina in eccleſiis non pertinentibus ad eos pleno iure, nec inſtituunt, nec deſtituunt inconſulto epiſcopo, ſed rationem excolunt temporalem ab inſtitutis. ſi contra prædicta uenerint, eccleſię in quibus iſta aguntur, interdicto ſubiaceant, quod egerint irritum habeatur. Ab. de priuileg. c. Cum plantate. An ipſo facto eccleſia ſit interdicta, uel debeat interdici per epiſcopum, opiniones. Ab. ubi ſuprà.

Religionis ingreſſu non tollitur defectus cauſatus ex delicto alterius quo ad prælaturam conſequendam. Ab. de pœn. In quibuſdam. Nec habilitat ſimoniaci in ordine ad eius exercitium, licet tollatur defectus ſine peccato ingredientis & contrahentis. Ab. de ſimo. c. Ex tuæ.

Religioſo licet ſe defendere, ſed ſi poteſt comode petere licentiam a ſuperiore, debet petere, ſi autem non poteſt, tunc poteſt agere, quia quo ad actus naturales non cenſetur mortuus, ſicut etiam poteſt ſubuenire morienti fame ſine licẽtia. Ab. de ui. & honeſta. cleri. c. Clerici.

Religioſi poſſunt eſſe delegati papę ſi ſint priores, uel tanquàm canonici in eccleſiis cathedralibus. ſicut Panormi & Cathaniæ quia non ſunt peioris conditionis, ſed melioris quàm ſeculares. Ab. de iudi. cap. Cauſam.

In religioſo depoſitio operabitur quod in aliis clericis, ſi ipſe religioſus ſit clericus. ſi non ſit clericus non uocabitur ad capitulum, ad alios tractatus, nec recipiet præbendam ſuam, nec uictualia cum aliis, & in loco ſtricto ſtabit, uel in carcere. In tali non cadit depoſitio ab ordine. Ab. de ſimo. c. Dilectus filius.

Religioſorum diffinitores capituli poſſunt excommunicare. Ab. de regulari. c. Ne religioſi.

Religioſus habens certam diſpenſationem confirmatam a papa non poteſt priuari per abbatem. Idem eſt de poſſeſſione, ſi ſic habet eam. Ab. de præben. c. Niſi eſſet.

Religioſi non habent domicilium niſi in clauſtro ubi habent reſidere, & hoc quo ad onera, quo ad cõmodum habent domiclium ubi nati ſunt. Vnde non deſinunt eſſe ciues, quia retinent quo ad cõmodum iura ciuilia. Vnde religioſus ordinari poteſt per epiſcopum in cuius dioceſi natus eſt, licet ſuum monaſterium ſitum ſit in alia dioceſi. Abb. de foro compe. c. Poſtulaſti.

Religioſi quibus conceſſum eſt ut eccleſias eis ſubiectas in proprios uſus poſſint conuertere non auctoritate propria, ſed dioceſani, poſſeſſionem illarũ eccleſiarum debent recipere, niſi in priuilegio aliud exprimatur. Ab. de priuileg. c. Paſtoralis.

Religio-

Religioſus impetrans confirmationem a papa ſuper temporali adminiſtratione, uel prioratu, ſi tacuit ſe eſſe regularem, non ualet, ſi expreſſit reſcriptum, præſumitur falſum, quia papa non cõſueuit concedere. Ab. de confirma. util. uel inutil. c. Ad noſtram audientiam. Non poteſt eſſe adminiſtrator qui non habet proprium; ſed omnia acquirit monaſterio, concedi tamen poteſt hoc collegio, uel monaſterio. Si religioſus de conſenſu prælati adminiſtrationem recipit ad tempus, & poſt ex certa ſcientia confirmatur per papam, licet in aliis ſubdatur prælato, non tamen poteſt eum remouere. Si papa confert prioratum quem abbas conferebat, & remouebat ad nutum, & hoc ex negligentia abbatis, poteſt abbas illum remouere, ſimiliter ſi non ex negligentia ſed ſimpliciter contulit, ſecus ſi dedit, quouſque uixerit. Ab. ubi ſuprà. Et ubi ſuprà. c. Porrecta.

Religioſus poteſt habere facultatem eligendi poteſtatem ſecularem, & ex ſola electione competit electo facultas adminiſtrandi abſque alia confirmatione. Ab. de iudi. c. Significauerunt.

Religioſi clerici in electione prælati non habent uocem niſi in ſacris ordinibus. Ab. de inſtitutio. c. In eccleſia.

Religioſus poteſt eligi epiſcopus, & promoueri ad epiſcopatũ, & ad dignitatẽ eccleſiæ collegiatæ, etiam ad parochiam propter curam animarum, & prædicationem, non autem poteſt eſſe canonicus in eccleſia ſeculari, nec habere beneficium ſimplex. Si eſt monachus debet habere ſocium ſui ordinis. ſi canonicus regularis debet habere, ſi comode poteſt habere. Glo. & Ab. de ſtatu. monacho. c. Quod Dei. Non tamen poteſt ad prædicta promoueri ſine licentia prælati, & ſi non uult conſentire, & utilitas ſuggerit, debet compelli prælatus ad dandã licentiam, & ſuperior poteſt hanc licentiam dare. Ab. ubi ſuprà. c. Poteſt promoueri in epiſcopum. Ab. de ſimo. c. Sicut tuis. Religioſus poteſt eleemoſinas facere de bonis monaſterii ſine conſenſu ſuperioris, ubi tanta eſt neceſſitas quòd non poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem. Vbi eſt abſens ſine tanta neceſſitate poteſt facere eleemoſinam competentem. Si eſt in ſtudio ex quo ab aliis percipit diuina, debet eis facere eleemoſinas, & oblationes, ſicut layci faciunt. Ab. de fur. c. Si quis.

Religioſus factus epiſcopus non abſoluitur a uotis, nec ab habitu, nec ab abſtinentia. Ab. de ui. & honeſta. clerico. c. Clerici in additionibus. An conſequatur patrimonium ſuum. Ab. de cleri. coniuga. c. Quod a te. Vide. Religionem intrans ut oblatus bona &c. Vbi ſcandalum eſt, poteſt habere habitum aliis conformem, & in moribus aliis cõformari ſaluis ſubſtantialibus. Ab. de ui. & honeſta. cleri. c. Deus qui.

Religioſi licet ſint epiſcopo ſubiecti de iure communi, ſunt tamen exempti quo ad 12. contenta in capitulo. Ab. de exceſſi. præla. c. Nimis praua. Nec tenentur epiſcopo obedire contra regulam & ſtatuta approbata, nec obedire rectori parochię, nec ab eis accipere euchariſtiam. Ab. ubi ſuprà. c. Nimis iniqua.

Inter religioſos ſemper debet eſſe æqualitas reſpectu pœnarum, & bonorum monaſterii, niſi aliqui ſint male complexionati. Glo. & Ab. de ſtatu monacho. c. Ea quæ.

Religionem ingrediens debet eſſe annorum 14. perfecte. Ab. de deſponſa. impuber. c. Atteſtationis.

Religioſi excõmunicatos & interdictos nominatim admittentes ad diuina non

ſunt

ſunt irregulares, licet incurrant aliam pœnam. Abb. de præben. cap. In Lateranenſi.

Religioſus expulſus a monaſterio, uel etiam redire uolens ſalua ordinis diſciplina, ſi ex culpa abbatis tantum non debet puniri monaſterium. ſi monaſterium expulit antequàm ingrediatur aliud monaſterium, acquirit primo monaſterio, ſecus ſi poſt ingreſſum. Hoc ultimum placet, ſed de primo dubito, quia expulſus de monaſterio non uidetur amplius habere communionem cum monaſterio. Abb. de infan. & languid. expoſi. cap. Si a patre.

Religioſus ſi ſine licentia prælati & maioris partis capituli fideiubet, uel mutuum accipit, non tenetur eccleſia, & recipiens punitur, niſi mutuum uerſum ſit in utilitatem eccleſiæ. Ab. fideiuſ. c. Quòd quibuſdam. Si in ſtudio eſt de licentia prælati, & fideiuſſerit, nec eccleſia, nec peculium conceſſum ſibi obligatur, quia fideiuſſor eſt extra cauſam, propter quam conceſſum eſt peculium. Obligatur tamen cauſa ſtudii. Si accepit mutuum ex contractu inito cum particulari non obligatur eccleſia ubi non habet mandatum, niſi id uerſum ſit in utilitatem eccleſię, etiam ſi pecunia mutuata ſit prælato & capitulo, quia non poſſunt prędicta diſtrahere ſine neceſſitate, & utilitate euidenti, & exigitur probatio uerſionis, quia de redditibus prælatus & capitulum habent adminiſtrationem plenam. Si mutuum & receptum a prælato ſolo, credo quòd in uita prælati non oportet probare uerſionem, ſed hoc requiritur quando perſona particularis accepit mutuum ſine licentia prelati. Adminiſtratio prælati omnia excepta alienatione immobilium comprehendit. Poſt mortem prælati credo eccleſiam non teneri niſi probata uerſione, quia non poteſt poſt tempus uitæ ſuę eccleſiam obligare niſi ex neceſſitate, & utilitate eccleſiæ, ad quod probandũ neceſſe eſt probare uerſionem, nec aliter tenetur ſucceſſor ad debita prædeceſſoris. Alii tenent quòd ſufficit probare quòd tunc eccleſia indigebat, & hec opinio eſt æquior quo ad mutuum acceptum a prælato, niſi ubi opus eſſet diſtrahere immobilia. Si particulari perſonæ, & nulla ſumma eſt taxata per eccleſiam, uel recepit ultra ſummã non tenetur eccleſia, niſi probetur uerſio prædicta. ſi in ſumma, tenetur, nec requiritur ex uerſione utilitas perpetua, ſufficit quòd eccleſia ex eo ſit facta locupletior, & tenetur probata uerſione, quando utile eſt eccleſiæ illam uerſionem eſſe factam, quia ueriſimiliter feciſſet de proprio, alias ſecus. Credo eccleſiam teneri quantum lucrata eſt, licet plus expenſum ſit, & ſi plus fuit meliorata quàm fuerint expenſæ, tenetur ſolum ad expenſas. Vbi inferior non habet adminiſtrationem ſaltem peculii, alias tenetur ſuperior quantum patitur adminiſtratio, uel peculium. In monacho peculium dici poteſt quicquid tenet ſciente & patiente abbate, nec peccans ſic detinentes religioſi. In religioſis reſpectu acquirendi, & obligandi idem eſt, quòd de ſeruis reſpectu dominorum ſuorum. Idem forte poteſt dici de clerico. ſumma taxata hic poteſt intelligi in habentibus aliquam adminiſtrationem in monaſterio. In aliis reſpectu conſuetudinis religioſorum, qui præfigunt quandam ſummam in qua iſti poſſunt mutuo accipere pro utilitate eccleſiæ, uel neceſſitate propria qui mutuauit agit contra eccleſiam actione rei uerſę in eius utilitatem, uel negociorum geſtorum. Ab. ubi ſuprà.

Religioſi fugitiui annuatim ſunt requirendi, & cogendi ut ad monaſterium reuertantur. Ab. de regular. c. Religioſi. Fugitiuus qui non mutat ſtatum

quic-

quicquid acquirit, monaſterio acquirit. Vnde abbas poteſt eum uendicare cum omnibus bonis acquiſitis. Si promouetur ad eccleſiam ſecularem quæ acquiruntur intuitu eccleſiæ, acquiruntur eccleſiæ, ſi intuitu perſonæ, monaſterio acquiruntur, quia remanſit monachus monaſterii ſui, ex quo non fuit legitime promotus ad eccleſiam ſecularem. Si legitime eſſet promotus ad eccleſiam ſecularem, quia tunc nullam communionem habet cum monaſterio, acquirit eccleſiæ ſeculari. Si dubitatur an acquiſitum ſit intui tu perſonæ, uel eccleſiæ, recurrendum eſt ad coniecturas. ſi intrauit aliud monaſterium minus legitime reuocatur cum omnibus bonis acquiſitis, ſi legitime intrauit acquiſita ante ingreſſum ſecundi monaſterii cedunt primo monaſterio, tunc erat monachus primi, etiam ſi habebat licentiam intrandi aliud monaſterium. Si poſt ingreſſum ſecundi acquiritur ſecundo monaſterio. Quilibet abbas debet reuocare fugitiuos ſui monaſterij, & peccat, niſi reuocet, licet regula hoc non patiatur, quia mens huius con ſtitutionis uendicat ſibi locum in quolibet monaſterio. Ab. de regulari. c. Ne religioſæ.

Religioſis 15. grauamina imponere prohibentur prælati. De exceſſi. præla. c. Nimis iniqua. Licet quidam dicant iſta prohibita eſſe reſpectu mendicantium, tamen uidentur prohibita reſpectu omnium habentium regulam approbatam. Ab. ubi ſuprà.

Religioſi habitum ex cauſa honeſta accipientes, ſimiliter qui extra monaſterium portant, coguntur habitum deponere, uel profiteri. Si quis profitetur ex cauſa inhoneſta, puta ut efficiatur Abbas tenet profeſſio, etiam ſi non efficiatur Abbas. Qui proteſtatur nolle profiteri etiam poſt annum, non eſt profeſſus. Abb. de regulari. c. Clerici.

Religioſus tenetur habitum deferre, nec ualet conſuetudo in oppoſitum; nec tamen oportet prælatum religionis habere habitum, nec quod prius ſit profeſſus. Abb. de teſtamen. cap. Quia ingredientibus. Vide. Religioſus profitetur. Deferentes habitum interius non incidunt in pœnam, ſicut nec clericus ſecularis. Abb. de ui. & honeſta. cleri. c. Deus qui.

Habitus nouitiorum ubi non diſtinguitur ab habitu profeſſorum in profeſſione benedicitur. De regular. c. Statuimus.

Religioſi diuerſi habitus miſſi ad prædicandum de nouo conuerſis ad euitandum ſcandalum poſſunt ſe quo ad unum ſuperiorem habitum & propoſitum conformare. De uita & honeſta. cleri. cap. Deus qui. Ex honeſta cauſa ubicunque conueniunt diſpares habitus & obſeruantiæ, ſi ex diuerſitate generetur ſcandalum, poſſunt ſe conformare in unum honeſtum habitum, & modum uiuendi. Monachus factus epiſcopus, uel canonicus regularis poteſt ſi ſcandalum generetur aliis ſe conformare in ſuperiori habitu, & moribus eorum, inter quos uiuit. Vnde extra ſubſtantialia uota poteſt ſe conformare moribus eorum, nec poteſt ſic ſtricte ſeruare regulam, ſicut in monaſteriis. Ab. ubi ſuprà.

Religioſus qui habitum religionis profeſſorum portat. Vbi diſtinguitur ab habitu nouitiorum cenſetur profeſſus. De regular. c. Ex parte. Si diſtinctio habitus eſt talis, ut diſtinguatur tantum benedictione, deferens illum per annum eſt profeſſus, ſimiliter quando habitus eſt indiſtinctiſſimus. Vbi diſtinctio eſt patens, etiam ſi per 20. annos deferat habitum nouitiorum, non eſt profeſſus. Vbi habitus eſt communis etiam ſecularibus ut ſit

profeſſus

profeſſus oportet quod aſſumptus fuerit maior a 14. annis. Si erit minor ubi habitus eſt indiſtinctus, non obligatur, quia poteſt præſumi quod illum portet ſicut alii, qui non ſunt religioſi, ſed uiuunt cum eis. Vbi habitus eſt indiſtinctus per eius delationem per triduum ſcienter factam cenſetur quis profeſſus, ſed obligatur religioni in genere, ſi aſſumpſit infra annum probationis. Ab. ubi ſuprà.

Religioſus profitetur tacite, ſi ingrediens religionem aſſumit habitum indiſtinctum ab habitu profeſſorum, & ibi ſtat per annum, etiam ſi non ſeruetur regula. Si aſſumitur in Abbatiſſam etiam tacite profitetur, quia ingerit ſe actibus profeſſorum. Licet nouitia non poſſit eligi, poteſt tamen fieri Abbatiſſa per poſtulationem, uel collationem. Ab. de teſtamen. c. Quia ingredientibus. Admittitur quandoque profeſſio tacita per delationem indiſtincti habitus, ſi portetur per annum, & obligat ad illam religionem in ſpecie. Quandoque per ſuſceptionem habitus profeſſorum. Si concurrant iſta primo quod habitus ſit diſtinctus ab habitu nouitiorum. ſecundo quod ſciens recipiat illum habitum ſponte, & perſeueret triduo, profeſſio talis obligat ad religionem in genere tantum, & poſſunt ire ad laxiorem religionem. Ab. de regulari. c. Ad noſtram. Qui recipit habitum profeſſorum ubi ſunt habitus diſtincti, compellitur ibi uel alibi eſſe religioſus. Si portat habitum nouitiorum, poteſt ad ſeculum redire. De regulari. c. Super eo.

Qui recipit habitum nouitiorum cum propoſito mutandi uitam, & relinquendi ſeculum obligatur religioni in genere ut non ualeat amplius redire ad ſeculum. Licet fere omnes doctores ſentiant hunc eſſe uerum religioſum, & ſi matrimonium contrahat, quod non teneat. Mihi tamen uidetur quod non ſit religioſus, & uotum non ſit ſolennizatum, & matrimonium poſt cõtractum teneat, peccat tamen mortaliter in ſeculo remanendo, quia ex tali propoſito uidetur uouiſſe. Poteſt tamen ire ad laxiorem regulam. Si infra annum recepit habitum profeſſorum eſt profeſſus in genere, & matrimonium contractum poſt non ualet. In primo tamen caſu eccleſia non compellit ipſum, niſi euidenter appareat illum uoluiſſe mutare uitam, ſed relinquit conſcientiæ ſuæ. Alias poteſt nouitius redire ad ſeculum libere, niſi appareant ſigna quod abſolute uoluerit mutare uitam, puta ex propria confeſſione, uel quia renunciauit beneficia, alias ſecus. Ab. de regulari. c. Poſtulaſti.

Qui habitum profeſſorum recepit a non habente poteſtatem incorporandi non eſt profeſſus, ſed cenſetur habere uotum ſimplex, quia quantum in ſe eſt, poteſt ad hoc ſe obligare. Ab. Qui cleri. uel uouentes. c. Conſuluit. Portantes habitum religionis etiam conuerſorum falſo, poſſunt cohercerí per epiſcopum. Idem dic de fratribus. S. Antonii. & S. Ioannis miſſis pro eleemoſinis. Contra tales, & contra eos qui mittunt, poteſt epiſcopus iuriſdictionem exercere, etiam ſi ſint exempti, quia deludunt fingentes ſe eſſe religioſos, cum non ſint. Abbas de priuilegi. cap. Tua.

Promiſſio alicuius ſubſtantialis regulæ una cum ſuſceptione habitus religioſorum inducit plenam profeſſionem, & obligat ad omnia ſubſtantialia, immo ſuſceptio ſola habitus ad hoc ſufficit. Abb. Qui cleri. uel uouen. cap. Inſinuante. Vbi conſtat de animo deferentis habitum quod non intendit profiteri, ipſa delatio habitus per quantumcunque tempus

non

non inducit profeſſionem. Vnde ſimulans ſe monachum cauſa libidinis non obligatur ad monaſterium. Glo. & Abb. de priuileg. cap. Tuarum.

Hoſpitalarii & templarij ſemel in anno celebrant miſſas in eccleſia ſuppoſita interdicto, non tamen ſepeliuntur mortui confratres, & oblati eorum, qui in totum non ſe tranſtulerunt iudicari poſſunt ab ordinariis de priuileg. cap. Cum & plantare. §. Quod ſi, &. §. de confratri. Qui mittunt pro eleemoſinis cruce falſo ſignatos in prouintia tota priuantur exhortationis officio. Si miſſi ſunt layci, excommunicantur, ſi clerici, ab officio, & beneficio ſuſpenduntur, & eadem ſuſpenſione puniuntur qui ante reconciliationem in eccleſia polluta celebrant, & ſuſpenſi per epiſcopos exemptos abſolui non poſſunt, & fratres priuilegiatorum qui ad eos non omnino ſe transferunt, non ſunt priuilegiati. De priuileg. c. Tuarum.

Ieſuati non gaudent priuilegio fori, cum non ſint clerici, nec profiteantur tria uota. Qui ex eis exiit poteſt matrimonium contrahere, & habere proprium. Neſcio ſi dicam eos mortaliter peccare, quia ueniunt contra præceptum de noua religione ut ex hoc magis peccent, quam mereantur priuilegium fori. Status eorum cum non ſit approbatus eſt expreſſe prohibitus. Martinus.V. conceſſit quod poſſint in eodem ſtatu permanere ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ. Abb. de foro compe. c. Nullus.

Religioni impubes oblatus a parentibus non poteſt exire ante. 14. annum, ſecus ſi non fuit oblatus. Abb. de regulari. cap. Significatum. Cum uirum. Si ingreditur religionem poſt annum non poteſt a parentibus reuocari, & pubes per uim ingreſſus poſt annum exire, uel a parentibus reuocari non poteſt. De regulari. cap. Siquis. Nec oportet ut citius reclamet. Abb. ubi ſupra. Vide. Parentes. Si a parentibus inuitus monaſterio traditur, & maior factus recipit profeſſorum habitum ſponte, non poteſt amplius redire ad ſeculum. Ante pubertatem cogitur filius ſequi mandatum patris circa ingreſſum religionis. Ab. ubi ſuprà. c. Cum uirum.

Ad religionem non poteſt induci qui ſuſpectus eſt de incontinentia caſtitatis. Abb. de his qui fili. occide. cap. Veniens. Ingredi tamen poteſt religionem qui prohibitus eſt clericari. Abb. de pœn. cap. In quibuſdam.

Si religioſus abiurat clauſtrum iuramentum non tenet, & ſibi de hoc grauior pœna imponitur. De iureiuran. cap. Sicut ex litteris. Poteſt tamen iurare pro contractu obſeruando. Abb. ubi ſuprà. c. Ex reſcripto. Conuerſi poſſunt iurare pro teſtimonio ferendo in cauſa monaſterij, & hoc fit tantum deficientibus teſtibus. Abbas de foro compe. cap. Et ſi Chriſtus.

Religioſi poſſunt compelli per iuramentum ad promittendum obedientiam ſuo prælato, ſi prius reddiderunt ſe ſuſpectos, & contumaces in præſtando obedientiam. Idem eſt in clericis ſecularibus non habentibus curam. Sic excommunicati poſſunt incarcerari non autem aliter expelli a monaſterio. Ab. de maio. & obe. c. Cum in eccleſiis.

Religioſi in eccleſia habentes ius patronatus tantum poſſunt præſentare, nec habent iuriſdictionem in clericos inſtitutos. Poſſunt tamen exigere ra-

tionem generalem de temporalibus. Si habent eccleſiá ut redditus poſſint conuertere in proprios uſus, non habent iuriſdictionem in clericos, nec poſſunt ibi inſtituere, quia populus eſt ſubiectus epiſcopo. Si habent ibi collationem nihil ultra poſſunt ſibi uſurpari. Quando habent pleno iure ſi populus eſt eis ſubiectus pleno iure, habent etiam inſtitutionem, & deſtitutionem liberam. Si eccleſia eſt ſubiecta pleno iure, & non populus, habent inſtitutionem, & collationem tituli, ſed inſtitutio auctorizabilis quo ad curam populi pertinet ad epiſcopum. Habent iuriſdictionem ſuper clericos, & poſſunt interponere auctoritatem alienandi res eccleſiaſticas. Ab. de priui.c. Cum & plantare.

Religioſi profeſſi exeuntes ad audiendum leges, uel phyſicam, niſi infra duos menſes redierint ad monaſterium, ſunt excommunicati. In nulla cauſa poſſunt patrocinari. In choro, in capitulo, & in cæteris locis erunt ultimi, & ſine diſpenſatione papæ non promouentur. Ne cleri. uel mona. cap. Non magno. Nullus papa inferior diſpenſare poteſt, quia eſt ſtatutum concilii. ſecundo propter uerbum, omnino, Decreta & theologiam audientes cõmendantur. ſi exeunt monaſterium gratia audiendi prędicta, etiam ſi poſt non audiant ſiue in eis ſtudeant, ſiue non, excommunicationem incurrunt, ſecus ſi ex alia honeſta cauſa ſint extra monaſterium, & incidenter audiunt leges. Iſta habent locum in profeſſo tacite, & in nouitio qui uouit religionem, ſi eam ingreſſus eſt. Hodie non expectatur lapſus duorum menſium. Abb. ubi ſuprà. Eſt canon latæ ſententiæ, & in illum incidens debet per ordinarium publicari. Vbi ſuprà. cap. Super ſpecula. Incidens in hanc excommunicationem nec ad ordines, nec ad beneficia poteſt promoueri ſine licentia papæ, & clerici plures incidunt in hanc pœnam. Bononienſes habebant ſuper hoc priuilegium temporale, an modo habeant, neſcio. Nec tamen ex tali ignorantia excuſantur ab excommunicatione. Religioſi non ſunt excommunicati, niſi poſt duos menſes, ſi etiam infra id tempus non poſſunt redire. Secularibus currit tempus quando incipiunt audire. ſi religioſus exiit, & mutato propoſito ſe ad theologiam transfert, non eſt excommunicatus. In pœnalibus uerba debent intelligi cum effectu. Sic excommunicati licet abſoluantur non admittuntur poſt ad patrocinandum etiam in cauſis, in quibus alii religioſi admitterentur. Qui in clauſtro audit, uel ſtudet in prædictis, non eſt excommunicatus. Si exiſtens in ſtudio theologiæ gratia honorandi amicum uadit ad principium philoſophię non eſt excommunicatus, nec ſi propter paucitatem ſcholarium continuat ultra duos menſes, niſi faciat in fraudem. Docere & legere non prohibentur, ideo religioſi legentes in monaſterio ſiue extra non incurrunt excommunicationem. Si alicui conceditur priuilegium, quod poſſit in prædictis ſtudere, poteſt etiam in eis doctorari, & conſequenter leges legere & docere. Poſſunt tamen religioſi, & alii prohibiti in camera ſua habere libros legis ciuilis, & ſtudere in eis, non ut principaliter adiſcant leges ciuiles, ſed ut magis intelligant ius canonicum. Ab. ubi ſuprà. c. Super ſpecula.

Religioſi ſi ignorant leges excuſantur, quia ſicut ruſtici habent intendere agriculturæ, ita religioſi diuinis officiis. Ab de uo. & uoti redemp. cap. Ex multa.

Religioſi litterati honorari debent præ cæteris, & eis eſt pinguius prouidendum, quia ſunt utiliores toti eccleſiæ & æquiparantur nobilibus.

bus. Abb. de præbend. capitu. De multa.

Si religioſus litigat non debet prçlatus incohare proceſſum, quo impediatur uiſitatio, & licet ei de bonis monaſterii accipcre inuito Abbate ſententiæ excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti factę poſt denunciationem per Abbatem denunciatum, uel per alium pro ipſo in denunciantes, & eis adhærentes relaxantur, expoliati reſtituuntur. Iuramenta de ueritate tacenda relaxantur. Dicta teſtium denunciantium traduntur. Expenſæ de bonis monaſterii monachis denunciantibus miniſtrantur. Tamen propter hoc non eximuntur ab obedientia Abbatis ſine litis prçiudicio. De accuſa. cap. Olim. Superior non debet incohare proceſſum contra ſubditum, per quem poſſit impediri uiſitatio contra eum. Monachi poſſunt petere quod reſtituantur contra Abbatem eos illicite uexantem. Si monachi Abbatem denunciant, & non poſſunt expenſas habere ab Abbate, licet eis propria auctoritate capere de bonis monaſterii, cum eius utilitatem procurent, nec poſſunt contra eos agentes excipere de expoliatione. Abbas ubi ſuprà. c. Olim.

Religioſi mendicantes in eccleſiis ſuis non poſſunt habere niſi unam campanam, in eorum oratoriis nullam, & ſi habeant, & publice pulſent, poſſunt per ordinarium puniri, licet ſint exempti. Abb. de priuileg. cap. Petentibus.

Priores mendicantium poſſunt eſſe delegati papæ. Abb. de maio. & obe. c. Cum olim.

Minores non poſſunt habere legata perpetua, & ſi relinquantur hoſpitali ut annuatim eis dentur. Abb. de proba. c. In præſentia. Habent priuilegium ut poſſint hortum habere, intelligitur ad proprium uſum tantum, non autem ut poſſint de oleribus, uel herbis aliquid uendere. Ab. de decim. c. Ex parte.

Qui ſunt tertii habitus minorum non ſunt proprie religioſi, nec proprie habent regulam, ſed quendam modum uiuendi, & poſſunt conueniri in foro ſeculari. Abbas de iudi. cap. Cauſam & rubri. de regulari.

Religioſi etiam mendicantes licite celebrant ſuas primas miſſas ſolenniter. Ab. de exceſſi. præla. c. Nimis iniqua.

Monialium nomine non uenit Abbatiſſa, nec alia prælata, nec monachi, quia licet maſculinum concipiat fœmininum, non tamen econtra. Abb. de ſimo. c. Quoniam. Gaudent priuilegio. Si quis ſuadente. Abb. de ſenten. excommu. cap. Veniens. Si ignorant iura, excuſantur, & generaliter mulieres. De clericis monachis dubium eſt. Monialium receptio ſimul ſpectat ad prælatam cum monialibus. Ab. de ſimo. c. Quoniam. Moniales tenentur deferre habitum, nec ualet conſuetudo in oppoſitum. Ab. de teſtam. & ultimis. c. Quia ingredientibus. Poſſunt intrare monaſterium artius. Ab. de ſtatu monacho. c. Ea quæ.

Monachorum nomine non uenit Abbas in materia odioſa, nec in alia non odioſa. ſi prouiſio ſit fienda per ipſum, ſi autem per alium ſit facienda, uenit. Ab. de ſimo. c. Mandato. De ſenten. excom. c. Vniuerſitatis. Veniunt etiam conuerſi in materia fauorabili, non autem in materia mere pœnali. Ab. de ſen. excommu. c. Non dubium. Veniunt omnes religioſi. Ab. de poſtulan. c. Ex parte.

Abbas ſi contulit prioratum alicui quouſque uixerit, poteſt illum ab officio abſoluere, etiam ſi iuraſſet non reuocate illum. Si non eſt in memoria quod aliquis prior ſit ammotus, non tamen propter hoc poteſt induci conſuetudo quod non moueatur per Abbatem. Ab. de confirma. uti. uel inuti. cap. Ad audientiam. Poteſt autem prælatus irregularis ex modica cauſa ammoueri. Abb. de appella. cap. Inter cętera. Abbas poteſt eſſe procurator alterius, licet principaliter non uerſetur utilitas monaſterii coram iudice eccleſiaſtico. Abb. de appella. cap. Conſtitutus. Propter negligentiam poteſt deponi. Abbas de ſtatu monacho. capitu. Monachi.

Religioſi monachi non dicuntur canonici, niſi ſint inſtituti in eccleſia cathedrali, ut quando eccleſia cathedralis eſt monachalis. Abb. de ſenten. & re iudica. c. Cum.I. & A. Poſſunt eſſe canonici in eccleſia cathedrali, non tamen ſi illa ſit ſecularis. Abb. de confirma. uti. uel inuti. cap. Ad audientiam.

Monachi & fratres ſunt clerici, & litterati, habent habitum diſtinctum a conuerſis. Abb. de teſtam. c. Tuis quæſtionibus.

Monachorum correctio ſpectat primo ad Abbatem, nec requiritur capitulum, quia ex regula poteſtas monaſterii eſt penes Abbatem. Vbi autem eſſet nimis ſeuerus in corrigendo, adhiberi debet capitulum. Ab. de regulari. cap. Ioannes. Non concurrit epiſcopus cum Abbate, ut ſit locus præuentioni, in defectum tamen Abbatis epiſcopus poteſt ſupplere, ſecus in aliis prælatis ſecularibus habentibus ſubditos. Abb. de capel. monacho. cap. Ad audientiam. De ſenten. excommu. cap. Monachi. Correctio monachi ſpectat principaliter ad Abbatem, etiam excluſis capitulo, & epiſcopo quo ad regulam, & conſtitutiones. Abb. de appella. c. Ad noſtram.

Monachi poſſunt habere eccleſias parrochiales ſibi ſubiectas quo ad temporalia, & ipſi habent tantum præſentationem ad eas. Inſtitutio pertinet ad epiſcopum, nec poſſunt redditus recipere ſuperfluos prius detracta debita portione pro uicario, uel rectore inſtituendo, & pro epiſcopalibus iuribus ſoluendis. Non eſt diſtinguendum de uicario an habeat, uel non habeat patrimonium, quia ſemper poteſt uiuere de redditibus eccleſiæ, cui ſeruit. Abb. de præben. c. Monachis. Non tamen poſſunt poni ſinguli per parrochias. De ſtatu monacho. c. Monachi. Si eccleſia eſt ſubiecta monaſterio non debet inſtitui ſolus, ſi non eſt ſubiecta, poteſt, & tunc nullam communionem habet cum monaſterio. Abb. ubi ſuprà. cap. Monachi. Monachus poteſt præfici eccleſiæ cathedrali, ſi tamen ſit in congregatione, non poteſt exercere curam animarum, quam nunquam exercere debet. In defectum tamen clericorum ſi eligitur a populo, debet inſtitui per epiſcopum. Vbi reperitur clericus ſecularis idoneus, epiſcopus illũ inſtituet de conſilio monachorum, non tamen requiritur aſſenſus. Si monaſterium habet ius patronatus præſentabit clericum, ſin autem, modo ſupradicto inſtituet epiſcopus. Vbicunque populus non eſt exemptus, inſtituit epiſcopus. Valet tamen conſuetudo quod monachi per ſe exerceant curam. Ab. de capel. monacho. c. In eccleſiis. De iure communi monachi non habent populum, ſed datur eis ex priuilegio. Ab. de ſepultur. c. In noſtra.

Monachus excommunicatus propter impoſitionem uiolentã extra clauſtrum abſol-

abſoluitur per Abbatem non per epiſcopum, ſecus ſi percuſſit clericum ſecularem. Ab. de ſen. exco. c. Cum illorum.

Monachus filius unius monaſterii ut dicatur filius alterius monaſterii oportet iterum profiteatur in ſecundo monaſterio. Abb. de uerbo. ſignifica. c. Abbate

Monachum non facit habitus, ſed profeſſio regularis. De regulari. c. Porrectum. Profeſſio quandoque reſultat ex deportatione habitus, & facit monachum, quia præſumptio eſt pro profeſſione. Vbi præſumptio ceſſat quantumcunque portet habitum, nunquam eſt profeſſus, nec monachus. Glo. & Ab. ubi ſuprà.

Monachus aliquod monaſterium tenere, uel habere peculium non poteſt. De regulari. c. Ioannes. Si ſit in alio monaſterio poteſt Abbas repetere ſuum monachum, & Abbas habet primum corrigere monachos, nec requirere conſenſum tenetur capituli, nec conſilium. Si ad aliud monaſterium tranſit etiam eiuſdem ordinis poteſt dici apoſtata quo ad obedientiam ſui prælati. Abb. ubi ſuprà.

Monachus non poteſt quis eſſe in duobus monaſteriis, nec Abbas in duabus Abbatiis, nec quis in duobus collegiis. De præben. c. Præterea. Non poteſt monachus in diuerſis monaſteriis habere locum monachi, nec Abbas poteſt eſſe in duabus Abbatiis. De religio. domi. c. Ne nimia. Poteſt tamen ſi unum monaſterium eſt ſub alio. Si monachus ſit prior in conuentu qui habet electionem per ſe, uel habet bona diuiſa non debet uocari ad electionem Abbatis, & ſi aliquid acquirit, acquirit monaſterio, ubi eſt prior, non autem illi in quo receptus eſt. Ab. ubi ſuprà.

Monachi non poſſunt ſinguli in prioratibus commorari, etiam ſi ſuper hoc habeant reſcriptum Apoſtolicum, niſi in illo fiat mentio de concilio Lateranenſi, etiam ſi deficiant facultates. Abb. de capel. monacho. c. Ex parte tua. Ordinarius compellit Abbatem, & monachos ad redeundum ad monaſterium, uel quod eis ſocios adiungant. Vbi ſuprà. cap. Ad audientiam. Si redditus non ſufficiunt, poteſt Abbas regularem prioratum dare ſecularibus. Vbi ſufficiunt pro duobus, nec ſecularibus, ne alterius monaſterii monachis poteſt dare. Si cum auxilio conſanguineorum poteſt tenere ſocium, cum pulſio iſta ceſſet. Intellige prædicta de monaſterio clauſtrali, quia non deſinit eſſe monachus, quia ſi ad eccleſiam non ſubiectam monaſterio perpetuo promoueatur, non tenetur Abbas ſibi dare ſocium. Ab. ubi ſuprà. c. Ad audientiam.

In prioratibus conuentualibus per electionem inſtituti non ſunt reuocandi ſine rationabili cauſa, ut ſi ſit dilapidator, uel incontinenter uiuat, uel pro maiori officio. De ſtatu monacho. c. Monachi. Abbas propter negligentiam poteſt deponi. Ab. ubi ſuprà.

Ex malitia Abbatis monachi puniuntur. Abbas & maiores de conuentu, quando ipſi tantum fuerunt culpabiles. Si conuocato conſilio delictum explicatum eſt omnes debent puniri, etiam qui in capitulo interfuerunt, & tacuerunt. Ab. de ſimo. c. Veniens. & melius. Abb. ubi ſuprà. c. Dilectus filius. ſecundum.

Monachi debent ſtudere non ſolum in gramatica, ſed etiam in ſcientiis non interdictis eis. Ab. de magiſtr. c. Quia nonnulli.

Religioſi poſſunt habere monaſterium in uillis, debent tamen eſſe honorabiles. Ab. de exceſſi. præla. c. Nimis praua.

Nouitius non tenetur probare regulam in habitu religionis ſemper, cum non habeatur ex regula, tamen ſtandum eſt conſuetudini. Ab. de regulari. c. Super eo. Qui habitum nouitiorum aſſumpſit poteſt in tempore probationis ad ſeculum redire, niſi appareat eum omnino uoluiſſe uitam mutare. In iure dubium eſt, an debeat experiri in habitu ſeculari religionem. Abb. de regular. c. Conſulti. Infra annum probationis liber redit ad ſeculum, niſi ſit profeſſus tacite, uel expreſſe, uel appareat eum uitam uoluiſſe mutare. De regulari. c. Statuimus. Poſt annum non poteſt, ubi habitus nouitiorum non eſt patenter diſtinctus; Si proteſtatus eſt quod intendebat probare regulam, exeundo recuperat omnia bona, quę donauerat monaſterio, ſi non præſumitur quod uoluerit mutare uitam ex eo quod prius diſpoſuit de bonis. Si ex confeſſione ſua patet, quod uoluerit uitam mutare, ideo habitum aſſumpſit, uel prius fecit teſtamentum, uel donationes, uel reſignauit beneficio, uel quid ſimile præſumitur quod uoluerit uitam mutare. Ab. ubi ſuprà. c. Statuimus.

Religioſi quot debent eſſe in monaſterio. Ab. de inſtitu. c. Non amplius. Vide. Clericorum numerus. Oblatus.

Religioſus non tenetur obedire prælato, quando mandatum eſt impeditiuum notorii, quod contra prælatum agitur. Ab. de accuſa. c. Olim. Vide. Prælatus lite pendente.

Religioſus quando obligat, uel non obligat monaſterium. Abb. de fideiuſſio. cap. Quod quibuſdam. Vide. Religioſus qui fideiubet. Obligatio inter ſubditum & prælatum eſt nulla. Vnde tranſigi non poteſt cum ſubiectione temporali. Abb. de tranſac. cap. Præterea. De arbi. c. Quo tempore.

Religioſus ad obſeruantiam religionis poteſt compelli, quæ proprie conſiſtit circa contenta in regula, & ad obſeruantiam ordinis, quæ eſt circa ſtatuta ordinis facta poſt regulam. Vnde religioſo poſt profeſſionem poteſt indici durior uita, quia tenetur ad ſtatuta ordinis, & ſtatuta ab aliis, & capitulo monachos ligant, & ſufficit notitia, quia renunciauit proprię uoluntati, ſecus eſt de clerico ſeculari. Abb. de appella. c. Ad noſtram. Compelli poſſunt religioſi ad obſeruantiam per Abbatem, & eo negligente, uel diſſolute uiuente per epiſcopum, & ſi reſiſtunt uiuere regulariter, poſſunt de monaſterio expelli, quod ſi non poteſt reformari de fratribus eiuſdẽ ordinis, reformabitur de fratribus alterius ordinis. Si omnes defecerint ponet epiſcopus clericos ſeculares, non tamen poteſt epiſcopus indicere arctiorem regulam, quam ſit natura monaſterii. Papa tamen poteſt arctiorem indicere uitam. Abb. ne cleri. uel monach. c. Relatum.

Religioſus ſi recipiatur in monaſterio, in quo non eſt memoria in contrarium quod eſus carnium ſit prohibitus, de nouo aſſumens habitum non peccat ſequendo mores diuturniores eorum, maxime papa ſciente, & tolerante. Conſuetudo tanti temporis inducit præſcriptionem. Idem eſt de aliis concernentibus ſolennitatem. Idem uidemus in clericis ſecularibus. Si reformetur monaſterium prius recepti tenentur ad obſeruantiam. Abb. de ui. & honeſta. cleri. c. Deus qui. Qui ingreditur monaſterium, ubi non ſeruatur antiqua regula etiam quo ad habitum, & non profitetur regulam antiquitus inſtitutam, ſed illam quæ ſeruatur de præſenti, talis ſecundum Hoſti. religioſus non eſt, ſed reformato monaſterio com-

compellitur profiteri, uel exire. Abb. de regular. cap. Vt clerici: Qui intrauit monaſterium ubi non ſeruatur antiqua regula, ſi reformatur monaſterium qui profeſſus eſt tempore uitę laxioris ſi ſit iuriſperitus, uel ei fuit lecta regula, eſt ſimpliciter profeſſus ex regula, & poteſt compelli ad obſeruantiam regulæ reformatæ. Secus ſi dixit ſe nolle obligari niſi ſecundum conſuetum modum uiuendi, uel obligatus eſt ſolum ad ea, ad quæ habet animum ſe obligandi ultra tria ſubſtantialia. Antequam reformetur monaſterium, ſi non eſt memoria quod illa accidentalia ſeruarentur, non peccant ſeruantes ſubſtantialia, & non accidentalia. Maior pars poteſt reformare monaſterium, & ſtatuta regulę facere inuita parte minori. Papa poteſt uitam religioſorum arctare, & puto quod etiam ſolus Abbas hoc poſſit, quia quantumcunque ſit durum quod per Abbatem præcipitur, non habet monachus unde reſiſtat, ſi id ſit licitum, & poſſibile. Ab. de regulari. c. Super eo. Si in monaſterio non eſt memoria an ibi licitus fuerit eſus carnium, nec apparet de licentia ſuperioris, poſſunt impune ueſci carnibus, donec monaſterium reformetur, ex quo iſti non fuerunt auctores. Idem poteſt dici de accidentalibus regulæ. Superior tamen ex officio ſuo debet his ſuperintendere. Ab. de ſtatu monacho. c. Cum ad monaſterium.

Religioſi qui pro debito monaſterii iurant ſtare in obſtagio, & fideiuſſores iurantes creditorem indemnem ſeruare coguntur iuramenta ſeruare. Ab. de iureiuran. c. Ex reſcripto. De licentia pręlati poſſunt ſe obligare ad ſtandum in obſtagio perſonaliter, & cum iuramento, non tamen poteſt prælatus concedere quòd totus conuentus remaneat extra monaſterium, nec quòd monachus remaneat extra in perpetuum, niſi ex urgenti cauſa, & magna neceſſitate. Licet poſſit cogi ad ſeruandum iuramentum, non tamen poſſunt teneri inuiti, de licentia tamen abbatis obſes poteſt teneri inuitus. ſi ſine licentia retinet, excommunicationem incurrit, ſimiliter excommunicatus eſt qui clericum detinet inuitum, nec epiſcopus in hoc poteſt diſpenſare. Ab. ubi ſuprà.

Religioſus ab ordinis promotione impeditur ſola inhibitione pręlati nulla cauſa apparente, non autem ab executione ordinis iam ſuſcepti. Glo. & Ab. de ſimo. c. Ex tuis.

Religioſi habentes ortum ex priuilegio de quo non ſoluunt decimas intelligitur de horto ad proprium uſum tantum, non autem de herbis uenditis. Ab. de decim. c. Ex parte.

Religioſi omnes utriuſque ſexus exiſtentes in parochia ſubditi ſunt parochiano niſi ipſi ſint clerici. Ab. de capel. monach. c. Dilectus.

Religioſus minus peccat quā laycus in eodem genere peccati, niſi peccet contra uotum, & quando per contēptum excedit, quia magis ingratus, & quando peccat publice propter ſcandalum. Minus peccat propter merita pręcedentia, & ſequentia. In dignitate poſitus ut epiſcopus leuius peccat quàm inferior, cum religioſus ſit in ſtatu perfectionis; & hoc niſi peccet contra uotum in receptione ordinis, uel ex contemptu, uel publice ſcandalizet alios. Meretur etiam magis religioſus quàm laycus ex eodem generę boni. Ab. de iureiuran. c. Cum quidam. Vide. Peccato datur pœna. Religioſus ueniens cōtra regulam non peccat mortaliter, niſi ſit contra uotū, uel peccet ex contemptu, uel ducat in conſuetudinem. Abb. de conſtitu. c. Concupiſcentiam. Religioſo debetur minor pœna quàm layco, ſi am-

bo ęqualiter delinquunt. Ab. de offi. lega. c. Niſi ſpecialis. Vide. Princeps ex ſpeciali. Cum religioſo agitur durius quàm cum ſeculari quo ad priuationem beneficii. In aliis pœnis agitur mitius, niſi ſit contra ſubſtantialia, & facilius diſpenſatur quàm cum clericis ſecularibus. Ab. de dolo & contuma. c. Ex litteris. Religioſus grauius puniendus eſt data paritate delicti, quàm clericus, quia non tantum a uetitis, ſed etiam a licitis debent abſtinere, & hoc ubi peccant ex contemptu, uel contra uetum, uel publice cum ſcandalo aliorum, alias nec grauius peccant, nec grauius puniuntur propter bona opera præcedentia. Ab. Ne. cleri. uel monach. cap. Sed nec.

Religioſi peculium eſt quicquid tenet ſciente pręlato, & patiente. ſola patientia ſufficit ut dicatur peculium, nec peccat religioſus ſic tenens. Ab. de fideiuſ. c. Quod quibuſdam. Habens peculiũ ſine licentia abbatis a communione remouetur, & ſi moritur ſepultura, & communione fratrum priuatur. Ab. de ſtatu monacho. c. Monachi. Nullus religioſus poteſt habere proprium, poſſunt tamen de licentia abbatis habere adminiſtrationem pro utilitate monaſterii, uel alendo ſeipſum, non autem poteſt pręlatus nec papa concedere quòd diſponat ad libitum. Ab. ubi ſuprà. cap. Monachi.

Religioſi ad proceſſiones cum epiſcopo & clero non tenentur ire ex leui cauſa, etiam ſi ſubiiciantur epiſcopo, ſecus ſi ex magna, ut in primo ingreſſu epiſcopi, uel legati, uel propter aliquod flagellum, uel ad letanias. Credo quòd prædicatores & minores propter eorum exemptionem non releuentur, quin teneantur uenire, quando proceſſio fit ex magna cauſa. Exempti in multis ſubduntur epiſcopo, & eorum exemptio eos non releuat. Ab. de exceſſi. pręla. c. Nimis praua. Non poſſunt cogi per epiſcopum ad proceſſiones, niſi ex magna cauſa de iure communi. Abb. de offi. iud. ordinar. cap. Dilecti.

Religioſus poteſt prædia aliena conducere, ubi propria non ſufficiunt, alias ſecus. Glo. & Ab. de decim. c. Dilecti filii. Non poſſunt proprio nomine poſſeſſiones conductas habere. Ne cleri. uel monachi. Secundum. Poſſunt tamen habere nomine monaſterii, ſed non proprio nomine, cum non poſſint habere proprium. Ab. ubi ſuprà.

Prædicatores & minores habent priuilegium quòd celebrare poſſint cum altari uiatico, an modo habeant hoc priuilegium, quidam dicunt quòd nõ, quia modo habent eccleſias conſecratas, ſed puto ubi eccleſia non eſt conſecrata adhuc habent priuilegium, nec requiritur licentia epiſcopi, quia priuilegium eſſet omnino nullum, ſecus ubi papa concedit eccleſiam conuertendam in uſus proprios, quia acquiſitium eſt eis ius, ſed non poſſeſſio, ideo inducuntur in poſſeſſionem per epiſcopum. Abb. de priuileg. cap. In his.

Prędicatoribus ne prælati imponant 12. grauamina, mandatur. Ab. de exceſſi præla. c. Nimis praua.

Prædicatores & minores hic dicuntur in paupertate artiſſima, quia non poſſunt habere aliquam proprietatem etiam in communi, ſed debent uiuere de eleemoſinis, & incerta mendicitas debet eis tribuere neceſſaria. ſicut minores non poſſunt habere annuos redditus perpetuos, ita nec prædicatores. Vnde relicta quæ ſunt ſenis communiter hoſpitali cum onere ut det certum redditum annuatim mendicantibus non ualet, quia hoc eſt habere

bere

bere proprietatem, & tot poſſunt eſſe redditus quòd non opotteret me-dicare contra regulam, & ſtatuta eorum. Prædicatores non ſunt incapa-ces ex regula, ſed ex conſtitutionibus, nec poſſunt prædia habere, niſi hor-tum tantum. Ab. de exceſſi. prę la. c. Nimis praua.

Prædicatorum ordo ſemper præponitur ordini minorum ubi ſimul fit mentio de utroque, quia ordo prædicatorum prius fuit approbatus, licet eodem anno, ideo magis honorandus eſt ordo prædicatorum. Ab. de exceſſi. prę la. c. Nimis iniqua.

Religioſus pręlatus poteſt præſcribere cõtra capitulum ſuum ut ipſe exerceat pertinentia ad collegium ſuum, & capitulum quandoque præſcribit contra prælatum. Ab. de his quæ fiunt a prę la. c. Ea noſcitur.

Religioſus a prę latione remoueri non debet propter infamiam, ſi poteſt ſe de illa purgare, licet remoueri poſſit ex leuiori cauſa quàm ſecularis prelatus. Glo. & Ab. de appella. c. Quia nos. Confirmatus a papa poteſt abſolui per ſuperiores, niſi papa prælationem illi dederit, quouſque uixerit. Ab. de confir. uti. uel inuti. c. Ad audientiam.

Religioſus poteſt eſſe procurator pro utilitate monaſterii abbate imperante. Item pro abbate, Item pro omni utili amico, uel defenſione monaſterii, Item de uoluntate epiſcopi, pro utilitate communi, uel publica eccleſia-rum. Abb. de ſenten. & re iudica. c. Cum. I. & A. Religioſus ſimplex a procuratione repellitur, poteſt tamen eſſe procurator epiſcopi. Prę latus autem poteſt eſſe procurator. Ab. de cenſi. c. Sopite.

Religioſus non poteſt eſſe aduocatus niſi pro utilitate monaſterii, & præcepto abbatis ſui, nec in foro ſeculari, nec in eccleſiaſtico, niſi ut ſuprà, ſic ta-men quòd utilitas monaſterii, & præceptum ſuperioris concurrant, & tũc in utroque foro poteſt eſſe aduocatus. Et licet poſſit pro amico mona-ſterii aduocare, non tamen pro aliis ut releuet monaſterium grauatum de bitis, licet Lapus ſentiat contrarium. An poſſit eſſe procurator & arbiter, hic ponuntur opiniones. Ab. de poſtulan. c. Ex parte. Non poteſt eſſe pro-curator niſi habeat mandatum ſuperioris, & uerſetur utilitas eccleſiæ, & hoc de religioſo ſimplici intellige, quia ſi habet adminiſtrationem, uel dignitatem, poteſt eſſe procurator alterius. Abb. de procurato. cap. In noſtra.

Religioſus quilibet poteſt procuratorem inſtituere ubi poteſt in iudicio eſſe. Vnde in abſentia ſuperioris expoliatus poteſt petere reſtitutionem, & age-re de iniuria illata, ſi prælatus ſit abſens. Studens poteſt in ſtudio omnia facere, & in ſtudio experiri ſine quibus non poteſt in ſtudio commode ſta-re. Expulſus iniuſte monaſterio poteſt petere reſtitutionem. Ab. de re-ſcrip. c. Sum dilecta. Inſtituere poteſt nomine proprio in cauſis quas po teſt habere nomine proprio, ut ſi fiat inquiſitio contra ipſum, uel ipſe pro-moueat inquiſitionem contra prælatum, ut ſi licite fuit electus ad propriã eccleſiam, uel aliam, & conſenſit de licentia prælati. Item quando accu-ſat proprium prælatum, & generaliter quando licet iſti agere, licet etiam per alium litteras impetrare, & cauſam proſequi. Vbi habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ſiue agat, ſiue conueniatur. Si agit contra monachum ex cauſa orta ante monachatum, narratio facti erit in perſona monachi. Idem ſi obligatio ſiſtat in perſonam monachi, licet ſententia debeat ferri in monaſterium, & executio in bonis quę peruenerunt ab eo, ad monaſterium. Si non habet, ſatisfaciet ſcribendo, uel aliud honeſtum

4 a 2

opus

opus faciendo. Poteſt etiam inſtituere procuratorem ad denunciandum malum prælatum, & pro proſequutione cuiuslibet negocii in quo monachi plures admittuntur agendo, uel defendendo, & poteſt inſtituere unum ex ipſis contra uoluntatem epiſcopi, & Abbatis. In cauſa quam habet contra prælatum poteſt inſtituere procuratorem regularem, uel laycum etiã conſortem eiuſdem litis. Item poteſt deferre proprium prælatum de crimine, & de criminum infamia, & implorare ut commiſſio fiat ſuper ueritate. Idem poſſunt clerici contra epiſcopum ſuum. Ab. de ſenten. & re iudica. c. Cum. I. & A.

Si quis profitetur ex cauſa inhoneſta, puta ut fiat Abbas, tenet profeſſio, etiam ſi non efficiatur Abbas. Ab. de regulari. c. Clerici. Vide. Religionis habitum. Qui profitetur conditione appoſita, quod poſſit habere proprium, cum ſit contra ſubſtantiam profeſſionis, an ſit profeſſus. Item cum conditione ut habeat adminiſtrationem, opniones. Mihi uidetur quod non ſit profeſſus, quia remota principali parte actus ſubſtantialis remouetur actus, & talis conditio uitiat actum, etiam ſi ſit reſolutoria. Prælatus eccleſiæ, etiam ſerui domino præiudicant in agendis, & Deus non recipit obligationem niſi a uoluntario, & iſte noluit aliter obligari, & inter homines non ualet contractus, niſi ambo conſentiant. Ab. de conditio. apponen. c. Si conditiones. Vide. Profiteri poteſt in domo. In regula non ponitur forma ſubſtantialis profeſſionis. Vnde ualet profeſſio per quæcunque uerba facta non obſeruata forma regulari, nec defectus formæ habet uitiare actum obligationis directæ in Deum. Ab. de regulari. c. Porrectum.

Profiteri poteſt quis in domo propria, & poteſt Abbas ſtatuere ei certum locum ubi moretur, & dare ſibi ſua bona in adminiſtrationem, nec eſt contra ſubſtantiam monachatus. Nullus citra papam obligare ſe poteſt ut monachatum perpetuo relinquat in certo loco. Quando quis profitetur ſeruando ſibi ſua, in dubio uidetur ſibi reſeruaſſe illa bona ut obedientiarius, ſi conſtat quod omnia ſibi reſeruare uelit per uim conditionis ſuſpenſiue, uel reſolutiue uitiatur contractus, & non conditio ſi per uiam pacti, quia dicit nec aliter, nec alio modo profiteri intendo, iſta uerba habent uim conditionis, ſi ſimpliciter per uiam pacti, uel modi, opiniones. Mihi uidetur quod tranſierit in aliam ſpeciem contractus, & erit quaſi obligatus monaſterio, licet non in totum, & ſic obligatur ad omnia præterquam ad reſeruata, ſi uerba hoc poſſunt pati. Si uerba non patiuntur ut fiat tranſitus ad alium contractum, puto pactum interficere contractum. Ab. Qui cleri. uel uouen. c. Inſinuante.

Qui profeſſionem fecit, licet nunquam permanſerit in clauſtro, ſed in ſeculo, & ſemper uſus fuerit bonis ſuis ad obſeruantiam regularem compellitur. De regulari. c. Sicut nobis. Abbatis negligentia non debet obeſſe monaſterio, ideo monaſterium poteſt uendicare illius bona, nec currit præſcriptio contra obedientiam, ſi eſſet mortuus, & ipſum non reuocaſſet ad bona eius aſpirare non debet, quia quem uiuum contempſit, non poteſt mortuum dicere eſſe ſuum. Glo. ubi ſupra. Semel profeſſus etiam ſi nunquam aſſumpſit habitum, nec monaſterium intrauit, tenetur ad religionem, & poteſt compelli uiuere in monaſterio. Abb. ubi ſupra. c. Porrectum.

Profeſsio ante annum. 14. completum non obligat, poſt ſi ſit per ſuſceptionem

nem habitus profeſſorum etiam non obligat niſi detur perſeuerantia tridui. De regulari. c. Ad noſtram. In uerbali profeſsione non requiritur perſeuerantia tridui, in alia ſic requiritur perſeuerantia tridui, quòd ſine ea non obligat, etiam in genere. Idem eſt de omni uoto quo ad obligationem intrandi, quando neſcitur quo animo fiat. Abb. ubi ſuprà. Non poteſt obligari minor. 14. anno, niſi maior factus ratum habeat. Vbi ſuprà. cap. Significatum. Ad ueritatem profeſsionis requiritur 14. annus completus, nec malitia ſuplet ætatem, quia de maiori præiudicio & obligatione agitur in profeſsione, quam in matrimonio. Vbi dura eſt religio requiritur pubertas plena uidelicet ætas annorum. 18. In minori ætate profeſsio facta non obligat adueniente pubertate, niſi expreſſe profeſsionem retificet, uel perſeuerauerit per totum. 15. annum, ubi habitus ſunt indiſtincti. Abb. ubi ſuprà. & ubi ſuprà. c. Poſtulaſti. Vbi religio eſt dura, requiritur ætas. 18. annorum. De regulari. c. Quia in inſulis. Iſta diſpoſitio habet locum ubicunque eſt durior congregatio, ideo mihi placet opinio quod extendatur ad prædicatores, & minores. Si tamen profitetur contra hanc conſtitutionem, profeſsio tenet, quia papa non irritat, & hoc in fauorem eſt profitentium, ſicut & in regula prohibentur profiteri ante annum, & tamen profeſsio ualet, licet prælati ſint puniendi. Hæc obligatio acquiritur Deo, quæ non impeditur ex prohibitione conſtitutionis humanæ. Abb. ubi ſuprà. Infra probationis tempus profeſsio recipi non debet, tamen facta tenet. De regulari. c. Ad Apoſtolicam. Annus datur ut experiatur illam religionem, & religio experiatur mores eorum, ideo iuſte poteſt expelli, ſi eius mores non placent. Inter mendicantes ſi profitetur ante annum tenetur ad religionem in genere, non autem in ſpecie, & requiritur probatio per continuum annum, alias non obligat, niſi in genere, nec ſufficit tempus interpollatum, licet quidam hoc teneant. Abb. ubi ſuprà. c. Ad Apoſtolicam.

Profeſsio facta ſine ſuſceptione habitus tenet. De regulari. c. Porrectum. Non oportet profeſsionem fieri in ſcriptis. Per hæc uerba trado, nec tibi in monachum, & fratrem inducitur profeſsio. Habitus eſt de accidentalibus monachatus, ut tamen ualeat oportet profeſsionem recipi ab habente poteſtatem incorporandi, uel de mandato eius. Epiſcopus licet poſsit aliquem ad quandam profeſsionem recipere, ab eo tamen receptus non eſt proprie religioſus, nec eſt profeſsio proprie, nec uotum ſolenne, nec dirimit matrimonium poſt contractum. Abbas ubi ſuprà. Semper oportet recipiatur ab habente poteſtatem incorporandi, uel de mandato eius. Abbas ubi ſupra. cap. Ad Apoſtolicam. &. c. Conſultationi.

Religioſus profeſſus quod non poſsit contrahere matrimonium ualide ex conſtitutione eccleſiæ habet, qua remota tenet matrimonium, & eccleſia poteſt ſtatuere quod matrimonium contractum poſt profeſsionem ſit ualidum. Glo. & Ab. Qui cleri. uel uouen. c. Rurſus.

Mulier profiteri poteſt regulam maſculorum & religionem in manibus eorum, & erit uere religioſa, licet non intret monaſterium monialium, nec habitum ſuſcipiat. Abb. Qui cleri. uel uouen. cap. Inſinuante. Vir ſi profitetur in monaſterio monialium ualet profeſsio, & poſt compellitur intrare monaſterium monachorum. Ab. de priuileg. c. Tua.

Si quis ſtat pro religione, & alter negat profeſsionem, poteſt ſibi deferri iuramen-

ramentum uoluntarium, uel neceſſarium ut probet hoc. Nam cauſa non eſt grauis reſpectu monaſterii. Idem puto ubi quis negat ſe feciſſe profeſsionem, & Abbas pro monaſterio ſtat. tunc probatur ſemiplene, tamen debet iuramentum deferri reo, ut iuret ſe non eſſe profeſſum, ut ſic purget præſumptionem quæ inſurgit contra eum, cum ſemiplena probatione, licet ex alia præſumptione Abbati non debeat iuramentum deferri, quia reſpectu alterius cauſa eſt præiudicialis, & grauisſima, quia agitur quaſi de ſtatu hominis. Ab. de raptori. c. Cum cauſa.

Profesſione ſoluitur quis a patria poteſtate. Si pater profitetur cum ſit in poteſtate prælati, non poteſt filium habere in poteſtate. Ab. de regulari. c. Siquis.

Profiteri poteſt quis per procuratorem. Ab. de præben. c. Accedens.

Profitetur tacite qui promittit conuerſionem, & renunciat beneficio. Ab. de ſtatu monacho. c. Quod Dei. Item per habitus ſuſceptionem. Vide. Religioſus qui habitum. In religione approbata profesſio tacita impedit, & dirimit matrimonium contrahendum. Ab. de cleri. coniuga. cap. Sin qui clericorum.

Nouitia quæ ſponte ſe ingerit actibus profeſſarum cenſetur profeſſa. De regulari. c. Vidua. Si exercet actum pertinentem tantum ad profeſſas de iure communi, uel ſtatuto, uel conſuetudine cenſetur profeſſa, & ad hoc requiritur quod ſe ſponte ingeſſerit, quod ſit nouitia quę intrauit monaſterium ut eſſet religioſa, & quod ſciret illum actum pertinere ad profeſſas tantum, & per triduum perſeueret in eodem propoſito, & hoc uerum ubi concurrit tantum alterum prædictorum. Abb. ubi ſupra.

Profeſſus tacite poteſt inſtare ut monaſterium compellatur recipere eum ad profesſionem expreſſam, quia ex tacita profesſione ipſe obligatur monaſterio, & econtra. Acquiſiuit enim ius monachatus, & collegii, nec poteſt ſine cauſa amplius expelli. Quando ipſi nolunt aliquos recipere uolentes intrare poſſunt implorare officium ſuperioris, ut eos cogant ad recipiendum, niſi allegent iuſtam cauſam, quia ad hoc monaſteria ſunt inſtituta. Qui nouitius ſtetit per annum, poteſt agere ut recipiatur ad profesſionem, niſi monaſterium asſignet iuſtam cauſam. Ab. de elec. & electi poteſ. c. Cum cauſam.

Qui legitime ſe transfert ad aliam eccleſiam regularem iterum profitetur ibi. Ab. de pręben. c. Præterea.

Profesſionem oportet eſſe uoluntariam, & ſpontaneam. Quę fit per metum eſt ipſo iure nulla, nec oportet eam reſcindi per actionem, quod metus cauſa. Vt teneat in maſculo requiritur ętas. 14. annorum, in fœmina duodecim, quia ętas ad matrimonium carnale apta cenſetur apta ad ſpirituale. Ab. de regulari. c. Nullus.

Proſeneta poteſt eſſe teſtis. Vide in uerbo. Teſtis poteſt eſſe. Et in uerbo. c. Tranſactionis mediator.

Recipimus in protectionem & in Epiſtolæ ius beati Petri quid operatur in priuilegiis. Ab. de priuil. c. Recipimus.

Rector eccleſiæ non poteſt tranſigere. Vide in uer. c. Tranſactio facta de rebus eccleſiæ.

Religioſus non poteſt habere proprium, poteſt tamen habere adminiſtrationem alicuius peculii permittente ſuperiore, qui poteſt etiam concedere uſumfructus certarum rerum in ſuas neceſsitates conuertendum, ſicut Ab-

bas

bas habet adminiſtrationem rerum ſpectantium ad monaſterium, ita poteſt alteri concedere. Valet etiam ſtatutum ut pro indumentis, & aliis neceſſariis recipiat quilibet monachus decem. Si eligitur in papam, an poſſit inuito Abbate acceptare. Abb. de regula. cap. Ioannes. De præbend. c. Niſi eſſet. Qui profitetur in religione ea conditione ut poſſit retinere bona, intelligi debet quo ad uſumfructus, ut ſic res intelligatur ſecundum ſubiectam materiam. Ab. de ſtatu monacho. c. Monachi. Talis non eſt religioſus, quia contra ſubſtantialia religionis eſt profeſſus. Glo. ubi ſuprà. Ingrediens religionem ſi eſt uſufructuarius, non extinguitur per profeſſionem, ſed durat uſusfructus eo uiuente, & monaſterium ſuccedit. Ab. de pignori.c. Cum conſtet. Vide. Abbas poteſt habere.

Religioſus qui non reſignauit proprium in morte non debet in monaſterio ſepeliri, & ſi de facto ſepultus fuerit, debet exhumari, ſi ſine ſcandalo fieri poteſt. De ſtatu monacho. c. Super. Hoc tenet etiam, ſi non fuit monitus, quia reperitur deceſſiſſe in peccato mortali. Abb. ubi ſuprà. Debet pecunia poni in ſterquilinio, nec debet tota pecunia reperta cum eo ſepeliri, ſed aliqua pars in ſignum perditionis, & ad terrorem aliorum. Ab. ubi ſupra. c. Cum ad monaſterium.

Religioſus receptus ſimoniace, an ſit monachus, opiniones. Ingreſſus reſpectu illius monaſterii uitiatur, ſed monachatus tenet, quia factum alterius non impedit obligationem Deo acquiſitam. Abb. de ſimo. capitu. Veniens.

Religioſus prohibetur ſepeliri extra proprium monaſterium, ſi fieri poteſt commodè, alii omnes epiſcopi, rectores eccleſiarum poſſunt ſepulturam eligere. Abb. de donatio. c. Apoſtolicę. Poſſunt eligere ſepulturam ſicut layci, ſi decedunt extra monaſterium, & non poſſunt ad monaſterium congrue deportari. Abb. de ſepultur. c. Nos inſtituta. Vide. Diſponi tempore habili. An poſſint ſibi eligere ſepulturam, opiniones. Hodie non poſſunt, niſi diſtent a monaſterio, ſic ut ad illud reuerti non poſſint. Ab. de exceſſi. prelato. c. Nimis iniqua.

Religioſi non poſſunt recipere ad ſepulturam extraneos, niſi habeant populum, & tunc poſſunt omnes eligentes ſibi ſepulturam ſepelire. Item poſſunt recipere, ſi ibi hoſpitatus decedat. Mihi plus placet quod ſiue ſint priuilegiati, ſiue non, etiam ſi non habeant populum quod poſſunt quoslibet recipere. Ab. de exceſſi. prelato. c. Nimis iniqua.

Religioſi dicuntur ſerui Dei per excellentiam, & ſpecialiter, quia fidelius debent Deo ſeruire. Abb. de ſindi. cap. Sicut. Seruitus religioſorum eſt maior reſpectu prælati ſeruitute humana. Vnde ſine licentia prælati non poſſunt eſſe fideiuſſores. Ab. de iureiuran. c. Ex reſcripto.

Religioſus tenetur uiuere ſecundum regulam & ſtatuta ordinis, contra quę non tenetur obedire epiſcopo. Abbas de exceſſi. prælato. cap. Nimis iniqua.

Religioſus in ſtudio ſi ſuperior promiſit ſibi facere expenſas ſine alia conceſſione poteſt obligare monaſterium uſque ad id quod promiſit ſibi mittere. Si facit conuentionem ut aliquis de ſibi attinentibus uelit ſibi facere expenſas, uel uellet ſibi obligare monaſterium ultra expenſas ſolitas non poteſt, niſi ex ſpeciali commiſſione ſuperioris. Abb. de accuſatio. cap. Ex parte.

Religioſi poſſunt eſſe teſtes in cauſa monaſterii, clerici, conuerſi, & oblati.

De te-

De teſtib. c. Tuis quæſtionibus. Criminoſus in ſeculo, & ingratus parentibus non poteſt exhęredari poſt ingreſſum religionis. Ab. de teſtib. c. Teſtimonia.&.C.&.B.c.Caſus.

Religioſus profeſſus an poſſit reuocare teſtamentum, opiniones. Ab.de proba.c.In præſentia prope finem.

Religioſus poteſt tranſire ad arctiorem regulam. Regula hic dicitur regula & ſtatuta, ideo prædicatores non poſſunt fieri.S.Benedicti, quorum regula eſt artior regula Auguſtini, non tamen ſtatutis prædicatorum, ſecundo attenditur principaliter obſeruantia regulæ de pręſenti, & non ſecundum inſtitutionem. Sic artior eſt ubi maior eſt obſeruantia, etiam ſi ex inſtitutione ſit remiſſior. Qui ad monaſterium ubi minus obſeruatur pergit, licet proprie non ſit apoſtata, tamen retrocedit, nec poteſt ſtare in eo, & tenetur ad primum redire. Qui eſt in monaſterio in quo non ſeruatur regula, ſi non eſt reformatus, & in prouincia non eſt monaſterium in quo ſeruetur regula, poteſt intrare laxiorem religionem, in qua ſeruatur regula, & quod habito reſpectu ad præſentem modum uiuendi ſecundum monaſterium ducit uitam artiorem. Dato quod ſecunda religio ſit melior, & fructuoſior reſpectu finis, tamen ſi non uiuitur in ea ſtrictius, non uidetur licitus tranſitus ad eam. Ab. de regulari. c. Sane. Artior dicitur ſecundum regularem obſeruantiam actualem. Ab. ubi ſuprà. c. Licet. Si uult tranſire ad artiorem ſufficit petere licentiam, ſi ad æqualem, non poteſt ſine cauſa, etiam cum licentia epiſcopi. Si ex cauſa ſufficit licentia abbatis. Ad laxiorem ſine cauſa ſolus papa diſpenſat, ſed quo ad Deum non ſufficit licentia papæ. Si ſubeſt cauſa, poteſt epiſcopus diſpenſare. Ab.de regulari. c. Non eſt.

Religioſus zelo ſanctitatis uitę poteſt tranſire ad arctiorem uitam petita licentia prælati, licet non obtenta, etiam ſi primum monaſterium ſit priuilegiatum, quod ab illo ad aliud tranſire non poſſit. De regulari. c. Licet. Non licet ex leuitate, uel temeritate, uel in odium prioris prælati tranſire ad artiorem uitam. Si pręlatus negat licentiam, uel non reſpondet, uel allegat cauſam iniuſtam, tranſire poteſt ſubditus ſtatim. Si allegat iuſtam, aut probabilem, apud ſuperiorem inſtabit, & ſi non, poteſt licentiam obtinere, debet remanere. Si primum monaſterium grauatur multum non propter hoc eſt reſtituendus. Inferiores prælati ſi habent ſuperiores petita licentia poſſunt tranſire. Qui non habent niſi papam eo negante non poſſunt tranſire, & eo non reſpondente non ualet tranſitus in eorum præiudicium. Ab. ubi ſuprà.c.Licet.

Religioſus poteſt eſſe uicarius epiſcopi. Ab. de elec. c. Cum cauſa.

Religioſorum uitam artiorem ſua regula poteſt papa facere. Item prælatus eorum cum maiori parte. Ab. de regulari. c. Super eo. Poteſt etiam ſuperior ſtatuta facere ligantia ſingulos eiuſdem ordinis, ad quæ ſtatuta arctantur ultra regulam. Ab. de ſtatu monacho. c. In ſingulis.

Religioſus ex uoto non tenetur niſi ad tria ſubſtantialia, & ueniens contra conſilia non peccat mortaliter, niſi contra pręceptum, uel ex contemptu, & hoc dicit S. Tho. Et quia periculoſus eſſet ſtatus religioſorum, & papa hic præcipit ut conueniant in unum habitum ratione ſcandali euitandi, & tamen non eſt omittendum uotum propter ſcandalum alterius, hęc omnia tolli poſſunt per papam. Abb. de uita & honeſta. cleri. c. Deus qui. Non obligantur ad omnia dicta in regula, ſed tantum ad tria uota. Abb.

de ob-

de obſerua.ieiu. c.Explicare. Si uenit contra tria uota, peccat mortaliter. In regula ubi eſt tranſgresſio præcepti, uel uerba ſunt æquipollentia præcepto, puta uerba ſunt prohibitiua expreſſe, eſt peccatum mortale, quia expreſſa prohibitio ęquipollet præcepto. Similiter ex contemptu ubi uerba ſunt imperatiua ſecundum ſubiectam materiam, poſſunt deprehendi quaſi in ponderoſis uideantur habere uim præcepti, alias ſecus, & hoc colligi poteſt ex coniecturis, & circumſtantiis, quo ad alia quando diſponitur aliquid in finem alterius, ſi id eſt in cuius finem ſit ſtatutum non uiolatur, nec peccat contraueniendo ſubſiſtente legitima cauſa. ſecundo ubi conſuetudo monaſterii eſt longisſimis temporibus excuſat contrauenientem in his quę non ſunt de ſubſtantialibus. Ab. Ne cleri.uel monach. c. Relatum.

Religioſus non debet contra uotum uenire propter ſcandalum uitandum, nec contra ea quæ ſunt de ſolennitate ordinis, ut dimittere habitum. Ab. de uita & honeſta. cleri. c. Deus qui.

Religioſus prælatus etiam profeſſus poteſt uotum ultramarinum emittere,& in ſuis uſibus uigeſimã prouentuũ conuertere. De uo.& uoti redẽp.c.Poſtulaſtis. Religioſi poſſunt uouere pro ſubſidio terræ ſanctæ ſine licentia ſuperioris,& poſſunt ſine crimine ad tẽpus deſerere monaſteriũ, & inſiſtere utilitati publicę eccleſiæ uniuerſalis, & hoc in caſu quando ſit paſſagium generale ex diſpoſitione papæ, ſed hoc ceſſante non puto quod prælatus maxime regularis poſſit ad hoc ſe obligare ſine licentia ſuperioris, quia hoc non poteſt facere epiſcopus. In ſimplici religioſo non puto hoc eſſe licitum ſine licentia ſuperioris, quia nullum uelle habet. In papam non poteſt religioſus promoueri ſine licentia abbatis, ſic non tantum aſtringitur abbas ſuperiori, quantum aſtringitur inferior abbati. Ab.de uo. & uoti redemp. c. Poſtulaſti. Religioſus poteſt emittere uotum pro ſubſidio terræ ſanctę etiam ſine conſenſu abbatis, ſi alias eſt utilis terrę ſanctę. Abb.de uo.& uoti redemp. c.Ex multa. An poſſit alia uouere. Abb. de uo. & uoti redemp. c.Scripturę. Vide. Votum irritatur.

Relinquo additum uniuerſitati bonorum inducit inſtitutionem. Item relatum ad perſonam quæ de iure communi debet inſtitui.operatur inſtitutionem, & non ſimplex legatum. Ab.de teſt.c.Raynaldus.

Reliquiæ non poſſunt eſſe laycorum, nec in dominio eorum. Ab. de iure patro.c. Nullus.

Renunciare nemo poteſt uni introducto principaliter propter bonum publicum, licet conſequenter concernat utilitatem priuatam, nec talis renunciatio iuuatur iuramento, ſecus ſi commodum concernit ſingulis ſingulariter. Ab.de foro compe.c. Si diligenti. Nemo renunciare poteſt introductis propter bonum publicum, ſed quilibet poteſt introductis propter commodum ſuum priuatum. Ab.de elec. & electi poteſta. c. In geneſi.

Renunciare non poteſt prælatus exemptus ſi ſubiicitur immediate papæ priuilegio exemptionis, nec prælaturæ ſine licentia eius, etiam ſi ſit inſufficiens. Gloſ. de conſuetudi. capitulo. Cum uenerabilem. Vide. Exemptus.

Quando aliquid eſt introductum in fauorem duorum non poteſt unus altero inuito renunciare illi iuri. Si conceditur uniuerſitati non poſſunt ſingulares de uniuerſitate renunciare etiam reſpectu fauoris ſui. Si in fauorem particularium, quilibet poteſt renunciare fauori ſuo. Abbas

bas de regulari. capitulo. Ad Apoſtolicam.

Renunciare poteſt quis ei quod ignorat, ex quo habet animum obligandi ſe in omnem euentum. Ante enim anni lapſum quis ignorat auſteritates religionis, & uires ſuas, & tamen ualet renunciatio. Abb. de regular. c. Ad Apoſtolicam.

Renunciari non poteſt iuri diuino, nec naturali nec iuri poſitiuo quod ſtatuit certam formam in actibus hominum introducendo, nec iuri concernenti utilitatem publicam, nec concernenti priuatam utilitatem, quæ non poteſt ſeparari a publica, nec quando continet utilitatem priuatam tertii, quę non poteſt ſeparari a publica. Si concernit utilitatem renunciantis & eſt introductum propter eius imbecillitatem, uel ſi renunciatio eſt contra bonos mores, uel ad delinquendum inducit, non ualet, alias tenet. Si ius introducitur in odium alterius principaliter, ſi renunciatio eſt cauſa quod odium ceſſet, ualet. Ab. de foro compe. c. Si diligenti.

Renunciatio ſuper iure futuro non ualet, facta tamen ualet. Priuatio ſupponit habitum, niſi renunciatio fiat in præſentia iudicis & partis, quia tunc habet pactum interclusum, ideo ad cautelam dicitur, renunciauit per pactum, nec extenditur ad ius quod quis poteſt habere in futurum, niſi hoc caueatur in renunciatione. Ab. de decim. c. Ex multiplici.

Renunciatio litterarum Apoſtolicarum ad beneficium obtinendum poteſt pro libito fieri, ſed beneficio non poteſt quis renunciare ſine licentia ſuperioris. Poteſt etiam renunciare prædictis litteris pro beneficio alio obtinendo, uel penſionem acceptando. Abb. de reſcrip. cap. Ad audientiam.

Renuncians liti renunciat omni iuri in illa cauſa ſibi competenti. Abb. de maiori. & obe. c. Cum olim. Renuncians liti & cauſæ ſi litigat ſuper beneficio, & renunciat in manibus eius qui non poteſt renunciationem recipere beneficii, non perdit ius ſuum quod habebat in beneficio, quia non poteſt clericus renunciare niſi in manibus eius, qui inuitum poteſt deſtituere. Vnde prælatus litigans ſuper rem in qua non habet liberam diſpenſationem, puta in re iam acquiſita, renunciare non poteſt liti, ſecus ſi habeat liberam diſpoſitionem. Ab. de pact. c. Cum pridem.

Replicatio quando eſt admittenda, & quando repellenda. Abb. de excep. c. Dilecti filii. Quid ſit replicatio, cui competit, quando competit, quis ſit eius effectus, quo uitiatur, uel tollitur, quæ prius probanda exceptio, uel replicatio, an ſuper replicatione ſit neceſſario pronunciandum. Ab. de excep. c. A nobis.

Rerum nomine non ueniunt actiones, ſic donans res ſuas non uidetur donare actiones. Ab. de religio. domi. cap. Quia monaſterium. In primo dantur etiam incorporalia, contractus, & omnis obligatio. Ab. de regul. iur. c. Omnis res.

Res integra non dicitur, quando iudicium cepit agitari, uel negocium cepit tractari, item quando attinguntur ſubſtantialia illius negocii, ut cum incepit tractatus de perſona eligenda, ſecus ſi tantum ſunt expleta pertinentia ad ſolennitatem. Ab. de elec. & electi poteſta. c. In cauſis.

Reſcriptum eſt beneficium ſecundum ius, quia datur ad iuris obſeruantiam, nec tenetur princeps concedere, cum habeat iudices ordinarios. Ab. de uer bo. ſignifi. c. Olim.

Reſcripto abutentes quia data ſuo nomine alteri tradunt, per quem uolunt fati-

fatigari indebite, & qui illud recipiunt, ſicut qui faciunt clericum euagari, contra quem nihil quæſtionis habent. Item quia ad futuras controuerſias extendunt litteras. Qui unum ſuper negocio uno uel pluribus actionibus perſonalibus quæ commodius ſub uno iudice poſſunt tractari per uarias litteras coram diuerſis iudicibus trahunt, ut libetius fatigent, & ſumptibus, uel compellunt componere, uel cedere, qui in eodem tempore ad diuerſa loca, uel ad indeterminatum mandant citari actorem, ut dum non compareat, excommunicetur quaſi contumax. Hi priuantur omni commodo reſcripti, & aduerſariis immoderatis expenſis condemnantur. De reſcrip. c. Quia nonnulli.

Reſcriptum appellanti conceſſum in cauſa appellationis non tenet, niſi fiat mentio de appellatione. De reſcrip. cap. Ex parte. & Glo. ubi ſuprà. Quando in reſcripto cauſa appellationis committitur, iudex debet cognoſcere de meritis appellationis, non autem habet ius ſuper cauſa principali. Vbi ſuprà. c. Cum dilectus filius. Nec debet fieri mentio in reſcripto de geſtis poſt appellationem, ſecus de precedentibus. Abb. de excep. c. Dilecti in Chriſto. Reſcriptum confirmationis ſuper ſententia a qua erat appellatum, non ualet. Si appellatus malitioſe præuenit appellantem, alias pendet, donec cognoſcatur de appellatione. De confirmatio. uti. uel inuti. c. Breui.

Si in reſcripto uno committuntur plures articuli connexi, & in uno remouetur appellatio, intelligitur etiam remota in aliis. De appella. c. Secundo requiris. Vbi in una diſpoſitione continente plures articulos ſi addatur clauſula, referenda eſt ad totam diſpoſitionem, ſi non ſubeſt ratio quare magis debeat concernere unum articulum, quam alium, in quacunque parte clauſula ponatur, & generaliter quando clauſula referenda eſt ad totum, uel ad partem, tam in reſcriptis, quam in teſtamentis. Abbas ubi ſuprà.

Reſcriptum habens ad beneficium a papa, & renuncians illud propter annuam penſionem non ualet, ſi impetrator hoc tacet, & reſcriptum ſit beneficiale, quia tenetur mentionem facere de litteris. Abb. de reſcrip. c. Ad audientiam. Si non facit mentionem de beneficio impetrantis non ualet ad alia beneficia obtinenda. Vbi ſuprà. c. Cum adeo. Oportet ſi ſit canonicus præbendatus faciat mentionem de utroque, & non ſufficit ſi de altero tantum. Si ſit clericus non oportet agere de iure, quia ſemper intelligitur hęc clauſula, ſi idoneus ſit ad beneficium, quod tantum clericis conuenit. Glo. & Abb. ubi ſuprà. c. Cum adeo. Si impetrans dicit ſe non eſſe beneficiatum, cum tamen habeat beneficium, reſcriptum non ualet, licet beneficium ſit exiguum. De reſcrip. c. Si proponente. Hodie qualecunque habeat beneficium, ſi de eo non facit mentionem non ualet reſcriptum, quia ſubreptio in beneficialibus, & etiam gratiis uitiat reſcriptum. Ab. ubi ſuprà.

Reſcriptum ad beneficium oportet mentionem faciat de ualore. Item quod ueritas ualoris exprimatur, & onus hoc probandi competit impetranti. Quocunque horum deficiente gratia eſt nulla. Si dicatur eſſe ualoris centum ducatorum ut aſſeritur, ſi uerbum referatur ad impetrantem, & ualeat plus, gratia eſt nulla. Si referatur ad alios, gratia tenet. Ab. de proba. c. Dudum.

Reſcriptum ad beneficia non ualet ſi is pro quo impetratur, non ſit clericus.

Si habet aliud beneficium ſi non uult reſidere in eccleſia. Si non eſt dignus. Si eccleſia non poteſt ſufficere pro tot, ſi de terra aliena eſt oriundus, ſi habeat perpetuam uicariam ſufficientem ſibi, ſi de mandato papæ alius ſit receptus in eadem eccleſia, uel ſiquam habet iuſtam excuſationem. De omni præbenda oportet mentionem fieri in reſcripto, ſi aliquod prędictorum habet. Glo. de reſcrip. cap. Proponente. Forenſis impetrans beneficium non faciens mentionem de loco ſuæ originis gratia eſt ſubreptitia, quia in dubio papa intendit unicuique prouidere in partia ſua. De elec. & electi poteſt. c. Ne pro defectu. Quod allegant doctores, de canonicis intelligitur, quia eligendo forenſem uidentur renunciare foro ſuo, Gloſa autem procedit de impetratione a papa, qui non præſumitur ſcire nationem impetrantis. Vnde ueriſſima eſt Gloſa, quia ſi ſuam nationem expreſſiſſet, non ita de facili papa conceſſiſſet. Vnde ſubreptionem inducit. Ab. de reſcriptis. c. Si proponente. Si dicit ſe eſſe clericum cum non ſit, non tenet reſcriptum. Vbi ſuprà. c. Cum adeo. Per reſcriptum impetratum contra eccleſiam, uel dignitatem ſecularem poteſt conueniri ſucceſſor etiam poſt impetrationem. Ab. ubi ſuprà. c. Significauit. Vbi dignitas impetrantis ſupprimitur, non ualet reſcriptum ad beneficia. Vbi ſuprà. c. Ad aures. Idem dic de beneficio quod prius habuit, & de diuitiis & eius nobilitate ſecundum Hoſti. & Inno. Quo ad ſecundam partem non uidetur mihi uerum. Impetrando beneficium, quæ & quot ſunt exprimenda, & quæ de primo impetrato, & obtento. Abbas ubi ſuprà. c. Ad aures. & ubi ſuprà. c. Poſtulaſti. In dubio ubi ſcribitur de beneficio pro duobus. Ab. de reſcrip. c. Abbate. Vide. Si per reſcriptum eccleſia grauatur.

Reſcriptum exequutoriale ſuper præbenda, & canonicatu in quo nulla fit mentio de ſtatuto, uel certo numero canonicorum firmato iuramento non ualet, & impetratio in eccleſia numerata non facit mentionem de numero ſi per eum frangatur numerus canonicorum, licet non frangatur præbendarum, & proceſſus inde facti ſunt nulla. De reſcrip. c. Conſtitutus. In quo impetrans falſo diceret monitiones pręceſſiſſe, non ualet. De reſcrip. c. In inſinuatione.

Reſcriptum ad beneficia ubi eſt expreſſa falſitas circa expreſſionem beneficii, ſi conſtet de corpore beneficii, & falſitas non fuit inductiua principis ad concedendum, nec eſt appoſita cauſa reſtringendi, gratia non uitiatur per talem falſitatem. Si prædictorum concurrit aliquid, uitiatur. Si dicatur beneficium uacare per mortem reſtringitur ad certum caſum, non autem ad renunciationem. Ab. de reſcrip. c. Significaſti.

In reſcripto iuſtitiæ ſi ſit ad beneficium, & impetrans habet patrimonium ſufficiens, oportet mentionem fieri de patrimonio. Idem ſi fuit ordinatus ad titulum patrimonii ſui, non autem in litteris gratioſis. Ab. de reſcrip. c. Paſtoralis.

Per reſcriptum eius qui receptus præbendam expectat per alias litteras ſuperuenientes, non debet illi prouideri in eccleſia alia. De reſcrip. c. In materia propoſuiſti. Non ſolum debet fieri mentio de iure quod quis habet in re, ſed etiam de eo quod quis habet ad rem. Vnde de beneficio habito in re, uel in ſpe debet fieri mentio expreſſa, & ſpecialis in impetratione alterius gratiæ. Ab. ubi ſuprà.

Reſcriptum pro filio ad obtinendum beneficium in eccleſia, in qua pater admini-

adminiſtrauit non tenet. De filijs presbytero. c. Ad præſentiam. Impetratum tacita ueritate non confert iuriſdictionem. Glo. ubi ſuprà.

In reſcripto ad beneficia ſemper intelligitur ſi pro alio non ſcripſimus, & ſi perſona ſit idonea. Hæc conſuetudo inoleuit ex ſtillo curiæ. Abb. de reſcrip. c. Mandatum. Sunt autem reſcripta ſtricte intelligenda, licet quidam aliter ſentiant. Glo. ubi ſuprà. c. Edoceri.

Reſcriptum in beneficiis poteſt impetrari pro alio ſine mandato, non autem ad lites. Glo. & Ab. de reſcrip. c. Nonnulli.

Reſcriptum pro reſtitutione beneficii non ualet, niſi priuationis & excommunicationis cauſa in eo exprimatur. De reſcrip. cap. Dilectus filius. In reſcripto ſi impetrans tacet uicariam perpetuam quam habet, ſi eſt ad beneficia non obligat epiſcopum ad prouidendum illi. De reſcrip. c. Poſtulaſti.

Reſcriptum ad beneficia ipſo facto uitiatur per ſubreptionem quo ad gratias, & litteras, non autem ſi ſit ad lites, & quæ ſit cauſa diuerſitatis. Abb. ubi ſuprà. c. Ad audientiam.

Reſcripta plura ad diuerſa beneficia excepto primo non tenent, niſi fiat mentio de prioribus. Si uſus ſit ſecundo non poteſt uti primo. Ab. de reſcrip. c. In noſtra propoſuiſti.

Reſcriptum in quo papa diſpenſat de pluraritate beneficiorum, niſi aliud addat, intelligitur de duobus tantum. Si dicit præter beneficia quę habes poſſis aliud accipere non diſpenſat ſuper pluralitate prius habitorum, ſed tã tum ſuper futuro. Ab. de elec. & electi poteſt. c. Dudum. Si epiſcopo concedatur quod poſſit diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum per reſcriptum non poteſt diſpenſare, niſi ſint nobiles, litterati, clerici, & cauſa legitima. Ab. ubi ſuprà. c. Dudum in fine.

Reſcriptum ad beneficium non ualet, ſi impetrans habet aliud, niſi in reſcripto fiat mentio de primo, etiam ſi primum fuit ſibi occupatum, uel ſubtractum. Abb. de præben. c. Cum teneamur. Si recipit inſtitutum prius a layco non ualet impetratio, quia ſi papa cognouiſſet, non de facili conceſſiſſet, quia propter delictum ſuum debet communione priuari. Abb. de iure patro. c. Præterea. Si reſcriptum ad beneficium ſit ſubreptitium, ſic eſt ipſo iure nullum, ut proceſſus etiam executorialis ſit nullus. ſi beneficium uacat non ſufficit mentionem facere ſimpliciter quod uacet, ſi alius eſt in colorata poſſeſſione facti, ſi reſcriptum ſit ad lites non eſt nullum, ſed annullandum opere exceptionis. Abb. de conceſſio. præben. cap. Cum noſtis.

In reſcriptis clauſulæ conſuetæ apponi etiam ſi non apponantur intelliguntur appoſitæ. Idem in contractibus ſecundum conſuetudinem loci. Ab. de conſtitu. c. Cum. N. Ferrarienſis. Quando clauſula generalis ponitur ante expreſſionem rerum delegatus habet iuriſdictionem in habitu, & non in actu. Ab. de reſcrip. c. Paſtoralis. Vna clauſula relata ad diuerſa operatur diuerſos effectus. Abb. ubi ſuprà. c. Ab excommunicato. Clauſula in fine poſita non debet referri ad omnia præcedentia, quando ſequitur abſurdum uel inconueniens, uel correctio iurium, uel quando inter præcedentia poteſt reddi diuerſitatis ratio. Ab. de elec. & electi poteſt. c. Ecclesia ueſtra. Clauſula in medio poſita concernit præcedentia, in fine concernit omnia. Ab. de appella. c. Inquiſitioni. Clauſula poſita quæ etiam non poſita ſemper intelligitur, ut ſi eſt idoneus, ſapit monitionem, nec

dat nouam formam mandato. Vnde ſi ea non uerificata fiat collatio tenet, ſecus quando clauſula dat modum. Abb. de præſumptionibus. c. Dudum. Clauſula debet referri ad proximiora, non ad remotiora. Fallit quando in relatione ad proximam ſurgit abſurditas. Ab. de iure patro. c. Poſtulaſti. Clauſula quantumcunque odioſa poſt multa negocia, etiam ſe non tangentia poſita omnia præmiſſa concernit, ſicut cum dicitur appellatione remota, niſi præcedentia habeant aliam determinationem. Abbas de præbend. cap. Extirpandæ. §. Qui uero in additione.

In reſcripto clauſula (appellatione remota) non tollit quin appellari poſſit, quando ſententia continet iniquitatem manifeſte, & in caſibus expresſis in iure. Ab. de ſen. & re iudi. c. Inter cæteros. Operatur uires ſuas reſpectu ſecundi, non autem reſpectu tertii comparentis pro ſuo intereſſe. In dubio princeps non intendit præiudicare iuri alicuius, ex quo non facit mentionem de eo, operatur tamen, quod ſententia poteſt executioni mandari non obſtante appellatione partis. Ab. de off. & pot. iud. delega. c. Super eo. Si papa ſcienter committit appellationem interpoſitam à ſuo delegato dato cum clauſula appellatione remota iuriſdictio delegati primi eſt ſuſpenſa quo ad executionem. Iſta clauſula tollit effectum appellationis ut non ualeat impedire executionem ſententię, nec deuoluere cauſam ad ſuperiorem, niſi ex eo tempore quo ſuperior admiſit appellationem. Nec ualet ſecundum reſcriptum, quando in primo erat clauſula appellatione remota, niſi in ſecundo fiat ſpecialis mentio. Abb. de off. & pot. iud. delega. c. Paſtoralis. §. Pręterea. Hæc clauſula nihil operatur hodie. Glo. ubi ſuprà. §. Cum autem. Glo. non benedicit. Vbi ponitur hæc clauſula nulla appellatio admittitur, niſi ubi expreſſe a iure probatur. Vnde etiam modo operatur denunciatio appellationis factæ per partes magis quam remota appellatione, quæ fit in reſcripto principis, quia quando partes renunciauerunt, appellatio nulla debet admitti, ſed quando princeps appellationem remouet in pluribus caſibus poteſt appellari. Abb. ubi ſuprà. Vbi dicitur appellatione remota poteſt tamen ſupplicari aduerſus ſententiam. Abb. de in integr. reſtitu. c. Ex litteris. Hæc clauſula non tollit facultatem appellandi, ubi grauamen eſt notorium, ſicut nec in caſibus a iure expresſis. Abb. de reſtitu. ſpoliato. c. Ex conqueſtione. Nec tollit quin iudex recuſari posſit ex iuſta cauſa. De appella. c. Poſtremo. Hæc clauſula eſt oneroſa, & ſic reſtringenda, quia appellatio eſt beneficium. Ab. ubi ſuprà. c. An ſit. Nec tollit quin posſit appellari, ſi pars citetur ad locum non tutum. Abb. ubi ſuprà. cap. Ex parte tua. Inhibetur tamen omnis appellatio, quę a iure non indulgetur. Abb. ubi ſuprà. c. Paſtoralis. Si ponatur in medio reſpicit præmiſſa non ſequentia, niſi in fine litterarum repetatur, ſi negocia ſunt ſeparata. Iſta clauſula hodie aliquid operatur. Abb. de appella. c. Inquiſitioni. Reſcriptum non faciens mentionem de appellatione eſt nullum. Abb. de confirma. uti. uel inuti. cap. Bonę. Hæc clauſula habet tres effectus, primo non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a quo, etiam antequam recipiatur a ſuperiore poteſt executioni mandari ſententia, & poteſt excommunicare probabiliter appellantem ab eo, & ualet excommunicatio eius lata poſt appellationem. Secundo iudex non deferens appellationi quantumcunque probabili, non punitur. Tertio attentata poſt appellationem non recipiuntur per uiam attentati, & nullitatis, immo tenent geſta per eum. Clauſula hæc apponitur,

ditur, quia princeps præſumit de uirtutibus iudicis, quod non procedat, niſi ex iuſta cauſa. His tamen non obſtantibus poteſt appellare quo ad hoc, ut ſuperior examinare poſſit appellationem, & remouere grauamen, pro quo fuit appellatum. Idem dic quando ſtatutum appellationem remouet. Appellatio licet iudicem a quo non ſuſpendat, deuoluit tamen cauſam ad iudicem ad quem quo ad grauamen, pro quo fuit appellatum. Ab. de appella. c. Paſtoralis. Iſta etiam tenent quando inferior procedit iure communi appellatione remota. Vnde condemnatus de hæreſi ab ordinario poteſt appellare ad archiepiſcopum, qui examinabit negocium, nec tamen ſuſpenditur iuriſdictio inferioris, niſi recepta inhibitione ſuperioris, qui tenetur reuocare grauamen, alioquin & ab iſto poteſt appellari. Ab. ubi ſupra. c. Paſtoralis. Iſta clauſula appellatione remota habet hos effectus. Primo non admittitur appellatio, niſi in caſibus expreſſis a iure approbatis. Secundus habetur in cap. Super quæſtione. Tertio litteræ non reuocant priores, niſi fiat in eis mentio de clauſula appellatione remota ſpecialiter. Quarto iudex a quo non obſtante appellatione poteſt ſententiam exequi, niſi prius ex certa ſcientia appellatio recipiatur a principe. Quinto iudex non deferens appellationi non uenit puniendus. Sextus in primo capitulo de reſcrip. Septimus in cap. ſecundo de mutuis petitionibus. Octauus in cap. Super quæſtionum. Nono iudex a quo per appellationem non perdit iuriſdictionem. Decimo non reuocantur attentata poſt appellationem. Abb. de appella. cap. Vt debitus. Quando plures articuli ſimul committuntur, & apponitur uni clauſula appellatione remota, an referatur ad alia. Abb. de appella. cap. Secundo requiris. Vide. Si in uno reſcripto committuntur plures articuli.

In reſcripto clauſula. Beneplacito tuo relinquo, non importat liberam uoluntatem, ſed refertur ad arbitrium boni uiri. Abb. de foro compet. c. Verum.

In reſcripto, clauſula, ex certa ſcientia, importat idem quod ex plenitudine poteſtatis; ubi plenitudo poteſtatis requiritur, ſaluo tamen iure recuſationis, & quando conſtat de hac certa ſcientia. Abb. de reſcrip. c. Ad hęc ſumus. Intelligitur quando papa fuit certificatus de omnibus, quæ poſſunt eum mouere ad negandum conceſſionem. Ab. de off. & pot. iud. delega. c. Super quęſtionum. §. Verum. An in receptis præſumenda ſit certa ſcientia papæ quando ibi non dicitur expreſſe. Ab. de reſcrip. cap. Nonnulli. Hæc clauſula non tollit quid iudex ſuſpectus datus in cauſa non poſſit recuſari. Ab. de foro compe. c. Ex tranſmiſſa. Ex certa ſcientia, & mentionem facere de obſtantibus æquipollent. Abb. ut lite penden. c. Dilectus. Si papa actum gerit ex certa ſcientia, perinde eſt ac ſi diceret ſe uelle facere ex plenitudine poteſtatis, ſi illa requiritur in actu qui geritur. Ab. de excep. c. Cum inter.

In reſcripto, clauſula, a communione habeatur alienus non promulgatur propter hoc ſententia excommunicationis, ſed mandatur ferri. Ab. de foro compe. c. Si diligenti.

In reſcripto clauſula, contradictores compeſcendo, datur iuriſdictio non ſolum inter partes, ſed etiam contra extraneos contradicentes de facto, non autem ſi de iure; & eſt magni effectus, quia regulariter delegatus non habet iuriſdictionem in extraneos turbantes partes, niſi quando ſua iuriſdictio impeditur. Delegatus cum iſta clauſula poteſt ferre ſententiam excom-

municationis generalem in omnes qui contradixerunt de facto, ſi cauſa precesſit, quia non debet ferre excommunicationem pro culpis futuris. Durat hæc poteſtas donec ſit facta executio, & ille pacifice poſſideat, ſed poſt pacificam poſſeſſionem nihil operatur, ſi poſt turbetur, nec requiritur annus poſt ſententiam, ut quidam dicunt. Vbi quis deputatur ad miniſterium nudum, ſi additur hæc clauſula poteſt iuriſdictionem exercere. Abb. de præben. c. Pro illorum. Vltima clauſula an debeat referri ad omnia. Abb. de donatio. cap. Cum dilecti. Vide. In donationibus pleniſſima interpretatio. Delegatus cum clauſula. Contradictores.

In reſcripto, clauſula ſit excommunicatus non ſemper eſt canon latæ ſententiæ, ut hic, ideo intelligenda ſunt uerba ſecundum ſubiectam materiam. Ab. de foro compe. c. Nullus.

In reſcripto clauſula ſi ita eſt dat iuriſdictionem cognoſcendi, ſimiliter cum dicitur. Prouideatis de beneficio ſi uacauerit, dat cognoſcendi iuriſdictionem, ſi uacat. Abb. de ſentent. & re iudica. c. De cætero.

Clauſula ſi idoneus eſt. Vide. Idoneus.

In reſcripto clauſula, libera poteſtas non dat, ut faciat aliquid contra ius, ſed tantum ut abſque impedimento, uel alterius licentia hoc poſſit facere. Ab. de off. iud. ordinar. c. Pernicioſam.

In reſcripto clauſula, motu proprio licet tollat ſubreptionem, non tamen operatur ad qualitatem intrinſecam beneficii, nec in præiudicium tertii, quia non eſt de uoluntate principis. Ab. de præſcrip. cap. Poſtulaſti. Ad aures. Nec firmat gratiam contra intentionem principis concedentis. Abb. de elec. & elect. poteſt. c. Per inquiſitionem. In diſpenſationibus facit largam interpretationem. Abb. ubi ſuprà. cap. Cum in cunctis. §. Cum uero. Non confirmat gratiam contra præſumptam intentionem concedentis. Abb. de ſen. & re iudica. c. Cum olim. Tollit omnem ſubreptionem. Abb. de præben. c. Dilectus. Licet hoc faciat, non tamen firmat gratiam contra uoluntatem præſumptam concedentis. Abb. de conceſſio. præben. c. Cum noſtis. Nihil operatur ultra caſus in iure expreſſos. Ab. de conſangui. & affini. c. Quia circa.

In reſcripto clauſula, perſonaliter accedat delegatus de conſenſu partium poteſt committere uices ſuas, niſi papa mandet cognitionem cauſæ, uel prouideri de prælatis, uel aliis miniſtris. Gloſ. de reſcrip. cap. Cum dilecta.

In reſcripto, clauſula, ponas in poſſeſſionem, & defendas inductum. Curia tenet, ſi quis introductus fuerit in poſſeſſionem quam pacifice poſſedit, eius auctoritas expirat. Ab. de præben. c. Pro illorum.

In reſcripto quo confirmatur electio cum clauſula. De plenitudine poteſtatis ſupplentes defectum electionis refertur ſolum ad ſolennitatem intrinſecam. Vbi additionem habet defectus intrinſeci, ad illam ingreditur, & illius etiam defectum ſupplet. Ab. de elec. & elec. poteſt. c. Illa cottidiana. Supplentes de plenitudine poteſtatis. Si quis defectus interuenerit, ſupplet tantum defectus circa ſolennitatem iuris, non autem ſi alius defectus ſubeſſet, puta quia illegitimus. Ab. de fide inſtrumen. cap. Inter dilectos.

In reſcripto clauſula, omnia poſſis, quæ ego ſi eſſem præſens habet uim mandati ſpecialis. Ab. de iudi. c. Intelleximus.

In reſcripto ſemper intelligitur, ſi preces ueritati innitantur. Si prohibet cauſæ co-

ſæ cognitionem, eſt de ueritate ſuſpectum. De reſcrip. c. Ex parte. & Ab. ubi ſuprà.

In reſcripto clauſula, procedatis pure, & ſimpliciter non tollitur ordo iudicialis, ſed ſubtilitas perniciosa tantum. Cum dicitur procedatis ſine iuris ſolennitate cenſetur ſublata ſolennitas iuris ciuilis, non autem iuris diuini, aut gentium. Si dicitur liberum habeat arbitrium, ex hoc non poteſt ius alterius lædere, licet habeat poteſtatem circa ea quæ ſunt iuris poſitiui. Si dicitur judicare poſſit ut uoluerit, dolus intelligitur excluſus, nec poteſt ius alterius tollere. Ab. de iudi. c. Dilecti filii. Verbum, inquiras, quando cauſa committitur inter partes, non inducit nouum modum procedendi, nec facit iudicem inquiſitorem, ſed ſimplicem iudicem. Vnde in omnibus debet ordinarium iudicium ſeruare. Ab. de iudi. c. Exhibita. Verbum, diſtrictione eccleſiaſtica, comprehendit excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum. Glo. & Ab. de iureiuran. c. Cum adminiſtrationis.

Reſcriptum ad plures cum clauſula, quod ſi non omnes, intelligitur tam de potentia facti, quam iuris. De reſcrip. c. Sciſcitatus. Tenet ſententia, quando quis non uult intereſſe, licet non ſit impeditus. Ab. ubi ſuprà. Sub impotentia includitur uoluntas quo ad purificandam iuriſdictionem coniudicum. De off. & poteſt. iudi. delega. c. Prudentiam. §. Adiicimus. Intelligitur quo ad purificationem iuriſdictionis perſonarum, & conſociorum, qui ideo non poſſunt omnes, quia ille non uult intereſſe, non tamen eſt purificata conditio quo ad nolentem, immo eſt grauiſſime arguendus. Vnde ſi non omnes poſſunt intereſſe, ſolet addi, uel noluerint, non ad purificandam iuriſdictionem conſociorum, ſed ad excuſandum iſtum, qui non uult intereſſe. Abb. ubi ſuprà. Si dicitur, ſi non omnes duo, purificatur in uno uices alterius habente, etiam duobus impeditis. De off. & poteſt. iud. delega. c. Licet ubique. Cum dicitur, ſi ambo non poteritis, intellligitur de impotentia perſonali, & purificatur clauſula, ſi delegatus ſit impeditus per ſe, licet non per alium. Abb. de off. & poteſt. iud. delega. c. Coram dilecto.

In reſcripto, quidam alii, & alia res non includunt multitudinem effrenatam perſonarum, nec rerum maiorem expreſſis, ſed pares, uel minores. Si etiam exprimit perſonas digniores doloſe, ut procedat contra pares, uel minores. De reſcrip. c. Sedes Apoſtolica. Hæc clauſula, quidam alii ſequens enumerationem certarum perſonarum, uel rerum non ſemper comprehendit paria, uel minora expreſſis, ſed ampliatur, & reſtringitur ſecundum determinationem, quæ apponitur clauſulę. Ab. de reſcrip. cap. Rodulphus.

Reſcriptum cum clauſula, recipimus te in protectionem beati Petri. Item recipimus te in ſpeciale ius beati Petri, quid operetur Ab. de priuileg. c. Recipimus. Vide. Exemptio a iuriſdictione epiſcopi.

In reſcripto in quo clauſula eſt quod impetrans ſit ſcholaris, ſi non eſt, uitiatur gratia. Ab. de præſumptionibus. c. Dudum.

In reſcriptis. Verbum, ſtatuimus, ſimiliter in canone non habet uim præcepti, ſed conſilii, quando materia non eſt neceſſaria. Abb. de off. & pot. iud. delega. cap. Super quæſtionem. §. Verum. Verbum, Non ualeat non facit nullitatem ipſo facto. Abb. de reſcrip. c. Ex parte decani.

Reſcriptum obtentum a clerico concubinario ſuſpenſo ſuper abſolutione ta-

cita ſerie facti non ualet. De cohabita. cleri. cap. Super eos.
Reſcriptum confirmationis ſententię a qua erat appellatum ideo ualet, ſi appellatus malitioſe pręuenit appellantem, alias pendet, donec cognoſcatur de appellatione. De confirma. uti. uel inuti. c. Breui.
In reſcriptis confirmatio papę firmat infirmum, ſupplet defectum ſolennitatis omiſſæ. Quando dicitur ex certa ſcientia, non poteſt judicare, nec inquirere de iuſta, uel iniuſta acquiſitione beneficii, niſi habeat nouum mandatum, ſecus ſi confirmetur cum uerbo. Sicut iuſte poſſides, quæ parum operatur. Glo. de conſtitu. c. Cum acceſſiſſet.
In cauſa conuentus per reſcriptum conuenitur abbas, in quo reſcripto nulla fit mentio de conuentu, nec per hoc appellari poteſt, niſi eſſent abbatis & conuentus bona diſtincta omnino. De reſcrip. c. Edoceri. Non ualet reſcriptum impetratum contra prælatum ſolum, ſi cauſa ſit communis ſibi, & conuentui. Ab. ubi ſuprà.
Per reſcriptum quo conueniuntur homines diocœſis non conueniuntur ciues. De reſcrip. c. Rodulphus.
Reſcriptum impetratum contra curiæ ſtilum eſt de falſitate, & ſubreptione ſuſpectum, & ſubreptitium ipſo iure. Abb. de fide inſtrumen. c. Quod ſuper. Contrarium rationi, & contra ſolitum curſum priuilegiorum eſt de falſitate ſuſpectum, ideo remitti debet cum præſentante ad papam. Ab. de teſtib. c. Cauſa. Si emanauerit præter ſolitum curſum curiæ præſumitur ſubreptitium, & falſum. Abb. de confirma. uti. uel inuti. cap. Ad audientiam.
Reſcripto impetrato contra defunctum, ſi tempore datæ uiuebat, poteſt conueniri hæres, quia cenſetur eadem perſona cum defuncto. Ab. de uſur. c. Tua nos. Et ubi ſuprà. c. Michael.
Reſcriptum delegati non faciens mentionem de cauſa prius cœpta coram ordinario, etiam per ſolam citationem eſt ſubreptitium. Idem eſt de aliis iudicibus. Ab. de appella. c. Vt debitus. De off. & poteſt. iud. delega. c. Prudentiam. §. Sexta.
Per reſcriptum non poteſt quis trahi extra ſuam diocœſim ultra duas dietas, niſi ſit impetratum de conſenſu partium, uel mentionem faciat de conſtitutione papæ. De reſcrip. cap. Nonnulli. Intelligitur extra diocœſim rei originalem, etiam ſi reus poſt ſententiam appellat. Si mentionem de conſtitutione facit, non poteſt trahi ultra quattuor dietas. Ab. ubi ſuprà.
In reſcripto licet diſpoſitio comprehendat plura loca, uel plura ſuburbia, ſi tamen uenit purificanda in una non dicitur generalis, ſed ſpecialis, ut cum papa mandat prouideri de primo archidiaconatu uacante, & ſic ſpeciali non derogatur per litteras quibus committitur poſt quod prouideatur alteri de archidiaconatu S. Ioannis. Abb. de off. & poteſt. iud. delega. cap. Ex parte. Verba diſpoſitionis ſunt reſignanda, uel amplianda ſecundum mentem diſponentis, quæ intelligitur ratione expreſſa in expoſitione, uel quę rationabiliter poteſt coniecturari mouere indubitanter diſponentem. Ab de appel. c. Secundo requiris.
Reſcriptum principis in dubio debet reduci ad ius commune, etiam in appropriatione uerborum, & tranſlatione clauſularum. Abb. de reſcrip. cap. Cauſam quæ.
Reſcriptum in quo eccleſia cathedralis nominatur nomine ſancti, in cuius honore eſt conſtructa. Item ſi non cathedralis nominetur a loco, non ualet,

ualet, quia contra ſtilum curiæ, niſi forte talis eccleſia ſit principalis, & prælatus habeat iuriſdictionem epiſcopalem, quia talis eccleſia dicitur matrix. Abb. de elec. & elect. poteſt. c. Sacroſancta.

Per reſcriptum ceſſantibus clauſulis in dubio papa non intendit grauare eccleſiam eandem, uel collatorem ſuper prouiſione duorum, ideo ſecundus expellitur, etiam ſi primus non ſit adeptus gratiam. De reſcrip. c. Mandatum Apoſtolicum. Intellige, ſi ipſe dedit primo monitorias, quia ſi prædeceſſor dediſſet, ille grauaſſet eccleſiam, non autem ſubſequens, etiam ſi daret eidem executorias, nec eſt res integra, ſi litteræ ſunt præſentantæ. Abb. ubi ſuprà. c. Litteras. Diocœſanus cui ſcribit quod alicui faciat prouidere non poteſt id exequi circa beneficium ſpectans ad collationem alicuius iam grauati de alio. Vbi ſuprà. c. Abbate. Non tamen poteſt epiſcopus propter hoc præiudicare iuri patronatus layci. ſi ſecundus impetrator habet beneficium antequam primus præſentet litteras, ſi primus habet iuris effectum, remouetur ſecundus, ſin autem remanet ſecundus, niſi littera ſit cum clauſula, ſi pro alio non ſcripſimus, quia ſecundæ litteræ ſunt nullę. Abb. ubi ſuprà. c. Abbate.

Si in reſcripto narrantur plura operantia diuerſos effectus non ſufficit impetranti probare unum tantum ad conſequendum utriuſque effectum. De reſcrip. c. Olim ex litteris.

Reſcriptum per æquiuocationem nominis non uitiatur ex parte impetrantis, qui ex quo eſt in poſſesſione litterarum pręſumitur illas impetraſſe, ſecus reſpectu rei conueniendi, ubi poteſt eſſe probabilis dubitatio. Abb. de reſcrip. c. Quia nonnulli.

Reſcriptum impetratum ab excommunicato ad agendum, uel ad beneficium non ualet, niſi fiat mentio de excommunicatione, ad ſui autem defenſionem ualet nulla facta mentione de excommunicatione. Valet utroque modo ſi fuit excommunicatus poſt impetrationem, licet non poſſit eſſe actor in iudicio, niſi prius abſoluatur. Glo. de off. & poteſt. iud. delega. c. Prudentiam. Impetratum ſuper proſecutione appellationis ualet, licet non faciat mentionem de excommunicatione. De excep. c. Venerabilem. Impetratum eſt ipſo iure nullum, niſi in cauſa abſolutionis, uel defenſionis. Abb. de criml. falſ. c. Dura ſępe. Si ignorat ſe eſſe excommunicatum, non ualet, licet Glo. teneat oppoſitum, quia lex loquitur indiſtincte. Abb. de cleri. excom. c. Apoſtolus. Vt ualeat reſpectu impetrantis conſiderari debet eius idoneitas tempore impetrationis. Ab. de accuſa. c. Cum dilectus.

Reſcriptum directum excommunicatori, ut abſoluat excommunicatum, ſi contra concilium illum excommunicauit executoribus datis qui eo apparente exequantur, non excommunicatori, ſed executoribus cognitio demandatur. De reſcrip. c. Ab excommunicato.

Reſcriptum impetratum contra hominem unius diocœſis non extenditur ad hominem eiuſdem nominis alterius diocœſis. De reſcrip. c. Significante. Intelligitur, quando non patet de errore. Quando non exprimitur id ad quod uti uolo reſcripto, uitiatur, ſi tamen apponatur clauſula puta contra ſortem, qui legit Papię, & ſit error diocœſis, reſcriptum tenet, niſi forte ſit contra conſtitutionem de duabus dietis. Ab. ubi ſuprà.

Reſcripta ſunt perſonalia, nec excedunt perſonas contentas in eis. Vnde non poſſunt concedi aliis, & concedens iura ſua alteri non poteſt ut di-

cunt

cunt doctores, concedere. Abb. de reſcrip. cap. Quia nonnulli.

Reſcriptum ad lites non extenditur ad lites exortas poſt impetrationem, nec reſcriptum ad uacaturas beneficiorum extenditur ad beneficium creatum de nouo poſt datum, quia reſcriptum eſt qualitas quędam, quę datur ad iuris obſeruantiam, ideo oportet quod inhæreat alicui rei, & ſic habet ſubiectum aliquod, hinc eſt quod ſi mortuus erat tempore datæ, is cui conceditur priuilegium corruit priuilegium ex defectu ſubiecti non exiſtentis. Ab. de reſcrip. c. Quia nonnulli.

Reſcriptum extenditur ad perſonam innominatam, propter fraudem uolentium elidere uires reſcripti per alienationem rei in alium factam. Ab. de aliena mutan. iudici. c. Ex quorundam.

Reſcriptum extenditur ad ſucceſſorem, quando ſcienter ſuccedit in uitium, puta quia ſciuit, uel ſcire debuit, quod prædeceſſor uiolenter retinuit beneficium. Ab. de iudi. c. Quia. G.

Reſcriptum expreſſum nomine proprio tranſit ad ſucceſſorem, ſi contractus fuit per prędeceſſorem factus nomine eccleſiæ, & reſcriptum impetratum eſt pro utilitate eius. Ab. de foro competen. c. Dilecti filii. Quando nomen proprium pręcedit nomen dignitatis, & quando ex uerbis contemplatio perſonæ comprehenditur, commiſſio fit perſonæ non dignitati. Abb. de prę ſumptio. c. Mandata cœleſtia. Si moritur conueniendus, ſucceſſor conuenire non poteſt reintegra. Quod eſt ad lites tranſit ad ſucceſſores, contra quos fuit impetratum. De reſcrip. c. Significauit. Et Ab. ubi ſupra. Si mortuus erat cuius nomine fuit impetratum non extenditur ad ſucceſſorem, ſed ex toto corruit. Ab. de reſcrip. c. Quia nonnulli. Vide. Reſcriptum ad lites non extenditur.

Reſcriptum exprimentis falſum, uel tacentis uerum, ſi ex malitia quis impetrat, caret prorſus impetratis. Si per ſimplicitatem, uel ignorantiam, & obtinuiſſet expreſſo uero, & ſuppreſſo falſo ſaltem in forma communi litteras, delegatus procedit ſaluo iuris ordine, & non ſecundum ſpecialem formam reſcripti, ſecus ſi nullo modo litteras habuiſſet. Doloſa ſubreptio uitiat reſcriptum in totum. Si proceſſit ex ignorantia, uel ſimplicitate eatenus uitiat, quo fuit cauſa conceſſionis. De reſcrip. c. Super litteris. Subreptio doloſa uitiat ex toto reſcriptum & beneficiales litteras, & gratioſas. Quando ex ignorantia, uel ex ſimplicitate fuit cauſa obtinendi formam reſcripti in prædictis tantum uitiat, quantum fuit in cauſa, & non plus, niſi contenta in reſcripto habeant connexionem. Ignorantia, ut puto, excuſat, ſi ſit probabilis. ſecundo ſi non ſit in præiudicium tertii. tertio ſi princeps fuiſſet conceſſurus expreſſa illa ueritate, licet non ita dę facili. Quarto ſi gratia non excedat caſum proprium. Si expreſſa ueritatę non obtinuiſſet litteras in gratiis, & beneficiis, litteræ non ualent. Ab. ubi ſupra.

In reſcripto falſitas narrata circa merita cauſæ, unde exurgit exceptio peremptoria, non habet uitiare reſcriptum, ſecus ſi circa dilatoriam, nec falſitas qua non obſtante papa dediſſet, uitiat reſcriptum. Vitiatur, quando falſitas eſt notoria, quam exprimit ut facilius habeat litteras, ut ſi dicit ſe eſſe clericum. Abb. de foro compe. c. Ex parte. Qui litteras papæ falſificat per ſe, uel per alium, eſt excommunicatus cum fautoribus, clerici priuati officiis & beneficiis degradantur, & traduntur curiæ ſeculari. Qui falſis utitur, clericus officiis & beneficiis priuatur. Si laycus excommuni-

municatur. De crimi. falſi. cap. Ad falſariorum. Non debet expectari utrum ſit incorrigibilis, ſed ſtatim degradatus traditur curiæ ſeculari puniendus. Pœnę quę infliguntur ipſo iure, ſunt inflictæ commiſſo delicto, etiam occulto. Alię non infliguntur, niſi conuicto criminaliter, non ciuiliter. Punitur falſarius pœna mortis, qui falſis utitur, eſt excommunicatus, qui habet falſas, & non deſtruit infra dies. 20. & non utitur eis, non eſt excommunicatus, niſi a iudice excommunicetur. De iſtis agitur in cap. Dura. Hic intendit extendere prouiſionem huius capituli ad eos, qui per ſubiectionem falſitatis impetrauit litteras a papa. Ab. ubi ſuprà. c. Ad falſariorum.

Reſcriptum papæ eſt falſum in quo epiſcopus filius uocatur, uel inferior frater, uel uni ſcribitur in plurali. De crimi. falſ. c. Quam graue. Si contra ſtilum curię emanat præſumitur falſum, etiam reſpectu dictaminis, & continentię. Vnde priuilegium deuians ab æquitate, & communi curſu preſumitur non emanaſſe a papa, qui epiſcopos fratres appellat, quia ęqualis eſt ei in ordine. Licet maior adminiſtratione. Alios filios quia maior in ordine & adminiſtratione. Cardinales appellat fratres, quando mixtim eis ſcribit, ſi ſigillatim, epiſcopos fratres, alios filios appellat. Reges cariſſimos appellat filios. Principes reliquos, dilectos filios, quaſi ſe inferiores. Epiſcopi ſubditos appellat fratres, & ſocios. ipſi epiſcopum appellant patrem in litteris ſuis. Abbas de crimi. falſ. cap. Quam graue.

Reſcriptum papę. 9. modis falſificatur, & qui ſunt illi. De crimi. falſ. cap. Licet. Alios plures modos ponit Glo. Vbi ſuprà. Comparatio fit ſcripturæ ad ſcripturam dictaminis, & cartę. Item habet certa ſigna tantum officialibus manifeſta in litteris, & alia plura ſigna. Abb. ubi ſupra. c. Litteras.

Reſcriptum non probatur falſum propter raſuram paucarum litterarum in loco non ſuſpecto. De crimi. falſ. c. Ex conſcientia. Intellige, niſi in raſura ſequatur æquiuocatio nominis, de quo dubitatur, & quod ſit in loco ſuſpecto. Dicitur raſura ſuſpecta, quæ habet animum ſapientis in dubitationem uertere. Raſura quantumcunque modica facta ab imponente facit reſcriptum falſum, non autem ſi ab officiali papæ in loco ſuſpecto ab impetrante, uel utente, ideo fides ei non datur. Ab. ubi ſuprà.

Reſcriptum impetrans in quo concernitur fauor tertii, an poſſit illi renunciare inuito tertio. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Ex quæſtione.

In reſcriptis genus ſequens enumeratas ſpecies reſtringit ad pares expreſſis, ſicut ſpecies præcedens reſtringit ſequens genus. Idem dicitur de donationibus. Ab. de reſcrip. c. Sedes Apoſtolica.

Quando in reſcripto unum principaliter mandatur inquiri, & alia prius diligentius inquiruntur, caſſatur totus proceſſus. Glo. de reſcrip. c. Cum dilecta. Si reſcriptum ſit ſubreptitium, caſſatur proceſſus. Si factus contra formam reſcripti, irritus nunciatur. Vbi ſuprà. & Abb. de off. & pot. iud. delega. c. Prudentiam.

Reſcriptum impetratum pro inquiſitione contra prælatum per laycum etiam patrochianum ſuum eſt ſubreptitium hoc tacito, cum laycus non poſſit denunciare clericum. Abb. de accuſa. c. Qualiter, & quando.

Reſcripta ſunt intelligenda ſtricte. Glo. de reſcrip. c. Edoceri. Intelligitur ad lites, non in cauſa beneficiorum. Ab. de conſtitu. c. Sanctæ crucis.

Reſcri-

Reſcriptum, quo impetratur iudex excommunicatus notorie, non ualet, nec ſi impetrans ſciebat occulte, ſi impetrans ignorabat & occultus erat, ualet, quando ille erit abſolutus, non autem in duobus primis caſibus. Abb. de præben. c. Dilectis.

Reſcriptum quo incerti iudices dantur, uel futura negocia committuntur, non ualet. De reſcrip. c. Ad hęc ſumus. Niſi in reſcripto dicatur ex certa ſcientia, quia tunc ualet. Glo. ubi ſuprà. Immo ſufficit quod poſſit apparere quod ſit ex certa ſcientia, licet hæc clauſula non exprimatur, ſi commiſſio ſit in forma iuſtitiæ. In forma gratiæ etiam ualet ſine clauſula. Perſonæ tamen conueniendæ poſſunt eſſe incertę. Ab. ubi ſuprà.

Quando diuerſa reſcripta dantur ad diuerſos iudices contra unum ſuper eodem, & eis utitur, impetrans perdit utriuſque commodum. De reſcrip. c. Ex tenore. Glo. & Ab. ubi ſuprà. c. Niſi fuerit. Contumax condemnabitur in expenſis. Ab. ubi ſuprà. c. Ex tenore.

Reſcriptum impetratum contra ius ſtatim eſt abiiciendum, nec ualet, niſi papa dicat non obſtante tali iure. Abb. de fid. inſtrumen. c. Quod ſuper. Contra ius præſumitur falſum, uel propter nimiam occupationem emanaſſe, niſi in eo fiat mentio de iure contrario. Ius omne habet clauſulam derogatoriam ad reſcripta contraria, ut de eorum ualiditate ſit neceſſe facere mentionem de iure contrario. Abb. de capellis monacho. c. Ex parte tua. Si ius ſpeciale concurrit cum iure communi, non ualet priuilegium in contrarium, niſi facta mentione de iure ſpeciali, licet tollatur ius commune. Abb. de præſcrip. c. Cum olim. Quando eſt fienda mentio de iure communi, & qualis mentio ſit habenda. Ab. de reſcrip. c. Nonnulli.

Reſcriptum de iuſtitia ſimplici non præſumit quis falſare, nec punitur ſi hoc comperto deſiſtit illo uti. De crimi. falſ. c. Accedens. Iuramento proprio talis purgatur. In litteris iuſtitiæ non pręſumitur iuſtitia, ſed ignorantia, quæ de facili impetrantur, & pro modico non præſumitur quis deliquiſſe. Ab. ubi ſuprà. In tali reſcripto de iuſtitia non datur certa forma, etiam ſi exprimatur. Vnde actus geſtus in contrarium etiam a delegato ualet. Illa uerba ſapiunt monitionem, non conditionem poteſtatis. Ab. de cleri. exco. c. Illud.

Litteræ in forma communi, & ſecundum Apoſtolum, & de iuſtitia in forma pauperum ſunt eædem, & diſtinguuntur contra gratioſas. Ab. de reſcrip. c. Poſtulaſti.

Reſcriptum impetratum a papa inter puros laycos an ſit ipſo iure nullum, opiniones. Abb. de foro compe. c. Licet ex ſuſcepto. Delegatio facta ad petitionem miſerabilis perſonæ non opreſſæ, nec pauperis contra laycum non habe immediatum effectum, ſed dormit, niſi data negligentia iudicis ſecularis, quia tunc delegatus poteſt procedere immediate. Si ſit facta ad petitionem non miſerabilis perſonę incontinenti eſt nulla, etiam ſi præceſſit negligentia iudicis. Ab. ubi ſuprà. c. Ex tenore.

Reſcriptum latinitate falſa uitiatur, ſi tamen per aliquam figuram poteſt ſeruari ut hic, non uitiatur. Ab. de iudici. c. De quo uult Deus. Vitiatur falſa latinitate. De reſcrip. c. Ad audientiam. Item ſi reſcribit uni in plurali, & epiſcopos uocando filios, eo quod tranſeat per manus multorum. Glo. ubi ſuprà. Oportet ſit manifeſtum de falſa latinitate, quia ſi dubium, aut poteſt ſeruari per figuram, non uitiatur. Quando falſa latinitas ex

tas ex modico defectu conſurgit, ut litterę uel tituli, non uitiatur reſcriptum. Hæc omnia de quibuſcunque litteris domini papæ intelliguntur, quocunque modo habeantur. Quando etiam conſtat de certa ſcientia. Ab. de reſcrip. c. Ad hæc ſumus.

Reſcriptum ad lites non poteſt per alium impetrari, niſi habeat ſpeciale mandatum. Ad beneficia poteſt ſine quocunque mandato. Ab. de crimi. falſ. c. Dura ſæpe. Debet autem reſcriptum ad lites ſtrictiſſime interpretari, quia præiudicat ordinarię poteſtati, & eſt odioſum, quia dat materiam litigandi, & uexandi alium. Idem dic de reſcripto ad beneficia, quia ambitioſum eſt, & præiudicat ordinario, ideo fieri debet ſtrictiſſima interpretatio. Ab. de uerbo. ſignifi. c. Olim. Sine ſpeciali mandato non ualet, niſi ſint perſonæ coniunctæ. De reſcrip. c. Nonnulli. & Glo. ubi ſuprà. c. Ex parte decani. In talibus uerba reſtringenda ſunt potius quam laxanda. Abb. ubi ſuprà. c. Nonnulli.

In reſcriptis ad lites præualet quod primo præſentatur, etiam ſi aliud ſit prius datum oppoſitum eſt, quia ualet datum primo, & ſecundum non facit mentionem de primo eſt ſubreptitium, ſecus in ordinario & delegato. Abb. de appella. c. Vt debitus. Impetratum lite pendente non ſtat niſi mentionem faciat de lite. Vt lite penden. c. Dilectus. Speciale eſt in prelato, ut poſſit litteras impetrare etiam ad lites in eccleſiis inferioribus ſine mandato ſpeciali. Abb. ubi ſuprà. Impetratum lite pendente liti non præiudicat, Valet tamen reſpectu alterius inſtantię, & quando non, niſi faciat mentionem de lite. Ab. de teſtib. c. Cauſam.

Si moritur conueniendus per reſcriptum, ſucceſſor conueniri non poteſt re integra. De reſcrip. c. Significauit. Quod eſt ad lites tranſit ad ſucceſſores, contra quos fuit impetratum re non integra. Abb. ubi ſuprà.

Reſcriptum impetratum in cauſa incohata coram ordinario non faciens mentionem de proceſſu facto eſt ſubreptitium. Idem eſt de cauſa incohata coram alio delegato. Abb. de off. & pot. iud. deleg. c. Prudentiam.

Reſcripto papę eſt obediendum, uel aſſignanda ratio, quare obedire non poteſt. De reſcrip. c. Si quando. Licite non obeditur in materia beneficiorum, ubi obediri non poteſt ſine ſcandalo, quando non apparet de expreſſa intentione papæ. Si papa mandat non obſtante ſcandalo, ſi non poteſt id ſine peccato explicari, non eſt obediendum, ſicut quando ſcribit pro indigno, cui non poteſt prouideri ſalua conſcientia; quia hanc poteſtatem non habet papa. Ab. de preben. c. Cum teneamur.

Priuilegium legitimum perditur. 7. modis. Primo quando ſecundum facit mentionem de primo. Secundo per negligentiam impetrantis anno elapſo. Tertio per ſolicitudinem præuenientis. Quarto per fraudes eius qui impetrauit duo ad duos iudices, & uti uult utroque. Quinto morte delegantis. Sexto ex noua cauſa. Septimo ad tempus propter excommunicationem. Glo. de reſcrip. c. Cæterum. Excommunicatus perdit priuilegium ad tempus. Intellige ſi excommunicetur poſt impetrationem. Quando impetrauit ſi erat excommunicatus, reſcriptum eſt nullum in perpetuum. Abb. ubi ſuprà.

Reſcripto probatur gratia papæ. Si illud eſt perditum, probatur per teſtes qui illud uiderunt. Ab. de priuileg. c. Cum olim.

Reſcriptum impetrans non tenetur probare omnia contenta in reſcripto, etiã expreſſa in forma conditionis, ſi habet pro ſe iuris præſumptionem, ſed

onus probandi in contrarium incumbit neganti. Abbas de præſump. cap. Dudum.

Reſcriptum, quod procurator reuocatus, & de hoc certificatus extra iudicium impetrauit, non ualet, ſecus ſi in iudicio impetrauit, dummodo reuocatio ad notitiam iudicis, uel aduerſarii non peruenerit. De reſcrip. cap. Ex parte decani. Impetratum per procuratorem reuocatum eſt ipſo iure nullum, nec ualet proceſſus inde ſecutus. Ab. de procura. c. In noſtra præſentia.

Reſcriptum propter raſuram in loco ſuſpecto cenſetur uitioſum. De fid. inſtrumen. c. Ex litteris. Qui poſſunt radere, uel reſcribere. Quæ ſunt loca ſuſpecta. Abraſio in una parte, uel falſitas, an uitiet totum. Ab. ubi ſuprà. Non tamen uitiatur propter defectum litteræ. Vbi ſuprà. c. Ex parte. Nec defectus ſillabę ſecundum Glo. Idem dicendum de defectu dictionis, uel orationis, dummodo intelllectus papæ deprehendatur, niſi ſenſus mutetur, uel inducatur æquiuocatio, quia tunc etiam defectus litteræ uitiat. Non uitiatur ſi una littera ponatur loco alterius, nec ſi una dictio deficiat, ut ſi dicit, mittas incorporalem, nec ſi ex mutatione unius litteræ in aliam cauſatur falſa latinitas, ſi tamen in omnibus prędictis appareat papam ita ſenſiſſe. Capitulum ad audientiam, intelligitur de falſa latinitate apparenti, non ex tranſcurſu pennę, uel mutatione unius litteræ loco alterius. Abb. ubi ſuprà. c. Ex parte.

Reſcriptum deuians ab omni ratione, & communi ſtilo curiæ cum ſuo impetrante remittitur ad curiam, nec tamen commiſſarius illud exequitur, niſi recipiat ſecundo reſcriptum. Abb. de reſcrip. c. Ex parte. Ad hæc ſumus.

In curia exiſtens litteras Apoſtolicas non recipit, niſi de manibus papæ, uel deputatorum officialium ab eo. Solennes tamen perſonæ per nuncium recipere poſſunt, de manibus tamen prædictorum. Contrafaciens ſi eſt laycus excommunicationi ſubiacet, ſi clericus, eſt ab officio, & beneficio deponendus. Excommunicantur non reſtituentes uel non deſtruentes litteras falſas infra. 20. dies, & abſolutio reſeruatur papę. De crimi. falſ. c. Dura. In curia exiſtens & recipiens per manum alienam incurrit iſtam pœnam, ſiue impetret pro ſe, ſiue pro alio, qui non eſt in curia. Semper oportet recipiatur de manibus prædictorum. Abb. ubi ſuprà. c. Dura ſæpe.

Reſcriptum contra religioſos non faciens mentionem de ordine non ualet. De reſcrip. c. Cum ordinem. Habentes priuilegium, quod reſcriptum impetratum contra eos debet facere mentionem de eorum ordine, non tenetur reſpondere delegato papæ per reſcriptum, niſi fiat mentio de ordine ſuo, licet teneantur oſtendere priuilegium. Glo. & Ab. ubi ſuprà.

Reſcriptum quod eſt nullum aſſumit uigorem, ſi orta contentione ſuper nullitate pronunciat iudex ualidum, & non appellatur. Abb. de reſcrip. c. Ex parte decani.

Reſcriptum reuocationis quæſtionis remittitur ad arbitros, ſi iudices in cognitione cauſæ ſibi non deferunt, nec in unam poſſunt concordare ſententiam. Qui ſunt iudices, an qui per primum uel qui per ſecundum ſunt deputati. De reſcrip. cap. Paſtoralis. Generaliter in omnibus ſeruatur. Abb. ubi ſuprà.

Reſcriptum ſecundum non derogat primo, niſi faciat mentionem de primo, & de omni clauſula notabili poſita in eo. Quando primum, uel ſecundum

eſt nullum ipſo iure. Abb. de reſcrip. c. Cæterum. Secundum derogat primo, ſi impetrans primum non utitur illo, dolo, uel negligentia. Vbi ſuprà. c. Si autem. Primum tamen eſt perpetuum, ſi ſecundum non impetretur. Abb. ubi ſuprà. Plerunque in beneficiis an teneat primum uel ſecundum. Abb. ubi ſuprà. Capitulum Sanctæ crucis. Si primum eſt generale, & ſecundum ſpeciale non faciens mentionem de generali derogat tamen primo. Vbi ſuprà. cap. Paſtoralis. & Glo. Quo ad ea de quibus mentionem facit ſpeciale. Abb. ubi ſuprà. Genus cui per ſpeciem derogatur accipit multa ſub uno ſigno uniuerſali. Species quę ſpecialiter exprimitur. Vnde non dicitur diſpoſitio generalis quæ uenit ſolum uerificanda ſub una ſpecie contenta ſub genere, ſed potius dicitur diſpoſitio incerta, cui non derogatur per diſpoſitionem certam. Vnde ſi mandat papa quod prouideat uni de primo beneficio uacante in prouincia, & ſecundo de primo uacante in tali eccleſia, in tali caſu oportet ſecundum deroget primo. Abb. de reſcrip. c. Paſtoralis. Secundum ſi non facit mentionem de primo quod eſt elidibile, uel nullum, tenet, licet non faciat mentionem de primo. Glo. & Abb. ubi ſuprà. c. Ex tenore. Secundum non tollit primum, niſi mentionem faciat de qualibet notabili clauſula, & articulo contento in primo. Abb. ubi ſuprà. c. Cum directa. De offi. & poteſt. iud. delega. c. Ex parte. Secundum ab aduerſario impetratum ad eandem cauſam oportet mentionem faciat de litteris prioribus, & ſpecialiter de omni clauſula notabili appoſita in eis, & de omnibus quæ poſſunt mouere animum Pontificis ad negandum ſecundas litteras. Vnde non tantum expreſſa mentio eſt facienda de primis litteris, immo & de appellatione, quia fit iniuria prioribus iudicibus, ſi ſine cauſa reuocantur. Ab. de offi. & pot. iud. delega. cap. Ex litteris patriarchæ. Secundum non faciens mentionem de primo ualet, ubi primum non fit legitimæ impetratum. Ab. de appella. c. Oblatæ. De confir. uti. uel inuti. c. Bonę. Vt prę iudicet oportet ſecundum mentionem facere de primo alteri conceſſo, & de priuilegio limitato ipſi priuilegiato conceſſo. Si ſecundum conceditur pure ſine limitatione in præiudicium cauſæ iuris reſeruati alteri in primo, & generaliter, quando in ſecundo oportet fieri mentionem de primo. Ab. de præſcrip. c. Cum olim. Secundum reuocat primum, niſi fiat mentio de primo, & de proceſſu habito per illud. Si cauſa abducitur de manu ordinarii, oportet fiat mentio de proceſſu habito per ordinarium, aliter reſcriptum eſt ſubreptitium. Ab. de ſen. & re iudica. c. Inter monaſterium. In ſecundo oportet mentionem fieri de principalioribus articulis, de ordinationibus, de iudicibus, de litigantibus, de his, de quibus agitur, & interpretandum, ut ratio quę mouet delegatum, moueat delegantem, & ſi eſt dubius, conſulat delegantem. Idem in cauſa quę de manu ordinarii recipitur. Abb. de ſenten. & re iudi. c. Inter monaſterium. Secundum non remouet primum, niſi in ſecundo fiat mentio de omni cauſa notabili poſita in primo. Abb. de reſtitu. ſpoliato. cap. Ex quęſtione. De dolo & contuma. cap. Ex litteris. Si ſecundum non facit mentionem de primo niſi in generali, an ualeat, relinquitur arbitrio iudicis, quia ſi in primo clauſula aliqua erat, qua narrata papa non dediſſet ſecundum ita de facili, non ualet. Abb. de dolo & contuma. c. Ex litteris.

In reſcripto contra ſententiam, uel compoſitionem debet fieri mentio de ſententia, & compoſitione. Abb. de fide inſtrumen. cap. Inter dilectos.

Reſcri-

Reſcripto ſententia lata ſemper poteſt ratificari, & ſuſpectum de falſitate capi & lacerari, ut habeatur ueritas. Abbas de crimine fal. cap. Super eo.

Reſcriptum ſubreptitium &c. non omnia ſuppreſſa in impetratione gratiæ reddunt gratiam ſubreptitiam, ſed illa ſunt neceſſario exprimenda, quæ expreſſa habent ex toto impedire, aut faciunt difficultatem in concedendo gratiam, & hoc arbitrabitur bonus iudex. Ab. de religio. domi. c. Conſtitutus. Si continet plures gratias, ſi in una eſt ſubreptio, non propter hoc altera uitiatur. Abb. de deſponſa. impuber. cap. Ad diſſoluendum. Si continent plura non corruit quo ad omnia per ſubreptionem in uno. Ab. de reſcrip. cap. Sedes Apoſtolica. Subreptio uitiat gratiam ipſo facto, etiam ſi conſiſtat in tacendo factum alienum, quod impetrans probabiliter ignorabat, quia in huiuſmodi non aduertimus ad culpam impetrantis, ſed potius ad intentionem concedentis. Subreptio commiſſa in alterum connexorum uitiat gratiam in totum. Quando oportet fieri mentionem de numero, de ſtatuto, de iuramento. Tempus ad excipiendum quantum durat. Abb. de reſcrip. c. Conſtitutus. Vitiatur etiam, ſi non ſit impulſiua ſubreptio, ut quia papa conceſſiſſet, ſed non ſic de facili. Vnde corruunt litteræ beneficii, & hoc eſt in odium materiale beneficialis propter ambitionem impetrantium. Ab. de reſcrip. c. Poſtulaſti.

Reſcriptum eſt ſubreptitium ſi non facit mentionem de proceſſu habito coram ordinario, ſi tamen non eſſet proceſſus, nec ſententia ordinarii, non opus eſſet mentionem facere in litteris de ordinario, ſicut nec de prioribus litteris nullis. Abb. de dona. cap. Inter uir. & uxo. c. Per ueſtras. Continens gratiam, uel priuilegium uitiatur per ſubreptionem, etiam ſi ſit cum clauſula, motu proprio. Ab. de conſangui. & affini. c. Quia circa. Vide. Diſpenſatio a papa ſuper matrimonio.

In reſcripto tempus præfixum iudici reſpicit tempus præſentationis, niſi forte diceret uſque ad paſcha, quia tunc clarum eſt. Abb. de appella. c. Super eo. Quando littera. A. apponitur numero dierum dies illa non computatur in termino, quia. A. de ſui natura excludit diem cui apponitur ſpecifice. ſi non apponitur a, uel aliud ſimile tempus currit de momento ad momentum. Si iudex eſt excommunicatus non currit tempus a die præſentationis, quia eſt impedimentum iuris. Iudex ſi abbreuiauerit tempus de conſenſu partium non poteſt ad inſtantiam alterius prolongare, niſi forte nouum & inexcogitatum impedimentum ſuperuenerit. De conſenſu utriuſque poteſt prolongare, uel remittere indeciſum, ſed tamen de conſenſu unius partis ad petitionem eius non prorogabit, ſed ad petitionem eius quæ non petiit, prorogabit. Si uterque impetrauit reſcriptum, & reus prius præſentauit, tempus incipit a prima præſentatione, & ſi fuerit facta dolo, ſubuenitur actori. Si mandatur ut cauſam inſtructam infra certum tempus remittat, ſi completo termino non eſt ſufficienter inſtructa, remittit qualem habet. Abb. de appella. c. Super eo. Quando debet attendi tempus datæ, aut tempus præſentationis. Glo. & Ab. de præben. c. Dilectus.

In reſcripto uerba intelliguntur tam de iure quam de facto, ſi utroque modo poſſunt uerificari. Abb. de reſcrip. c. Sciſcitatus. Ordo uerborum recipit interpretationem a iure communi, & clauſula in reſcripto poſita debet ad ſtatum iuris reduci, ubicunque ſita reperiatur. De reſcrip. c. Cau-

ſam. quę. Intelligitur tantum in dubiis. Abb. ubi ſuprà. Verba prolata per aliquos quorum cauſa committitur per principem, debent diſtinčte intelligi, ſic ut euitetur præiudicium tertii, nec debent capere illum intellectum, quem poſſunt habere ex lata ſignificatione uerborum, quia non præſumitur quod princeps uelit priudicare iuri tertii, de quo mentionem non fecit. Ab. de off.& poteſt. iud. delega. c. Super eo.

Per reſcriptum impetratum contra uiolentiam conuenitur qui ſcienter ſucceſſit in uitium. De iudi. c. Quia.G.

Reſcriptum ſuper abſolutione uoti impetratum pro crucesignato non ualet tacita ueritate, uel expreſſa falſitate. De fid. inſtrumen. cap. Quod ſuper.

Reſtitutio male ablatorum an ſit caſus reſeruatus epiſcopo, opiniones. Si de male ablatis conſtat in confeſſione in pœnitentia poteſt ipſe reſtituere, & committere reſtitutionem. Si conſtat in foro iudiciali reſtitutio debet fieri de conſenſu epiſcopi, quia non creditur dicenti ſe reſtituiſſe. Si conſtat publice de extorſione, debet publice conſtare de reſtitutione. Si teſtator reliquit centum pro male ablatis incertis per executores conuertendos in pauperes, niſi aliter probentur male ablata, epiſcopus non poteſt intentionem ſuam fundare ſuper illis tanquam male ablatis. Ex quo hæc confeſſio teſtatoris non fuit recepta a parte, nec iurata, habet uim cuiuſdam legati ad pias cauſas. Abb. de iude. c. Cum ſit. Obligatus reſtituere liberatur dando pauperibus non exiſtentibus quibus fiat reſtitutio. Iſta lex facit quod reſtitutio male ablatorum, & diſtributio non pertineant ad epiſcopum, ſi illemet qui occupat pauperibus poteſt reſtituere, & in foro animę liberatur. Abb. de homici. c. Sicut dignum. De uſur. c. Quia in omnibus.

Ad reſtitutionem non ſufficit detinenti bona alterius quod illa reſtituat, ſed etiam debet imponi pœnitentia. Ab. de homici. c. Sicut dignum.

Ad reſtitutionem tenetur qui dat conſilium occupandi aliena in foro animæ. In contentioſo agitur contra dantem conſilium, quando non poteſt agi contra principalem. Si liberatur præſtans conſilium non liberatur principalis, ſed econtra, niſi aliquid perueniſſet ad manus eius, qui dedit conſiliũ. Si diſſuaſit rapinam committendam, & tamen aſſociauit raptorem ne læderetur ab alio, ſi principalis fuit captus, & nihil ab eo abſtulit, non tenetur qui aſſociauit, ſi aliqua aſportauit inde, & illa ſine eo aſportaſſet, & iuiſſet ſine ſocio iſte non tenetur reſtituere. Si pręſtans conſilium tenetur in totum. Præſtans auxilium tenetur tantum ad id ſuper quod auxilium præſtitit, & quatenus auxilio præfuit. Conſilium uagatur ad totam rapinam, ideo conſulens tenetur in totum, ſed auxilium reſtringitur ad id ſuper quo præſtatur. Ab. de homici. c. Sicut dignum.

Reſtitutionem petens non auditur, ſi de eius crimine notorie conſtat non ſolum notoreitate facti, ſed etiam iuris tantum, licet priuatus beneficio præter ordinem iuris poſſit reſtitutionem petere. Abbas de accuſa. cap. Vt peti. Reſtitutionem petenti obſtat defectus notoriæ proprietatis ſiue defectus excludens executionem proprietatis notoriæ, puta petenti uxorem ſi excipiatur de adulterio. Abbas de diuor. cap. Significaſti.

Reſtitutio tenetur cuſtos rei, & bidellus qui dedit rem deferenti ſignum. Ab. de fur. c. Ex litteris. Vide. Cuſtos.

Vbi ex parte dantis nullum intereſſe uerſatur in petitione, ſed ex parte recipientis, ſic reſtitutio generaliter debet fieri pauperibus, & de iure ciuili fiſcus recipit, auferret etiam lucra illicita. Abb. de iude. c. Cum ſit.

Reſtitutio ubi ius habens concurſum legis, uel æquitas naturalis diſponit ſuper reſtitutione uel retentione, ſeruanda eſt lex, etiam in foro conſcientiæ. Vbi inter legem poſitiuam, & naturalem diſcrepantia eſt, ſeruanda eſt lex naturalis in foro animę, niſi lex poſitiua ex uera & iuſta cauſa diſponat contra illam legem naturalem. Ex prima regula reſtituenda ſunt quæ habentur ex furto, rapina, oppreſſione, dolo, uel calumnia. Ex ſecunda qui nuda promiſſione promittit ſeruo aliquid dare, quia ex promiſſione eſt obligatio naturalis, cui tamen ius ciuile non aſſiſtit. Tertio meretrix non recipit turpiter promiſſionem, & dona, & poteſt ad libitum diſponere, nec tenetur ad reſtituendum. Alię mulieres non publicæ meretrices turpiter recipiunt. Vnde non poſſunt agere pro promiſſione, & recepta reſtituere tenentur, & fiſcus poteſt illa bona occupare. Quarto legatarius qui recipit integrum legatum. Vbi hæreditas non ſufficit, & non eſt per hęredem detracta falcidia, hic dicuntur multa. Quinto obligatur ciuiliter, & non naturaliter, ut qui ſcribit ſe debere centum ſpe remunerationis futurę, qui tamen nihil accipit elapſo termino in foro animæ non tenetur, quia lex fundatur ſuper præſumptione, quæ in foro animæ cedit ueritati. Sexto qui obtinet iniuſtam ſententiam tenetur reſtituere quicquid inde ſecutum eſt, & ſi per confeſſionem ueritas haberetur quod illa ſententia erat iniuſta, etiam in foro iudiciali caſſaretur, ideo uictus in foro animæ non tenetur parere illi. Septimo qui præſcribit non tenetur reſtituere reſcriptione completa, quia hoc concedit ius canonicum quod poteſt ex cauſa ab uno accipere, & alteri dare. Octauo in mutuo filiifamilias quando tenetur non obſtante exceptione. Nono cui res adiudicari poteſt petita reſtitutione in integrum ſpeciali iure, uel generali antequam imploretur ex quo contractus tenuit mero iure non tenetur ad reſtitutionem, niſi qui petit reſtitutionem ſit læſus malitia contrahentis. Si contractus eſt nullus ratione ſolennitatis reſtituere non tenetur in conſcientia. Decimo qui lucratur ultra debitum ex licito exercitio, ita quod non habeat iuriſdictionem puniendi, ut aduocatus, & curſor non tenentur reſtituere, quæ lucrati ſunt ultra debitum. Si qui dedit eſt perſona diſcreta, ſi habet iuriſdictionem ratione cuius aliquid accipit ultra debitum, tenetur reſtituere. Qui exercet illicitas negociationes, uel alias iniuſte acquirit de calumnia alteri facta tenetur in conſcientia ad pias cauſas. Vndecimo ſi ludus eſt prohibitus lege communi, uel municipali, uel lucratus eſt cum eo, qui non habet plenam adminiſtrationem, uel lucratus eſt cum falſis taxillis, tenetur ad reſtitutionem. Si alias lucratus eſt, an teneatur, ſunt uarię opiniones. Duodecimo Hipocrita qui multa bona acquiſiuit ſub nomine boni Chriſtiani tenetur dare in eleemoſinas, quia per fraudem acquiſiuit, & quia donata ſunt Deo ut cauſæ proximæ. Tertiodecimo ſi princeps facit conſtitutionem contra ius naturale, puta quod dominia transferantur de uno in alium, non eſt ſeruanda conſtitutio talis ſine cauſa in foro animæ. Si a principio fuit iuſta cauſa, quæ nunc ceſſat, & lex habet præſumptionem cauſæ, & ſuper eam inducit præſumptum ius, de iure in foro animæ non eſt ſeruanda, ſi conſtat de

defectu

defectu cauſæ. Si lex habet præſumptionem iuris, & de iure, non iudicat, ſed ſimpliciter ſtatuit. Si cauſa eſt expreſſa in lege, & poteſt probari cauſam iſtam non extitiſſe in caſu occurrente, non debet ſeruari conſtitutio, quia ubi ceſſat ratio, ceſſat & lex. Si ratio legis non eſt expreſſa, ſi poteſt naturaliter, & indubitanter unica ratio præſumi, debet lex, & conſtitutio reſtringi ad limites illius rationis. Quartodecimo hæres qui non fecit inuentarium non tenetur ultra hæreditatem in foro animæ creditoribus, quia lex fundatur ſuper pręſumptione, quod bona illius defraudauerit, & lex eſt penalis, etiam in foro animæ non artatur ad ſoluendum pecunias. Quintodecimo hæres tenetur ſoluere in conſcientia legata relicta in teſtamento minus ſolenni, & ſufficit unus teſtis. Solennitates inductæ ſunt ad remouendum falſitates. Vbi ergo conſtat non eſſe falſitatem in foro animæ ualet teſtamentum. Abb. de immunita. eccle. c. Quia plerique.

Qui lucratur in ludo, qui fit cauſa exercitii ingenii non tenetur reſtituere ei qui poteſt alienare. In puro fortuito, uel mixto tenetur. Qui alium ad ludum traxit etiam in eo qui fit ex ingenio, ſi cauſa expoliandi, tenetur ſaltem pauperibus dare, licet alii dicant de conſuetudine contrarium. De uita & honeſta. cleri. c. Clericum. in additione.

Reſtituere tenetur qui aliquid ſubtrahit tempore neceſſitatis, quando uenit ad pinguiorem fortunam, quia hoc permittitur propter neceſſitatem, & ceſſante cauſa debet ceſſare effectus, ſicut dicitur de eo qui præſtat alimenta tempore neceſſitatis, & proteſtatur de repetendo. Qui ſubtrahit rem propter neceſſitatem maximam, non poteſt puniri per iudicem in foro contentioſo, licet tempore neceſſitatis maximę actio non competat pauperi contra diuitem, poteſt tamen pauper ſupplere iudicis officio contra diuitem, quia ille peccat non ſubueniendo in tanta neceſſitate. Si neceſſitas non eſt tanta, non tenetur diues ad eleemoſinam, niſi ſic ad alia pia opera. Ab. de fur. c. Si quis.

Acquiſitum ex negociatione licita eſt inter pauperes diſtribuendum, & ſic ab excommunicato acquiſitum per negociationem, & puto neutrum eſſe uerum. Vnde hæc ſunt conſilii, non neceſſitatis. Ab. de iude. cap. Cum ſit.

Reſtituere quis tenetur id quod acquiſiuit contra iuramentum proprium, Idem eſt de aliis acquiſitis cum peccato, ut dicit Hoſti. Ab. de præſcrip. c. Si diligenti.

Reſtituere tenetur poſſeſſor bonæ fidei ſi poſſidet iure reſiſtente, & tenetur etiam ad reſtitutionem fructuum, non autem ſi ſit poſſeſſor malæ fides iure aſſiſtente. Abb. de præben. c. Dilecto.

Reſtituere non tenetur qui præſcribit, ſi completa pręſcriptione cognoſcit rem non fuiſſe ſuam, & non prius. Ab. de immunita. eccle. c. Quia plerique.

Qui dedit pecuniam pro prælatura eccleſię collegiatæ non tamen habet unde uiuat, & eccleſia eſt ſecularis, reſtituenda eſt pecunia ei qui dedit, ſi habet unde uiuat. Si omnes de eccleſia deliquerunt, pecunia debet dari eccleſiæ, non criminoſis, cum ipſi eiiciantur. ſi non emittuntur, applicabitur fiſco cameræ Apoſtolicæ diſtribuendo in pias cauſas. Si ſolus pręlatus deliquit, ſolus puniatur, & applicabitur pecunia eccleſiæ in cuius ignominiam data fuit. Si eccleſia eſt regularis, dabitur pe-

cunia ei qui dedit ut intret monaſterium ſecundum. Si particularis de eccleſia deliquit ne delictum ſuum noceat eccleſiæ, tenetur dare pecuniam ſecundo monaſterio quo ad uſumfructus tantum, & eo ingreſſo mortuo redibit ad primum monaſterium. Abb. de ſimo. c. Ad hoc.

Reſtituendę ſunt uſurę hoc ordine. primo his a quibus ſunt extortæ, ſi non extant, ſecundo hæredibus, tertio ſi illi non ſunt, reſtituuntur pauperibus. Idem dic quando non apparet cuius ſit illatum damnum. Quando ciuitas ſubmittitur ſpoliis, ſi ignorat a quo accepit debet dare pauperibus, ſi non ualet reſtituere, ex quo pœnitet, liberatur a morte æterna. Si uſurarius receſſit de loco ubi extorſit uſuras, cum ſit poſſeſſor malę fidei, tenetur ſuis expenſis remittere ubi extorſit. ſi hi a quibus ſunt extortæ receſſerunt expenſis illorum mittuntur, niſi quis fidelis uelit gratis portare. Similis diſtinctio fit in re legata. Si uſurarius ceſſit bonis tenetur ad reſtitucionem in integrum in foro animæ, nec habetur ratio, ne egeat poſt ceſſionem, ſicut in foro contentioſo. Item tenetur reſtituere, etiam ſi poſt reſtitutionem remaneat pauper, quia non licet uiuere de alieno. Vſurariorum bona ubi perueniunt ad aliquem ex titulo honeſto non poſſunt uendicari per debentes uſuras accipere, ſed ſi poſſeſſiones emptæ ſunt ex fœnebri pecunia ex cauſa lucratiua perueniunt ad tertium, per officium iudicis poſſunt uendi, non quia ſint obligatæ, ſed ex quadam ęquitate, quia ex quo res mihi debita ex cauſa lucratiua peruenit ad te, reſtituere teneris. An filia habens dotem a patre uſurario bona fide teneatur ſoluto matrimonio reſtituere his a quibus uſuras accepit, ſunt opiniones contrariæ, quæ hic ſuſtinentur. Conſilium eſt, ut detur pauperibus, ubi eſt extorta pecunia, uel ubi eſt ille a quo fuit extorta. De neceſſitate ſufficit uſuram reſtitui pauperibus. Abb. de uſur. c. Cum tu.

Reſtitucio in integrum eſt idem quod in priſtinum gradum ponere. Abb. de in integr. reſtitu. c. In rubri.

Reſtitutionem in integrum poteſt petere omne collegium pium, ut canonicorum, hoſpitalium, etiam ſcholarium, ciuitates, caſtra, uillæ, minores, quia eorum bona per alios miniſtrantur. Abb. de in integr. reſtitu. cap. Requiſiuit. Ex iuſta cauſa concedenda eſt etiam minori, dummodo iuſta cauſa petendi probetur. ſi non probatur plene, ſed ſemiplene conceditur reſtitutio in cauſa fauorabili dumtaxat. De in integr. reſtitu. c. Ex litteris.

In contractu uenditionis, & locationis ſi eccleſia fuit enormiter lęſa, poteſt petere reſtitutionem in integrum, ita tamen quod emptor non fraudetur in prætio, nec in ſumptibus factis per eum. De in integrum reſtitutio. cap. Requiſiuit. Eccleſia aduerſus omnem contractum poteſt petere reſtitutionem, ſi ratione illius contractus eſt læſa enormiter, & læſio poteſt probari per teſtes, uel alias legitime, non tamen iuramento prælati, & hoc infra quatriennium, niſi ſubſit cauſa legitima, per quam debet audiri. Qui contraxit non tenetur reſtituere, niſi prius habeat prætium rei, & ſumptus, & laboris ſui, niſi tantum perceperit quod eis ſit ſatisfactum, non tamen oportet accipiat quantum plus ualet poſſeſſio meliorata. Quæ læſio dicatur magna, quæ parua. An currat uſucapio, uel pręſcriptio tantum in

rebus eccleſiæ opiniones. Eccleſia in fauorabilibus æquiparatur minori, & reipublicæ, quæ poſſunt petere reſtitutionem. Abb. ubi ſuprà.

Eccleſia læſa propter negligentiam procuratoris, qui non produxit iura ſua reſtituitur. De in integr. reſtitu. c. Cum ueniſſet. Non fit reſtitutio ſi priuata perſona lęditur procuratoris ſui negligenaia, ſed eccleſia petit contra ſententiam, & probationem omiſſam. ſi calumnioſe procurator damnificauit eccleſiam, in cuius poteſtate eſt petere reſtiturionem, uel agere contra procuratorem. Abb. ubi ſuprà. Eccleſia poteſt petere reſtitutionem quando læſa eſt in probatione omiſſa, non obſtante termino iuris probationis excluſæ, & poteſt petere reſtitutionem non ſolum contra priuatam perſonam, ſed etiam contra eccleſiam. De in integrum reſtitu. c. Auditis. Negligentia prælatorum litigantium non excludit eccleſiam a reſtitutione conſequenda. Abb. ubi ſuprà.

Reſtitutio eccleſiæ fit etiam contra ſententiam papæ, & cauſa reſtitutionis in integrum debet partibus præſentibus tractari. De in integr. reſtitu. c. Cum ex litteris. Licet non poſſit appellari a ſententia papæ, poteſt tamen reſtitutio peti, quam ſolus papa poteſt concedere, & non inferior. Reſtitutio ſemper tractari debet coram ſuperiore poſt ſententiam principis etiam poſt terminum appellationis admittitur ſuplicatio ut iterum uideatur. Abb. ubi ſuprà. c. Cum ex litteris.

Poſt peremptorium non auditur eccleſia de iure communi, auditur tamen per beneficium reſtitutionis in integrum. Ad perendum reſtitutionem in integrum requiritur ſpeciale mandatum. De in integr. reſtitu. capit. Coram.

Reſtitutio in integrum negata eccleſiæ ulterius ſibi non conceditur, niſi ex noua cauſa, reſtituitur tamen ad appellandum a ſententia delegationis. Vbi ſuprà. c. Beneficio.

Reſtitutionem petit quis, ubi non eſt ſeruatus ordo iuris. De accuſa. c. Ad petitionem. Vide. Iuris ordo.

Reſtitutio in integrum poſtulanda eſt ab ordinario adminiſtrationem habente, uel a delegato eius, ſiue cauſa ſit ſibi ſpecialiter delegata, ſiue incidat in cauſa ſibi generaliter commiſſa. Ab ordinario non habente adminiſtrationem, uel a delegato eius non debet peti, niſi ueniat incidenter in cauſa. Arbiter de cauſa reſtitutionis non cognoſcit, nec poteſt aſſumi in maioribus cauſis. De in integrum reſtitutione. cap. Cauſa reſtitutionis.

Petitio reſtitutionis in integrum contra ſententiam ſuſpendit regulariter executionem ſententiæ in euentum iſtius cauſæ reſtitutionis. Fallit, ſi contra petentem reſtitutionem eſt præſumptio malitiæ, quod cauſa differendæ executionis hoc petat, quo caſu fit executio pręſtita cautione de reſtituendo, ſi petens reſtitutionem obtinebit in cauſa. De in integr. reſtitu. cap. Sciſcitata. Aduerſus ſententiam papæ poteſt peti reſtitutio in integrum, nec excuſat, ſi non petit uiuente papa, niſi probet timorem. Qui poteſt petere reſtitutionem in integrum pro alio, & quando impeditur executio ſententiæ. Abb. ubi ſuprà.

Reſtitutio in integrum conceditur eccleſiæ infra quatriennium contra præſcriptionem, quo elapſo niſi alia cauſa appareat, currit præſcriptio. Incipit hoc quatriennium currere completa pręſcriptione, quia tunc incipit lędi eccleſia, & id tempus eſt a principio utile, quia non currit ignoran-

ti. Abb. de præſcrip.c. Placuit. Quando poteſt reſtitutio poſt quattriennium, opiniones. Ab. de in integr. reſtitu. c. Cum ex litteris.

Reſtituitur minor in eo quod contraxit, uel omiſit, ſi probat exinde ſe læſum, & ſtatim infra tempus reſtitutionis petendæ. De in integr. reſtitu. c. Conſtitutus. Quantumcunque in alienatione rei eccleſiaſticę uel minoris interueniat decretum ſuperioris, & omnis iuris ſolennitas, ſi minor, uel eccleſia poteſt probare læſionem ex illo contractu, poſſunt petere reſtitutionem in integr. Vbi eſt læſio, eſt in poteſtate emptoris ſuplere debitum præcium, uel reſcindere contractum. Ab. ubi ſuprà.

Reſuſcitatus habet omnia quæ imprimuntur in anima ut caracterem. Rumpit teſtamentum, & aufert bona ab hæredibus. Si reſtitutio principis ſe extendit ad omnia, hic reſtitutus eſt a Deo, & de æquitate iuris, quia de rigore iuris actio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit. Votum etiam religionis ſoluitur in morte, quia obligatio reſtringitur ad tempus, non recuperat etiam uir uxorem. Ab. de frig. & maleſi. c. Fraternitatis.

Reuelare ſecretum tenetur qui adducitur in teſtem. Abb. de pœni. & remiſ. c. Omnis utriuſque ſexus. Vide. Secretum. Inquiſitor generalis.

Reus dicitur a re quæ petitur, licet non ſit conſcius ſceleris, reus tamen dicitur quandiu eſt in iudicio pro re quæ petitur. De uerbo. ſignifica. cap. Forus.

Reus abſoluitur ubi acta æqualiter ſunt pro reo, & actore, modicus tamen exceſſus non tollit hoc priuilegium reo. Abb. de proba. c. Ex litteris. Abſoluitur tamen, cum iura actoris ſunt obſcura, ut quia ipſius inſtrumenta ſunt offuſcata, uel litteræ, uel ſculpturæ ſigilli ſunt deleta. De fid. inſtrumen. cap. Inter dilectos. Abſoluendus eſt ab omni onere actore nihil probante. Si præſumptio eſt pro reo, ei defertur iuramentum, uel ipſi actori conſideratis circumſtantiis perſonarum, & cauſę. De iureiuran. c. Iuramentum. §. Sane.

Reus non poteſt citare actorem ad unum locum, alioquin perdit reſcriptum, & condemnatur in expenſis. Glo. de reſcrip. c. Quia nonnulli.

Reus ab exceptione repellitur pro replicatione paris criminis illi obiecti. De excep. c. Cum eccleſiaſticæ.

Reus eſt fauorabilior actore, ideo in dubiis potius eſt fauendum reo, quam actori. Ab. de ſen. & re iudica. c. Duobus.

Reus inſtrumenta ſua propria actori ædere non tenetur. De proba. cap. Ex epiſtolę. Inſtrumenta communia quo ad proprietatem inſtrumentorum, ut quia ſunt cohæredes, uel eis pariter donata, uel legata, uel communi pecunia empta, uel quouis alio modo cōmuni quo ad proprietatem utriuſq; in dubio poteſt peti, ut ex cauſa dentur. Similiter ſi ſint communia ex natura negocii, ut quia ſunt geſta ab habente officium, uel artem, & ex conſuetudine tenebatur, liber in quo ſcribebat omnia negocia officii tenetur ędere, & hoc ſi ex officio, uel conſuetudine tenebatur habere librum, non autem ſi liber facit ad eorum inſtructionem. Hoc fallit in uſurario ſecreto. ſi ſint communia propter materiam contentam in eis carta tamen non eſt communis ex ſe, nec ex natura negocii ſi ſint penes notarium tenetur ædere habita mercede. Si apud aduerſarium, & ſunt originalia, tenetur ædere. ſi exemplata ex pecuniis propriis non ſunt communia. Quando ſunt propria ipſius impetrantis in dubio debent ædi, poſſunt enim tanquam propria uindicari. ſi ſint propria ipſius a quo petuntur, ſi petuntur

tuntur

tuntur ex parte rei ab actore ad exceptionem fundandam, communiter tenetur, quod debet æditio fieri. ſi petuntur ex parte actoris, & reus eſt uſurarius, illis tenetur ædere. Si petit actor ad fundandam ſuam replicationem, tenetur reus ædere. Si actor petit ad intentionem ſuam probandam regulariter, non tenetur reus ædere. Fallit in fiſco, in matrimonio, in cauſa eccleſiæ, & in legatis ad pias cauſas. Si tamen notarius eſt præſens qui copiam omnium habet, ceſſant omnia prædicta. An iudex poſſit compellere reum ad exhibendum inſtrumenta. Quæ, & quo iure. Ab. de proba. c. Ex epiſtolę.

Reus qui in uno territorio exiſtens ſagitauit exiſtentem in alio territorio poteſt conueniri ſub utroque iudice, & eſt locus præuentioni. Qui mandat in alio territorio committi delictum conueniri tantum poteſt, ubi conſummatum eſt delictum. Abb. de præſump. c. Sicut noxius.

Reus non compellitur ad aliquid probandum, nec iurare actore non probante, etiam ſi reus onus probandi aſſumpſerat. Si autem probauerit, abſoluitur, quia ex hoc non perdit priuilegium. Onus probandi transfertur in reum ratione præſumptionis, & quando actor fundat intentionem ſuam in iure communi. Tertio cum reus ſponte aſſumit onus probandi. Quarto in communibus iudicijs. Quinto cum uterque dicit ſe poſſidere. Sexto in crimine falſi. Septimo in crimine læſæ maieſtatis, in ſacramentis deferendis, in proditione patriæ, in furto reipublicæ, ſi pupillus, uel minor repetit ut ſoluatur debitum. Item probatur negatiua habens in ſe affirmatiuam. Abb. Vt eccle. benefici. ſine dilatio. conferantur. capit. Vt noſtrum.

Rex uel regnum non eſt niſi habeat decem, uel undecim ciuitates, & unam metropolitanam. Abb. de teſtib. c. Conſtitutus.

Rex non poteſt alienare bona & iura regni, quia hæc ſunt dignitatis, non propria eius, licet habeat inſtitutionem, & adminiſtrationem. Hinc eſt quod regnum, comitatus, ſiue alia dignitas non diuiditur inter filios defuncti. Iurat etiam rex tempore ſuæ coronationis non alienare bona regni. Vnde non eſt merus dominus, ſed præpoſitus, & adminiſtrator iurium regni. Si tamen non iuraſſet, non tantum iuramentum ligat, immo tenetur reuocare. Vnde reges non poſſunt priuare filios, uel alios deſcendentes de ſtirpe paterna regno ſola uoluntate, licet papa uel alius ſuperior hoc poſſit ex cauſa. Licet imperator non poſſit ad libitum alienare iura imperii, donatio tamen Conſtantini tenet, quia papa habet in habitu omnem iuriſdictionem temporalem, ideo non eſt alienatio proprie. Nec intelligitur de modica re, quę non multum lædit regnum, quin poſſit donare. Abb. de iureiuran. c. Intellecto.

Reges in ſui coronatione iurant regni iura illibata ſeruare. Glo. de eccle. ædifica. c. Tua nos. De iureiuran. c. Intellecto.

Rex franciæ de iure communi non eſt exemptus ab imperio, immo ſubeſt imperatori, & papæ. Vnde reges francię, Hiſpaniæ, Angliæ tenentur de iure obedire imperatori, licet de facto non obediant. Credo quod principes iſti prę̈ſcripſerunt iura imperii in eorum regnis, ſed non uideo quod principes perſcribere poſſint, quod ipſi non ſint ſub imperio. quia præſcriptio in iure ſine poſſeſſione non procedit, & nemo ſeipſum poteſt poſſidere. Licet papa uel principes poſſint præſcribere contra imperatorem, tamen actu non procedit prę̈ſcriptio. Ab. Qui filij ſunt legiti. c. Per uenerabi.

Reges franciæ, & Hiſpaniæ præſcripſerunt iura imperii. Abb. de immunita. eccle. cap. Peruenit. Rex Hiſpaniæ non ſubditur imperio, quia regnum a faucibus hoſtium eripuit. Ab. de iureiuran. c. Quanto.

Ritus proprie eſt in ſacramentis, mores in aliis. Abb. de baptiſ. cap. Licet Grecos.

Roma dicitur ubi eſt papa, quia eſt ordinarius per totum mundum. Cum dicitur quilibet poteſt conueniri Romæ, hæc facultas non eſt a ciuitate, ſed a poteſtate papę. Dicitur etiam ciuitas, uel patria communis quia olim damnabatur toti orbi, & ſic tenebat locum principis. nunc quia ſubiecta eſt papæ, Chriſtiani omnes dicuntur de populo Romano, tam clerici quam layci. Ab. de foro compe. c. Licet.

Romandiola tota ſpectat ad eccleſiam, ſicut recognouit Rodulphus Rex Romanorum, ſimiliter Bononia donata eſt eccleſiæ, ut dicit ſpeculator. Abb. de iureiuran. c. Cum cauſam. Vide. Sardinia.

SAcerdotis nomine ueniunt omnes qui ſunt in ſacris in materia fauorabili. In odioſa tantum presbyteri. Glo. & Abb. de cohibita. cleri. c. Si quiſquam. Dicuntur ſacerdotes Dei propter ordinis excellentiam, & officii dignitatem, & quilibet dicitur habere dignitatem large. Abb. de hæreti. c. Ex iniuncto.

Sacerdotes capellani in aliqua parochia commorantes non tenentur accipere ſacramenta a presbytero parochiali, ſed ab epiſcopo, nec tenentur ire ad benedictionem fontis. Abb. de capel. monacho. c. Dilectus. De ędificatio. eccle. c. Audiente.

Sacerdos celebrans cottidie non eſt reprehendendus, nec laudandus. Non ualet etiam inſtitutio beneficii, uel ſtatutum artans eum ad celebrandum cottidie. Abb. de celebra. miſ. c. Conſuluiſti. Nec poteſt artari ad celebrandum miſſam de uno ſancto per totum annum, nec debet dimittere miſſas feriales propter peculiares per totum annum. Si inſtitutio beneficii eſt ad celebrandum cottidie, eſt iniuſta, quia daret ſæpe materiam peccandi. Sic inſtitutio debet interpretari ut celebret quam frequentius poteſt ſalua honeſtate, & debita deuotione. Sic habens beneficium ſacerdotale tenetur celebrare. Abb. de præben. c. Significatum.

Sacerdos non curatus non tenetur celebrare ſingulis diebus dominicis, aut aliis diebus feſtis. Ab. de ui. & honeſta. cleri. c. Vt layci.

Sacerdos celebrans ut Deus aliquem perdat conficit quidem, ſed eo comperto debet deponi. Ab. de celebra. miſ. c. Quidam autem.

Sacerdos celebrans principaliter propter lucrum committit ſimoniam, non tamen tenetur ad reſtitutionem, quia nihil ex pacto recipit. Idem ſi uadit ad officium propter diſtributiones. Abb. de celebra. miſſa. c. Conſuluiſti. Poteſt tamen pecuniam accipere ut celebret diuina, etiam habens ſufficiens beneficium poteſt operas ſuas locare ad tempus, & mercedem recipere. Glo. de præben. c. Significatum. Vt euitetur omnino ſimonia onus diuinorum celebrandorum debet apponi rei, & poſt res tradi ſimpliciter, & tunc res tranſit cum oneribus illis, & ſic non eſt conuentio inter dantem & recipientem, & tranſit poſt inſtitutionem cum his oneribus. Abb. ubi ſupra. Poteſt locare operas ſuas non ut recipiat aliquid pro ſpiritualibus directe, ſed in recompenſationem damnorum quæ ſuſtinet in exhibendo præſentiam ſuam, & trahendo moram in ſpiritualibus.

bus impendendis. Hoc intellige in extraneo qui non tenetur ex officio, etiam ſi ſit diues. Abb. de ſimo. cap. Sicut nobis

Sacerdos cui medietas palmi cum duobus digitis eſt abſciſa miſſam non celebrat. cæteris aliis ſacerdotalibus fungi poteſt. De cleri. egrotan. c. Presbyterum. Non omnis cauſa reddens ſacerdotem debilem, uel deformem ſufficit ad interdicendum illi officium, uel partem eius. Claudus qui non poteſt aſcendere ad altare ſine baculo non debet permitti celebrare. Iſta non reddunt clericum irregularem, ſed inhabilem. Abb. ubi ſuprà.

Sacerdos fornicarius notorie an ſit irregularis. Vide. Irregularis. Suſpenſio minor. A. fornicario, qui tolleratur, nec habet euidentiam operis, licite audiuntur diuina, & recipiuntur ſacramenta. A notorio eſt abſtinendum ad eius emendationem. De cohabitatio. cleri. c. Veſtra. Non licet conſanguineis ſuis ab eo audire diuina, & ſecundum aliquos nec ipſe debet ſe immiſcere dininis cum aliis audiendo, uel recipiendo ſacramenta, ſaltem non debet ſtare in choro cum aliis clericis. Quilibet in mortali exiſtens eſt ſuſpenſus quo ad ſe. Si concubinarius ſit occultus, & tolleratus, non conuictus, nec confeſſus, nec habens operis euidentiam non eſt ſuſpenſus quo ad alios. Si eſt notorius per ſententiam, uel confeſſionem ſponte eſt ſuſpenſus quo ad alios, & ab eo audientes diuina ueniunt contra præceptum eccleſiæ. Si ex euidentia facti puta quia habet concubinam publice, ſicut uxorem, & nutrit filios, eſt ſuſpenſus quo ad alios, nec requiritur monitio. Si concubinam cum matre habet, & dicit illam eſſe pediſſequam, primo debet moneri, alias non eſt quo ad alios ſuſpenſus, niſi eam teneat poſt monitionem. Quando eſt operis euidentia ſuſpenditur ab officio etiam directe, & celebrando efficitur irregularis, eſt etiam ſuſpenſus a beneficio, ſecus ubi non eſt hæc euidentia. Si propter alia crimina ſit ſuſpenſus ab homine non debent audiri diuina ab eo. ſi a canone, uel a iudice, & factum eſt notorium, non debent ab eo recipere ſacramenta, niſi baptiſmi, & euchareſtiæ in neceſſitate. Si factum ſit occultum, poſſunt recipi ſacramenta neceſſaria ab eo, non autem uoluntaria, licet in peccatis perſeueret etiam notoriis. Abb. de cohabitatio. cleri. cap. Veſtra. Nullum officium debemus audire a fornicario notorio, qui tamen poſt pœnitentiam recipit exercitium officii quo ad alios, quia poſſunt ab eo miſſam audire. An autem quo ad ſe dubium eſt. Abb. ubi ſuprà. c. Quæſiſti.

Sacerdos benedicens ſecundis nuptiis non eſt ipſo facto ſuſpenſus. Ab. de ſecundis nup. c. Capellanus. Vide. Nupta ſecundo.

Sacerdotes plures conſecrant eundem panem, & idem uinum in conſecratione epiſcopi. De elec. c. Quod ſicut ex litteris. Vide. Gloſam deriſibilem Abbatis.

Sacerdos ſimplex poteſt confirmare de licentia papę, ſed ſine eius licentia nihil confert. Epiſcopi non poſſunt hanc licentiam dare, nec papa layco, ſed clerico, qui ex tali auctoritate, & uirtute habiti ſacramenti poteſt conferre quicquid habet, non autem quod non habet. Glo. de conſuetud. c. Quanto de benignitate. Tempore Apoſtolorum non erant epiſcopi ſed ſacerdotes in communi regebant eccleſias, confirmabant, & ordinabant, quæ poſt ſunt epiſcopis reſeruata, ſic quod ordinatio talis impedit ne ſimplex ſacerdos poſſit imprimere caracterem. Item poteſt papa conferre

ferre ordinato, ut conferat omnem ordinem quem habet, & ſacerdoti quod conferat ordines ſacros, quia hoc faciebant in primitiua eccleſia, & oppoſitum nunc ex ordinatione eſt eccleſiæ. Si prohibet ei cui dedit licentiam, nihil conferre poteſt, & ſi legem faceret qua epiſcopis tolleretur hæc poteſtas, nihil conferrent. Si prohibet ſimpliciter non imprimunt caracterem, tamen ſine rationabili cauſa non eſſet ſuſtinendus papa, qui iſta temptaret contra ſtatum uniuerſalis eccleſiæ. Non oportet cauſam eſſe notam aliis. Et licet non ſit ſuſtinendus papa contra uniuerſalis eccleſię ſtatutum, tenetur tamen eccleſia non reſiſtere. Abb. ubi ſuprà. c. Quanto de benignitate.

Sacerdos in confeſſionis actu gerit officium publicum, ita ut ex cautione, uel promiſſione recepta per eum poſſint omnes agere quorum intereſt; ſicut ſi promiſſio per ordinarium loci fuiſſet recepta, uel per notarium. Si etiam non fecit cautionem, tacite uidetur præſtita ex quo pœnituit, & abſolutionem petiit, & pœnitere non potuit niſi mandet ſatisfactionem fieri, & poteſt cogi officio iudicis. Abb. de ſepultur. c. Abolendæ.

Sacerdos confeſſionem reuelans deponitur, & eſt detrudendus in monaſterium ad agendum pœnitentiam. De pœni. & remiſ. c. Omnis utriuſque ſexus. Quouis modo quis prodat ſecretum confeſſionis tenetur ad pœnam impoſitam. Iſtam pœnam ſacerdos incurrit non ſolum reuelando peccatorem, ſed etiam peccatum, quia hic expreſſe prohibetur peccatum reuelari. Secundo quia permittitur tantum in uno caſu, uidelicet quando confeſſor indiget conſilio. Tertio ſacerdos ita ſcit peccatum, ſicut peccatorem, uidelicet ut Dei miniſter, & contrarium faciens grauiſſime peccat, & punitur ut hæreticus, cum reuertitur ad fidem, quia deponitur, & traducitur in monaſterium, & ſi timetur de fuga, poteſt incarcerari. Illa antiqua pœnitentia de peregrinatione confunditur in iſta, ideo quæ hic ponitur, non eſt ponenda. Reuelans homicidium futurum de quo non pœnitet confitentem, non punitur, quia hoc peccatum non eſt tectum in confeſſione. ſecundo eſt peccatum committendum non commiſſum. Tertio quia non habet contritionem, ideo ſacerdos debet citius reuelare, & impedire, quando iſte dicit ſe peccatum commiſſurum omnino, ſecus ſi pœnitet de prædicta uoluntate. Si peccator dicit ſacerdotem reuelaſſe confeſſionem, & ſacerdos negat hoc ſe habuiſſe in confeſſione, niſi ſacerdos dicat ſe habuiſſe aliunde, & hoc doceat, præſumitur habuiſſe in confeſſione, non tamen punitur ſacerdos pœna ordinaria huius capituli, ſed arbitraria, quia non conuenitur aperte de delicto. Ab. ubi ſuprà. c. Omnis utriuſque ſexus.

Sacerdos poteſt de pœnitentia multum remittere diſpenſatiue ex officio ſuo, & maxime in ſuis orationibus, & bonis operibus. Vnde ſacerdotes dicuntur comedere peccata populi, ideo eligendi ſunt ſanctiores ad intercedendum pro peccatis. Abb. de pœni. & remiſ. c. Deus qui.

Sacerdotis crimine publico oritur ſcandalum laycorum, ſecundo uituperatur officium, & ordo clericalis, tertio præſtatur aliis materia peccandi. Abb. de adulter. c. Significaſti.

Sacerdos ſola confeſſione mulieris dicentis ſe commiſiſſe adulterium cum eo non debet puniri, ſed ſic infamato poteſt indici purgatio, quam ſi præſtiterit, abſoluitur, deficiens autem ſuſpenditur ab officio. De adulter. c. Significaſti.

Sacerdos

Sacerdos ſine iuſta cauſa non eſt ab epiſcopis etiam in unum concordantibus deponendus. De ſen. & re iudica. c. Non poteſt. Si agit criminaliter ad depoſitionem epiſcopi depoſitio reſeruatur ſoli papę. ſimiliter ſi ad remotionem ab epiſcopatu, ſi agitur ad minorem pœnam poteſt concilium prouinciale, & etiam archiepiſcopus. ſi non eſt conſecretatus, ſufficiunt ſex epiſcopi cum metropolitano. Si contra ſacerdotem, ad depoſitionem ab ordine, requiruntur ſex epiſcopi & proprius. In cauſa diaconi & ſubdiaconi, tres. Iſte numerus requiritur dum cauſa examinatur, non in actuali degradatione. Si agitur contra ſacerdotem non ad depoſitionem ab ordine, non requiritur numerus epiſcoporum. Clericos in minoribus deponit ſolus epiſcopus de conſuetudine, licet de iure requiratur conſenſus capituli. Epiſcopi iſti debent eſſe de prouincia, & ſi tot non reperiuntur, uocabuntur de prouincia uicina, ſine tamen prædicto numero non iudicabunt. In prædictis oportet tot inueniantur concordes, quot ſupradictum eſt, & quod ſit maior pars capituli. In concilio omnes epiſcopi ſunt iudices, extra ſolus epiſcopus in propria perſona poteſt dictare ſententiam oppoſitionis, oportet tamen epiſcoporum numerum adeſſe. Venient epiſcopi ad locum expenſis ſuis, quia ſunt ordinarii. Quando epiſcopus cum capitulo procedit ad depoſitionem clerici, capitulum non habet iuriſdictionem ordinariam. Ab. ubi ſuprà. c. Non poteſt.

Sacerdos proprius dicitur parochialis presbyter. Epiſcopus eius uicarius, legatus in prouincia & eius pœnitentiarius archipresbyter eccleſiæ cathedralis, qui in hoc cenſetur uicarius epiſcopi. Horum quilibet poteſt audire confeſſiones ſine alterius licentia. Sacerdos proprius ſcholarium mercatorum. ſtipendariorum, & ſimilium dicitur ille in cuius parochia habitant, & illi debent confiteri, quando non poſſunt adire proprium ſacerdotem. Abb. de pœni. & remiſ. c. Omnis utriuſque ſexus.

Sacerdos parochialis non poteſt abſolui, niſi ab epiſcopo, uel eius uicario, quia immediate eſt ſub epiſcopo. Abb. de off. iud. ordinar. cap. Quærenti. Ipſe autem poteſt abſoluere ſubditum ſuum. Vide. Peccans in territorio alterius. Licet non habeat ordinariam iuriſdictionem, habet tamen forum pęnitentię in commorantibus in ſua parochia, licet non habeat perpetuum domicilium, ut ſunt ſcholares, & ſimiles. Ab. de foro compe. c. Cum contingat.

Sacerdos habens curam debet habere clericum, qui ſciat cantare epiſtolam, & lectiones legat, qui poſſit ſcholas tenere. Monere debet ut mittant filios ſuos ad eccleſiam ad fidem adiſcendam. De uita & honeſta. clerico. c. Vt quiſque. Clericus debet eſſe intitulatus in eccleſia parochiali de iure, licet de facto ſeruetur oppoſitum. Qui etiam habet capitulum debet habere ſacerdotem, ſi redditus ſufficiunt. Curatus debet docere pueros principia fidei in eccleſia, uidelicet. Aue maria. Pater noſter, ſimbolum, alphabetum, & quicunque uult ſaluus eſſe. Ab. ubi ſuprà.

Sacerdos rector eccleſię ſi eſt leproſus, debet ei dari coadiutor. De cleri. ægrotan. c. De rectoribus. Epiſcopis & ſuperioribus ſolus papa dat coadiutores, inferioribus aliis poſſunt ſuperiores eorum dare. Coadiutor debet uiuere de redditibus eccleſiæ. Si infirmatus impeditur ab adminiſtratione in temporalbus & ſpiritualibus, habet coadiutor adminiſtrationem in utroque, & debet dare congruam portionem infirmo, & congruam

retinere

retinere pro ſe, & reliqua diſpenſare ſicut bonus rector. Si ſacerdos impeditur tantum in ſpiritualibus, coadiutor tantum ſe introMittit in ſpiritualibus. Si non ſufficiunt redditus utrique, ex quadam æquitate infirmus præfertur, & ad prouidendum coadiutori compelluntur parochiani. Coadiutor non eſt prçlatus, ſed tantum habet exercitium curç. Abb. de cleri. ægrotan. c. De rectoribus. Si rector ſit leproſus ab adminiſtrationis officio remouetur, & de bonis eccleſiç ſuſtentabitur. Vbi ſuprà. c. Tua nos. Si rector incurrit infirmitatem perpetuam debet ſuſtentari de rebus eccleſiæ ſecundum eius facultates remanet ius prçlationis apud ipſum, licet remoueatur adminiſtratio. Si non poteſt retinere ius prælaturæ ſine ſcandalo populi, quia eſt exoſus populo propter delictum ſibi imputatum, poteſt remoueri, & ſuperior prouidebit ſibi de bono cambio. Inferiori conſentiente poteſt ſuperior alium inſtituere, ſic quod det ęgrotanti alimenta quouſque uixerit, quia non eſt peccatum, cum ſit ſecundum iuris diſpoſitionem. Ab. de clerico ægrotan. c. Tua nos.

Sacerdos parochialis poteſt ſtipulari pro alio pro uſuris reſtituendis, & omnibus pertinentibus ad officium ſuum. Abbas in proœm. in uerb. c. Seruus.

Si ſacerdos rector eccleſiæ non poteſt congrue uiuere de redditibus, poſſunt parochiani compelli ad ſubueniendum illi, alias tenetur propria induſtria uictum quærere. Imputandum eſt ei, quod beneficium exiguum acceptauerit. Ab. de cleri. ęgrotan. c. De rectoribus.

Sacerdos quilibet poteſt dici officialis publicus eccleſiæ uniuerſalis, & nomine ipſius eccleſiç recipere profeſſionem ſpiritualem. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Dudum. In concernentibus animam quilibet ſacerdos poteſt dici officialis publicus eccleſiæ uniuerſalis, & per eius factum acquiritur illis quorum intereſt ſpecialiter. Hoc eſt uerum in his quæ ſpectant ad officium ſacerdotis. In uſuris requiritur proprius ſacerdos. Ab. ubi ſuprà. Vide. Sacerdos in actu confeſſionis.

Sacerdos poteſt ferre teſtimonium de reconciliatione, & pœnitentia peccatoris. Ab. de ſimo. c. Nemo.

Sabini hic, & de immunita. eccle. lib. 6. eſt nomen officii, & alibi appellantur anciani, uel priores, uel conſules, & eſt uulgare quoddam laycorum. Abbas de alienatione iudicii mutan. cauſ. fact. c. Ex parte.

Sacramentum baptiſmi in neceſſitate debet ſumi ab excommunicato, licet clemens teneat oppoſitum. Glo. & Abb. de conſuetu. c. Quanto de benignitate. Alia ſacramenta potius ſunt dimittenda, quam ſuſcipienda a non miniſtro, excepto baptiſmo. Glo. ubi ſuprà.

Sacramentum confirmationis non eſt reiterandum in eo qui pro criſmate inungitur oleo, ſed quod defuit ſupplendum. De ſacramen. non reiteran. cap. Paſtoralis. Quis ſit eius miniſter. Vide. Sacerdos poteſt confirmare.

In ſacramentis debet attendi generalis conſuetudo eccleſiæ, licet in iure ſpecifice non caueatur credendum tamen eſt quod illa obſeruantia emanauerit a Chriſto, uel Apoſtolis, uel Sanctis patribus. Ab. de celebratio. miſ. c. Perniciosis. In ſacramentis eccleſiæ minores debent ſe conformare metropolitanę eccleſię. Ab. de ſponſ. duorum. c. Tuas. Non tamen tenetur miniſter ſemper conformare ſe ritui matricis eccleſiæ, ubi eſt certa cõſuetudo etiam in eadem ciuitate. Ab. de off. iud. ordinar. c. Quoniam in plerisque.

Sacra-

Sacramenta debent recipi in eccleſia cathedrali ab omnibus illius diocœſis, & ab eiuſdem eccleſię archipresbytero. Glo. de offic. archipresby. cap. Officium.

Sacramenta non licet miniſtrari per laycum, etiam tempore neceſſitatis, quia de expectantibus ad clericos illa ſola debent attentari, quę reperiuntur expreſſe eis conceſſa, ſicut ſacramentum pœnitentię, ita tamen quod non abſoluat, & conferre baptiſmum in neceſſitate tantum. Vnde ſi pręter neceſſitatem tempt et, puniendus eſt. Alia miniſtrare non poteſt, licet poſſit contrahere matrimonium. Abbas de conſuetudine. c. Quanto.

Sacramenta in morte nulli contrito ſunt deneganda, quantumcunque ſcelerato, niſi in caſibus in iure expreſſis. Vnde is qui morte uiolenta moritur, ſi eum pœnitet, nec ſacramenta, nec ſepultura deneganda ſunt. Ab. de fur. c. Fures.

In ſacramanto ſi omittitur uerbum quod ſit de ſubſtantia, uel forma eius ſubſtantiali, nihil fit, ſecus ſi omittatur de aliis. Abb. de baptiſ. c. Siquis.

Sacramenta ſunt reiteranda ſub conditione, ſi non, ubi dubitatur, an ſint collata, ſiue dubium ſit facti, uel iuris probabile. Abb. de baptiſ. cap. De quibus.

Sacrilegium eſt offendere perſonam, uel rem eccleſiaſticam. De regul. iur. cap. Quæ multotiens. Omnia bona eccleſiarum largo nomine poſſunt dici ſancta, quia oblata eccleſiæ pro ſanctis. Quando committitur proprie ſacrilegium, & quæ eius pœna. Abb. ubi ſuprà. cap. Quæ multotiens.

Sacrilegium committitur in rebus eccleſiæ non ſolum quando uſurpantur, & occupantur, ſed etiam quando eccleſia in eius bonis, uel poſſeſſione illorum bonorum moleſtatur, & turbatur, & ratione horum competit iuriſdictio eccleſiæ contra laycos, & poſſunt cogi in foro eccleſiaſtico. Detinentes etiam bona eccleſiæ ſine uiolentia contra tamen uoluntatem ipſius eccleſiæ ſunt ſacrilegi. Abb. de foro compe. c. Conqueſtus.

Sacrilegi an ſint excommunicati, opiniones. Ab. de foro competen. c. Conqueſtus. Crimen ſacrilegii pertinet ad forum eccleſiaſticum. Abb. de iudic. cap. Cęterum. Reus ſacrilegii efficitur de foro eccleſiæ, & poteſt excommunicari, licet non ſit ipſo iure excommunicatus. Abb. de iure patro. cap. Relatum. Sacrilegium eſt mixti fori, & poteſt puniri per iudicem eccleſiaſticum, & laycum. Abb. de ſponſ. duorum. c. Accepiſti.

Sacrilegium cum moniali. Abb. de uita & honeſta. cle. c. De more. Vide. Monaſteria frequentantur.

Salomonis dicta in ſacra ſcriptura ſunt apocripha. Abb. de præſump. c. Sicut noxius.

Salariatus de publico quando poteſt aliquid accipere, & a quibus. Ab. de poſtulan. c. Clerici. Vide. Medicus.

Sanguinem licet comedere his diebus, quibus licet comedere oua. Ab. de iude. c. Conſuluit.

Sardinia eſt papæ ex donatione conſtantini imperatoris. Similiter, Sicilia. Abb. de præſump. c. Si diligenti.

Satisfacere eſt magis latum quam reſtituere. Qualitercunque uoluntati cre-

ditoris

ditoris ſatisfiat, dicitur ſatisfactus, ſed reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio. Abb. de uſur. c. Præterea.

Scandalum eſt ſufficiens cauſa quod quis priuetur iure ſuo, ubi illud ſine peccato omitti non poteſt. Abb. de cleri. ęgrotan. c. De rectoribus. Scandalo inhabilitatur quis ad beneficium obtinendum. Ab. de iure patro. c. Quoniam in quibus. Scandalum reddit irregularem, ſi non ceſſet propter purgationem. Si ſacerdos non poteſt eſſe in parochia ſua ſine ſcandalo debet epiſcopus illum etiam inuitum permutare ab eccleſia. Ab. de homici. c. Ex litteris.

Si timeretur de ſcandalo circa perſonam detinentis rem meam de iure ciuili non eſt de tali ſcandalo curandum, ſi tamen timetur aliquod horrendum, uel graue non conſulerem uiro bono, ut pro reparatione rei temporalis tantum ſcandalum ſuſcitaret. Abb. de præſump. c. Nicolao.

Scandalum ut euitetur relinquitur ueritas iuris poſitiui, & quis quandoque iure ſuo priuatur. Abb. de accuſa. c. Qualiter & quando. Pro ſcandalo tamen euitando nullus debet incidere in peccatum mortale. Pro eo tamen uitando debet ſeueritas iuris remitti, non autem ea quæ committi uel non obmitti poſſunt ſine mortali. Peccat non obuians ſcandalo proximorum, cui poteſt obuiare ſine peccato. Abb. de noui. oper. initiatio. c. Cum ex iniuncto. Non licet alicui quantumcunque paruum malum committere, ut euitetur maius, uel etiam ſcandalum proximi. Ab. de regul. iur. c. Qui multotiens.

Sanctum canonizari eſt illum cathalogo ſanctorum aſcribi, & declarare, quod debeat coli, & uenerari pro ſancto, & quod annuatim fiat officium ſolenne pro eo, ſicut de aliis ſanctis ſecundum qualitatem ſuam, ſcilicet de confeſſore, uel martire &c. Nec debet papa de facili ammouere ordinem canonizationis. Nullus debet pro ſancto uenerari ſine licentia papæ, etiam ſi miracula faciat. In occulto tamen præces fieri poſſunt ad eum quem credimus ſanctum. Abb. de reliquis & uenera. ſancto. c. Audiuimus.

Sanctorum reliquiæ uendi non poſſunt, nec paſſim debent oſtendi, nec circa illas debet decipi popolus. De reliquiis, & uenera. ſancto. c. Cum ex eo. Cum exponuntur paſſim propter quæſtum eſt quędam uenditio largo modo, nec debent oſtendi extra capſam, quia uidendo oſſa nuda tepeſcit deuotio, & eis detrahitur. ſi ſint de nouo inuentæ omnino non debent uenerari ſine licentia papę, ſecus quando certo ſcitur quod ſunt reliquiæ ſanctorum canonizatorum. Quando dubitatur, requiritur licentia. Ab. ubi ſupra. Reliquiæ ſanctorum non poſſunt eſſe laycorum, nec in dominio eorum. Ab. de iure patro. c. Nullus.

Scientia eminens dicitur quando quis ſine libris ſoluit quæſtiones, & in paucis reperitur. Quæ ſit mediocris, & quæ ſufficiens &c. Eminens ſcientia non requiritur neceſſario in aliqua perſona, & raro contingit. Mediocris, & ſufficiens dicitur ſecundum qualitatem perſone & officii, ut uidelicet ſciat regere, & gubernare officium ſibi commiſſum. Clericus qui defectum patitur ſcientiæ, peccat ſi inopia non excludit eum a ſtudio litterarum. Abbas de præbend. cap. Venerabilis. Quanta requiritur in ordinandis, & in habentibus dignitatem eccleſiaſticam, uel ſecularem. Abb. de elect. cap. Cum in cunctis. Vide. Ordinandus debet eſſe dignus.

Sciſma-

Sciſmatici nomine intelligitur ſciſmaticus ſtrictiſſimo modo. Hic confert ordines, ſed non ordinum executionem. Abb. de ſciſmati. cap. Fraternitatis.

Sciſmatici dicuntur omnes qui ſunt in peccato mortali, ſecundo omnes excommunicati, tertio qui proprium epiſcopum de ſede eiiciunt, quarto diuidunt ſe ab unitate eccleſiæ Romanæ, & ſi conſtituunt aliam eccleſiam ſunt hæretici, ſi non conſtituunt, ſed quilibet credit eccleſiam Romanam eſſe apud ſe, tales non ſunt hæretici, ſunt tamen excommunicati. Quando eſſet dubium, & conſiſteret in intricato facto, & longeuo, puto omnes euitare excommunicationem, & peccatum. Ab. in rubr. de ſciſma.

Sciſmaticorum ordinationes, & collationes beneficiorum, & eccleſiarum ſunt irritæ. Alienationes rerum per ſciſmaticos factę, & a dignitate & ordine ſuſpenduntur, qui ſciſma tenere iurant. De ſciſma. c. Quod a prædeceſſore. Emens rem eccleſiaſticam eſt ipſo iure excommunicatus, uel etiam quando aliter acquiſiuit. Abb. ubi ſuprà.

Sciſmaticus non eſt regulariter excommunicatus, ſed qui tenet beneficium eccleſiaſticum ab eo, uel conſentit ordinationi factæ per eum, uel qui emit aliquid ab eo. Abb. ubi ſuprà.

Vbi duo contendunt de papatu, & cogi non poſſunt per eccleſiam, domini temporales poſſunt in eos manummittere, & eis inuitis facere dubium ſopiri per concilium. Idem ubi per cupiditatem eccleſia laceratur, & per eccleſiam remedium competens non poteſt adhiberi. Abb. de deci. cap. Tua.

Sciſmaticus qui reuertitur ad unitatem eccleſię non poteſt eligi, nec promoueri in epiſcopum, niſi diſpenſatiue. Adhærens ei quem credit eſſe papam non eſt hęreticus, ſed nec antipapa, ſi credit ſe eſſe papam. Vnde non poteſt condemnari per concilium, niſi ſciſma inueteratum ſit, nec dat operam ut ſciſma tollatur de eccleſia, quia tunc ſuſpectus eſt de hęreſi, ideo contra eum procedit concilium. Vel melius dicitur, quod indubitatus papa non poteſt accuſari de hæreſi, ſed cum apud Chriſtianos dubitatur, quis ſit uerus papa, poteſtas decernendi pertinet ad concilium. Sciſmatici, & hęretici non recipiuntur ad unitatem eccleſię niſi abiurato crimine, nec diſpenſantur, niſi per ſolum papam, ut promoueri poſſint in epiſcopos. Abb. de elec. & elect. poteſta. cap. Quia diligentia.

Sciſmaticus omnis eſt hæreticus, quia ſe diuidit ab unitate eccleſiæ. Fallit in dicente ſe eſſe papam, & alium antipapam, & in adhærentibus, quia quilibet eorum credit unitatem eccleſiæ eſſe apud ſe. Abb. de hæreti. c. Firmiſſime.

Sciſmatico prelato non tenentur ſubditi obedire, nec ab eo recipere aliquod ſacramentum. Vnde ſi metropolitanus ſit ſciſmaticus ipſo iure ſuffraganei ipſius ſupplent uices ſuas in conſecrandis epiſcopis. Nec tamen propter ſciſma prælati eius eccleſiæ perdunt iura ſua, ſed eo perſeuerante in crimine non utitur eis, donec reuertatur ad unitatem eccleſię, quia non punitur crimine perſonarum. Abb. de elec. & elect. poteſt. c. Quia diligentia.

Qui a ſciſmaticis ſcienter recipit ſacramenta citra formam eccleſiæ nihil recipit, nec imprimitur caracter. Si ſeruata eſt forma eccleſiæ, imprimitur

tur

tur caracter, ſed executio non confertur, quia omnes hi ſuſpenſi ſunt ab eccleſia. Si ignoranter recipiunt ſacramenta ignorantia probabili, & erant occulti, conferunt ordinem, & eius executionem, ſed facta manifeſtatione diſpenſatio requiritur, etiam ſi totus orbis eſſet inuolutus. Si ſunt ſpiritualia quæ ultra gratiam nihil habent, & ſint ignorantes, accepta tunc confertur gratia, nec eſt neceſſaria diſpenſatio, ſi ſcienter receperunt ab eis ſacramenta, peccauerunt, niſi in caſibus præmiſſis. Si circa temporalia, & erant ſtrictiſſime ſciſmatici, geſta in damnum eccleſiæ non tenent, niſi ſint tollerati, quia ratione publici officii, ſi forma fuit ſeruata, & caſus permiſſus, tamen eccleſia poteſt petere reſtitutionem in integrum. Geſta ad commodum eccleſiæ tenent. ſi contractus geſti ſunt cum eadem perſona, & permixtim commodum, & incommodum compenſantur, ſi ſeparatim ex diuerſis geſta ad commodum tenent, non autem ad incommodum. Remotis tamen rebus male ablatis poteſt emptor habere regreſſum ad alienantem. Ab. de ſciſmati. c. Quod a prędeceſſore.

Scholarium nomine uenit etiam rector, quia non deſinit eſſe ſcholaris in materia fauorabili, quando prouiſio non eſt fienda per ipſum, non autem in materia odioſa. Abb. de ſimo. c. Mandato. Multum eſt attendenda natura, ut eius mancipetur ſtudio quod natura illius expoſtulet, quod non attendentes parentes ſe, & filios manibus, ſumptibus, & laboribus uexant. Abb. de magiſtr. c. Super ſpecula.

Scholaris non poteſt ſe obligare ad intrandum ſub uno doctore, quia promiſſio turpis eſt, cum multum ualeat affectio doctoris, & modus tradendi. Data æqualitate ſcientiæ facilius proficiet ſub uno, quam ſub alio. Ab. de magiſtr. c. Prohibeas.

Scholaris præſumitur ignorare conſtitutiones legatorum, & epiſcoporum, quia non habent ibi domicilium, & principaliter ualeant ſtudio. Abb. de loca. & conclu. c. Ex reſcripto.

In ſtudio exiſtentes cum ſcholaribus gaudent eorum priuilegiis, quia largo nomine poſſunt appellari ſcholares. Abb. ubi ſuprà. Recedens poteſt alium ponere loco ſui in domo, uel in camera, non tamen inuitis ſociis. Abb. de fid. inſtrumento. cap. Inter dilectos. Vide. Iura loquentia de ſocietate.

Ad ſtudium theologię prælati, & capitulum, ſcholares dociles mittere tenentur, qui in abſentia redditus præbendarum & beneficiorum per quinquennium recipiunt integraliter, & ſi proprii redditus non ſufficiunt ad ſtudendum, debent prælati cum capitulo eis prouidere. Magiſtri donec docuerint ſuorum beneficiorum fructus integraliter percipiunt. De magiſtr. c. Super ſpecula. Per quinquennium abſentes percipiunt fructus, quia pręſumitur quod ſint perfecti, & cooperatores ad profectum eccleſiæ uniuerſalis. Hoc tempus habent, ſiue mittantur, ſiue non, dummodo ſtudeant in theologia. Hoc priuilegio gaudent ſtudentes in ſtudiis generalibus in theologia, non in uillis, aut caſtris. Oportet quod ſtudeant, quia non ſufficit in ſtudiis morari. Licet quandoque diuertant ad alia loca, gaudent tamen priuilegio ex quo habent animum redeundi, oportet etiam quod ſtudeant non ſolum in ſcholis, ſed etiam in domo. Ideo tenent hic doctores quod ſtudentes in iure ciuili, uel canonico non gaudeant hoc priuilegio. Contrarium tenet Archidia: & credo quod ſtudentes in iure canonico gaudeant priuilegio, quia promouent utilitatem

eccleſiæ uniuerſalis, quæ indiget non ſolum theologia, ſed etiam iure canonico, & promouentes utilitatem eccleſiæ uniuerſalis debent habere hos fructus per quinquennium, & pro reſidentibus haberi. Non poſſunt uendere a principio fructus per qninquennium, ſed debent annuatim percipere. Si de facto uendunt non tenetur ſucceſſor ſtare huic contractui. Abb. ubi ſuprà. c. Super ſpecula. Priuilegiati ſunt a iure per quinquennium. Hoc priuilegium debet extendi ad canoniſtas. Abb. de cleri. non reſiden. cap. Tuæ fraternitatis. De præben. c. Licet uobis. Vt gaudeant hoc priuilegio non poſſunt eſſe niſi duo de uno collegio, niſi magnus numerus eſſet miniſtrorum, & magna penuria litteratorum. Abb. ubi ſuprà. cap. Ad audientiam. Licet percipiant fructus beneficiorum, non tamen cottidianas diſtributiones. De præben. c. Licet uobis. Solæ diſtributiones quæ dantur tantum his qui diuinis interſunt officiis, etiam ſi alii ſint præſentes, eis ſubtrahuntur. Si eccleſia ſit curata, tenetur ſtudens ponere uicarium. Si beneficium ſimplex, dubium eſt, ſi eccleſia eſt collegiata, non tenetur. Abbas ubi ſuprà. c. Licet uobis.

Studium poteſt eſſe in uilla, uel caſtro. Vbi non eſt exercitium ſtudii non dicitur eſſe ſtudium competens. Multum confert, ubi ſunt ſcholares ualentes. Sunt paria non eſſe ſtudium, & non eſſe competens, ideo habens priuilegium poſſe ſe transferre ad ſtudium, ubi ſtudium eſt minus competens non poteſt ſe transferre. Hodie iura ubique poſſunt legi, ſed non poſſunt doctores fieri in illis. Oportet enim hoc habere a papa, uel ab imperatore, uel quod ſit conſuetudo doctorandi de cuius principio non habeatur memoria, ſicut dicitur de ſtudio patauino. Abb. de cleri. non reſiden. c. Tuæ fraternitatis.

Scriptura autentica dicitur quę per ſe fidem facit ſiue ex appoſitione ſigilli autentici, ſiue alio modo, ita quod ad ſui ualiditatem non requiritur aliud adminiculum. Dicitur autentica quaſi ex ſe auctoritatem habens, ut ſcriptura priuata, confeſſionata, uel per teſtes iurata. Item confecta per officialem ſuper pertinentibus ad officium ſuum. Item quæ ponitur in archiuo publico, & omnis faciens eſſe fidem dicitur autentica. Nec poteſt princeps ex poſt facto dare fidem ſcripturę non autenticę in præiudicium alterius partis, in his in quibus princeps non habet liberam facultatem, in aliis procedit de potentia ordinaria. Quæ ex ſe fidem non faciunt, antequam ſibi fides imponatur, poſſunt dici priuata, quia non publica, nec autentica, quaſi a priuato non habente officium ſcripta. Ab. de fid. inſtrum. §. Scriptura.

Apodixa ſi teſtes non ſunt ſubſcripti, nec partes confitentur, non facit fidem plenam contra ſcribentem confeſſum, ſed aliter non facit præiudicium. Si bona ſint alteri obligata hic præfertur, licet apodixa ſit autentica, niſi apodixa iuuetur per teſtes. Si negat illam eſſe litteram propriam, uel conſenſiſſe illi, tunc ex comparatione litteratum, & per teſtes præſentes quando ſcripta ſunt, habetur plena fides de eis, & intellige, quando teſtes deponunt ſe uidiſſe confici illam ſcripturam a conuento, & nihil deponunt ſuper contentis, & requiruntur tres teſtes. Si tamen probaretur per comparationem litterarum cum uno teſte, uel iuramento partis aduerſę conſiderata qualitate perſonarum, & cauſæ, faciunt plenam probationem. Videtur tamen hodie quod ſola comparatio ſufficiat quando non excedit libram auri, quando eſt ſubſcripta a partibus. Idem dico quando eſt ſub-

ſcripta tantum a teſtibus requiritur comparatio, ſi tres teſtes diſcordant a comparatione, committitur arbitrio iudicis. Quando habet ſubſcriptionem partium, & teſtium facit plenam fidem ex comparatione utriuſque. Quando ſcriptura priuata reperitur ſolenniter recognita in archiuo publico, fidem facit plenam. Intellige prædicta quando ſcriptura habet in ſe cauſam ſufficientem. Vbi agitur de ſolo præiudicio ſcribentis non requiritur dies, annus, & ſimilia, ſecus ubi de præiudicio alterius ſaltem ſecundario, puta ſi dicit aliis ſe creditorem priorem. Idem ſi non ex appoſitione diei aufertur parti defenſionis copia. Idem dic de epiſtola. Liber ęquum eſt fidem faciat ex ſola comparatione. Cogi poteſt quis ad ſcribendum coram iudice, ut ſic comparatio fiat, & hic modus ſufficit. Abb. de fid. inſtrumen. cap. Scripta. Si ſubſcripſit unus pro alio qui neſcit ſcribere, uel non poteſt, ualet. Abb. de ſenten. & re iudica. c. Cum inter. Qui profitetur ſe recipiſſe pecuniam, & non recipit, poteſt excipere contra creditorem uſque ad biennium, quod non eſt numerata pecunia. Sic onus probandi incumbit creditori. Poſt autem non habet remedium quin ſoluat, niſi debitor probet quod pecunia non fuit numerata, & hoc tenet tam in eccleſia, quam in clericis, ut poſt biennium excipere non poſſit, quod pecunia non fuit numerata. Abbas de ſolutio. cap. Is.

Scriptura notarii falſi, uel continens falſum an ualeat. Ab. de hæreti. cap. Fraternitatis. Vide. Notario damnato.

Scripturæ publicę exemplatæ auctoritate iudicis citata parte cuius intereſt, uel facto edicto publico ſtatur. Vnde non eſt amplius opus producere originalia, niſi aduerſarius uellet illa reprobare de falſo, aliter non creditur inſtrumento exemplato. Abb. de uerbo. ſignifica. c. Abbate.

Scriptura publica, & quæ perfecta eſt a perſona publica, & a notario cum requiſitis conditionibus talis debet continere. Primo inuocationem nominis domini, & ſine hoc non ualet propter conſuetudinem. Secundo eodem modo dicitur de appoſitione anni domini propter conſuetudinem. Tertio oportet ponatur nomen papæ, imperatoris, uel regis, & annus papatus imperii, uel regni in terris, uel regni in terris eorum. Conſulis nomen apponi debet, ſed non de neceſſitate. Quinto locus ubi celebratur contractus. Sexto dies, & menſis inſtrumenti. Septimo inditio. Octauo ſeries facti. Nono teſtes, quos tamen non oportet eſſe rogatos niſi in aliquibus caſibus, nec oportet ſubſcribant ſe, ſed ſufficit ſubſcribat ſe notarius. Decimo requiritur quod notarius ponat ſignum ſuum ſolitum, aliter non ualet. Vndecimo quod ſcriptura confecta per notarium ſit coram partibus lecta, & hoc eſt de ſubſtantia, & neceſſitate, quando ſcriptura eſt de ſubſtantia, & ea lecta non poteſt addi, uel diminui, oportet tota legatur coram parte. Vbi ſcriptura non eſt de neceſſitate, non oportet quod legatur. Duodecimo requiritur quod notarius ſit conſtitutus tabellio ab habente poteſtatem. Tertiodecimo quod notarius ſit rogatus de confectione inſtrumenti, alias non ualet. In dubio præſumitur rogatus, & quod in inſtrumento ponatur quod ſit rogatus. Caueat notarius, ut non ſcribat niſi quod a partibus fuit iniunctum, etiam ſi uidit, uel audiuit. In actu qui perficitur ex conſenſu & uoluntate duorum, uel plurium, illorum mandatum debet interuenire. Si uoluntate unius, ſufficit illius mandatum. Debet notarius in publico rogari, ſi tantum

tum in ſecreto non ualet inſtrumentum, & notarius eſt puniendus. Debet etiam ſcire pertinentia ad artem notariæ, puta notare ſummam, & ſimilia, alias imputabitur ad imperitiam eius, & tenetur, ſi parti præiudicium fecerit. Quartodecimo requiritur quod notarius ſit habilis. Omnis ſcriptura publica eſt autentica, ſed non econtra, priuata habens ſignum autenticum non eſt publica, licet ſit autentica. Priuata non habens ſigillum, nec teſtes ſubſcriptos, uel non ſuperſtites, robur firmitatis non habet. Ab. de fid. inſtrum. c. Scripta.

Liber rationum probat pro ſcribente in dependentibus a uoluntate ſua, in aliis ſi ſint ſcripta boni hominis, uel mercatoris pro modica quantitate faciunt aliquam præſumptionem, ita quod cum aliis adminiculis probent. Contra ſcribentem probant, ſecus ſi in libro ſcriptum ſit manu aliena. Si liber continet aliquid pro ſcribente, & aliquid contra, poteſt aduerſarius quod eſt pro ſe approbare, & quod eſt pro ſcribente non acceptare, ſed reſpectu approbationis tertii non probat, niſi liber confectus ſit auctoritate publica officii, ſicut olim libri mercatorum ab arte approbatorum, & campſorum, & faciunt ſemiplenam probationem. In præiudicium ſcribentis non oportet contineant diem, nomen conſulis &c. In præiudicium alterius requiruntur ſolennitates prędictę, & quod contineant cauſam, non tamen oportet habeant teſtes inſcriptos. Poſſunt tamen iſti ſcribere alios libros, ut habet communis uſus. Abb. de fid. inſtrumen. cap. Scripta.

Scrupuloſus non commendatur. Abb. de ſimo. c. Si quęſtiones.

Secretum reuelans peccatum dicens amico ſuo, Hoc dico tibi in pœnitentia, ſi amicus adducitur in teſtem, tenetur reuelare, quia hoc non dixit ſibi tanquam miniſtro Dei, cum non petierit abſolutionem a peccato, ſed tanquam amico dixit. Si tamen ille ſit ſacerdos, debet omnino abſtinere a reuelatione, ne ſit cauſa mali exempli, quod intelligo, niſi producatur in teſtem. Layco nihil dicitur in pœnitentia, niſi aſſumatur loco ſacerdotis in neceſſitate, & facit ei ueram confeſſionem, ut ſacerdoti. In hoc caſu non debet reuelare, etiam tanquam teſtis, alias puniretur. Abb. de pœni. & remiſ. capitu. Omnis utriuſque ſexus. Vide. Inquiſitor generalis.

Secundum & iuxta tenentur cauſatiue, & non conditionaliter. De uerborum ſignifica. c. Abbate.

Securus dicitur quis in aliquo facto, quando non timet iuris exceptionem. Vnde qui promiſit facere aliquem ſecurum in aliqua re, debet rem ſic diſponere, ut nihil de iure poſſit obiici, ita quod poſſit ſentire læſionem. Abb de pact. cap. Quotiens. Securitas ueniendi ſi datur alicui, datur & redeundi. Ab. de iureiuran. c. Ego.

Sedes Apoſtolica dicitur eſſe ubi eſt papa, & curia ſua. Ab. de crimine fal. c. Dura ſæpe.

Senex dicitur a quinquageſimo uſque ad 70. poſt incipit decrepitas, & hi non poſſunt cogi ad ferendum teſtimonium ſecundum ius ciuile, ſecus de iure canonico, ubi agitur de peccato, ſi tamen uolunt ſponte teſtificari poſſunt. Abb. de teſtib. c. Si qui teſtium. Senex qui non poteſt adminiſtrare repellitur a promotione, qui prius promotus eſt, ſi poſt efficitur impotens, etiam ſi ſit religioſus, ſuſtinetur. Glo. & Ab. de appella. c. Conſtitutus.

Sententiæ nomen dicitur quia iudex ſecundum quod ſentit declarat, diffinit, & determinat lites, & dubia inter partes. Abb. in rubri. de ſenten. & re iudica.

Sententia lata contra abſentem tenet, ſi citatus ad ſententiam ex legitima cauſa ignota iudici non comparuit, ſed retractatur eo probante legitimam cauſam abſentię. Si impedimentum non plene probat, non retractatur ſententia, niſi doceat pariter de ipſius iniquitate. Si nullo modo probatur iuſta cauſa abſentiæ, non debet quis audiri contra ſententiam ex quo tranſiuit in rem iudicatam, niſi uellet probare quod ſententia eſt nulla, uel ex alia cauſa retractanda. ſi probatur iuſta cauſa abſentiæ illico debet retractari, & eſt procedendum, ac ſi non eſſet lata. Si probatur iuſta cauſa minus ſufficienter reſtituitur ut audiatur contra ſententiam. ſi probatur iniuſta ex ſententia, & actis, debet retractari, alioquin erit in robore ſuo. Quomodo probabitur iuſta cauſa abſentię. Abb. de ſenten. & re iudica. cap. Cum Bertoldus. Contra abſentem non contumacem in cauſa matrimoniali non ualet ſententia. Contra contumacem etiam fictum tenet. Abb. de ſenten. & re iudica. cap. Tenor.

Sententia abſolutoria, uel condemnatoria poteſt ferri contra procuratoris perſonam, licet ipſe intercedat poſt litem conteſtatam per dominum. Abb. de religio. domi. c. Conſtitutus.

Sententia lata pro appellante a ſententia lata contra tertium qualiter formari debeat, & an uictus primo conſequatur aliquam utilitatem pro uictoria appellantis, quando prima ſententia confirmatur per iudicem appellationis. Abb. de ſenten. & re iudica. cap. Cum ſuper. Confirmatur quo ad reum appellantem, ſi nihil doceat contra eum, differtur tamen executio, ſi tertius de ſuo intereſſe doceat. Abb. ubi ſupra. Illa a qua fuit appellatum retractatur, ſi conſtat teſtes ad quorum dicta tantum lata fuit ſententia, conſpiratores fuiſſe, & contradicente parte receptos. De ſen. & re iudi. c. Cum. I. & A.

Sententia in beneficialibus licet tranſeat in rem iudicatam quo ad eum contra quem lata eſt, quia quis poteſt pręiudicare iuri ſuo, & acquieſcere ſententiæ, nunquam tamen tranſit in rem iudicatam reſpectu eius pro quo lata eſt, quia non poteſt retinere beneficium ſine inſtitutione iuris canonici. Abbas de præbend. cap. Niſi eſſet. Si ſententia eſt priuatiua, & ille cui collatio eſt facta fuit conſcius fraudis, non poteſt in conſcientia retinere beneficium. Si non fuit conſcius iniuſtitiæ & fraudis & ſententia tranſiuit in rem iudicatã, iuſtè potuit conferri illi, nec oportet expectare præſcriptionem. Si ſententia eſt declaratoria, & illa pro quo lata eſt habet notitiam de iniuſtitia, nunquam poteſt beneficium illud retinere, reſpectu tamen eius contra quem eſt lata, tranſit in rem iudicatam, quia non amplius audietur, licet poſſit agere per uiam denunciationis euangelicæ. Abb. de conceſſio. pręben. c. Qui in uiuorum. Per ſententiam perdit dominium. Glo. & Abb. ubi ſupra.

In ſententia non oportet cauſam exprimere quæ iudicem ad ſententiandum induxit. Abb. de ſenten. & re iudica. cap. Sicut nobis. Quando lata eſt ex cauſa falſa, an teneat, an tranſeat in rem iudicatam. Vbi ſupra.

ſuprà. c. Lata. In cauſa ſubiectionis contra ſubditum non nocet habenti ius ſuperioritatis, etiam ſi ſciuit cauſam agi contra ſubditum, niſi ſe immiſceat cum ſubdito. Fallit quando ſubditus habet cauſam ab habente ius ſuperioritatis, & papa reſpectu omnium exemptorum, & libertas reſpectu domini, quia ſi litigant per exemptionem, & papa ſcit, & tacet, ſi fertur ſententia pro ordinario præiudicat papæ, a quo habet exemptionem. Idem eſt de liberto reſpectu domini, ſi pro libertate litigat, nec ſufficit quod ſuperior uocetur ad iudicium. Si ſententia lata eſt contra dominum, poteſt ſubditus appellare, quia ſua intereſt non mutare ſuperiorem. Abb. de ſen. & re iudica. c. Cum ſuper.

Sententia in qua cauſa unica exprimitur, quæ falſa eſt, nulla eſt, ſi plures exprimuntur, quarum aliqua eſt uera, uirtute illius ſuſtinetur ſententia. Ab. Qui filij ſunt legi. c. Per tuas.

Sententia in cauſa criminali lata tranſit in rem iudicatam, etiam quo ad tertium. Vnde ſi non fuit appellatum, non poteſt accuſatio inſtitui, etiam contra tertium, & hoc ſiue ſit abſolutoria, ſiue condemnatoria pro reo. etiam ad mortem. Ex gratia tamen principis poteſt reſtitui. Ab. de accuſa. c. De his.

Sententia cenſurarum tranſit in rem iudicatam poſt decem dies quo ad priuatam utilitatem, non autem quo ad publicam tangentem ſalutem animæ. Item tranſit quo ad factum priuatum inter alios, quando fuit pure lata contra cauſæ cognitionem, ſecus ſi ſit ſub conditione ſine cognitione cauſæ. Item tranſit quo ad præſumptionem iuſtitiæ in rem iudicatam, non autem quo ad recuperationem rei. Abb. de ſen. & re iudica. c. Conſanguineos.

Sententia debet certiorari, alioquin eſt nulla. Ex quibus certificatur. Ab. de excep. c. Cum uenerabilis. Vt ualeat non ſufficit quod poſſit certificari per ſcripturam, niſi ſcriptura ſit in actis. Oportet ergo ſententiam certam eſſe in ſe, uel poſſe certificari ex parte actorum, ideo ſi iudex pronunciat ſecundum ſententiam talis ſapientis, non ualet ſententia, quia conſilium non eſt in actis. Ab. de accuſa. c. Illa propoſitio.

In ſententia præſumitur citatio, & præſentia partis. Abb. de ſen. & re iudica. c. Tenor. Quando præſumendum, uel non præſumendum eſt pro ſententia, & proceſſu. Abb. de probatio. c. Quoniam contra.

Sententia lata per colliſionem non tollit quin poſſit iterum accuſari, & contra illum inquiri, perimit tamen inſtantiam. Abb. de colliſio. cap. In tanta.

Sententiam condemnatoriam non ſufficit quod præcedat probatio in genere, ſed ſpecifica, & indiuidualis, & de loco, & tempore, ſic quod non ſit dubia quo ad cauſam condemnationis. Abb. de præſump. cap. Auditis. Fertur ex præſumptione uehementiſſima, etiam de grauiſſimo crimine, ut cum quis perſiſtit in excommunicatione lata per annum pro quocunque crimine. Abb. de hereti. c. Excommunicamus.

Sententia ſub conditione poteſt ferri ſi eſt interlocutoria. Diffinitiue poteſt apponi conditio intrinſeca cohærens negocio de quo agitur, non autem extrinſeca. Abb. de appellatio. c. Preterea. Non debet ferri ſub conditione extrinſeca, lata tamen tenet. Ab. de ſen. & re iudica. c. Quod ad conſultationem. Sententia diffinitiua poteſt ferri per hæc uerba, ſtatuo, & præcipio. De uerbo. ſignifica. c. In his. Non oportet dicere in

Ccc iij ſenten-

ſententia condemno, & abſoluo. Satis eſt quod iudex abſoluat, & condemnet in effectu. In ſententiis non debemus attendere proprietatem nudam, & corticem, ſed mentem, & uoluntatem proferentis. Debet autem ferri diffinitiua etiam ubi quæſtio eſt de interpretatione ſententiæ, & debet ferri præſentibus partibus, ſi interpretatio ſit iudicialis. Abb. ubi ſuprà. ſecunda diffinitiua lata contra primam tenet, ſi de prima non fuit exceptum, nec appellatum a ſecunda. De ſen. & re iudica. c. Inter monaſterium.

Sententia corporis afflictiua tranſit in rem iudicatam, nec ſubueniri poteſt niſi per principem. Idem in pœna honoris priuatiua, uel alia lata ſuper crimine, & in pecuniaria pœna. Ab. de ſenten. & re iudica. cap. Conſanguinei.

Sententia lata contra eccleſiam ſuper ſtatu ipſius non retractatur ex probationibus nouiter acceptis ſcilicet iuris communis, ſed implorari poteſt beneficium reſtitutionis iure minorum. Abb. de ſenten. & re iudica. c. Suborta. Si ſit lata contra eccleſiam, prętextu iniquæ conſuetudinis retractatur. Vbi ſupra. c. Cum cauſa. Lata in fauorem eccleſię, & minoris ualet, quę tamen ſi lata eſſet contra eos, non teneret ex defectu poteſtatis, puta quia ſine licentia ſui ſuperioris litigauerunt. Abb. de iudic. c. Cauſam.

Sententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſuſpenditur, ſi lata eſt ſub conditione, & ante aduentum conditionis fuit appellatum. De appella. c. Prętere.

Sententia debet executioni mandari poſt decem dies, niſi ſit ſententia principis irati perſonalis contra aliquem, quia tunc expectandum eſt per dies triginta. In aliis infra decem dies poteſt operari. Ab. de ſen. & re iudica. c. Iurgantium.

Sententiam condemnatoriam in expenſis debet præcedere taxatio, & iuramentum partis, alias non ualet condemnatio. Abb. de procurato. c. Conſtitutus.

Sententia lata prętextu falſæ approbationis præſente parte tenet, licet poſſit reuocari infra.30. annos, & non poſt. Si parte abſente non tenet. Ab. de excep. c. Cum uenerabilis. Lata per litteras falſas non debet executioni mandari. De crimi. falſ. c. Super eo. Poteſt ſententia lata per falſas litteras delegatoris retractari ſine præfixione temporis. Idem in ſententia lata cum falſo procuratore, ſecus ſi iudex habeat alias iuriſdictionem. Si probationes falſæ fuerunt ad agendum de falſitate tempora limitata ſunt. Vbi eſt falſitas, non tranſit in rem iudicatam. Ab. ubi ſuprà. cap. Super eo. Si lata eſt per falſas probationes, & hoc conſtet, retractari poteſt. Abb. de purgatio. uulga. c. Significantibus.

Sententia iniuſta ſi ab ea non appellatur, facit ius poſt decem dies, & illi ſtatur etiam de iure canonico, tamen is in cuius fauorem eſt lata, ſi ſcit illam iniuſtam non poteſt cum bona conſcientia uti illa, & tenet contra ius litigatoris. Ab. de ſen. & re iudica. c. Cum inter. Iniuſta ſententia poteſt confirmari per papam in dependentibus a libera poteſtate eius ſupplendo defectum iuris poſitiui. Si deficiat in iuſtitia naturali non poteſt ſuppleri, nec confirmari. Iuſta ſi confirmetur ex certa ſcientia papę, ſi ſententia primo fuit nulla, confirmatur. ſecundo inferior non poteſt cognoſcere de eius ualiditate. tertio erit maioris auctoritatis. Idem dic

pro-

proportionaliter, ſi confirmetur a ſuperiore quouis iudice per uiam contentioſæ iuriſdictionis, quod non requiritur in confirmatione papæ. Qui petit ab alio quam a papa confirmationem dicere habet, quod fuerit iudex, & ſeruauerit ordinem, non tamen probat quod ſit iuſta, ſed hoc præſumitur. Confirmatio debet peti, ſi non eſt interpoſita appellatio, quia ſi fuit interpoſita, non ualet confirmatio, niſi in ea fiat mentio de appellatione. Abb. de ſent. & re iudica. c. Ea te. Iniqua ſententia eſt nulla, quando & quomodo retractatur per ſuperiorem, licet cauſa commiſſa fuerit appellatione remota. Si continet manifeſtam iniquitatem, eſt nulla. Vbi ſuprà. c. Inter cæteras.

Sententia interlocutoria non tranſit in rem iudicatam poſt decem dies, & quando poteſt reuocari. Glo. & Abb. de appella. c. Cum acceſſiſſet. Vide. Iudex dicitur ordinarius. Interlocutoria principis non facit ius, niſi ſit lata cognita cauſa. Si diffinitiua, & eſt in corpore iuris, cauſa facit ius, ſi tenor illius hoc patiatur. Si contra legem principis non facit ius. Si non eſt contra legem, ſed ſuprà, uel præter, & lata eſt cum cognitione cauſæ præſente parte facit ius ſecundum omnes, non autem ſi prædicta deſunt. Si ſit lata contra contumacem, non facit ius. Si non ſeruatur ordo iuris poſitiui, facit tamen ius, & legem, quia hic ordo non ſeruatur ſemper in præſentia principis. Abb. de ſenten. & re iudica. c. In cauſis.

Sententia lata a non ſuo iudice eſt nulla, nec poteſt haberi rata per proprium iudicem, licet hic Glo. teneat oppoſitum, & male. ſi tamen poſt prolationem approbatur a partibus, poteſt ualere per modum contractus, uel pacti, non autem poteſt ratificari, ut ualeat, ſicut ſententia. Ab. de foro compe. c. Significaſti.

Res inter alios iudicata aliis non nocet. Fallit in eo qui paſſus eſt illum litigare, cui ſecundo loco competebat actio, uel defenſio, uel a quo cauſam habet in iure iudicato. De ſenten. & re iudica. c. Quamuis. Vni per alterum non debet afferri iniqua conditio, & res diſpoſita ad unum finem non debet alium effectum operari. Item qui remouere non poteſt a iudicio agentem iure ſuo, ſicut aliis non nocet, ita nec prodeſt. Intelligitur reſpectu præiudicii pleni, uel commodi, quia nocet quo ad præſumptionem, quia facit ſemiplenam probationem. Idem dic de actis in cauſa, & de confeſſione. Non prodeſt, nec nocet his qui non fuerunt in iudicio, etiam ſi conſanguineus meus litigaſſet de iure meo. Si petrus punitus eſt pro homicidio, & poſt conſtat quod Ioannes fuit homicida, Ioannes decapitabitur per regulam iſtam. In prædictis tamen duobus caſibus fallit, quia poſſum remouere litigantem a iudicio, uel in me aſſumere, uel proteſtari, quod non admitto in mei præiudicium. Vt præiudicet oportet eum cui competit actio ſcire de litigio cauſam, & quod ſententia non ſit lata contra contumacem, qui non eſt paſſus cauſam lucidari propter contumaciam, ſecus ſi eſſet contumax quando ſententia fertur, quia præſentia eius non operatur ad uictoriam cauſæ. Non ſufficit ſcire litem motam, ſed oportet ſciat ſibi ius competere in re illa, alias non præiudicat ſecundum Glo. Fallit in ſeptem caſibus. Primo ſi fiſcus habet rem communem cum priuato, poteſt ratione partis uendere totum. Secundo ſi quis habet rem communem cum publico pro indiuiſo, quia non currit præſcriptio. Tertio in re indiuiſibili cum maioribus. Quarto in quærela officii teſta-

menti. Quinto in cauſa filiationis, uel legitimationis, aut ſubuentionis reſpectu patris. Sexto in cauſa libertatis, & quando ſententia non eſt reſtringibilis ad certas perſonas, & ponuntur. 12. caſus. Septimo quando cauſę ſunt connexæ. In prędictis ſententia præiudicat, non tamen tranſactio, compromiſſum, compoſitio, confeſſio, ceſſio, nec alienatio. Hic plures caſus declarantur. Abb. ubi ſuprà.

Sententia lata poſt iuramentum an ſit retractabilis, & an poſſit ab ea appellari. Abb. de iureiuran. c. Iuramentum. Vide. Iuramentum.

Sententia lata contra ius non tenet. Intelligitur quando ius eſt clarum, ſecus ſi ſit contra ius ex ideptitate rationis. Abb. de appella. c. Cum ſpeciali. Lata contra leges & canones non tenet, nec ab ea opus eſt appellare. De ſen. & re iudica. c. Sententia. Secus ſi ſit lata contra ſtatuta particularia laycorum. In concernentibus cauſæ merita ſi error exprimitur in ſententia, nulla eſt ſententia, ſi non exprimitur, ualet. Si eſt lata contra ius concernens aliam iuſtitiam, & non merito cauſæ, regulariter eſt nulla, ſiue exprimatur error, ſiue non. In prędictis quando oportet appellare, & quando non. Quando cum errore legis exprimitur alia cauſa ſuſtentabilis, ſi articuli ſunt plures, non ex toto corruit ſententia, ſed quo ad illum pro quo exprimitur error contra ius, ſi eſt lata contra extrauagantem tenet ſententia, niſi illa extrauagans ſit notoria ibi. Si contra ſimile legis, nel contra cauſam legis, quid &c. Quid ſi contra ſtatuta loci in quo fertur ſententia, quid ſi contra conſuetudinem, quid ſi contra priuilegium. Quando decretum interponitur ex falſa cauſa. Quando interponitur rite, ſed non recte. Si ſententia eſt nulla, an iudex poſſit titulum pronunciare. Prædicta omnia declarat. Abb. ubi ſuprà. c. Sententia.

Sententia lata contra ius litigatoris, ſi ab ea infra decem dies non fuit appellatum, ualet, & per illam poteſt eccleſia ſubiici prælato inferiori epiſcopo, & ſuæ eccleſiæ. Abb. de ſen. & re iudica. c. Cum inter.

Sententia lata ſuper libelli ineptitudine eſt interlocutoria habens uim diffinitiuæ, ideo ab ea appellari poteſt. Abb. de deſponſa. impuber. c. Ad diſſoluendum.

Sententia lata in cauſa matrimonii non tranſit in rem iudicatam, tamen elapſo termino appellationis non auditur, niſi iuſtam & rationabilem cauſam proponat. Agere quilibet poteſt ad diſſolutionem uinculi, ſed ad ſeparationem thori tantum coniuges. Abb. de ſenten. & re iudica. cap. Tenor. Quia non tranſit in rem iudicatam, reuocatur, ſi conſtat de errore. Vbi ſuprà. c. Lator. Audietur ille ad cuius inſtantiam lata eſt, ſi uult docere eccleſiam eſſe deceptam, & tamen obſeruabitur, donec conſtet eam eſſe iniuſtam. Non tranſit in rem iudicatam, quia eius obſeruantia nutrit peccatum. Vbi non nutritur peccatum tranſit in rem iudicatam. Abb. ubi ſuprà. cap. Lator. In aliis iniuſtis ſententiis, licet ſit peccatum tranſit tamen in rem iudicatam, quia in cauſis priuatis ſententia iniuſta eſt contra ius litigatoris, & poteſt iudicatus conſentire, & appellationem obtinere, ideo ut finis imponatur litibus &c. ſecus in cauſa matrimoniali, quia etiam eſt contra bonum publicum, nec poſſunt partes ſe abſoluere. Abb. de ſen. & re iudica. c. Conſanguinei.

Sententia diuortii rite lata ad ſolam confeſſionem coniugis aſſerentis contrarium non reuocatur, ſed ei ſtatur, donec de contrario legitime doceatur

tur

tur. De ſenten. & re iudica. c. Conſanguinei. Nec ad confeſſionem amborum coniugum ſententia eſt irritanda, niſi ſit lata propter impedimentum ab eorum uoluntate dependens, & non uertitur confeſſio in præiudicium alterius. Abb. ubi ſuprà.

Sententia nulla ipſo iure diſponente eſt nulla. Non eſt neceſſe expectare ſententiam informatoriam hominis. Quæ eſt nulla ſolum ex defectu conſenſus partium poteſt ratificari per conſenſum partium, ideo ſi pars non appellat, ratificatur. Si eſt nulla ex alio defectu, puta quia contra leges, aut quia non eſt ſeruata ſolennitas, non conualeſcit propter appellationem, nec poſſunt partes conualidare ſic quod ualeat, ut ſententia, licet approbare poſſint, ut pactum. Abb. de ſenten. & re iudica. cap. Sententiam.

Sententiam papæ tenentur ſequi iudices inferiores in iudiciis ſuis. Abb. de ſen. & re iudica. c. In cauſis.

Sententia ſuper parte petitorum an teneat pro aliis, uel contemnat, uel abſoluat. Abb. de ſen. & re iudica. c. Cum interim.

Sententia pro una parte poteſt teneri, & non pro alia. Glo. hic Hoſti. tenet contrarium. Mihi placet opinio Glo. nec contrarium eſt, quia capitula ſunt diuerſa. Abb. de conuerſio. coniugato. c. Placet.

Sententia lata interueniente pecunia eſt ipſo iure nulla. Glo. & Abb. de uita & honeſta. cle. c. Cum ab omni.

Sententia lata contra prælatum nocet eccleſiæ, non ſolum quando eſt lata factis probationibus, ſed etiam quando prælatus nollet comparere ad docendum de iure ſuo. Abb. de fid. inſtrum. c. Accepimus.

Sententia principis an ualeat quantumcuuque non conueniat regulis iuris poſitiui. Abb. de ſepultur. c. In quibuſdam. Sententia principis quando facit ius. Vide. Sententia interlocutoria.

Sententia poteſt probari per teſtes, licet non deponant de cauſis, quæ ſolent inducere iudicem ad ſententiandum & mouere. Ab. de ſen. & re iudica. c. Sicut nobis.

Sententia tenet pro reo, ſi duo ordinarii pronuncient contraria. Fallit in matrimonio, dote, libertate & teſtamento. Si delegati diſcordant, delegans eſt adeundus, ſi arbitri, neutra tenet. De ſentent. & re iudica. cap. Duobus. Horum ratio eſt, quia ordinarii habent poteſtatem in ſolidum, non autem delegati, nec arbitri a quibus non receditur, niſi quando pronuntiant quod non ſit in caſu, cum unus impediat alium. Idem dic de duobus procuratoribus non in ſolidum, ſi unus confitetur, & alius negat, quia nihil agunt. Si diſcordant ordinarius & delegatus, recurrendum eſt ad papam, quia neuter habet poteſtatem in ſolidum. Idem dic ſi in diuerſis ſententiis concurrant ordinarius & delegatus. Collige quod dictum eſt de duobus ordinariis. Quod hic dicitur in 4. caſibus qui ponuntur gratia exempli dic in omnibus fauorabilibus, ſi ſunt delegati ad uniuerſitatem cauſarum. Idem eſt ſicut in duobus delegatis ad eandem cauſam, quia ſine alio procedere non poteſt, & neuter habet poteſtatem in ſolidum. Si delegatus cum ſubdelegato collegæ, dic ſicut in duobus delegatis. Abb. de ſen. & re iudica. c. Duobus.

Sententia retractanda eſt, ſi conſtat eam fuiſſe latam ad dictum corruptorum teſtium. De teſtibus. c. Sicut eſt nobis. Non tamen reuocatur per nouas exceptiones, etiam per inſtrumenta, quando tranſiuit in rem iudicatam,

niſi

niſi pars confiteatur illam iniuſtam, uel hoc ſit notorium. Abb. de ſen. & re iudica. c. Suborta. Reuocatur etiam propter defectum iuriſdictionis, ut quia unus ex iudicibus erat excommunicatus. Item propter iuris ordinem non ſeruatum, interim de principali quæritur. Vbi ſuprà. cap. Ad probandum. Poteſt retractari ſi lata eſt per falſas probationes, ſi hoc conſtat. Secundo quando data eſt per probationem non integram, puta ad iuramentum partis, ſi poſt conſtet. Tertio quando non eſt ſeruatus ordo iudiciarius. Quarto quando cauſa ſententiæ redit ad non cauſam. Quinto propter notoriam iniuſtitiam ſententiæ. Sexto ſi pars pro qua lata eſt ſententia, confitetur eam eſſe iniuſtam. Septimo ſi ſententia lata eſt contra litigatoris ius, & tenuit contra rem iudicatam, licet de ordinario non debeat retractari, poteſt tamen peti reſtitutio in integrum a principe, & non ab inferiori, qui non poteſt ius acquiſitum parti tollere. Ab. de purga. uulgar. c. Significantibus.

Sententia reuocari poteſt, ſi poſt error probabilis detegitur, quando in ipſa re apparet de errore. Licet poſtquam tranſiuit in rem iudicatam non ſint admittendę probationes, ſi tamen de facto admittuntur, iudex debet retractare ſententiam, non obſtante quod tranſiuit in rem iudicatam. Sententia notorie iniuſta eſt nulla, uel ſaltem reuocabilis, etiam ſi non fuit appellatum, etiam ſi notoreitas iniuſtitię poſt acciderit. Si etiam pars in cuius fauorem data eſt confiteatur eam iniuſtam, iudex debet eam retractare. Abb. de frigid. & malefi. c. Fraternitatis.

Sententia neceſſario requirit ſcripturam non ad finem probandi illam, ſed ad finem tunc illam recitandi, ut cum moderatione magna feratur. Abb. de ſen. & re iudica. cap. Sicut nobis. Sufficit ſcriptura iudicis, ſed ſcriptura notarii exigitur ut redigatur in formam publicam. Abb. de teſtib. cap. Albericus.

Sententiarum ſpecies ſunt tres, diffinitiua, quæ imponit finem toti cauſę deductæ in iudicium, & dicitur diffinitiua quia imponit finem controuerſiæ, & finit officium iudicis. Quaſi diffinitiua eſt ſententia lata ſuper poſſeſſorio. Interlocutoria eſt quæ fertur inter principium, & finem cauſæ ſuper his quæ emergunt, & incidunt, dicitur interlocutoria quia iudex diffinit cauſam, ſed interloquitur inter principium & finem. Si incohata dicitur interlocutoria habens uim diffinitiuæ, quia non imponit finem cauſę, ſed non expectat aliam ſententiam poſt ſe, ut cum iudex pronunciat ſe non eſſe iudicem in cauſa. Sententia præcepti eſt, quando iudex ſine cognitione cauſæ aliquid præcipit extra iudicium, & improprie dicitur ſententia. Excommunicatio improprie dicitur ſententia, quia potius punit quam finem cauſę imponat, eadem ratione abſolutio improprie dicitur ſententia. Ab. in rubri. de ſen. & re iudica.

Sententia quæ non tranſit in rem iudicatam poſt decennium ab ea non poteſt appellari, licet poſſit adiri ſuperior per modum quærelæ. In talibus non poteſt appellari. Pro illa, & pro proceſſu præſumitur, donec probetur contrarium, poſt decem dies poſt quos tranſit in rem iudicatam non poteſt appellari ab ea, niſi ex iuſta cauſa quis reſtituatur in integrum. Abb. de ſenten. & re iudica. c. Lator. Nunquam tamen tranſit in rem iudicatam ubicunque imminet peccatum ueritate non manifeſtata. Abb. de probatio. c. Iurauit.

Sepultura eſt locus concauus quo in eccleſiaſtico cimiterio corpus catholici re-

ei requieſcit ratione conſecrationis non poſſunt corpora ita uexari a demone, ſicut in aliis locis, ideo catholici ſepeliuntur in eccleſiaſticis cimiteriis. Abb. in rubri. de ſepultur. Sepelientes iudicantur clerici, uel layci aſſociantes, uel foueam facientes, uel portantes in ſepulcro. Vide. Glo. in clemen. De ſepultu. cap. Eos. Abb. de uſur. cap. Quia in omnibus.

Sepultura concedi debet tantum catholicis, niſi ſint ſpecialiter interdicti. Generaliter decedentes in mortali non debent ſepeliri in cimiterio eccleſiæ, ſi non catholici ſepeliuntur in eo, debent exhumari. Abb. in rubri. de ſepultur. Si quis deceſſit in mortali manifeſte ex toto eſt ſibi interdicta ſepultura. Si confeſſus recipit pœnitentiam debet ſepeliri, etiam ſi non mandauit de delicto ſatisfacere. Abb. de ſepultur. c. Ex parte.

Eccleſia ubi electa eſt ſepultura poteſt agere, ut reſtituatur corpus in loco per eum electo, & non ſolum repetir defuncti corpus de præſenti ſepultum, ſed etiam per tempora ita ut ſola oſſa ſupereſſe uideantur. Abb. de ſepultur. c. Cum liberam. Quis ſepelit parochianum alienum, quem ſepelire non debet, cogitur reſtituere corpus, & quę ratione illius obuenerant. De ſepul. c. Ex parte.

Sepulturam nullus poteſt ſibi eligere ex pacto. Abb. de pact. c. Pleriſque. In loco priuato non poſſunt fideles eligere ſepulturam, & corpus defuncti poteſt largo modo uindicari ab eccleſia, ubi de iure poteſt ſepeliri, & reſtituendum eſt corpus cum obuentionibus omnibus ibi factis. Hodie eligi poteſt ſepultura in loco minus religioſo, ideo ut ſeruetur iſte textus locus minus religioſus dicitur locus non habens cimiterium, in quo non licet ſepulturam eligere, quia inſtitura ſanctorum patrum habent quod corpora fidelium debent in cimiterio ſepeliri. Abb. de ſepultur. c. Fraternitatem.

Sepulturam poteſt epiſcopus eligere extra eccleſiam cathedralem, & rector eccleſiæ. Soli religioſi prohibentur, qui debent ſepeliri in propriis monaſteriis, ſi commode fieri poteſt. Abb. de donationi. cap. Apoſtolicæ.

Excommunicatus per presbyterum in morte abſolutus debet ſepeliri in cimiterio, & coguntur heredes ad ſatisfaciendum. De ſepultur. cap. Parrochianus.

Excommunicatorum oſſa ſepulta in cimiterio, ſi poſſunt diſcerni debent exhumari, & proiici extra, alias ſecus. De ſepultur. c. Sacris. Excommunicati, præciſi, & interdicti non debent ſepeliri in cimiterio, nec prope ſed in tanta diſtantia quod clericorum cantantium uoces ibi non poſſint audiri. ſi exempti ſepeliunt de facto excommunicatos, uel uſurarios, aut interdictos publice, & nominatim, poteſt epiſcopus eorum cimiterium intrare, & oſſa proiici facere procul. In reliquis ibi ſepultis non credo habeant poteſtatem poſſe exercere iſta in loco exempto. Impedire tamen poteſt, quando corpus defertur ad locum exemptum, cum delinquitur in territorio ſuo obuiare poteſt, & ſepeliri facere in loco priuato, & maxime ſi religioſi habent priuilegium quod ratione delicti commiſſi extra locum exemptum non poſſint puniri per ordinarium. Abb. ubi ſuprà. c. Sacris. Excommunicatos ſepelire non poſſunt exempti, uel priuilegiati, immo ſepelientes tenentur exhumare, quod ſi non fecerint, epiſcopus ſupplebit. De priuileg. cap. Ad hæc. Hodie ſepelientes excommu-

communicatos publice excommunicationem incurrunt ipſo facto. Abb. ubi ſupra.

Sepelitur filius in ſepulcro patris, etiam ſi auus & alii eſſent ſepulti alibi, niſi pater eſſet ſepultus alibi propter impoſſibilitatem iuris, uel facti. Abb. de ſepultur. c. Nos inſtituta. Impuberes filii poſſunt facere ſepeliri, ubi uolunt, ſi hoc habet conſuetudo. De ſepultur. c. De uxore. Si non poteſt ſepeliri in ſepulcro maiorum, debet ſepeliri in eccleſia parochiali. Glo & Abb. ubi ſupra. c. De uxore.

Inteſtatus decedens ſepelitur in ſepulcro maiorum, uel ubi eligitur ſepultura. Eccleſia tamen parochialis habet canonicam portionem eius quod relinquitur eccleſiæ ſepulturæ. Abb. de ſepultur. c. Nos inſtituta.

Sepeliendi ius eſt de iure parochiæ, quę fundat intentionem ſuam ſuper iure parochiali. Qui dicit quod alibi debet ſepeliri, ei incumbit onus probandi. Abb. de ſepultur. c. Ex parte. Ius ſepeliendi de iure communi habet ſolum eccleſia habens populum. Vnde ius funerandi eſt de iure parochiæ, ſicut & ſacramentorum exhibitio. Liberam ſepulturam concedere poteſt epiſcopus, & eo ſuperiores ex iuſta cauſa, & de conſenſu capituli. Idem poſſunt inferiores pręlati habentes iuriſdictionem epiſcopalem. Si in priuilegio non ponatur ſalua iuſtitia eccleſiarum, debet tamen intelligi, quia ueriſimile non eſt quod princeps uelit priuilegiare cum graui præiudicio eccleſiæ parrochialis. Verba operantur, ut tollant dubitandum, ſi apponuntur. Ab. de ſepultur. c. Certificare.

Leproſus non debet cum aliis, ſepeliri, quia ei non communicauimus uiuo, ergo nec mortuo. ſecundo timor eſt in actu ſepeliendi. Tertio permittitur eis habere eccleſias proprias, cimiterium, & proprium ſacerdotem. Ab. de ſepultur. c. Sacris.

Si relicta ſepultura maiorum quis ſuam elegerit in loco minus religioſo dolo, inductus, aut ex contemptu, uel non dimiſſa eccleſiæ portione tacite, uel expreſſe non tenet electio. De ſepultur. c. Fraternitatis. Vide. Sepulturam nullus poteſt eligere.

Sepultura eccleſiaſtica nocet impio propter eius pręſumptionem. Abb. de ſepultur. c. Sacris.

Sepeliri debent peregrini in eccleſia parrochiali, in qua moriuntur. Abb. de ſepultur. c. Nos inſtituta.

Sepultura negatur decedentibus in mortali, niſi appareant ſigna contritionis. Contritis etiam ſuſpenſis non negatur. Abb. de fur. cap. Fures.

Priuilegiati ſuper iure funerandi poſſunt ſepelire eos qui eligunt ſepulturam apud ſe ſoluendo quartam eccleſiæ parochiali. qui autem alios ſepeliunt, tenentur reſtituere quicquid occaſione funeris receperunt. Priuilegium ſepulturæ liberæ ad eos refertur qui poſſunt ſepulturam eligere, non ad alios, ideo non poſſunt recipere excommunicatos, nec interdictos, nec impuberes. Poſſunt autem corpora ubi iacent accipere, nec tenentur capere de manu curati, nec de eius eccleſia. Abb. de ſepultur. c. In noſtra.

Sepultura non debent priuari caſu morientes. De ſepultur. cap. Ex parte. Etiam ſi moriantur ſine confeſſione ſepeliendi ſunt in cimiterio, niſi contempſerint annualem confeſſionem. De quolibet pręſumendum eſt bonum. Suſpenſus uel decapitatus pro ſcelere dummodo ipſum pœniteat

teat ante mortē poteſt ſepeliri cum ſolennitate miſſæ & officii, nec debent ei denegari ſacramenta. Abb. ubi ſuprà. Priuantur ſepultura eccleſiaſtica omnes qui reperiuntur deceſſiſſe in peccato mortali, & ſi de facto ſunt ſepulti, exhumari debent (ſi fieri poteſt) ſine ſcandalo. Glo. & Abb. de ſtatu. monacho. cap. Super. Et cum ad monaſterium. Si quis decedit in facinoriſſimo actu, & in ultimo uitæ ſuæ oſtendit contritionem non debet priuari ſepultura, ut contingit quandoque in eo qui uulnerauit ſe letaliter. Ab. ubi ſuprà. c. Cum ad monaſterium. Non negatur ſepultura pœnitenti, quia eucharestiam non receperit, nec extremam unctionem, dummodo non ex contemptu. Qui non recepit pœnitentiam, & ſubito moritur ſecundum Glo. ſepultura priuatur. Intellige ſi deceſſit in mortali. Si confeſſus eſt ſemel in anno, non negatur ei ſepultura, niſi in ultimo contempſerit. Si non eſt confeſſus ſemel in anno, tamen in ultimo apparent ſigna contritionis, debet ſepeliri. Vulnerato in torneamentis ſi ex uulnere moritur, licet concedatur pœnitentia, priuatur tamen ſepultura. Abb. de torneam. c. Ad audientiam. Sepultura priuantur qui publice blaſphemant, & nolunt facere pœnitentiam. Abb. de maledi. c. Statuimus. Non priuatur ſepultura cui communicauimus uiuo, quia ei communicamus in morte. Fallit in furibus, & latronibus, in his qui moriuntur in torneamentis, in raptore, in his qui ſeipſos interficiunt, in his qui presbyteros inſtituunt tutores filiis ſuis in teſtamentis, in quolibet quem conſtat in mortali deceſſiſſe, in his qui poſt mortem de hæreſi conuincuntur. Abb. Gloſa de ſepultur. & Abb. c. Ex parte. ſecundum.

Sepultura dicitur propria alicuius quo ad uſum, non quo ad dominium, quia res ſacræ & religioſæ non dicuntur eſſe in dominio laycorum. Ius utendi potius habent layci ex tollerantia eccleſiæ, quam de iure ſcripto. Ab. de ſepultur. c. Nos inſtituta.

Religioſi ſecundum Hoſti. eligere poſſunt ſepulturam, quia effectus confertur in tempus, in quo ſunt abſoluti a lege ſuperioris. Vide. Diſpoſitio tempore habili. An prælatus religioſus non habens ſuperiorem poſſit eligere ſepulturam non inuenimus determinatum, & uidetur quod poſſint. Abb. de ſepultur. cap. De uxore. Vide. Religioſus prohibetur ſepeliri.

Religioſi habentes ſepulturam liberam poſſunt inuito presbytero parrochiali ingredi parrochiam cum cruce proceſſionaliter, & omnibus conſuetis. Si requireretur alterius conſenſus non eſſet libera ſepultura, nec debet portari prius ad parrochialem eccleſiam. Quia conceſſo fine conceſſa ſunt omnia quæ ſunt ad finem. Ab. de ſepultur. c. Cum liberum. Religioſi omnes habent liberam ſepulturam, ſic ut poſſint recipere omnes. Ab. de exceſ. prælato. c. Nimis iniqua.

Sepulturam poteſt ſeruus eligere, quia effectus differtur in tempus habile, & in ſpiritualibus non conſideratur domini poteſtas. Abb. de ſepultur. c. De uxore.

Sepultus ſciſmaticus tempore ſciſmatis non debet exhumari. Ab. de ſacra. non reit. c. A nobis,

Vendi non debet terra cimiterii pro ſepultura. De ſepultur. c. Abolendæ. Ratione terrę in qua fit ſepultura non debent clerici aliquid exigere, etiam prętextu conſuetudinis. Has conſuetudines debent omnes

tollere

tollere de eccleſiis. Fabricata in loco in quo ſepultum eſt corpus fidelis de licentia domini non poſſunt uendi ſecundum leges ciuiles, ſed nec cimiterium. Vas lapideum deputatum ad ſepulturam auctoritate epiſcopi non poteſt uendi, niſi ſicut uaſa ſacra alterius eccleſiæ. Ab. ubi ſuprà.

Sepulcri uiolator eſt infamis. Glo. & Abb. de iude. c. Sicut Iudei.

Sepulturam uxor poteſt eligere, ſicut & uir. De ſepultur. c. De uxore. Si non eligit ſepulturam debet ſepeliri in ſepulcro uiri, & ſi plures habuit in ſepulcro ultimi cuius retinet honorem, & hoc etiam ſi poſtquam uidua fuit reuerſa eſt ad domum patris. Si uxor præmoritur ſtabitur conſuetudini loci, qua ceſſante ſepelietur ubi uir eius deſtinauerit ſe ſepeliri, uel ubi dicit ſe uelle ſepeliri. Vbi uir eſt abſens, & non poteſt declarari uoluntas eius, ſepelietur in ſepulcro maiorum uxoris. An uir debeat ſepeliri ubi uxor elegit ſepulturam non legi, forte uerum eſt quod maritus non tenetur ſequi uxorem. Abb. de ſepultur. capitu. De uxore.

Sequeſtratio fit etiam lite pendente in 16. caſibus. Primo quando conſeruans dilapidat fructus. Secundo cum appellatur ab executore. Tertio quando pars a qua petitur res mobilis, ſuſpecta eſt. Quarto ſi timetur de dilapidatione. Quinto ſi quis proclamatur in libertatem, quia ſequeſtrantur res, quas habere uidetur. Sexto ſi colonus uult poſſeſſiones conductas deſerere. Septimo ſi maritus uergat ad inopiam, ſequeſtratur dos. Idem de ſimili, puta ſi efficiatur furioſus. Octauo ſi timetur de ſeuitia uiri, & non poteſt ei caueri. Nono cum ſponſa uel uxor timetur corrumpi, quia tunc locatur in tuto. Idem ſi ſerui & adſcriptitii conquerantur de turpitudine domini ſui, & ſimili ratione, ſi religioſi conqueruntur de ſuis prælatis. Decimo cum ablatum eſt aliquid ei qui eſt de familia iudicis fit ſequeſtratio in aduentu iudicis ſucceſſoris. Vndecimo propter rei contumaciam. Duodecimo in clementina prima de ſequeſtris. Tertiodecimo quando de uoluntate partium fit ſequeſtratio. Quartodecimo propter impotentiam uel contumaciam non cauentis de collatione bonorum fienda. Quintodecimo ne perdatur uendendi commoditas. Sextodecimo propter ſcandalum. Quomodo aliqua ſequeſtratio eſt uoluntaria, aliqua neceſſaria, aliqua de conſenſu partium, aliqua auctoritate iudicis officio nobili, uel mercenario ad ſequeſtrum petitio, & ad petitionem alterius partis, quando poteſt ſequeſtratio fieri, & quando prohibetur, non euitatur ſequeſtratio propter fideiuſſionem, niſi ubi eſt timor dilapidationis non ubi ſequeſtrum fit propter aliam cauſam. Quomodo promittit fideiuſſor de iudicio ſiſti de non baratanda, Vt re reſtituenda ſi ſuccubuerit in iudicio. Quomodo non poteſt fieri ſequeſtratio poteſt actor petere ut omnes fructus deſcribantur antequam perueniant ad manus rei. Quomodo quando appellatur ſi appellans diſſipat fructus fit ſequeſtratio per iudicem a quo, antequam admittat appellationem. Glo. & Ab. de ſequeſtr. poſſeſſio. c. Dilectus. Actiones, & cętera requiſita ad ſequeſtrationem. Abb. de iudic. c. Examinata.

Seruus Dei poteſt dici quilibet clericus, non autem ſit laycus, non propter clericatum, ſed propter excellentiam, quia iſte magis ſeruit Deo. Idem dic de monacho. Ab. de cleri. uenator. c. Omnibus.

Seruus

Seruus poteſt diſtrigi per iudicem eccleſiaſticum ratione delicti, & ſortiuntur forum eccleſiaſticum, & tenentur magis obedire canonibus quam domino ſuo. Ab. de ſen. excom. c. Relatum.

Seruus emptus a iudeo cauſa mercimonii, ſi factus eſt, uel deſiderat fieri Chriſtianus, duodecim ſolidis redimitur. De iude. c. Præſenti. Precium iſtud pro bono mancipio conſtituitur, & eſt ſupremum præcium. Si ergo mancipium non eſt ita bonum, non debetur tantum precium. ſi natus eſt ex ancilla iudea, & deſiderat fieri Chriſtianus, ſtatim eripitur in libertatem nullo dato præcio. Si emptus, & erat Chriſtianus tempore emptionis ſtatim eſt liber. Si poſt effectus eſt Chriſtianus, & fuit emptus a iudeo, uel ſibi ſeruit qui fuit Chriſtianus, liber efficitur nullo præcio dato, ſi emptus cauſa mercimonii, & non expoſitus uenalis infra tres menſes, ſtatim eſt liber, ex quo uult Chriſtianus fieri. Si expoſitus fuit uenalis infra tres menſes locum habet iſte textus, ut redimatur. 12. ſolidis. Seruum Chriſtianum poteſt emere Chriſtianus, ut ſit liber, & ſeruiat ſibi. Ab. ubi ſuprà.

Seruus & libertus expoſiti a domino, uel aliquo eorum conſentiente, & ratum habente eo ipſo liberantur a dominica poteſtate. Idem dic de languidis. Cuiuſcunque ętatis ſic expoſitis, uel ſi eis alimenta denegantur. De infirm. & languid. c. Si pater.

Seruus excommunicatus propter uiolentam manum in clericum tenetur ire ad ſedem Apoſtolicam pro ſolutione. Si dominus qui in hoc non fuit in culpa pateretur graue damnum, uel ſeruus hoc facit in fraudem abſolui poteſt ab epiſcopo, ſi lęſio non fuit enormis. Abb. de ſen. excom. c. Relatum.

Seruus manumiſſus ea conditione ut fiat monachus, alias in ſeruitutē redeat cogitur uoluntatem domini ſeruare. De conditio. apposi. c. Cum ſit proprium. Clericus redit ad ſeruitutem, ſi non ſeruat conditionem. Qui profeſſus eſt monachus non redit, ſed compellitur ſtare in monaſterio, & ſic uoluntas domini completur. Ab. ubi ſuprà.

Seruus originarius uel aſcriptitius dicitur qui natus eſt ex obligatis, & aſcriptus ad colendum certas poſſeſſiones. Iſti ſunt liberi, licet teneantur ad ſeruitia in iure expreſſa uel conſueta, & ultra non tenetur domino, nec repellitur a legitimis actibus, & poſſunt condere teſtementum. Hoc ius pręſcribi poteſt. Ab. de iude. c. Multa.

Seruus non debet ordinari niſi factus plene liber. De ſeruis non ordi. c. De ſeruorum ordinatione. Si ſciente domino & non contradicente ordinatur eſt liber, ſi ex ignorantia ad. 4. minores ordinatur, deponitur, & remanet ſeruus. Si ipſo ſciente uel promotore & non domino, ipſi dabunt duos æque bonos, & ille erit liber, niſi ille poſſit ſoluere. Si ordinatur ſubdiaconus, uel diaconus dabit uicarium pro ſe, alioquin reſtituetur. Si ordinatur ſacerdos liber eſt, ſed multatur ammiſſione peculii ſui, quod ſi non habet, ſeruiet domino in diuinis officiis. Si fiat monachus uſque ad triennium poteſt repeti, quo elapſo remanet liber. Glo. ubi ſuprà. Seruus de licentia domini ordinatus qui recuſat illi ſeruire, degradabitur, & domino ſuo reddetur. De ſeruis non ordi. c. Nullus.

Seruo ex nuda promiſſione, ut quis aliquid ſibi det in foro animæ, qui promiſit tenetur dare. Ab. de immunita. eccle. c. Quia in pleriſque.

Seruus ruſticanus computatur inter bona immobilia deputatus eſt prædio quod

quod cum ſit immobilis, communicat naturam ſuam ſeruo deputato ad eius culturam. Abb. de reb. eccle. non alienan. c. Nullus. Seruitus ruſticana, & ſeruitus urbana quid ſint, & quomodo pręſcribuntur. De ſen. & re iudica. c. Quoniam omne. & melius. Vbi ſuprà. c. De cætero.

Seruus ad omnia ſacramenta eccleſiæ admittitur, etiam contradicente domino, ideo paganus poteſt inuito domino baptizari, nec tamen propter hoc deponit ſeruitutem. Seruitus non ſolum approbatur, ſed quandoque indicitur per ius canonicum, immo ſeruus compellitur ad ſuſcipiendum ſacramentum. Non tamen debet ei imponi pœnitentia, qua poſſit reddi inutilis domino. Vnde percutiens clericum non mittitur ad curiam. Ab. de coniug. ſeruo. c. Dignum.

Seruus de iure communi ſequitur cōditionē partus & uentris. Vnde filius cenſetur liber, uel ſeruus, ſicut mater. Valet tamen ſtatutum, uel conſuetudo ut ſequatur conditionem patris. Vnde fauore libertatis currit præſcriptio contra ſeruitutem. In dubio iudicandum eſt pro libertate, cui debetur maximus fauor. Infra quinquennium præſcribitur contra ſeruitutem a filio ſeruæ tum fauore defuncti, tum fauore libertatis. Si quis uendicaret ſibi libertatem ex perſona ſua duntaxat requiruntur anni 20. & bona fides, nec requiritur alius titulus fauore libertatis. Abb. de coniug. ſeruo. c. Licet.

Seueritatis eccleſiaſticæ nomine uenit pœna a iure pro delicto illo imponenda, & ſi non inuenitur expreſſa uenit imponenda officio iudicis. Vnde eſt pœna ſecundum delicti quantitatem extenſa. Ab. de pact. c. Cum clerici. Vide. Cenſuræ eccleſiaſticæ.

Sigillum autenticum dicitur etiam priuatum, quando habet proprios caracteres. De fid. inſtrumen. c. Reſcripta. Et dicitur autenticum in pertinentibus ad acta capituli. Abb. de appella. c. Significauit.

Qui habet plura ſigilla ad diuerſos actus, ſi unum eſt deputatum ad certum uſum, uel actum, non facit fidem in alio actu, niſi diceretur quod ſigillum ſolitum non habens prę manibus uſus eſt alio ſigillo, quia ſic cum alio facit fidem, & poteſt ſigillare. Abb. de appella. capit. Significauit.

Sigillum debet habere caracteres, uel litteras legibiles, aliter non probat. Cum re non diſpoſita ad ſigillandum ſigillari non poteſt, puta cum corrigia. Debet eſſe autenticum ut epiſcopi, uel magni uiri, quando pręſtat auctoritatem ſcripturæ principaliter. Si ſecundario ut teſtis, ſufficit ſigillum priuatum, certum tamen modo prædicto. Idem ſi contrahens obligat ſe ſigillo proprio, & priuato. Idem dic de anulo. Sigillum contrahentium ſufficit ſit appoſitum in carta, nec oportet exprimi quod imprimi illud fecerit, ſecus ſi ſit aliorum, quia oportet quod is cuius eſt atteſtetur ad quid appoſitum eſt ſigillum, uel contrahentes atteſtentur, alias adulterinum præſumitur in dubio appoſitum falſo. Qui habet ſigillum proprium illo ſigillari debet, & non alieno, alioquin non prodeſt, niſi fiat ex cauſa. Immo nec proprium ſi ad aliud officium eſt deputatum. ſi non habet proprium, uel non habet præ manibus, uel non poteſt habere faciliter, uti poteſt alieno. Semper tamen exprimi debet cuius eſt ſigillum, a quo apponitur, & propter quid. ſi in littera hoc non ſpecificetur, non tamen propter hoc uitiatur, ſi ex circumſtantiis deprehendi poteſt. Epiſcopus qui ſigillat ſigillo eccleſiæ non utitur alieno

ſigillo,

ſigillo, ſi ſolitus eſt. cum illo ſigillare, ſecus ubi tantum capitulum illo utitur. Epiſcopus poteſt ſigillum alteri committere, qui eius nomine ſigillabit, etiam ipſo ignorante, & ualet. In contractibus tamen ſingulorum ſigillare non poteſt, niſi ſit epiſcopus pręſens, uel conſuetudo habeat oppoſitum. Si dantur literæ ſigillatæ, non ſcriptæ, uel ſigillum tantum ut faciant, ſicut uolunt, non poſſunt ſcribere quod de iure ualeat, nec obligare illum cuius eſt ſigillum, & ſcribens non eſt immunis a falſitate, cum ſcribat litteras in uno loco, & in carta ſcribit alium locum, & tempus. Abb. de fid. inſtrum. c. Scriptura.

Sigillum commune eſt ſigillum collegij. De exceſ. pręla. c. Dilecta.

Sigillum non probat procurationem, niſi ſit ad hoc deputatum. Cum datur in carta ut quis ſcribat, ut uult, non caret uitio falſitatis. Ab. de ſolutio. c. Quorundam.

Sigillum principis falſans ſi eſt clericus deponitur, & caracter ei imprimitur, & mittitur in exilium. De crimi. falſ. c. Ad audientiam. Depoſitio iſta debet eſſe uerbalis, quia ſi eſſet actualis, relinqueretur brachio ſeculari. Caracter ſic debet imprimi, ut diſcernatur ab aliis clericis, & debet exulare. Iſtam pœnam non imponit regulariter eccleſia, quia periculoſa eſt, hoc tamen in odium criminis ponitur. Abb. de crimi. falſ. c. Ad audientiam.

Sigilli fidem quattuor faciunt uacillare. Primo quando non congruit in figuris dignitati, ideo alienum ſigillum non facit fidem, niſi dicatur quare, & a quo eſt appoſitum. Secundo quando litteræ non ſunt legibiles, uel leguntur ita praue, quod non concludunt neceſſario eſſe ſigillum illius cui aſcribitur, ſed oritur æquiuocatio. Idem ſi ſcripturæ ſint ſic conſumptæ, quod non poſſunt certificare. Tertio quando patitur enormem fracturam, ita quod ex reſiduo non poteſt colligi cuius ſit. Quarto quando cera eſt uetuſtiſſima interior, ſed per conglutinum nouæ cerę fuit connexum cartę. Sigilli fractura non uitiat inſtrumentum manu publica confectum cum debitis circumſtantiis. Ab. de fid. inſtrum. c. Cum inter dilectos.

Signa epiſcopalia concedi poſſunt inferioribus dignitatibus. Abb. de uita, & honeſta. clerici. c. Clerici ſecundum in additione.

Inſigniis notantibus ſuperioritatem non poteſt quis uti, utitur tamen notantibus dignitatem inſigniti, ideo archiepiſcopum non pręcedit crux in alia prouincia, & tamen epiſcopus utitur anullo, & celebrat in pontificali in aliena prouincia. Inſigniorum denotantium ſuperioritatem uſus poteſt præſcribi, & conſuetudine acquiri in territorio alieno. Præſcribi etiam poteſt totale ius epiſcopale conſiſtens in iuriſdictione, & inſignia epiſcopalia per inferiorem epiſcopum, nomine tamen eccleſiæ, quia non ſunt ordinis, ſed conceduntur inferioribus ad honorem ſuarum eccleſiarum. Abb. ut lite penden. c. A memoria. Inſigniis dignitatis denotantibus dignitatem & perfectionem in perſona inſignita poteſt quis uti, extra iuriſdictionem ſuam. Vnde epiſcopus utitur anullo, & celebrat in pontificalibus extra diocœſim. Idem dici poteſt de cauda quam ſibi portare faciunt epiſcopi, quæ non denotat ſuperioritatem in loco, ſed forte grauitatem, ut grauitas itineris denotat grauitatem morum. Si inſignia denotant ſuperioritatem in loco, uel poteſtatem, his non poteſt quis uti extra iuriſdictionem ſuam, ideo archiepiſcopus non facit deferri crucem

ante ſe extra prouinciam ſuam, quia uidetur in præiudicium alterius, quia uiderentur in eodem loco eſſe plures prælati, ideo patriarchę, epiſcopi, & archiepiſcopi non poſſunt ſolenniter benedicere populo extra diocœſim, uel prouinciam, quia per talem benedictionem uenialia delentur, quæ dimitti non poſſunt, niſi per ſuperiorem. Patriarchæ tamen quattuor principales ex priuilegio ubique faciunt deferre crucem ante ſe, ut dictum eſt in Patriarcha. Abb. de priuileg. c. Antiqua.

Inſigniis ſingularis dignitatis, quibus reges, & principes utuntur, & nobiles, priuata perſona uti non poteſt. Inſigniis quibus priuata perſona utitur conceſſione principis, hi quibus conceditur uti poſſunt. Si ceſſat conceſſio principis, communiter tenetur, quod alii poſſunt illa aſſumere, & certa inſignia, ut unus ab alio cognoſcatur, ſicut & nomina propria. Non tamen poteſt priuatus aſſumere inſignia, & arma alterius, quando tendit in præiudicium alterius, uel reipublicæ. Sic unus artifex non poteſt armis alterius uti, quia deciperentur homines, nec homo exoſus poteſt uti inſigniis uiri probi, qui poſſet faciliter occidi. Abb. de exceſ. præla. c. Dilecta.

A ſimili licet arguere in legibus, ſtatutis municipalibus, conſuetudinibus, niſi ubi cauſa ſimilis habeat ſpecialem legem in contrarium. Ab. de conſtitu. cap. Translato ſacerdotio. Sufficit adducere unum exemplum in materia ſimili. Ab. de reſcrip. c. Inter cætera.

Simonia eſt ſtudioſa uoluntas, uel cupiditas emendi, uel uendendi aliquod ſpirituale, uel ſpirituali annexum. Dicitur uoluntas, uel cupiditas, quia ſpiritualia non poſſunt uendi, ſed ex uoluntate ſola uendendi, uel emendi egreſſa ad actum committitur ſimonia. Abb. in rubri. de ſimo. Iſta eſt diffinitio ſimonię mentalis, & debet addi opere ſubſecuto. Simonia conuentionalis eſt rei ſpiritualis, uel ſpirituali annexæ cum temporali aliquo commutatio facta. Abb. de ſimo. c. Nemo.

Simonia eſt pro abſolutione ab excommunicatione aliquid exigere. De ſimo. cap. Ad aures. Si iſti imminet præiudicium ex dilatione abſolutionis ab excommunicatione, quia exſpectat eligi, uel expectat eligere, uel currit præſcriptio, niſi agat, talis redimit uexationem ſuam. Si non ſubeſt tale periculum, debet recurrere ad ſuperiorem ſatisfactione facta creditori. Debet tamen ſoluere expenſas quas fecit excommunicator contra eum. Si ſtatuto cauetur, quod excommunicatus ſoluat pro quolibet menſe 10. tenet ſtatutum, & ſoluet, non pro abſolutione, ſed pro contumacia, & ſecundum aliquos prius abſoluitur, & poſt cogitur ſatisfacere. Ab. ubi ſuprà.

De ſimonia accuſatus pendente accuſatione ab adminiſtratione diuinorum prohibetur. De ſimo. cap. Accuſatus. Idem dic de inquiſitione pendente. Vbi ſuprà. cap. Quotiens. Intellige prędicta, ſi pręceſſit infamia. Idem eſt in aliis criminibus magnis. Abb. ubi ſuprà.

Adultus per baptiſmum non debet dare pecuniam, ſufficit ei ſua uoluntas. Si non inueniretur aliquis qui ſciret baptizare, credo quod pro infante in hoc caſu licite poſſet dare pecuniam, quia non datur, ut emat ſpiritualia; ſed ut impedimentum illicite præſtitum huic ſacramento tollat, poteſt tamen pecunia promitti iudeo, uel pagano, ſi propter paupertatem dimittit uenire ad fidem, quia oportet reſtituere, ſecus ſi induceretur ex cupiditate. Ab. de ſimo. c. Cum in eccleſia.

Simo-

Simoniam incurrunt canonici nouiter inſtituti, ſi promittunt nihil recipere, uel aliquid dare, uel etiam ſi dant ex ſtatuto, non autem ſi ex conſuetudine. Ab. de conſtitu. c. Cum. M. Ferrarienſis.

In canonicum recepto debetur præbenda, & redditus non obſtante conſuetudine quod quis ſeruauerit prauam conſuetudinem de aliquo temporali dando ipſis canonicis. De ſimo. c. Iacobus. Si ſtatutum eſt ut nouiter receptus in canonicum teneatur ſoluere certum quid, ſi receptus ſine aliqua exactione ſoluit, non recipitur licite, quia exactio uidetur facta uirtute illius taxationis. Abb. ubi ſuprà. c. Dilectus filius. Simonia etiam eſt ſi clericus ex pacto confert eccleſiæ ſuæ bona ut recipiatur in canonicum, & illa bona ſibi retineat pro præbenda, ſecus ſi ſine pacto. Ab. ubi ſuprà. c. Tua nos.

Simoniaca collatio beneficii non ualet. Abb. de pactis. cap. Cum clerici. Si beneficium habet adminiſtrationem, uel executionem ordinis, uel clauium, recipiens pro eius collatione pecuniam incurrit ſimoniam, etiam papa. Secus ubi iſta non ſunt, ut hoſpitalia, & aliæ adminiſtrationes temporales. Licet titulus beneficii ſit de iure poſitiuo, tamen executio ordinis, & poteſtas clauium ſunt de iure diuino. Quando quis ordinatur accipit poteſtatem ligandi, atque ſoluendi tantum in habitu, ſi recipit beneficium, recipit executionem, quę in ſe eſt mere ſpiritualis, & de iure diuino. Nec excuſantur, quia recipiunt pro temporali, quia uendito uno ex connexis neutrum inuenditum de elinquitur. In aliis beneficiis non habentibus executionem ordinis p[illegible] a non committit ſimoniam, quia prohibetur iure poſitiuo. In omnibus caſibus qui dat pecuniam ex pacto papæ, puto non ſit ſecurus quo ad Deum, nec poteſt ſine peccato adminiſtrare in beneficio. In caſu in quo papa non committit ſimoniam, tamen ex eſt prohibitiua conſtitutio, ſubditus incidit in pœnam, quia papa recipiendo pecuniam non diſpenſat propter hoc in ſua conſtitutione. Abb. de ſimo. c. In ordinando.

Simonia in beneficiis committitur ex ordinatione eccleſiæ, quia beneficia non ſunt ordinata per Deum, nec in ſe eſſentialiter ſunt ſpiritualia, ſed ex ordinatione eccleſię accedunt ſpiritualibus. Hæc Gloſ. mihi non placet, maxime quia in beneficio eſt annexa poteſtas clauium. Abb. de pact. c. Cum pridem. In beneficiis ſimonia eſt de iure poſitiuo. Vnde non habet locum in ſimonia mentali, cum quis renunciat, ut detur certæ perſonę ſine pacto tamen, quia ex pacto eſſet ſimonia. Glo. de officio & poteſtate iudicis delega. capitu. Ex parte. Peccat tamen. Abb. ubi ſuprà.

Simoniam commitens in curia pro beneficio poteſt conueniri coram ordinario, & licet confirmatus ſit per papam, poteſt tamen puniri, & deponi. Ordinarius tamen non cognoſcit de confirmatione. Ab. de ſen. & re iudica. c. De cætero. Committitur etiam ſimonia circa preſentationem, & ius patronatus. Abb. de teſtib. c. Veniens.

Simoniacus in beneficio non deponitur ab ordine, quando non conuincitur per uim accuſationis, ſed priuatur beneficio ſimoniace acquiſito. Abb. de ſimo. c. Inſinuante. In beneficio conuictus per uiam inquiſitionis non deponitur, ſiue ſit clericus, ſiue ſecularis. Ab. ubi ſuprà. c. Dilectus filius. In beneficio notorius deponitur ab illo. Idem in inquiſito, qui non poteſt ſe purgare. Vbi ſuprà. c. Inſinuante.

Epiſcopus licet non poſſit diſpenſare ut quis habeat beneficium in cuius collatione commiſſa eſt ſimonia, poteſt tamen diſpenſare ut alias obtineat etiam curatum. Et licet non poſſit in fauorem famæ infamia iuris directe reſtituere, poteſt tamen reſtituere diſpenſando ubi ſibi permittitur tollere infamiam ut ſequelam per quandam conſequentiam. Abb. de ſimo. c. Si diligenti.

Simoniæ in inſtitutione beneficii cauſatur, ſi datur pecunia, ſicut etiam papa hoc crimine inuoluitur. Si adminiſtratio talis beneficii, & executio poteſtatem clauium concernat, alias non puto conferendo hoſpitale. Dans pecuniam ligatur conſtitutione papę, licet ipſe non ligetur. Ab. de pręben. c. Extirpandę. §. Qui uero in repetitione.

Simonia non eſt ſi ius patronatus tranſit cum uniuerſitate rerum, quia contractus uidetur initus ſuper temporalibus, & ius patronatus tantum acceſſorie tranſit. Abb. de iure patro. cap. Ex litteris. Ceſſio iuris patronatus debet eſſe liberalis, ut nullum interueniat pactum, nec donum, alias committitur ſimonia. Abb. ubi ſuprà. cap. Ex inſinuatione. Quando pro eccleſia committitur ſimonia, pecunia eſt applicanda eccleſiæ, cui facta eſt iniuria. Vnde principes ſeculares recipientes pręcium pro promotione clericorum tenentur reſtituere illi eccleſiæ, cui irrogata eſt iniuria. Ab. de iure patro. c. De iure. Poteſt tamen patronus uendere temporales redditus etiam inceptos, qui interpoſiti ſunt tempore fundationis iuris patronatus per epiſcopum. Ipſum ius alienandi quod habet patronus ex iuris diſpoſitione, uel honor, qui debetur perſonæ ſuæ, licet temporalia ſint, non poſſunt uendi, quia inhærent perſonæ ipſius patroni, qui non poteſt uelle honorari per alium, ſi tamen uendit redditus, adhuc retinet patronatum. Ab. ubi ſuprà. c. Præterea. ſecundum.

Conferens beneficium cum pacto retinendi ſibi aliquam portionem committit ſimoniam. Idem qui confert beneficium conſanguineo ſuo, uel amico, alias non conceſſurus prædictis ceſſantibus. Abb. Ne eccle. benefici. c. Ve noſtrum. Epiſcopus tamen conferens eccleſiam religioſis poteſt reſeruare ſibi cenſum in ſignum libertatis perceptę, & ſubiectionis præteritæ, non autem in recompenſatione ſpiritualium, dummodo non reſeruet ſibi magnam quantitatem. Si confert exemptis licite reſeruat ſibi partem, quia nihil de nouo conſequitur, immo remiſit quod dedit parte retenta. Abb. de religio. c. Conſtitutus.

Simonia eſt beneficium eccleſiaſticum promittere cum aliquo obſequio temporali. De ſimo. cap. Cum eſſet. Qui confert beneficium pro obſequio principaliter, & qui recipit, ſunt ſimoniaci, ſecus ubi obſequium eſt cauſa impulſiua, non finalis, nec eſt curandum de diſtinctione, beneficii certi, uel incerti, nec de pacto, nec de promiſſione nuda, ſed tenet primum dictum. Abb. ubi ſuprà.

Beneficium adeptus alio committente ſimoniam ipſo ignorante non poteſt illud retinere. Poteſt tamen ſuperior diſpenſare, ut etiam in eadem uacatione illud conſequatur. Statutum eſt hoc, ut obuiaretur fraudibus in odium ſimoniæ, nec tamen punitur pro facto alterius. Collatio eſt illegitime, & ſimoniace facta, ergo nullum ius eſt ſibi legitime acquiſitum, licet perſona cui facta eſt collatio non ſit in culpa. Ipſa collatio, quia ſimoniaca eſt, debet retractari, epiſcopus tamen non diſpenſat cum

ſimo-

ſimoniaco, ut habeat illud beneficium, ſed ut habeat aliud. Ab. de ſimo. c. Ex inſinuatione.

Simonia eſt, ſi quis renunciat beneficio cum pacto quod detur alteri determinate. Abb. de off. & poteſt. iud. delega. c. Ex parte. De præben. cap. Dilecto. Iudex ex officio ſuo poteſt prouidere ut una pars cedat ſuper ſpiritualibus, & pro bono pacis expenſas recipiat ab alia parte. Item quod una pars det alteri penſionem annuam. Inter partes ſine iudice non debet admitti pactum, quia ſi renuncians habet ius in eo ſimonia eſt, ſi non habet ius, redimit uexationem ſuam. Ab. de pact. c. Cum pridem. Si quis eſt certus ſe habere ius in beneficio, & dat pecuniam litiganti, ut deſiſtat ab illa uexatione non eſt ſimonia, ſecus ſi non eſt certus, nec excuſat dantem auctoritas papæ, maxime quando beneficium habet annexam poteſtatem clauium, licet Glo. teneat contrarium. Abb. ubi ſuprà. cap. Cum pridem.

Simonia eſt ſi quis ex ſtatuto arbitrum danti temporale cedat iuri ſpirituali, ſi habet arbitrum committentem ſimoniam, eſt ipſo iure nullum, ſi laudum continet pactum irremiſſibile per partes eſt ipſo iure nullum. Si remiſſibile, puta quia tangit tantum burſas, & iniquitas laudi eſt notoria, debet retractari per ſuperiorem, & contra executionem competit exceptio doli. ſi non conſtat de euidenti iniquitate non preſumitur dolus, ſed ſibi imputatur, qui dimiſſo iudice uoluit adire arbitrum. Abb. de arbitr. c. Non ſine.

Simonia eſt ſi promouendus ad eccleſiam, uel prælationem paciſcitur quod augebit penſionem collatori, uel etiam ſi obligat ſe ad penſionem. Nec ualent renunciatio & collatio ſimoniace factæ. Abb. de pact. cap. Cum clerici.

Simonia an ſit dare pro beneficio aliquod temporale conuertendum ad diuinum cultum. Abb. de ſimo. cap. Iacobus. Vide. Simonia eſt dare aliquid conuertendum.

Simoniacus præſumitur qui beneficium tenue commutat cum pingui, niſi alia preſumptio iſtam excludat, & poteſt indici purgatio canonica. Abb. de preſump. c. Quia ueriſimile.

Simonia in beneficiis ut uitetur, onera diuinorum celebrandorum debent apponi rei, & poſt res tradi ſimpliciter, & res tranſit cum illis, ſic non eſt conuentio inter dantem, & recipientem, & beneficium ſic eſt inſtitutum cum his oneribus. Abb. de præb. c. Significatum.

Sacerdos non debet celebrare hac intentione ut recipiat pecuniam, quod ſi tamen facit non peccat, nec eſt ſimoniacus, ex quo licite ſuas operas locat in neceſſitate. Canonicus uadens ad officium principaliter propter diſtributiones committit ſimoniam mentalem. Qui uendit parrochianis ſuis ſpiritualia ſimoniacus eſt. Si tamen indiget, compelluntur parrochiani ad ſubueniendum ei. poteſt ſacerdos recipere pecuniam pro ſeruitio, & recompenſatione damni, quod ſuſtinet trahendo moram ibi, dummodo non intendat pecuniam pro ſpirituali recipere. Vicario epiſcopi conſtituitur certa portio, & eſt pro ſeruitio temporali. Manſionarii non recipiunt pro ſeruitio ſpirituali, & beneficia dantur propter officia. Non beneficiatus paciſci poteſt pro obſequiis ſpiritualibus, ut recipiat certam mercedem, & hæc eſt opinio Glo. quæ mihi placet, licet Inno. & alii teneant oppoſitum. Abb. de præbend. c. Significatum. Non beneficiatus

operas ſuas locare poteſt, ut uult. Ab. ubi ſuprà. c. Cum ſecundum. Simonia eſt ſi quis uadit ad officium propter diſtributiones. Ab. de celebra. miſſa. c. Conſuluiſti.

Excommunicantur qui dant, uel recipiunt aliquid in curia pro gratia, uel iuſtitia obtinenda, & qui ſcienter illis utuntur. Ab. de ſen. & re iudica. c. De cætero.

Simonia committitur non ſolum recipiendo actu temporale pro ſpirituali, ſed etiam recipiendo obligationem temporalem. Qui aliquid recipit, ut uocem det in electione, licet ex ſua uoce ſola non transferat ius in eum, committit ſimoniam. Ius uocis dandæ tanquam ſpirituale debet eſſe gratuitum. Mediator in hoc crimine patitur pœnas ordinarias ſimoniaci, & eſt eorum pœna depoſitio ab officio, & beneficio. Abb. de confeſ. c. Cum ſuper. Committitur ex ſola conuentione dandi ſpirituale pro temporali ſpirituali recepto, licet non tradatur temporale promiſſum. Abb. de ſimo. cap. Veniens. Item committitur, ſi pecunia datur epiſcopo, ut non conferat ſpiritualia ſimoniacæ, & ſimonia eſt ex parte recipientis, non autem ex parte dantis. Abb. de ſimo. cap. Cum in eccleſiæ. Incurritur non ſolum ſi temporale datur conferenti, ſed etiam ſi datur miniſtris, aut familiaribus conferentis. Abb. de ſimo. cap. Veniens. Item qui pro miniſterio eccleſiaſtico exercendo, uel uicariis inſtituendis, aut pro criſmate recipit aliquod temporale, incurrit ſimoniam. De ſimo. c. Ad noſtram. Pro benedictione calicis, & ueſtium ſi recipitur temporale committitur ſimonia, quia hic generaliter prohibetur aliquid accipere pro quocunque officio eccleſiaſtico exercendo, ſed nec pro liquore criſmatis, quia generaliter prohibetur. In prædictis prohibetur exactio, non autem ſi aliquid ſponte detur. Ab. de ſimo. c. Ad noſtram.

Simonia incidens in aliquo contractu uitiat contractum ipſo iure. Abb. de religio. domi. cap. Conſtitutus. De iure patrona. cap. De iure. Vnde renunciatio beneficii, & collatio ſimoniace factæ non tenent, & poteſt beneficium impetrari tanquam uacans. Ab. de rerum permuta. cap. Cum uniuerſa.

De ſimonia conuictus eſt deponendus, ſimiliter de ea infamatus, qui non poteſt ſe purgare. De ſimo. cap. De hoc. Conuictus per inquiſitionem ſi non ſit commiſſa in ordine non deponitur ab officio, ſed tantum priuatur beneficio, uel loco ſimoniace acquiſito, etiam peracta pœnitentia transfertur ad aliud monaſterium, uel beneficium. Abb. de ſimo. cap. Dilectus filius.

Simonia eſt pro criſmate ab eccleſiis exigere pecuniam, etiam ſi hoc habeat conſuetudo, uel etiam ratione prælationis. De ſimo. c. Ea quoque. Intelligitur etiam de liquore, nec excuſat mutatio nominis. Pro ſpiritualibus ergo nihil exigi debet temporale, quodcunque nomen tali præſtationi imponatur. Abb. ubi ſuprà. Pro criſmate & inueſtitura eccleſiæ nihil exigi debet, nec excuſat conſuetudo, uel nominis uariatio. De ſimo. cap. In tantum. Etiam pro miſſione facta pro inductione in corporalem poſſeſſionem non poteſt aliquid exigi, & ſic pro poſſeſſione habenda non debet aliquid dari, ubi etiam eſt conſuetudo. Abb. ubi ſuprà.

Simonia an ſit dare pro ſpirituali aliquid cultui diuino. ſi non eſt ſtatutum, nec conſuetudo, nihil exigi debet, licet poſſit imponi onus cuilibet canonico

nonito ut aliquid ſoluat ad piam cauſam. Si ſtatutum eſt, & imponitur hoc onus præbendę in fauorem cultus diuini, ualet. Si imponitur onus recipienti, ut teneatur dare paramentum, forte ſtatutum non ualet. Si eſt conſuetudo ut layci dent clericis, dic ut ſuprà. Ad Apoſtolicam. Si autem ut a clericis detur aliis clericis ad priuatam utilitatem, non ualet. Si in fauorem diuini cultus ubi non præceſſit exactio, ualet. Ab. de ſimo. c. Iacobus.

Simoniacus eſt deponendus. De ſimo. cap. Sicut ſimoniaca. Si committit ſimoniam fauore alicuius eſt deponendus, ſi datur pecunia pro confirmatione contradicente confirmato in fraudem, licet confirmatio ſit ſimoniaca, & ea acquiratur ius, ſuſtinetur tamen, ne factum alterius præiudicet contradicenti, ideo non caſſatur. Item contradicens æquiparatur ei in cuius fraudem data eſt pecunia, cuius confirmatio non debet retractari. Idem dic de electione quæ non annullatur, ſi eo contradicente in fraudem datur pecunia. Electus uel confirmatus in prædicto caſu non poteſt ratum habere, quod eius nomine non eſt factum. Si tamen ſoluit poſt contradictionem, & ius eſt ei iam acquiſitum, non committit proprie ſimoniam. Peccat tamen approbando factum damnabile, & tenetur dimittere beneficium, & eo poteſt priuari coniungendo ſimoniam a principio commiſſam cum eius facto, & peccato poſt conſecuto. Abb. de ſimo. c. Sicut tuis.

Simoniam non inducit donatio rei temporalis ex liberalitate facta, nec munuſcula, ſi non inducuntur principali intentione ut ſpiritualia conſequantur, ſed ſecundario habent illam ſpem. Iuſte poſſunt hæc fieri ſpe ſecundaria, & poteſt fieri donatio rei temporalis etiam tempore receptionis ſpiritualis, ſi fit liberaliter. Abb. de ſimo. c. Tua nos. In arbitrandis muneribus an inducant ſimoniam, conſiderari debet perſona dantis, & recipientis, quantitas, & qualitas muneris, & donationis. In tradendis ſpiritualibus poſſunt interuenire aliqua conſona rationi modici ualoris pacto omnino ceſſante, & non erit ſimonia, ſecus ſi pactum præcederet, uel etiam ſi conſuetudine, puta ſi non conſueuit ordinare ſine precio, quia tunc iudicaretur ſimoniacus. Abb. de ſimo. c. Si quæſtiones.

Qui per pecuniam eiecit aliquem de eccleſia ſua ſe poſt intrudendo, deponendus eſt. De ſimo. cap. Qui alium. Eccleſia emi, nec redimi poteſt. De ſimo. c. Quærelam. Poſſunt tamen uendi fructus annuales, & concedi religioſis retento cenſu. Abb. ubi ſuprà. c. Querelam.

In conſecratione eccleſię non datur procuratio pro labore, quia daretur pro ipſo ſacramento, cum ſint annexa, ſed præſtatur in ſignum ſuperioritatis, & ut facilius inducantur prælati ad conſecrandum, & uiſitandum. Abb. de ſimo. c. Cum ſit. Vide. Eccleſiæ conſecratio.

Eccleſię regimen ſub annuo cenſu committi non debet. Ne præla. uic. ſuas. cap. Quoniam. Impoſſibile eſt, bonum ſit regimen illius, qui pecunia illud acquirit. Abb. ubi ſuprà. Iniuria fit eccleſię quę acquiritur interueniente pecunia. Idem de adminiſtratione, quia eccleſiam, & adminiſtrationem uenales conſtituunt. Abb. de ſimo. c. Conſulere. Præſumitur ſimoniacus, qui ſollicitat electores, uel præces effundit pro ſua electione. Abb. de elec. & elect. poteſt. cap. Per inquiſitionem.

Simonia in electionę. Vidę. Simonia committitur. Simoniacus in ele-

ctione prælati debet deponi ab officio, & beneficio. Principes & layci recipientes pecuniam ut conſentiant electioni, uel promotioni ad aliquam prælaturam, tenentur illam pecuniam reſtituere eccleſiæ, de cuius prelatura agebatur, licet non peruenerit ex bonis eccleſiæ. De ſimo. c. Ad hoc. Ideo quia ignominia illius eccleſiæ collata eſt, in recompenſatione iniuriæ eſt illi eccleſiæ reſtituenda. Multi ſunt qui non reſtituunt, & de horum ſalute diffidendum eſt, & ignorantes confeſſores principibus applaudunt. Abb. ubi ſuprà. cap. Electos. Quid de confirmato, ſi eo prohibente data eſt pecunia. De ſimo. c. Sicut ſecundum. & Abb. ibi. Vide etiam ſimoniacus eſt deponendus.

Simoniacus eſt, qui electus eſt & confirmatus pecunia data contradicentibus uoluntate etiam eius turbata, & beneficio renuntiare tenetur. De ſimo. c. Matthæus. & Abb. ibi. Simonia committitur etiam pro uoce non neceſſario habenda. ſi aliquid detur contradicenti ad confirmationem non debet dari pecunia, ſiue contradicat de iure, ſiue de facto, quia pro iure acquirendo non licet dare pecuniam, etiam ad redimendum uexationem, ſecus pro iure acquiſito. Nam pecuniam dare uidetur, ut liberius conſequatur ius ſpirituale. Quando ius eſt iam acquiſitum, tunc pro uexatione poteſt dari pecunia. Abb. ubi ſuprà. Si uexatio ſit in re temporali dare pro ea non eſt peccatum ex parte dantis, ſi pro re ſpirituali, & eſt in poſſeſſione non peccat dando pecuniam, ut non uexetur. Si non habet poſſeſſionem, puta quia fuit expoliatus, non debet pro ea dare pecuniam, quia non ſolum uexationem ſed etiam poſſeſſionem redimit, quia per eam conſequitur exercitium ſpiritualium. Abbas de ſimo. capit. Ad aures.

Electio eſt caſſanda, ſi propter eam electoribus fuit promiſſa pecunia, licet electus ignoret, niſi hoc factum ſit in fraudem electi. De ſimo. cap. Nobis fuit. Electio ſimoniaca ſi pecunia fuit promiſſa, uel data uni electorum, & prauitas unius inficit totum actum, etiam ignorantibus aliis, ſi tamen promittit aliquid per fraudem, uel dat, non eſt ſimonia. De fraude iudicabitur per coniecturas, ſi pecunia per amicos datur. Si qui electus eſt, erat eligendus, uel coeligendus, dat alteri pecuniam, puta conſanguineo, ſimonia eſt, ſi per amicum eligendi datur conſanguineo electoris, qui etiam ſine eo eligere uolebat, electio ſuſtinetur. Abb. ubi ſuprà. cap. Nobis fuit. Vide. Simoniacus eſt deponendus. Cum electio reprobatur propter ſimoniam non diſpenſat epiſcopus. De ſimo. c. Nobis fuit.

Simonia eſt aliquid exigere pro conſecratione epiſcoporum, pro benedictione Abbatis, pro ordinatione clericorum, nec excuſat conſuetudo. De ſimo. c. Sicut pro certo.

Epiſcopi nihil debent exigere ut permittant in eorum eccleſiis clericos inſtitui, monachos profiteri, mortuos ſepeliri in eccleſia religioſorum. De ſimo. cap. Audiuimus. In foro animæ non tenetur reſtituere exacta duplicata, ſed quantum habuit. In prædictis committitur ſimonia etiam pro intitulatione, & miſſione in poſſeſſionem, quia ſaltem annexa eſt exercitio iuris, & omnia ſunt ad acquirendum ius, licet Gloſ. teneat quod non, & quod redimat uexationem ſuam, & in hoc male. Abb. ubi ſuprà.

Simonia eſt hæreſis propter immanitatem criminis, non autem proprie. Vnde papa

de papa de hæreſi accuſari poteſt, non autem de ſimonia. Abb. de ſimo. cap. Quotiens.

Simonia eſt homagium facere pro habendis ſpiritualibus. De ſimo. c. Ex diligenti. Iuramentum fidelitatis præſtandum eſt habenti iura epiſcopalia, non autem inferiori, nunquam tamen homagium pro ſpiritualibus, quia homagium continet commodum temporale eius cui præſtatur, quia ſubditus eius efficitur, & uaſallus, & obligatur ſibi ad certa ſeruitia, quæ pro ſpiritualibus conſequendis præſtari non debent. In iuramento fidelitatis tantum ſe obligat quod erit fidelis, & prȩſtatur iuramentum potius dignitati quam perſonæ. Abb. ubi ſuprà. Non committitur ſimonia conferendo ſpiritualia, ſi ea quæ tacite inſunt exprimantur, ut inhæreant prout inſunt, ſicut quod archiepiſcopus iuret fidelitatem, ſi uult pallium, & qui habet eccleſiam cum cura, ſi uult aliam habere renunciet primȩ, quia huiuſmodi ſi exprimantur, nihil operantur. Ab. de elec. c. Significaſti. Spiritualia prædicta poſſunt ſuperuenire. Glo. ubi ſuprà.

Simoniacus omnis eſt infamis infamia iuris, qui per ſolum principem reſtituitur famȩ directe. Infamiam iuris non incurrit niſi poſtquam depoſitus fuerit per ſententiam, quia iura loquuntur de futuro, & quia odioſa in dubio debent potius intelligi, ut ſint inferendæ ſententiæ, quam latæ. Item hoc eſt regulare in aliis criminibus ut poſt ſententiam incurrant. Ante ſententiam poſſunt notari infamia facti, quæ de facto irrogatur ex publico facto. Abb. de ſimo. c. Si diligenti.

Simonia eſt ſi iudex corrumpatur in cauſa ſpirituali. Idem ſi teſtis propter connexionem quam habet cum rebus ſpiritualibus, uel erit quaſi ſimonia. Abb. de ſimo. c. Tua nos.

Qui dat pecuniam ut epiſcopalem, uel ſpiritualem iuriſdictionem exerceat, officio ſuo priuatur, & ſic conferens illud amplius conferre non poteſt, & canonice punitur. Ne prela. uices ſuas. c. Præterea. Si uenditur iuriſdictio temporalis, licet ſit graue peccatum, non tamen ſimonia tunc eſt, ſecus ſi uenditur iuriſdictio ſpiritualis. Vicarius tamen de camera epiſcopi habet ſalarium, quia operas ſuas locat, non autem qui pecuniam dat pro iuriſdictione, ex quo multa mala euenire poſſunt. Obuentiones iuriſdictionis uendi poſſunt, ſed non exercendo illam iuriſdictionem propter connexionem, quia uidentur ipſam iuriſdictionem uendere. Abb. Ne præla. uic. ſuas. cap. Quoniam. Si iuriſdictio temporalis habet dependentiam ab officio eccleſiaſtico, ſi datur pecunia, committitur ſimonia propter dependentiam prædictam. Canonica pœna eſt pœna depoſitionis, & infamiȩ. Abb. ubi ſuprà. c. Quoniam.

Simonia committitur renunciando litteris impetratis pro beneficio cum pacto depenſione ſoluenda ei, qui renunciauit. Glo. de reſcrip. cap. Ad audientiam.

In ſpiritualibus non licet a lite recedere propter pecuniam, poteſt autem amicabiliter ſi uult, & licet partes non poſſint componere, poteſt tamen arbiter de conſenſu, & non aliter, quia præſumitur ex amicitia renunciaſſe, & non præcio rei. Ab. de prȩben. c. Niſi eſſet.

In penſione ſi uoluerit locare commodum exiſtens apud eos, hoc poteſt, ſicut quilibet beneficiatus uendere fructus ſuos. Si uult renunciare commode titulo ut conferatur alteri, ſi præcedit pactum de certa pecunia, eſt renunciatio ſimoniaca. ſi nullum pactum prȩcedit, & illo renunciante

papa

papa imponit onus beneficio uacanti, ut tantum ſoluat puta cardinali, & eccleſia habeat proprium prælatum, non eſt ſimonia. Abb. de ſimo. c. Non ſatis.

In ſimonia mediator punitur ut ſimoniacus in pœna. Abb. de elec. c. Per inquiſitionem.

Simonia mentalis inducitur ex ſola intentione circa ſpiritualia, ſiue ſit de iure diuino, ſiue canonico, & aboletur ſola pœnitentia. In conuentionali oportet reſtituere ſpiritualia. Abb. de ſimo. cap. Tua nos. Aboletur ſola pœnitentia, nec opus eſt reſtituatur, ſicut in alia. Abb. ubi ſuprà. c. Veniens. Non tenetur reſignare. Abb. de off. & poteſt. iud. delega. cap. Ex parte. In ſimonia quæ eſt de iure poſitiuo, ſecus de ea quę eſt de iure diuino, ſicut etiam uſura. Glo. ubi ſuprà. Mentalis non obligat ad reſignationem beneficii, uel dignitatis, ſed ad ſatisfaciendum Deo per pœnitentiam. Vbi eſt expreſſa per pactum, ut quia non uult monachari niſi eligatur Abbas, tenetur reſignare in foro conſcientiæ, & poteſt attentari quod talis collatio ſit nulla. Ab. de elec. & elect. poteſt. c. Quo ad noſtram. De off. & poteſt. iud. delega. c. Ex parte.

Simoniacus eſt, qui pro miniſterio eccleſiaſtico exercendo, uel quia uicarius inſtituendus eſt pro criſmate recipit aliquod temporale. De ſimo. c. Ad noſtram. Si pro benedictione calicis, uel ueſtium recipit temporale, ſimonia eſt, quia hic generaliter prohibetur accipere aliquid pro quocunque officio eccleſiaſtico exercendo, ſed nec pro liquore criſmatis, quia generaliter prohibetur. In prædictis prohibetur exactio, non autem ſi ſponte datur, Abb. ubi ſuprà.

Qui dat pecuniam ne in iure ſuo de facto moleſtetur, poteſt repetere illam. De ſimo. c. Dilectus filius ſecundum. ſine uitio poteſt prelato dari pecunia ab eo qui iniuſte uexatur in iure ſuo, ut redimat facti uexationem. Dare pro iure acquiſito conſeruando moleſtanti non eſt ſimonia, nec inducit turpitudinem, quia poteſt repeti. In temporalibus iuſte redimitur uexatio pro iure acquiſito, & acquirendo. In ſpiritualibus aliquid dare non debet pro iure acquirendo, etiam ſi ſit impedimentum facti, quia non datur pro redimenda uexatione, ſed ut facilius ius acquirat. Pro iure acquiſito ſi eſt in poſſeſſione, & moleſtatur de facto, aliquid dare licet. Si moleſtatur de iure, non licet aliquid dare. Si non eſt in poſſeſſione iuris acquiſiti, ſi habet poſſeſſionem illicite detentam non licet aliquid dare, quia poſſeſſio eſt aliquid ſpirituale, quod non cadit in laycum, uel propter adminiſtrationem annexam, quę inde ſequitur. ſi tamen propter potentiam aduerſarii, uel impotentiam ſuam non poteſt de facto illam conſequi apud ſuperiorem, ut euitet magnum præiudicium poteſt dare, ſicut etiam pro abſolutione excommunicationis. Recipiens tamen ſemper tenetur ad reſtitutionem. Abb. de ſimo. c. Dilectus filius.

Ordinandus ſi aliquid dedit præſentatori ex pacto ſimonia eſt, non tamen deponitur, ſi eſt occultus. De ſimo. c. Ex tuæ.

In ordine conferendo epiſcopus, miniſtri, notarius, nihil debent accipere. De ſimo. c. In ordinando. Vbi principale debet eſſe gratuitum, omnia acceſſoria, & circumferentia debent eſſe gratuita. Sic miniſtri adiuuantes epiſcopum in ordinatione, & intelligitur de quibuſcunque miniſtris. Abb. ubi ſuprà. Vide. Notarius.

Simoniacus in ordine, ſcienter per ſolum papam diſpenſatur. Si eo ignorante,

rante, tam in ordine quam in beneficio diſpenſat epiſcopus. Si beneficium ſit ſimplex, ſtatim poſt reſignationem aſſumi poteſt ad illud. Si acquiſiuit dignitatem, & humiliter petiit reſignationem admitti, epiſcopus ſtatim poteſt diſpenſare cum illo, & ad prælaturam eandem. Si contendit in iudicio, non poteſt epiſcopus per totam illam uacationem diſpenſare, poſt autem poterit. Gloſa de renuncia. cap. Poſt tranſactionem. Cum ſimoniace ordinato, qui ſimoniacus non eſt diſpenſari poteſt. De ſimo. cap. De ſimoniace. Hi ſunt qui ordinati ſunt, & eis ignorantibus data eſt pecunia. Cum iſtis poteſt epiſcopus diſpenſare. Abb. ubi ſupra.

Simoniacus in ordine recepto eſt ſuſpenſus ab omni ordine, etiam licite recepto, & conſequenter remouetur ab adminiſtratione temporalium, etiam ſi qui ordinem accepit, commiſit ſimoniam. Si eo ignorante alius commiſit ſimoniam, eſt ſuſpenſus tantum ab ordine ſic recepto, nec ab aliis prius acceptis, nec a beneficiis prius adeptis, & adipiſcendis. Idem puto in eo qui recipit ordinem ignoranter a ſimoniaco ſuſpenſo. Simoniacus in ordine conferendo eſt ſuſpenſus ipſo facto perpetuo ab ordinibus conferendis. In beneficio ſi eſt notorius, eſt ſuſpenſus ipſo iure, ſi occultus, non eſt ſuſpenſus niſi reſpectu beneficii ſimoniace acquiſiti. Qui epiſcopatum emit, non poteſt clericos ordinare, quia illa ordinatio ex emptione epiſcopatus procedit. Abb. de ſimo. cap. Per tuas ſecundum. Si ſimonia commiſſa eſt eo ſciente, & conſentiente, aut tacente talis eſt ſuſpenſus ab omni ordine, & per ſolum papam diſpenſatur cum eo, qui non ſolet diſpenſare. Si commiſſa eſt eo ignorante, nec poſt ratum habente indiſtincte diſpenſat epiſcopus. Talis ſuſpenſus eſt tantum ab ordine in quo commiſſa eſt ſimonia, & actus aliorum ordinum poteſt exercere, & retinere beneficia, & alia de nouo recipere, non tamen poteſt promoueri ad ſuperiores ordines, niſi prius diſpenſetur in ordine ſimoniace collato. Si ſimonia eſt in beneficio curato, uel dignitate ſcienter, ſi ſponte beneficio renunciat, diſpenſare poteſt ſecum ad eccleſiam aliam, ſed non ad illam in qua fuit ſimoniacus, in qua tamen diſpenſat ut miniſtret in minoribus, & in beneficio ſimplici. Si non renunciat ſponte, ſed expectat ſententiam condemnatiuam, puto quod ſolus papa diſpenſat ut habeat beneficium etiam alibi, uel in iſta eccleſia. Si ignorante eo emuli dederunt pecuniam ſibi, non nocet. ſi ab amicis, & ſponte renunciat, in curato, uel dignitate non diſpenſatur, alia poteſt habere ſine diſpenſatione, ex quo iſte non eſt ſimoniacus. In beneficio ſimplici diſpenſat epiſcopus, ſi eo ignorante commiſſa eſt ſimonia, ut illud habeat in eadem uacatione, non autem ſi eo ſciente, maxime ſi expectauit ſententiam. In omnibus prædictis ubi dixi epiſcopum poſſe diſpenſare, intellige, niſi pecunia fuerit ſibi data, ſed alteri. Abb. de ſimo. cap. De ſimoniace.

Simoniacus in ordine etiam occultus eſt ſuſpenſus quo ad ſe, & quo ad alios, quia alii peccant audiendo diuina ab eo. Si eſt ſimoniacus in beneficio notorius eſt ſuſpenſus quo ad ſe, & quo alios, niſi ſimonia ſit commiſſa eo ignorante, ſed cum hoc ſcit, debet dimittere beneficium. Si eſt occultus eſt ſuſpenſus quo ad ſe, non quo ad alios. ſi eſt notorius, prohiberi debet ne celebret, & deponi, ſi non eſt notorius, nec diffamatus, prohiberi non debet, ſi infamatus, prohiberi debet, ne celebret diuina, donec habeatur

beatur ueritas. Abb. de ſimo. cap. Accuſatus. Occultus in beneficio non eſt ſuſpenſus quo ad alios, ſed qui manifeſtus eſt etiam ſi renunciet beneficio. Diſpenſat epiſcopus cum ſimoniaco propter beneficium peracta pœnitentia, niſi ſit ſecum commiſſa. Solus papa diſpenſat cum ſimoniace ordinato. Abb. de ſimo. c. Tanta.

Simonia eſt peccatum grauius, quam hæreſis. Intelligitur de eo qui credit gratiam ſpiritus ſancti poſſe emi, & uendi. Abb. de ſimo. cap. Licet Hely. Immo eſt maximum omnium peccatorum. Glo. ubi ſupra. & Abb. cap. Per tuas. Reſpectu ſimoniæ omnia delicta pro nihilo reputantur. Glo. de ſimo. cap. Sicut ſimoniaca. Homicidium eſt grauius reſpectu committentis, & eius in quem commiſſum eſt, ſed quo ad inficiendum caracterem ſimonia in ordine eſt grauius peccatum. Ab. ubi ſupra. Simonia inuoluit dantes, accipientes, & mediatores. Ab. de ſimo. c. Non ſatis.

Simonia eſt ex prætio, uel fauore celare peccatorem, uel reconciliare ante pœnitentiam, uel digne pœnitentem a reconciliatione remouere. De ſimo. c. Nemo. Committitur non ſolum dando ſpirituale pro temporali, ſed etiam emendo ſpiritualia, quæ quis tenetur impendere propter commodum alicuius temporalis. Sic committitur ſimonia ſi quodcunque ſpirituale omittitur, uel committitur pro commodo temporali. Idem dic de occulte peccante, ſi non uult ſe corrigere accipendo aliquid, ut celetur. Abb. ubi ſupra.

Simonia dicitur peſtis, quia inficit, & reddit inhabilem ad executionem officii. Tanta eſt cupiditas conſequendi beneficia, ut multos inficiat, ſicut peſtis. Abb. de ſimo. c. Sicut ſimoniaca.

Simoniam non inducunt præces pro digno, nec aliud pactum, etiam ambitioſum. Abb. de ſimo. c. Per tuas.

De ſimonia punitur pariter is de cuius crimine conſtat notorie, uel qui confeſſus eſt, uel conuictus, fama tamen non ſufficit ad puniendum. Ab. de ſimo. c. Ad hoc. Mediator in hoc crimine punitur pœna ordinaria ſimoniæ. Quę eſt depoſitio ab officio, & beneficio. Abb. de confeſ. c. Cum ſuper.

Simonia non impedit monachatum, ſed locum habere in illo monaſterio, alias poſſet redire ad ſeculum ſine damnatione. Abb. de ſimo. cap. Quoniam. Si quis monachatur ut fiat Abbas, eſt ſimonia, & ſi ordinatur ut beneficium accipiat principaliter, non ſecundario. Glo. de elec. cap. Cum ad notitiam. Hæc ſimonia eſt mentalis, quia intendit ſeruire Deo propter beneficium, tenetur tamen eſſe monachus, etiam ſi reſignet dignitati, quam iniuſte eſt adeptus. Ab. ubi ſupra. Aliqui tenent quod etiam ſecundaria ſpes faciat ſimoniam, ut archidia. quia ex. dicit nullam ſpem. Hoſtie. intelligit de ſpe quæ ex pacto, & hoc ſi uacat Abbatia, eſt ſimonia, non autem ſi non uacat, quia tunc poteſt ſperare ut talis poſſit prodeſſe, & non honorari propter diuitias, aut gloriam. Ab. ubi ſupra.

Religioſi prætio recepti una cum recipientibus de monaſterio expelluntur, & in artioribus monaſteriis ad peragendum pœnitentiam detruduntur. Recepti ante iſtam conſtitutionem collocabantur in aliis monaſteriis eiuſdem ordinis, niſi multitudo ſit in cauſa, ita tamen ut renuncient primæ receptioni, & de nouo recipiantur. De ſimo. cap. Quoniam. Nec excu-

ſantur

ſantur moniales reſpectu paupertatis, quia debet a receptione abſtinere, & tot recipere, quot poſſunt uiuere de redditibus monaſterii. Poſſunt tamen proteſtari. Si uis uiuere mecum, porta tecum. Cautius eſt quod non recipiantur. Si contra monachos uia inquiſitionis proceditur, ſeruetur quod hic dicitur, ſi uia accuſationis, deponitur. In monialibus quod hic dicitur ſeruabitur indiſtincte. Abb. de ſimo. capitu. Quoniam.

Simonia eſt pro ingreſſu religionis, pro prioratibus, uel capellis concedendis, pro prælatis inſtituendis, pro concedenda ſepultura, pro criſmate, pro oleo ſancto, benedictione nubentium, uel aliis ſacramentis accipere aliquod temporale, nec ualet contraria conſuetudo. De ſimo. cap. Non ſatis. Pro ingreſſu religionis non licet aliquid dare ex pacto, ſed ex pura deuotione poteſt aliquid dari, & accipi. Etiam propter paupertatem poteſt dicere, porta tecum, ſi uis uiuere mecum, non autem deducere in pactum. Abb. ubi ſuprà. Si Abbas & maiores de conuentu receperunt pecuniam ex pacto pro receptione monachi, ab officio, & beneficiis ſuſpenduntur, & ſic accepta pecunia reſtituitur, & in aliud monaſterium transferuntur, nec ualet conſuetudo contraria. De ſimo. c. Veniens. Monachi per ſimoniam recepti ſcienter ad artiora monaſteria transferuntur. Si ignoranter poſt renunciationem in eiſdem, uel aliis monaſteriis eiuſdem ordinis poſſunt collocari. Vbi ſuprà. cap. De regularibus. Simoniacus non ſolum expellitur de monaſterio, ſed etiam debet pœnitentias agere, & locari in monaſterio artiori. Si ipſe non eſt ſimoniacus, ſed receptus ſimoniace, diſpenſat epiſcopus præcedente renunciatione indiſtincte, ſiue ſit occultus, ſiue manifeſtus. Abb. ubi ſuprà. cap. De regularibus. Si per accuſationem conſtat monachum etiam receptum ſimoniace, recipiens, & receptus deponuntur. ſi per inquiſitionem receptus in alio monaſterio collocatur artiori, & recipienti & maioribus pœna condigna imponitur, & interim ab executione ordinum ſuſpenduntur. De ſimo. c. Dilectus filius.

Benedictiones nubentium, ſacramenta, & exequiæ ſunt libere conferenda. Cogit tamen ordinarius conſeruare laudabiles conſuetudines. De ſimo. cap. Ad Apoſtolicam. Non tamen poteſt eccleſiæ rector ex ſe aliquid declarare circa conſuetudinem, nec compellere ad obſeruantiam eius, ſed iſta ad epiſcopum pertinent. Abb. ubi ſuprà. Vide. Conſuetudo. Vt quis recipiat ſacramenta neceſſaria poteſt pecuniam dare, ut quis alliciatur ad fidem, & ſalutem. Pro uoluntariis ſacramentis, uel ut intret religionem nihil debet dare, quia ſine iſtis poteſt ſaluari. Nec debet dari pecunia infideli ex pacto, ut conuertatur, ſed ut gratis alliciat. Abb. ubi ſuprà. c. Dilectus filius.

Simonia non eſt ſi ſententia pecuniaria datur in prophanis, licet ſit grauiſſimum peccatum. In ſpiritualibus uel annexis eſt ſimonia. Abb. de uita & honeſta. cleri. c. Cum ab omni.

Clerici eccleſiæ in qua ſepelitur defunctus nihil poſſunt petere pro officio ſepulturę. Extranei poſſunt conuenire, ut aliquid habeant pro labore ſuo, & pro recompenſatione damni, quod ſuſtinent trahendo moram ibi. Vbi eſt conſuetudo completo officio, ſi dicit petimus hoc pro ſepultura ſuccumbunt etiam allegando conſuetudinem, ſed licet dicere. Conſuetudo eſt ut detur aliquid pro mortuis, ut ſe fundent in conſuetudine, non

in offi

in officio. Abb. de ſepultur. cap. Abolendæ. Pro exequiis nihil exigi debet. De ſimo. c. Sicut nobis. Conſuetudo poteſt induci ubi non præceſſit exactio, & ſufficit decurſus annorum decem, & competit actio ſacerdoti, ut ſeruetur illa. Ceſſante conſuetudine ſi ſacerdos habet unde uiuat, nihil poteſt exigere, datum tamen gratis poteſt recipere. ſi non habet unde uiuat, poteſt quęrere uictum, & nihil poteſt exigere, & ſibi imputatur quod tale beneficium acceptauerit. Quærat ergo uictum manibus ſuis. Si nec manibus, nec aliter poteſt uictum quęrere, poteſt diuina ſubtrahere, niſi populus ei prouideat. Si eſt ſacerdos alienus inuitatus ad exequias, uel ad alia ſpiritualia, poteſt licite operas ſuas locare, non ut directe aliquid pro ſpiritualibus accipiat, ſed in recompenſationem damnorum, quæ ſuſtinet in exhibendo præſentiam ſuam trahendo moram in ſpiritualibus exhibendis, etiam ſi ſacerdos abundet, quia ad hoc non tenetur ex officio. Ab. de ſimo. c. Sicut nobis.

Simonia non eſt, ſi ſeruus liber dimittatur ut ſeruiat in ſpiritualibus, quia libertas de ſpiritualibus eſt, quæ poſſunt conuenire pro alio ſpirituali. Glo. de ſer. non ordinan. c. Non libertas.

Simonia committitur non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam in illis annexis; ſicut eſt ius præſentandi, ſi aliquod temporale acquiritur, Auctoritas tamen ſuperioris in tranſactionibus purgat uitium ſimoniæ. Abb. de tranſact. cap. Præterea. Committitur in annexis ſpiritualibus, ut in permutatione præbendarum. Ab. de rer. permuta. c. Quæſitum.

Spiritualia per eſſentiam ſi ſint incorporalia non poſſunt uendi, etiam ſi de facto ſint corporalia non poſſunt uendi ſine ſimonia. Spiritualia propter ſtatutum ut religio, & quę dependent a poteſtate ſpirituali, ex quadam ratione officij iſta non debent uendi. Quod conuenit clerico ratione ordinis ut pulſare campanas, claudere oſtium eccleſiæ, uel ſi eſt adminiſtratio eccleſiaſticarum rerum uendi non poſſunt, ut præbendæ, ius decimę, beneficia, quæ dependent a ſpiritualibus. Spiritualia per cauſam, ut ſacramenta non poſſunt uendi ſine ſimonia, ſpiritualibus annexa quia ſunt deputata ad uſum ſpiritualium ut uaſa ſacra, ueſtes, ius patronatus, uendi non poſſunt. Ab. de ſimo. c. Conſilium.

Simonia proprie non eſt dare pecuniam pro licentia eundi ad ſtudium, niſi largo modo. Abb. de magiſtr. c. Prohibemus.

Simonia non committitur conferendo ſpiritualia, ſi ea quæ intrinſeca ſunt exprimantur ut inhærent, prout ſunt, ſicut quod archiepiſcopus iuret fidelitatem ſi uult pallium, & qui habet eccleſiam curatam illam renunciet, ſi uult habere aliam, quia huiuſmodi expreſſio nihil operatur. Ab. de elec. cap. Significaſti. Spiritualia prædicta poſſunt ſuperuenire; Glo. ubi ſupra.

Simoniæ ſpecies eſt tranſactio ſuper eccleſiaſtico. ſi habens ius dat temporale pro ſui quiete, niſi ſpirituale conſequatur, nec peccat, poteſt tamen eſſe contrarium, nec debet quis deponi propter ſimoniæ ſpeciem; nec propter prædictam tranſactionem meretur clericus deponi, ſed debet tranſactio iudicari irrita. Abb. de tranſac. c. Conſtitutus.

Simonia in tranſactione eſt, ſi detur ſpirituale pro temporali. In amicabili compoſitione non, quia eſt gratuita pactio, ſi detur auctoritate ſuperioris non eſt ſimonia, nec ſi detur ſpirituale pro ſpirituali. Si beneficium patitur ratione tituli non poteſt interueniente tranſactio, ut temporale detur

tur,niſi ſuperior hoc ordinet,ſic tamen quod renuncians nullum ius habeat in beneficio. Si petitur beneficium iure proprietatis interuenire poteſt tranſactio, quæ non poteſt dici quæſtio ſuper re ſpirituali. Abb. de tranſac. c. Statuta. Si litigatur ſuper eccleſia ratione ſubiectionis ſpiritualis non poteſt tranſigi ut temporale detur, ſecus ſi ſuper iuribus temporalibus competentibus eccleſiæ, quia tunc poteſt. Abb. ubi ſuprà. c. Statuta. Super iuribus ex beneficio poteſt componere, ut ius habens in beneficio det aliquid non habenti. Poteſt tamen pro ſpirituali dare ſpirituale per tranſactionem. Quando actor tranſigit qui malicioſe mouet litem ſciens ſe non habere ius, id quod ſibi datum eſt poteſt repeti. Ab. ubi ſuprà. c. Super eo.

Simonia eſt dare pecuniam pro uicariatu, uel pro alia adminiſtratione rei ſpiritualis, dantes & recipientes ſunt ab illa adminiſtratione, & ab eccleſia expellendi. De ſimo. c. Conſulere.

Simplicitatis nomine uenit fatuitas, ideo qui leuiter credit, & leuis eſt corde fatue credit, nec poteſt poſt allegare dolum. Abb. de his quæ ui metu ue cauſ. fiunt. c. Cum dilectus.

Sindicus conſtituitur ab uniuerſitate, & ad uniuerſitatem cauſarum, procurator autem a domino. Abb. in rubr. cap. De ſindico. De procura. c. Quia. Religioſi debent habere ſindicum, qui cauſas monaſterii agat, & defendat, etiam ſi oporteat cum competenti ſalario. De ſindi. c. Sicut. Nullus tenetur acceptare ſindicatum eccleſię preſertim ſine ſalario. Sindicus eſt qui conſtituitur procurator ab uniuerſitate, & dicitur quaſi ſingulorum cauſas dicens. ſi conſtituitur ad unam cauſam, actor, & a particulari perſona dicitur procurator. De nomine non eſt curandum, dummodo conſtet de intentione. Item poteſt eſſe laycus, quia nihil exercet ſpirituale. Poteſt etiam eſſe unus ex ipſis. Si iura pertinent ad rectorem, & collegium, non poteſt collegium ſine rectore conſtituere ſindicum, ſi ad collegium tantum, non requiritur rector niſi ad congregandum. Vnde ſi ex alia cauſa congregati eſſent, poſſunt ſindicum conſtituere. Inſtitutum tamen per Abbatem & collegium poteſt Abbas reuocare, quia poteſt ſolus agere. An in inſtrumento oporteat nomina ſingulorum exprimere poſt opiniones dicitur, quod non oportet, eo quod ſigillum collegii multum facit ad inſtrumentum. Ab. de ſindi. c. Nullus.

Sinodus ſiue concilium generale facit conſtitutionem citra ea quæ ſunt fidei, & ſuo nomine publicatur. Abb. de elec. & elec. poteſt. cap. Oſſius epiſcopus.

Ad ſinodum Abbates, & ſacerdotes diocœſani epiſcopi uenire, & epiſcopo obedire compelli poſſunt per cenſuram, niſi uellet ſtatuere contra canones. De maio. & obedi. cap. Quod ſuper. Diocœſani ſacerdotes ſunt habentes curam animarum, alii non tenentur ire, niſi epiſcopus ad reformationem morum uellet procedere, uel ſtatuere, quod concernit totum clerum, quia tunc omnes tenentur ire, ita tamen quod in eccleſiis non ſubtrahatur officium. Abb. ubi ſuprà.

In ſinodo prouinciali ſuffraganei ſunt coniudices. Abb. de libel. obla. c. Ignarus.

Sodomitæ dicuntur tam cum maſculo, quam cum fœmina, & iudicantur de pari. Abbas de rapto. cap. In archieſcopatu. Si ſunt clerici deponuntur, & in monaſterio detruduntur, ſi layci excommunicantur

tur. De exceſſi. prælat. capitulo. Clerici.

Solidi in iure intelliguntur aurei ſecundum conſuetudinem loci. Olim. 72. ſolidi conſtituebant unam libram auri uenetorum, uel florentinorum. Hodie auri non ſunt tanti ponderis, ſed ſolidi. 96. faciunt unam libram auri. Ab. de iude. c. Prȩſenti.

Qui ſoluiſſe indebite conqueritur probare debet, niſi aduerſarius inficiens ſolutionem conuictus fuerit. De ſolutio. c. Is qui. Licet a principio quis non præſumatur obligatus, poſt ſolutionem tamen prȩſumitur, quia nemo iactat ſuum. Quando ſoluens indebite repetere poteſt, uel non poteſt. Glo. & Abb. ubi ſuprà.

Soluere obligatus certo die ſub aliqua pœna, ſi partem infra terminum ſoluit ad pœnam integram non tenetur. De pœn. cap. Sicut & nos. In foro animæ an teneatur ad ſolutionem pœnæ qui non ſoluit in tempore debito, opiniones. Abb. ubi ſuprà. Vide. Obligatio dimidia.

Sors in ſe non eſt mala. Vnde habentes rem indiuiſibilem ponentes ſortem cuius eſſe debet non faciunt malum de ſui natura. Qui etiam ſubiiciunt ſe fortunæ per breuia, uel etiam ludendo cum taxillis non ſunt infames, nec puniuntur pœnis ſortilegij. Abb. de ſortileg. c. In tabulis. In electione ad officia eccleſiaſtica ſors eſt prohibita, quia poteſt cadere ſuper indignum, & temptant Deum, quem uolunt inuiſibiliter reuelare meliorem inter laycos, uel clericos. Quo ad temporalia non prohibetur, & in locis aliquibus ſic eliguntur officiales. Melius tamen eſſet abſtinere ratione prȩdicta. In iudicio ſi incertum eſt factum, non admittitur ſors, ſed dicens probare debet. Si ius eſt incertum, & factum certum, & tractatur de prȩiudicio alterius, ad petitionem illius iudex facit fieri ſortes, ut ſi duo ſucceſſerint in locum legatarii, & unus uult intentare unam actionem, & alius aliam pro eadem re. Si temptatur de prȩiudicio contendentium iudex ad petitionem alterius compellit ad ſortem, & hoc in iudicialibus. In extraiudicialibus non ſic eſt prohibita, conſulerem tamen abſtinendum, niſi neceſſitas aliud inducat. Abb. ubi ſuprà. c. Eccleſia. Vide. Electio.

Sortilegij crimen eſt mixti fori, ideo de illo poteſt cognoſcere iudex ſecularis, & eccleſiaſticus, & locus eſt præuentioni. Abb. de ſortileg. cap. In tabulis.

Sortilegia pro furtis inueniendis, & pro diuinationibus prohibentur, & contrafacientibus imponitur pœna. 40. dierum, ut pœniteant. De ſortileg. cap. In tabulis. Sortilegia omnia prohibita ſunt, ſiue fiant cum inuocatione demonum, ſiue in codicibus, ſicut qui dicunt uerſum pſalterii, & faciunt aliquid uoluere, ſiue fiant puncta in tabulis. Omnis diuinatio prohibita eſt in quacunque re. Iſta pœna debet imponi in pœnitentia. In foro contentioſo poteſt priuari officio, & beneficio, & poteſt epiſcopus talem dehoneſtare, & extra diocœſim emitere. Attribuitur creaturȩ ſcire, & prȩdicere quȩ futura ſunt, quod ſolius Dei eſt. Sunt etiam infames, & repelluntur a iuramento. Ab. de ſortileg. cap. In tabulis.

Sortilegia ſapiunt hȩreſim manifeſtam, quando conſulunt dȩmones, & eorum reſponſa expectantur, & fiunt eis prȩces, & ſacrificia. Item quando fiunt cum euchareſtia, uel rebaptizando, ſecus ubi iſta & ſimilia non accidunt. Non ſapiunt hæreſim ſi inuocentur dæmones, ut prouocent

mulierem

mulierem ad impudicitiam, quia proprium eſt dæmonis temptare. Abb. ubi ſuprà. c. In tabulis.

Sacerdos qui per inſpectionem aſtrolabii furtum etiam eccleſiæ, etiam bono zelo requirit, ſuſpenditur ab adminiſtratione. De ſortileg. c. Ex tenore. Non licet conſulere dæmones, nec diuinatores etiam ſine inuocatione dæmonum, quia omnino occulta ſcit ſolus Deus, & ſemper in omni caſu eſt peccatum grauiſſimum. Pœna hæc non eſt ordinaria, cum poſſit deponi, ſed contrarium illi factum eſt, quia bono zelo, & pro eccleſia hoc fecit. In pœna imponenda prædictis attendi debet quantitas, & qualitas delicti, & animus delinquentis. Epiſcopus tamen diſpenſare poteſt, ut non deponatur. Abb. ubi ſuprà.

Spiritualia poſſunt dici omnia ſacramenta. Abb. de ſimo. c. Cum in eccleſia. In ſpiritualibus ex ſolo titulo transfertur plenum ius. Inuiſibilia ſine executione exteriori transferuntur ſolo conſenſu. Ab. de ſpon. duor. c. Tuis. Spiritualia mere non tranſeunt cum uniuerſitate uendita, quia accedere, non poſſunt cum nullum habeant participium cum temporalitate, nec poſſunt uenire acceſſorie. Vbi plura uenduntur principaliter, & eſt aliquid quod uendi non poteſt, non retractatur uenditio in omnibus rebus, ſed tantum in prohibitis. Abb. de ſimo. c. Quærelam.

Spoliant locum cum poſſeſſione ſubiectionis ſubditi, qui non recipiunt dominum. Vnde poteſt agi contra eos poſſeſſorio. Abb. de iudi. c. Significauerunt. Ingreſſi poſſeſſionem ignorante domino ad quem pertinet, poſſunt per ipſum dominnm ſtatim cum ſciuerit repelli etiam uiolenter, nec ex tali expulſione competit repulſio contra dominum introductum poſſeſſioni. De reſtitutio. ſpolia. c. Olim nobis.

Expoliatus non poteſt reconueniri petendo reſtitutionem, niſi ſuper alia quæſtione promulgata pariter, & expoliationem contra eum agentem poteſt repellere per uiam exceptionis. De ordine cogni. c. Super. Aduerſus reſtitutionem petentem non auditur reus opponens de proprietate, niſi actore conſentiente. De reſtitutio. ſpolia. c. Licet. Spoliato petenti reſtitutionem beneficii quæſtio inſtitutionis canonicæ afferri non poteſt. Vbi ſuprà. cap. In litteris. Spoliato petenti reſtitutionem beneficii non obſtat renunciatio facta poſt ſpoliationem, quia præſumitur non ſpontanea. Vbi ſuprà. c. Si licite. Pactum tamen & iuramentum poſt expoliationem de non agendo poſſeſſorio tenet, propterea excipi poteſt. Ab. ubi ſuprà. Qui petit reſtitutionem beneficii non auditur, niſi expoliatione probata, ſi probetur eum ſponte beneficio renunciaſſe. Vbi ſuprà. c. Accepta. Petit reſtitutionem ab illo, qui ſcienter rem a ſpoliatore accepit. Vbi ſuprà. c. Sępe. Si per manus multorum ambulauit omnes tenentur ad reſtitutionem, niſi ſatisfactum ſit primo, cui ſublata eſt res. Alię ſunt quęſtiones circa materiam iſtam. Abb. de ordi. cognitio. c. Sæpe.

Expoliatus etiam ſi ſit prædo de rigore iuris eſt reſtituendus. De reſtitu. ſpolia. c. In litteris. Sufficit probare poſſeſſionem, uel quaſi poſſeſſionem, non autem oportet probet iuſtum titulum. Abb. ubi ſuprà. c. Accepta. Etiam a iudice expoliatus iuris ordine prætermiſſo ante omnia reſtituitur. Vbi ſuprà. cap. Conquerente. Expoliatus in uia a latronibus non agit contra detinentem. Abb. de iureiuran. cap. Sicut & infra. Spolians uiolenter rem cum fructibus, qui etiam percipi potuiſſent reſtituere tenetur, & damna recenſere, & de iniuriis ſatisfacere

compellitur. De reſtitutio. ſpoliato. cap. Grauis.

Sponſa quandoque dicitur quæ contraxit per uerba de præſenti, & dicitur ſponſa non ratione uinculi matrimonialis, ſed cauſa executionis matrimonii. Vnde iſti in odioſis non ueniunt nomine uxoris, & dicitur ſponſa propter conſuetum modum loquendi. Abb. de ſponſa. c. Si in terris. Poteſt autem petere ut uiro coniungatur, & econtra. Abb. de conſangui. cap. Super eo. Epiſcopus poteſt præcipere ſponſæ, ne alteri nubat, quam ſponſo ſub pœna excommunicationis. Abb. de eo qui dux. contra interdi. eccle. c. Litteræ. Et ubi ſuprà. c. Litteris. ſecundum.

Sponſalia contrahuntur quattuor modis. primo per uerba de futuro. ſecundo per uerba de præſenti, ſi alter eorum ſit impubes. tertio per dationem arrarum, quando uerba, & ſigna præceſſerunt. quarto per ſubarrationem annuli. Glo. de ſponſ. duor. c. Duobus. Quartus modus magis inducit matrimonium, quam ſponſalia. Abb. ubi ſuprà.

Si in contractu matrimonii apponitur conditio turpis, uel impoſſibilis, habetur pro non adiecta, niſi ſit contra ſubſtantiam matrimonii, quia tunc uitiat contractum. De conditio. apponen. c. Si conditiones. Conditio contra ſubſtantiam impedit matrimonium ſiue ſit conditio ſuſpendens, ſiue reſoluens, & in hoc multi decipiuntur putantes quod ex quo matrimonium ſemel tenuit, conditio reſoluens debet haberi pro non adiecta. quod eſt falſum. nam ibi nunquam fuit matrimonium. ideo non poteſt proprie dici conditio reſoluens. Omnis conditio contra ſubſtantiam actus uitiat actum, quia remota ſubſtantia remouetur actus. Ad cognoſcendum ſubſtantiam actus ſemper debet attendi, utrum actus ſine illa poſſit conſiſtere. Si conditio inhoneſta ſit actu impoſſibilis non tamen contra ſubſtantiam matrimonii fauore matrimonii habetur pro non adiecta, & ſic uitiatur, & non uitiat. In aliis contractibus regulariter conditio impoſſibilis uitiat, & non uitiatur. Intellige prædicta, quando uterque conſenſit conditioni appoſitæ contra ſubſtantiam matrimonii. Si alter contraxit, uel tacet quia fauore matrimonii habetur pro conſentiente, tenet matrimonium, ſi ad copulam proceſſum eſt. Glo. & Abb. ubi ſuprà. cap. Si conditiones. Iudæus ſi contrahit cum Iudea cum pacto expreſſo quod liceat dare libellum repudii, non tenet matrimonium, quia conditio eſt contra ſubſtantiam matrimonii. Glo. de conſangui. c. De infidelibus. Doctores communiter tenent oppoſitum, quia effectus non ſequitur ex pacto; ſed ui legis acceſſoriæ, ſi id quod eſt de iure deducitur in pactum, ſicut dicitur de ſimonia. Abb. ubi ſuprà. c. De infidelibus.

Qui contrahit ſub conditione non improbata non compellitur matrimonium conſummare ante conditionis aduentum. De conditio. apponen. c. Super eo. Si a parte contrahentis eſt, poteſt alter coniugum agere, ut compellatur ad conſummationem. Conditio poni poteſt, ut ſit in uoluntate alterius. Conditio etiam reprobata a iure poni poteſt in matrimonio; & ſuſpendit matrimonium in euentum conditionis. Si ante euentum conditionis contrahit cum alia per uerba de præſenti tenet ſecundum matrimonium, & ſoluitur primum. Sub conditione matrimonium contractum habet uim ſponſalium, conditione ſuperueniente remanet purum. ſi conſanguinei contrahunt cum conditione, ſi papa diſpenſet adueniente conditione an ſit matrimonium, opiniones, & concluditur quod non. Abb. ubi ſuprà.

Sponſalia cum conditione quod per primam copulam non tranſeant in matrimo-

trimonium, copula ſuperueniente tranſeunt, quia eſt conditio turpis, quæ pro non adiecta appoſita eſt. Glo. & Abb. de ſpon. duo. c. Duobus.
Sponſalibus conditio appoſita tollitur per ſubſequentem copulam, & tranſeunt in matrimonium. ſecundo tollitur per conſenſum de præſenti pure præſtitum, non de pręſenti conditionali, ut aliqui tenent. Conditio ſuſpendit conſenſum de præſenti. Si dicitur accipiam, ſi dederis conditione adueniente erit matrimonium. Abb. de conditio. apponen. cap. De illis. Qui contrahit ſub honeſta conditione, & ante conditionis aduentum deſponſatur, & cognoſcitur, a conditione recedit. De conditio apponen. c Per tuas. Sponſalia etiam conditionalia per copulam tranſeunt in matrimonium. De futuro tamen non adueniente conditione euaneſcunt. Sponſus non poteſt cognoſcere ſponſam quin ſponſalia tranſeant in matrimonium, licet in contrarium proteſtetur. Vnum tantum eſt remedium uidelicet prius renunciet ſponſalibus, quia tunc copula ſuperueniens non inducit matrimonium, cum non inueniat ſponſalia. Secundum matrimonium prius contractum pręiudicat primo contracto conditionaliter. ſi conditio eſt omnino neceſſaria, ut ſi ſol oritur cras, non habet ſuſpendere effectum. Abb. ubi ſupra. c. Per tuas. Per copulam ſequentem tranſeunt in matrimonium. Copula uiolenter extorta non firmat matrimonium contra metum præcedentem, etiam ſi interuenerit ius conditionalis reſpectu matrimonii conualidandi, quia non reperitur conſenſus liber. Abb. de eo qui cogno. conſangui. uxo. c. Diſcretionem. Non tranſeunt in matrimonium per nixum ad copulam. De ſponſa. cap. Adoleſcens. Si deflorat ſponſam ex quo non ſequitur ſeminis commixtio, non eſt iudicandum pro matrimonio. Niſi perfectæ cognouerit non tranſit in matrimonium, licet aliqui teneant oppoſitnm. Abb. ubi ſupra. c. Adoleſcens. Si ſponſus cognoſcit ſponſam affectu maritali, uere coutrahit matrimonium. ſi non habet animum conſentiendi, in foro iudiciali eſt ualidum, & ſi contrahit cum alia, matrimonium eſt nullum, & filii primę ſunt legitimi. Quo ad Deum tenet ſecundum matrimonium, & potius debet ſuſtinere excommunicationem quam ire ad primam. Hoſti. putat primum tenere ex conſtitutione papæ, qui omnia poteſt, ſi non eſt conſummatum matrimonium, & male, quia papa non ſupplet conſenſum. Abb. de ſponſali. c. Is qui. Licet ſponſa non debeat coniungi ante ætatem legitimam, ſi tamen coniungitur, & apparet cognita, tenet matrimonium, quia potentia coeundi ſupplet ætatem, & hoc poteſt eſſe in undecimo anno. Si poſt ſeptennium fuit cognita an ſit conſummatum matrimonium, opiniones. Eſt poſſibile quod deflorata ſit, & non apta concipere, ideo ſumendæ ſunt expertę mulieres ad uidendum an ſit uiripotens, & ſi eſt proxima pubertate. ſtandum eſt & uerbo uiri, & in cognitione præſumpta debet præſumi uiripotens. Quod debeat ſtari iuramento uiri, intelligitur ſi ſimul cohabitauerunt. Si mulier eſt cognita in decimo, uel ultra, præſumitur uiripotens, ut matrimonium dicatur conſummatum. Abb. de deſponſa. impube. cap. Continebatur. Sponſalia de futuro ſi copula eſt ſubſecuta, non ſoluuntur per ſponſalia de præſenti, ſi non eſt ſubſecuta copula, tenent quæ de præſenti, niſi ſint contracta per metum, qui poteſt cadere in conſtantem uirum. De ſponſali. cap. Veniens. ſecundum. Per copulam pręcedentem ſponſalia non tranſeunt in matrimonium, ſed per ſequentem. Ab. de ſponſa. c. Cum locum. Deſponſata inuita poſt ſponte cognita contra matrimonium non auditur.

Qui matrimo. accuſa. poſſunt. cap. Inſuper. Si fuit inuite cognita, non firmatur matrimonium. ſpeciale eſt in matrimonio quod currat præſumptio, niſi reclamet poſt duodecimum annum, alias multa matrimonia legitima ſoluerentur. Abb. ubi ſuprà. c. Inſuper.

Sponſa quę recipit iocalia, & ſæpe amplexatur uirum, ubi ſponſalia erant de futuro mente & uerbis, propter talia non tranſeunt in matrimonium. ſi uerba & mens erant de præſenti, ſed in minori ętate ſi uenerunt ad ętatem legitimam ſuperuenientibus prædictis ſponſalia tranſeunt in matrimonium. Per traductionem ſponſę in domum, credo non tranſeunt in matrimonium, licet Io. And. oppoſitum teneat, cum hæc præſumptio ſit a iure exorbitans, non debet extendi ad caſum in iure non expreſſum. Ab. de ſponſa. c. Adoleſcens.

Sponſus & ſponſa non exiſtente impedimento compelluntur contrahere per eccleſiaſticam cenſuram. De ſponſali. c. Ex litteris. Eccleſia compellit ratione promiſſionis, & pacti, etiam laycos ratione peccati etiam propter iuramentum. Iudex ſecularis adiri poteſt ut compellat ad obſeruantiam iuramenti. Ex rationabili tamen cauſa non coguntur contrahere, Abb. ubi ſuprà. Sponſalia obligant ad contrahendum, ſic ut peccent contra illa ueniendo, tolluntur tamen per matrimonium ſequens per uerba de preſenti. Abb. de ſponſa. duo. c. Duobus.

Sponſalia nulla ex defectu conſenſus conualeſcunt ex communi cohabitatione, & cauſant impedimentum publicæ honeſtatis, & diminuunt matrimonium ſequens, etiam copula ſubſecuta. Abb. de deſponſa. impube. c. Duo pueri.

Sponſalia requirunt ætatem. 7. annorum in utroque ſexu. In matrimonio de præſenti, in maſculo. 14. anni, in fœmina. 12. Ab. de deſponſa. impube. c. Vbi non. Si in. 14. completo non poteſt generare an ſit matrimonium, opiniones, & utraque pars ſuſtinetur. Communis opinio eſt, quod ſit ualidum, ſed opinio Glo. contraria eſt uerior. Ab. ubi ſuprà. c. Impuberes. Vt ſponſalia ualeant oportet ſeptimum annum eſſe completum. ſi infra ætatem prædictam contrahunt, conualidantur cum uenerint ad ætatem legitimam. Sic licite approbantur præcedentia. Abb. ubi ſuprà. c. Lite. Quod anni. 7. debeant eſſe completi. Ab. de ſponſali. c. Gemma.

Sponſalia ſi contrahant maiores ſeptennio, neuter eorum ante pubertatem poteſt reſilire. Qui primo erit pubes alium expectabit. Si tempore contractus alter tantum erit pubes; non ille, ſed alter reſilire poteſt. De deſponſa. impube. c. De illis. Qui non erat pubes poteſt petere ſeparationem, licet nullam cauſam alleget, & hoc ius concedit, quia non uidetur quod quis habeat perfectum conſenſum ad conſentiendum in matrimonio indiſſolubiliter. Non uidetur probabile quod primo factus pubes non poſſit diſſentire niſi alio expectante, quia fruſtra expectaret, ſi nollet conſentire. Si iurauerant compelli poſſunt ad contrahendum, alias non compelluntur. Qui maior erat quando contraxit, non poteſt diſſentire. Abb. de deſponſa. impube. c. De illis. Si maior inuitus contraxit cum minori non tenetur expectare ipſum, donec ueniat ad ætatem adultam. De deſponſa. impube. c. Ex litteris.

Qui contrahit ſponſalia cum impubere per uerba de præſenti in qua malitia non ſuplet ætatem, intelligitur contraxiſſe ſponſalia, & non matrimonium, etiam ſi ſubarratio interueniſſet. De deſponſa. impube. c. Tua nobis.

Spon-

Sponſalia pro impubere filia contrahit pater, non autem pro pubere, niſi conſentiat. De deſponſa. impuberum. c. Tua fraternitas. Si pater contrahit, nulla oritur iuris obligatio, ſed eſt quædam honeſtas, ut cum peruenit ad ætatem conſentiat parentibus. Abb. ubi ſuprà.

Impuberes contrahentes ſponſalia ante pubertatem ſeparari non debent, ſi contradicunt ſponſalibus poſſunt, niſi interuenerit copula. De deſponſa. impube. c. A nobis. Potentia coeundi anticipat tempus pubertatis, & ſic copula habita inter minores conſummat matrimonium, ſi cum copula uera fuit ſeminis mixtio. Abb. ubi ſuprà. Minor pubertate, & maior ſeptennio contrahentes poſſunt adueniente ætate ſine alia cauſa reſilire, licet ſæpe nixus ſit corrumpere mulierem, inducit tamen præſumptionem ut circa finem anni 14. Iſta erit potens ad generandum ex quo ante illam ætatem fuit nixus ad copulam, & tunc ſufficit proquinquitas ad annum 14. Hoc ceſſante matrimonium contractum ultimo die. 14. anni tenet fauore matrimonii. Abb. de deſponſa. impube. c. Atteſtationes.

Impubes deſponſata & tradita, ſi pubes facta petit licentiam alteri nubendi non auditur, ſi uir iurat ſe illam cognouiſſe, nec auditur, ſi nondum pubes proxima tamen pubertati probatur cognita. De deſponſa. impuber. c. Continebatur. Iuramento uiri ſtabitur, ſi tamen cohabitauit. Abb. ubi ſuprà. Impuberes ambo, uel eorum alter coniungi non debent, niſi pro bono pacis. De deſponſa. impube. c. Vbi non. Nec poſt dubitetur de ueritate matrimonii. Abb. ubi ſuprà.

Qui iurauit aliquam accipere ſi ſibi donauerit centum, non tenetur accipere, niſi poſt conſenſerit pure, uel eam cognouerit. De conditio. apponen. cap. De illis. Qui iurauit unam ex quattuor ſororibus accipere, ſi poſt cognouit unam an poſſit illam uel aliam habere, opiniones. Mihi placet quod teneatur habere quam cognouit, quia ex copula præſumitur conſenſus, quia præſumendum eſt, quod non peccauerit. Item quod elegerit. Item non poteſt aliter implere iuramentum, ſecus ſi iuraſſet accipere unam de tali patria, quia poſſet iuramentum aliter implere. Abb. de ſponſa. c. Ex litteris. ſecundum.

Sponſalia de futuro ſoluuntur, ſi partes ſe diſſoluant, etiam ſi fuerint iurata. De ſponſa. capit. Præterea. De iure communi poſſunt ſe ad inuicem ſoluere a iuramento, & ſoluere ſponſalia hominis contemplatione iurata, ſi iurauit aliquam accipere ut placeret Deo, illa non poteſt remittere iuramentum, ſecus ſi iuraſſet principaliter ad commodum illius. Hic fides & iuramentum æquipollent. Abb. de ſponſali. c. Præterea.

Si ſponſus de futuro ſe transfert ad remota ante copulam, ſponſa cum alio libere contrahit. Si tamen per eam ſtetit quo minus perficeretur matrimonium, ſibi imponitur pœnitentia, nec requiritur quod expectet per biennium ſecundum leges ciuiles, ſed ſufficit non ſit ſpes de proximo redditu. Abb. de ſponſali. c. De illis.

Sponſalia etiam iurata de futuro ſoluuntur per ſimplicem fornicationem, in fauorem tamen illius qui non peccauit. Si ſponſa deuenit ad paupertatem, & non poteſt dotem dare promiſſam. Similiter ſi de dote nihil datum eſt. Item ſi ui ab alio cognita, uel fornicata eſt, non tenetur accipere uxorem, ſecus ſi fuit ſponſa de præſenti, quia tunc per ſolam fornicationem poteſt ſeparari a thoro, tantum aliis defectibus non obſtanti-

bus tenetur etiam ducere. Abb. de iureiuran. c. Quemadmodum.
Sponſalia de futuro ſoluuntur per affinitatem ſuperuenientem. Abb. de ſponſali. c. Præterea. ſecundum. Etiam ſi affinitas ſit contracta per coitum illicitum diſſoluuntur. Abb. de deſponſa. impube. cap. Litteras. De eo qui cogno. conſangui. uxo. cap. Veniens. Quoniam inter affines non poteſt contrahi, ceſſat promiſſio, ſecus ſi per uerba de præſenti fuit contractus. Si ſponſam cognouit antequam matrem tenet ſponſam, ſed non poteſt debitum exigere, & reddere tenetur. Si prius cognouit matrem non poteſt habere ſponſam propter affinitatem ſuperuenientem. Abb. ubi ſuprà. cap. Veniens. Affinitas cauſata ex copula illicita rumpit ſponſalia præcedentia, & priuat facultate contrahendi matrimonium. De eo qui cogno. conſangui. uxo. c. Ex litteris. Et ubi ſuprà. c. Veniens. Soluuntur affinitate ſuperueniente, de qua conſtat ſaltem per famam. De conſanguinitate. c. Super eo. Quę ſunt de futuro etiam iurata ſoluuntur per matrimonium ſequens de pręſenti cum alia, non autem per ſecunda ſponſalia. De ſponſali. cap. Sicut. Non ſoluuntur lapſu temporis. Si prima ſponſalia non ſunt iurata, ſecunda autem ſic, prima pręualent, ac ſi iuramentum eſſet interpoſitum. Vnde non licet a ſponſalibus non iuratis recedere. Abb. ubi ſuprà. cap. Sicut. Vide. Obligatio ad terminum.

Sponſalia de præſenti non ſoluuntur per ſequens matrimonium, etiam carnali copula ſubſecuta, quę autem de futuro etiam iurata ſoluuntur. De ſponſali. cap. Si inter. De ſponſ. duo. cap. Licet. Ante iſtam conſtitutionem ſecunda matrimonia tollerabantur propter conſuetudinem, & quia papa ſic diffinierat. Abb. ubi ſuprà. cap. Si inter. Hæc ualet conſuetudo contraria. Matrimonia tamen contracta ante iſtam conſtitutionem tollerantur. Abb. ubi ſuprà. c. Tuas. De frigid. & malefi. c. Litterę. Vide infra. c. Soror.

Anulus denotat ſicut uerba pręcedentia prætendunt, de pręſenti, uel futuro, etiam ſi unus ſolus locutus ſit. Si non præceſſerunt uerba, nec conſtat de conſuetudine, uel alio facto, hę circumſtantiæ non indicant matrimonium quia eſt ſignum æquiuocum ad multa, ſi conſtat de conſuetudine, quia in matrimonio contrahendo ſolet dari anulus cum ſolennitate, tunc probat matrimonium contractum. In dubio ſemper iudicabitur pro matrimonio. ſi non in digito ſed in manu daretur, præſumeretur donatio. Attendi tamen debet conſuetudo. Abbas de deſponſa. impube. cap. Tua nobis.

Sponſalia non ſunt dimittenda propter ſęuitiam uiri, niſi ex poſt facto maxima ſęuitia uiri acceſſerit. Abb. Qui cleri. uel uoue. c. Veniens.

In ſponſalibus debet eſſe libertas. Vnde in eis promiſſio pœnæ non obligat. De ſponſali. cap. Gemma. Stipulatio pœnalis non ualet inter contrahentes, nec inter parentes eorum. Libertas requiritur non ſolum tempore promiſſionis, ſed etiam tempore contractus, & debet attendi reſpectu perſonarum, & ſi facit modicum præiudicium, tenet, ſed pœna nunquam debet apponi, niſi eſſent extranei, quibus nec mouerentur a contrahendo inuiti. An poſſit pignus pro arra computari attenta qualitate, perſonarum ubi ſuprà dictum eſt de arra. Non poteſt peti intereſſe niſi altera pars doloſe egerit. Abbas de ſponſali. capitulo. Gemma..

Soror

Soror non obligatur ex ſponſalibus contractis per fratrem ex ſola pœnitentia, niſi conſentiat per aliqua ſigna, ſecus ſi per parentes. Acceptio manuum, amplexus, oſcula, non faciunt ſponſalia tranſire in matrimonium, ſed nec temptatus copulæ. Non obſtantibus prædictis tenet matrimonium contractum cum alio, etiam ſi præceſſit interdictum eccleſię ne contrahat, ſi interdictum ſit factum ex cauſa temporali. Obligatur tamen ad faciendum id quod in ſe eſt, ut coutrahat cum eo cui promiſit. Abb. de frigid. & maleſi. c. Litteræ. Et ubi ſuprà. c. Ex litteris.

In ſponſalibus nixus ad copulam non facit matrimonium. Vide ſuprà. Sponſalibus conditio appoſita.

Sponſalia poſt uotum ſimplex caſtitatis non ualent, etiam ſi ſint iurata. Qui cleri. uel uouen. c. Rurſus.

Spurius eſt cuius pater eſt uulgus, & ſic non poteſt oſtendere patrem, & ſi oſtenderit uerecundum oſtendit, quem habere non licet. Glo. de ſeru. non ordinan. c. Conſuluit.

Statuo & præcipio important neceſſitatem, & non ſolum poſſunt applicari ad ſtatutum, ſed etiam ad diffinitiuam ſententiam, quando materia ſubiecta hoc patitur, ut poſt contentionem in iudicio tantum, & alijs agitatis recte iudex dicit, ſtatuo in hunc modum. Abb. de uerbo. ſigni. cap. In his.

Statutum ſi cauetur quod abſentes ratione ſtudii percipiũt fructus, ualet. Idem eſt de conſuetudine. Abb. de clerico non reſid. c. Ex fraternitatis.

Statutũ allegans non tenetur ædere totum uolumen ſtatutorum, ſed ſufficit id quod ad materiam facit de qua agitur, nec debent legi omnia ſtatuta. Idem dic de libro rationum, ſecus eſt de inſtrumento & priuilegio, quæ legi debent integraliter præſente parte, licet non oporteat ædi, niſi capitulum de quo agitur. Ab. de fid. inſtrum. c. Contingit.

Statutum remouens appellationem confeſſionati non remouet appellationem reſpectu tertii comparentis poſito intereſſe. Abb. de off. & pot. iud. deleg. c. Super eo.

Statutum quod banniti impune poſſint offendi ualet. Abb. de excep. c. Dilecti filii. Si cauetur quod bannitus pro. 100. libris poſſit impune offendi, ſi uni debet quinquaginta, & alteri. 50. non poteſt impune offendi, quia diuerſa debita non debent coniungi ad faciendum unum totum. Sic qui bis ſterit per ſex menſes in religione non poteſt profiteri, & ſi profitetur non obligatur, niſi in genere. Ab. de regular. c. Ad Apoſtolicam.

Statuta facta per canonicos ſede uacante an durent. Abb. de iureiuran. c. Sicut noſtis. Quod in canonicos eccleſiæ cathedralis non recipiantur ignobiles, non ualet ſtatutum, ſicut nec conſuetudo. Abb. de præben. c. Venerabilis.

Statuere poteſt capitulum ſine prælato quando non mutatur ſtatus eccleſiæ, ſed in his quæ concernunt acta capituli duntaxat. Capitulum inferioris eccleſiæ non poteſt ſine epiſcopo. In arduis duę partes ſtatuere non poſſunt in pręiudicium abſentium, nec in ualde arduis, niſi abſentes uocentur. In negociis uniuerſitatis debent eſſe pręſentes ad minus duæ partes. Abbas de his quæ fiunt a maio. par. capi. Cum in cunctis. Inferior eccleſia non poteſt ſtatuere ſine epiſcopo. Si tamen tangit ſolos clericos, ſtatuere poteſt (ut puto) ſine epiſcopo. Regulariter epiſcopus non ſtatuit ſine aſſenſu canonicorum. In non arduis ſufficit con-

ſilium canonicorum. Abb. de inſtitu. cap. In eccleſia.

Statutum non poſſunt facere ciues exiſtentes in ciuitate in prȩiudicium abſentium propter partialitatem, quam ibi timere debent eſſe. Non poſſunt ciues ſtatutum facere niſi auctoritate ſuperioris. An quilibet prælatus poſſit facere ſtatuta, & derogare iuri communi. Licet populus poſſit ſtatuere ſuper ius uniuerſitatis, non tamen ſuper iuribus ſingulorum, ſed nec princeps poteſt tollere ius alterius ſine cauſa. Ab. de iniuri.& dam. c. In noſtra.

Statutum factum per collegium quibuſdam contemptis a maiori parte præſentium, non autem a maiori parte collegii computatis contemptis, non tenet, quia contempti computantur in numero non conſentientium, ideo non fit a maiori parte, etiam ſi contempti taceant, uel conſentiant poſt. Abb. de elec. & elec. poteſt. cap. In geneſi. Non poteſt fieri niſi a parte maiori totius uniuerſitatis, nec poteſt fieri a maiori parte in comparatione ad alias partes, etiam ſi ſit ſanior, niſi forte prius conueniat ut id in quo maior pars conuenerit ſit ſtatutum etiam citra dimidium, quia uigore huius eſt maior pars. Sufficit tamen pars maior exiſtentium ibi, quia ad faciendum uniuerſitatem ſufficiunt duæ partes, ſi tertia non poteſt haberi. Vbi aliquid pertinet ad plures ut ad ſingulos, ſufficit maior pars in comparatione ad alias partes, non autem ad totum collegium. Abb. de elec. & elec. poteſt. c. Eccleſia ueſtra. Ad ſtatutum faciendum non requiruntur duæ partes, ſed ſufficit pars maior. Abb. ubi ſuprà. c. Licet ad deuitandam. Vide. Statutum facit populus. 1 2

Vbi diuerſa corpora coniunguntur in unum ad aliquem actum explicandum, non ut diuerſæ uniuerſitates, ſed ut faciant unum corpus, computantur uoces per capita, & non ſecundum corpora. Idem dicitur, cum fuerit homines diuerſorum officiorum ad ſtatutum faciendum, ſed quando conueniunt ut corpora diuerſa, tunc non ſufficit pars maior uocalium, ſed maior pars corporum, ut fit in conciliis generalibus, quia tunc omnes de uno corpore computantur pro una uoce. Si dantur uoces in unum conueniunt ut in unum corpus. Abb. de elect. & elect. poteſta. cap. Scriptum.

Statutum licet ſit confirmatum auctoritate ſuperioris, poteſt tamen collegium collegialiter contrauenire, niſi ſuperior irritet. Abb. de prȩben. c. Dilecto.

Statutum in contractum tranſiens non poteſt amplius reuocari. Ab. de iniur. & dam. c. In noſtra.

Statutum ſuper damnis non repetendis non extenditur ad expenſas. Abb. ubi ſuprà.

Delegabilis eſt poteſtas faciendi ſtatuta. Abb. de ſenten. excommu. cap. Grauem.

Statutum quod delictum omne puniatur pecunia non ualet, quia inſurgit ex eo deſolatio, quia ſperant pecunia redimere pœnam. Abb. de pœn. c. Licet archidiaconi.

Statutum dubium recipit interpretationem iuris communis. Vnde in eccleſiaſticis ad ius commune recurritur, & ſecundo ad ſtillum curiæ. Quando facit ius ubi deficiunt. Abbas de conceſſio. capitu. Ex litteris.

Statutum epiſcopi non poteſt tollere quæ conceduntur a iure canonico, puta quod

quod elapſo termino inſtantia finiatur. Abb. de iudic. cap. Venerabilis. Vide. Legatorum ſtatuta.

Statutum hominis extendens clauſulam ad aliud genus perſonarum debet intelligi in proportionabilibus. Abb. de ſta. monacho.c.Ea quæ.

Statutum contra honeſtatem, aut contra iura reſeruata principi non poteſt fieri a populo, qui tamen poteſt ſtatuere contra ius imperii in præiudicium ſuum. Abb. de conſuetud. c. Cum tanto. Statutum loquens de honeſtate non ligat contrafacientes ad peccatum, niſi ratione contemptus, quia contemnens prohibitionem ſuperioris peccat. Iſta intellige in conſilio perfectionis, non reuerentiæ. Abb. de ui.& honeſta.cleri. c. Vt layci.

Statutum quod homicida condemnetur in.100. ducatis non tollit pœnam iuris communis. In poteſtate accuſantis eſt qua pœna ſit puniendus, niſi ex ſtatuto appareat quod tollat ius commune. Vtraque lex tendit ad uindictam, ideo punitus ſecundum unam poteſt accuſari,& puniatur ſecundum aliam. Si lex concernens commodum priuatum poteſt interpretari prouiſio ſecundæ legis, quatenus excedit pœnam primæ legis, per hoc deciditur caſus an punitus ciuiliter poſſit a iudice eccleſiaſtico puniri pro eodem delicto. Ab. de off. & pot. iud. delega. c. De cauſis.

Statuentes illicitum, uel damnabile etiam tacentes qui non contradicunt, inuoluuntur eodem peccato, & pœna. Abb. de elec. & elect. poteſta.cap. In cauſis. Statutum iniquum eſt, quando ſtatuentes nolunt obſeruare quod alias ſtatuerunt. Vnde ſi fuerit in odium alicuius perſonæ ad id deſtruendum contradictio ſufficit per querelam factam ſuperiori. Eſt etiam iniquum, quando malo zelo fit, puta ut ſtatuentes ditentur cum damno alterius. Item quando fit contra conſuetudinem eccleſię. Abb.de conſtitu. c. Cum omnes.

Statutum loquens de iudeis non extenditur ad paganos, niſi ex ſpeciali legis prouiſione ſit extenſum. Ab. de iude. c. Cum ſit.

Statutum diſponens quod ſtetur iuramento alicuius intelligitur niſi ex aduerſo probetur contrarium legitime. Vnde retrahitur extra ſententiam latam propter iuramentum partis, ſi poſt probetur oppoſitum. Abb. de proba. c. Propoſuiſti. Statuta & leges diſponentes circa iuramenta ſunt nulla, ſi indulgent quod periurus aſſumatur ad honores. Abb. de deci. c. Tua. Statuta iurata per uniuerſitates,& conſuetudines poſſunt per uniuerſitatem tolli, & tunc non tenentur illa ſeruare, ſi ſtatutum tollatur per ſuperiorem, iuramentum remanet ex quo poteſt ſeruari ſine peccato, & de reuocatione iuramenti nulla mentio facta eſt per ſuperiorem. Abb. de his quæ fiunt a maio. par. capi. c. Cum in cunctis. Statuta iurata, & conſuetudines, quod actus geſtus non ualeat niſi omnes concordent, non ualent, quia plura bona eccleſiarum impedirentur. In uniuerſitatibus eccleſiaſticis non ualet ſtatutum ut duæ partes ad minus debeant concordare, ſed ſemper præualere debet diſpoſitum a maiori parte, dummodo illa pars ſit ſanior. Abb. de his quæ fiunt a maio. par. capi. Cum in cunctis. Statutum quod iuramento alicuius ſtetur, intelligitur niſi contrarium probetur per teſtes. Abb. de deſponſa. impube. c. Continebatur.

Statutum quod ignorantia ſtatutorum non poſſit allegari ualet. Ab.de crimi. fal. c. Ad falſariorum.

Statuta interpretationem recipiunt a iure communi, quando ius procedit non per fictionem & improprietatem, ut in ſimonia, ſecus ſi diſponat in materia iuris alleuiando pœnam, quia tunc ſtatutum recipit omnes limitationes, & interpretationes iuris, etiam improprias, & ſtrictas. Abb. de ſimo. cap. Inſinuante. Interpretatio fieri debet ut aliquid operetur, ſi loquamur in terminis iuris communis. Abb. de priuileg. cap. In his.

Statuentes non poſſunt interpretari ſtatuta per eos ædita, ſi oritur dubitatio, quia functi ſunt officio ſuo. Vnde non uidentur iſti condidiſſe, ſed populus, qui dedit auctoritatem, ideo recurrendum eſt ad populum, uel concilium generale, ſi interpretatio eſt ualde dubia. Si ſit clara, & iuri conſona, iudex ſtatutum interpretabitur, ſicut dicitur in lege communi, & priuilegio principis. Abb. de uerbo. ſignifi. c. Ex parte tertia.

Statutum quod iudex condemnetur niſi infra menſem finierit cauſam &c. non punietur propter hoc iudex, niſi pars petierit quod finiat infra præfatum tempus. Abb. de proba. c. Licet.

In ſtatutis genus maſculinum concipit fœmininum ex interpretatione, non ex proprietate uerborum, ſi ſtatutum concernat odium rationabile. Ab. de ſen. exco. c. Mulieres.

Statuere contra ius non poteſt ciuitas, nec princeps recognoſcens ſuperiorem, ſed nec contra preeminentiam ſuperioris, ſecus ſi non recognoſcit ſuperiorem. Circa appellationem maxime ad papam nihil poſſunt ſtatuere. Abb. de iureiuran. c. Veniens.

Statutum diſponens in materia iuris excipiens duos caſus alias a iure exemptos uidetur excipere alios caſus prorſus conſimiles exemptis a iure, & quia diſponit in materia iuris, & non agit ſpecifice, derogando iuri recipit omnes limitationes iuris. ſic caſus exceptos a iure extendit ad ſimilem caſum propter identitatem rationis. Si contra uel præter ius diſponit, forte dicerem oppoſitum. ſtatutum diſponens in materia iuris uerificatur etiam in caſu ficto quando caſus fictus eſt uerus, uel equiparatur a iure. Abb. de cleri. non reſiden. cap. Audientiam. Vide. Conſtitutio diſponens in materia iuris. In materia iuris generali loquens recipit omnes exceptiones, & limitationes iuris, ut minus lædat, & non præiudicet tertio, & iuri communi quantum poteſt. Semper tamen oportet aliquid addat iuri communi, & recipit interpretationem reſtrictiuam, ne tertius puniatur, uel priuetur iure ſuo indebite. Si ſtatutum per omnia loquatur ſecundum ius commune, ita ut non poſſit intelligi quod aliquid addat, tunc operatur, quia dat nouam actionem, cum poſſit agere ratione, & uigore ſtatuti. Abb. de uerbo. ſignifica. c. Ex parte. 3.

Statutum ſi quis duxerit ligatum hominem in fortia communis habeat centum non ualet, quia non poteſt ſtatui præcium pro homine libero, niſi ſit hoſtis ciuitatis. Abb. de fur. c. Qui furatur.

Statuta contra libertatem eccleſiæ ſunt, quæ ueniunt contra priuilegia conceſſa uniuerſali eccleſiæ a Deo, papa, uel imperatore, ſecus ſi eſſet conceſſa eccleſiæ particulari. Item ubicunque clerici propter ſtatuta efficiuntur timidiores, & layci audaciores ad nocendum, ut ſi ſtatuatur quod laycum interficiens puniatur grauiter, & interficiens clericum leuiter. Ab. de ſen. excommu. c. Nouerint. Statuentes contra libertatem eccleſiæ ſunt excommunicati. Quæ ſunt contra priuilegia facta eccleſiæ per princi-

principes ſeculares, uel eccleſiaſticos dicuntur contra libertatem eccleſiæ. Vnde ſtatuta generaliter laycorum non debent ſeruari a clericis, quia circa eos nulla iuriſdictio eſt tribuenda laycis, eo quod clerici, & eorum bona ſunt exempta a laycis. Abb. de reb. eccle. non alienan. c. Cum laycis. Vide. Layci.

Statuta non ligant ſubditos extra territorium ſuum, quia iuriſdictio non extenditur extra territorium. Ab. de foro compe. c. Licet. De ſen. exco. c. A nobis.

Statutum ligat non ſubditos delinquentes in loco ſtatutorum. Lex ſemper loquitur, ſecus eſt de ſententia in generali. Statutum habet actum ſucceſſiuum, & uinculum ſumit temporale delicti, ſententia aſſumit uires incontinenti contra eum contra quem fertur, ideo comprehendit tantum ſubditos. Licet excommunicatio non debeat fieri pro futuris culpis, lata tamen tenet. Iſta intellige quando delinquens ſcit ſtatutum. Vbi ignoratur, & punitur factum damnatum an liget non ſubditos, opiniones. Ligat etiam ignorantes, quia debent ſcire factum eſſe damnatum. Fallit in excommunicatione, quæ non poteſt ferri niſi pro contumacia, a qua excuſantur propter ignorantiam. Si non punit factum damnatum non ligat non ſubditos ignorantes. An ſtatutum ſubditos ſuos liget extra territorium, opiniones. Verius eſt quod non ligat, quia extra territorium ius dicentis non paretur impune. Statuta ſunt perpetua niſi reuocentur, etiam ſi fiant a capitulo ſede uacante. Sententia ſi iniecit uinculum tempore proferentis, & uinculum eſt momentaneum, durat ultra proferentis tempus. Vnde excommunicatus per epiſcopum mortuo epiſcopo remanet excommunicatus, ſi habet actum ſucceſſiuum, & fuit lata cum cognitione cauſæ durat effectus ſententiæ. Si ſit lata ſine cognitione cauſæ, non durat ultra tempus proferentis. Vnde licentia expirat poſt tempus concedentis. Intellige prædicta quo ad effectum ex ſententia productum, ſed reſpectu proceſſus, & effectus producendi in futurum tollitur ſententia per remotionem ſententiantis, quia pendebat ex iuriſdictione ſua. Ab. de ſen. excom. c. A nobis.

Statutum laycorum diſponens ſpecifice de rebus eccleſię, uel de patrimonio clericorum non tenet, quia non ſubduntur eorum foro. Vnde non poſſunt ſtatuere quod poſſeſſiones poſſint dimitti certo tempore, uel caſu, nec quod conducens apotecha ſoluens penſionem nunquam poſſit expelli. Statuere tamen poſſunt quod clericis non fiat ius ſecundum leges fauorabiles eis, ſed tantum ſecundum canones, nec eſt contra libertatem eccleſiæ, cum nulla ſit iniuria, ſi reducantur ad diſpoſitionem iuris communis. Si ſtatutum ſit generale, & præiudiciale non extenditur ad clericos, quia non ſunt ſubditi eorum. Si tamen ſtatutum iniecit uinculum ante clericatum tenet, ſi poſt, non tenet, ſed tantum in cauſa fauorabili, ſi ſit generale, ſi ſpeciale, non tenet. ſi oritur ex clericatu, infra dicemus. Ab. de conſtitu. c. Eccleſia. S. Mariæ. Statuto laycorum, & conſuetudine porrigente merum fauorem uti poſſunt clerici, quia poſſunt res ſuas priuilegiare. Vbi ſtatutum non eſt priuilegiatiuum non extenditur ad clericos defectu iuriſdictionis, quantumcunque generaliter loquatur. Abb. de in integr. reſtitu. cap. Conſtitutus. Non aſtringitur illis ſtatutis eccleſia, nec eorum bona. Abb. de conſtitu. c. Quæ eccleſia. Statuta laycorum nunquam comprehendunt clericos litigantes in foro eccleſiaſtico.

Abb.

Abb. de foro competen. cap. Quod clericis. Quando in foro ſeculari. Abb. ubi ſuprà. Vide. Clericorum cauſæ. Quæ rationabilia ſunt, ligant clericos. Abb. de ſenten. & re iudica. cap. Cum cauſa. Non debent laycorum ſtatuta extendi ad eccleſias, nec ad eorum bona. Idem dic de bonis clericorum. Abb. ut lite penden. cap. Eccleſia. Lege conſuetudine laycorum mere priuilegiatiua poſſunt clerici uti in ſuum fauorem, dummodo alias ſit rationabilis. Abb. de probatio. cap. Ad noſtram.

Statutum quod lis finiatur infra duos menſes, quando ligat, & non ligat. Ab. de iudi. c. Venerabilis.

Statutum circa matrimonii ſubſtantialia, puta inualidando contractum, uel perſonas non ualet. Idem eſt de legibus ciuilibus, quia hęc materia eſt de foro eccleſiaſtico. Si diſponit de pœna circa ſubſtantialia, ut ſi contrahit incurrat talem pœnam, uel damnum, non tenet, quia intimidatur matrimonium, quod debet eſſe liberum, & layci non poſſunt diſponere circa hanc materiam. Si ſtatutum imponit pœnam auferendo luctum, quod ſecularis lex attulerat, an ualeat, opiniones. credo quod non. ſi diſponit de dote ualet, ſi circa ſolennitates dic idem quod non ſeruantes peccant. Hæc conſtitutio loquitur de conſuetudine in qua interuenit conſenſus epiſcopi, & cleri, ideo non ſeruantes talem conſuetudinem, maxime ſi ex eius pręteritione eccleſia redditur incerta de contracto peccant mortaliter, ſecus de ſtatuto laycorum, quod credo eſſe nullum, quia non pertinet ad eos. Ab. de ſponſali. c. De Francia.

Statutum quod puella non poſſit nubere ſine conſenſu duorum agnatorum, ſi puella eligit ſibi ſponſum condignum, & agnati ſui nolunt conſentire, poſſunt per ſuperiorem compelli ad conſentiendum, uel ipſe ſuperior dabit licentiam contrahendi. Abb. de ſtatu monacho. c. Quod.

Statutum in odium aliquorum nunquam debet cedere in fauorem, & commodum eorum, nec econtra quod in fauorem debet cedere in odium. primum patet in excommunicato. Abb. de iudi. c. Intelleximus.

Statutum inducens pronitatem ad peccandum non ualet, ſicut nec conſuetudo, quia lex debet eſſe rationalis, ſancta, & honeſta. Abb. de conſuetu. c. Ex parte. Non ualet contra ius diuinum. Abb. ubi ſuprà. Vide. Ius diuinum.

Statutum mandans aliquid fieri ſub certa pœna, ſi pars facit quod in ſe eſt ut impleat ſtatutum, licet non faciat id quod mandatur fieri, non obligat ad pœnam. Abb. de eo qui mittitur in poſſeſ. c. Cum ſicut.

Statutum quod pœna offenſi applicetur hęredibus offenſi. Si profeſſi religioſi filius interficiatur, pœna applicabitur hęredibus. Licet quicquid acquirit monachus acquirat monaſterio, ſi ipſe directe acquirit, tamen in caſu ſtatutum defert hæredi inſtituto. Abb. de proba. cap. In præſentia.

Statuto ſi cauetur ut participans cum bannito habeat certam pœnam, incurrit qui cum eo participat, ut ſatiſfaciat inducendo non incurrit pœnam. Abb. de ſent. excommun. c. Cum uoluntate. Pœnam ſtatuti incurrit ætas maior doli capax de rigore iuris, debet tamen iudex mitigare. Ab. ubi ſuprà. c. Super eo.

Statutum ſub aliqua forma quod aliquid non determinat tempus &c. pœna incurritur eo ipſo quod habet facultatem faciendi, & non facit. Abb. de

præben.

præben. cap. Ex tpandæ. §. Qui uero in repetitione. Si

Statuta ſunt perpetua, niſi reuocentur. Abb. de ſen. excommun. cap. A nobis. Vide. Legatorum ſtatuta. Diſpoſitio nomine dignitatis non perit per mortem hominis diſponētis. Si etiam in aliquo officio aliquid diſponat per modum ſtatuti per mortem uel remotionem eius ab officio non reuocatur diſpoſitio, ſecus ſi non per uiam legis, aut ſtatuti. Si epiſcopus ſub condicione fert ſententiam excommunicationis, extinguitur illa ſententia per mortem epiſcopi, non autem ſi protulit per modum ſtatuti. Abb. de ordinar. c. Irrefragabili.

Statutum concernens perſonam non extenditur ad forenſes, etiam ſi habeant bona in loco ſtatuti, etiam ſi ſtatutum indirecte tangit illa bona, ut eſt ſtatutum quod tantum primogenitus ſuccedat, ſecus ſi dicatur, bona ad primogenitum referantur. Abb. de foro compe. c. Quod clericis.

Statutum poteſt facere populus & iure fori, & iure poli. De conſtitu. c. Quę eccleſia. Populus non habens iuriſdictionem ut uilla, & caſtrum recognoſcens ciuitatem ſuperiorem poſſunt inter ſe legem facere, ſed non apponere pœnam. Qui habent iuriſdictionem non recognoſcentes ſuperiorem de facto poſſunt ſtatuere omnia, quæ poteſt princeps. An autem ſine peccato &c. Qui habent iuriſdictionem modificatam ſecundum eam poſſunt ſtatuere, & pœnam apponere. Vniuerſitates ſcholarium, cerdonum, & aliarum artium poſſunt ſtatuere, & ſi rectores habent, poſſunt pœnam apponere ad limites iuriſdictionis rectoris. Abb. ubi ſuprà. Collegium ſeculare poteſt ſtatuere, & eligere rectorem. Diſciplinæ poſſunt eligere rectorem, qui licet non habeat iuriſdictionem, poteſt tamen aliquem caſſare de collegio. Ab. de elec. & elec. poteſt. c. Nullus in eccleſia. Statutum excedens poteſtatem ſtatuentium eſt ipſo iure nullum. Ab. de conſtitu. c. Quæ eccleſia.

Statutum prędeceſſoris poteſt reuocari per ſucceſſorem. Ab. de loca. c. Ex reſcripto.

Statutum in præiudicium iuris ſingulorum non poteſt fieri ab uniuerſitate, uel collegio, niſi de conſenſu omnium, ideo uno contradicente ſtatutum erit nullum. Abb. de elec. & elec. poteſt. c. Scriptum.

Statutum alteri præiudicatiuum eſt ſtrictiſſime intelligendum, ita quod uerba capiantur in propria, & ſtrictiſſima ſignificatione. Vnde non debet extendi ad caſum fortuitum, & ſemper habet ſtrictam interpretationem, etiã quando iuratum eſt. Abb. de iniur. & dam. cap. In noſtra. Vnde ſtatutum faciens mentionem de committente delictum non comprehendit opem præſtantem. Iſta diuerſa ſunt committere delictum, & præſtare opem ad committendum, & ut diuerſa puniuntur. Abb. de iniur. & dam. c. Si culpa.

Statuentes ſemper poſſunt recedere a ſtatuto confirmato per ſedem Apoſtolicam, uel alium ſuperiorem, & redire ad ius commune ſine licentia ſuperioris, ſi ſtatutum concernit utilitatem ſtatuentium, ſecus ſi fauorem aliorum, uel bonum publicum, uel principaliter utilitatem, uel honorem eccleſię. Abb. de conſtitutio. c. Cum. M. Ferrarienſis.

Statutum quod ingrediens religionem non ſuccedat non exiſtentibus maſculis non ualet, ſi ſit quod non exiſtentibus maſculis fœmina non ſuccedat, exiſtentibus maſculis ſi mulier ingrediatur religionem, tenet ſtatutum, quia ſi etiam eſſet in ſeculo non ſuccederet, ideo propter hoc non

impedi-

impeditur, nec retrahitur a uita contemplatiua. Abb. de foro compe. c. Quod clericis.

Statutum quod ſacerdos celebret cottidie non ualet. Abb. de celebra. miſ. c. Conſuluiſti.

Statutum tollitur per actum unum, ſi ſtatuentes, uel ſucceſſores ueniunt collegialiter, & ſcienter contra illud, niſi primum habeat clauſulam derogatoriam ſecundi. Abb. de conſtitu. cap. Cum acceſſiſſet. Statutum, & conſuetudines non tolluntur per unum actum, quando ſunt fauorabilia eccleſiæ. Ius unius ſolius poteſt facere retractare actum. Quando ſunt fauorabilia perſonis quæ fecerunt ſtatutum, poſſunt rumpere illud collegialiter, & ſi contrauenerint collegialiter tacite & immediate, tollitur ſtatutum, ut ſolum in præiudicium alterius allegari non poſſit, ſecus ubi aliquid de uniuerſitate feciſſent contra ſtatutum aliis ſcientibus, & non contradicentibus, quia tunc requiritur tantum tempus, quantum ad introducendum conſuetudinem. Abb. de præben. c. Pro illorum. Si ſtatuentes faciunt actum contrarium ſtatuto poſſunt tollere illud, nec requiritur tempus. Lex autem principis non tollitur, niſi conſuetudine præſcripta. Ab. de clerico. non reſid. cap. Ad noſtram.

Statuti uerba debent intelligi largiſſime, uel ſtrictiſſime, ſi per hoc euitetur correctio iuris communis. Nomina ſumenda ſunt in propria ſignificatione. Abb. de conſuetu. c. Cum dilectus. Verba debent aliquid operari præter id quod eſt de iure communi. Vbi tamen ſtatutum inhabilitat ad officium eſt ſtricti iuris, & uerba debent intelligi in ſtricta ſignificatione, ſicut ſi ſtatueretur quod religioſus non habeat officium in ciuitate. Abb. in rubri. de regulari. In ſtatutis etiam ſententiis uerba generalia ſtatuentis & proferentis reſtringuntur ad limites ſuę poteſtatis, licet ex ſignificatione ſua ſint apta etiam non ſubditos comprehendere. Vnde ſi ſtatuatur quod declinás iuriſdictionem poteſtatis incurrat certam pœnam, non ligat clericos. Si ſtatuatur ut uenditio immobilium non fiat non ſubdito, non comprehendit clericos propter generale priuilegium quod habent in acquirendo. Abb. de ſen. excommu. c. A nobis.

Statutum quod bona uxoris pro delicto uiri perdantur an poſſit fieri, ſimiliter mancipatorum filiorum bona. Abb. de conſuetud. c. Ex parte. Vide. Vxoris bona.

Studentium nomine ueniunt etiam doctores in fauorabilibus, non autem in odioſis. Abb. in proœmio. Oppoſitum ubi ſuprà. In materia ſtricta appel. Scholarium comprehenduntur eorum rectores licet nomine capituli non ueniat caput. Ab. ubi ſuprà. c. Reliqua. Vide. Scholares.

Studere eſt ualde cupere. Vnde a cupiendo lectiones dictum eſt ſtudium. Abb. de præſcript. c. Vigilanti.

Stuprans uirginem tenetur eam dotare; & ducere in uxorem. Et ſi non uult cum eo contrahere, ultra dotem corporaliter caſtigabitur. De adulter. cap. Si ſeduxerit. Iſta habent locum, quando uir ſeduxit, & decepit uirginem. Si illa ſponte acquieuit adhuc habet locum, quia uirgo ſemper præſumitur ſeducta, & decipi. Non ſolum tenetur ducere in uxorem, ſed etiam conſtituere dotem ſecundum conſuetudinem regionis, & dignitatem puellæ, & eius facultates. ſi non accipit eam in uxorem debet eam plus dotare, quia maior dos requiritur poſt deflorationem. Si uir negat eam eſſe uirginem ſibi non creditur, ex quo habebatur per uirginem. Intellige

tellige iſta, quando defloraüit uirginem nullo præcedente matrimonio. Si uir contrahit cum puella, & conſtituit ei dotem, euadit iſtam pœnam. Aliter punitur de iure canonico, & aliter de iure ciuili. Abb. de adulter. cap. Si ſeduxerit. Deflorans uirginem non compellitur omnino contrahere cum ea, tamen punietur quia dabit dotem, & caſtigabitur, nec tamen oportet quod in monaſterium detrudatur. Clericus deflorans uirginem poteſt compelli ad conſtituendum dotem, & poteſt deponi; cum non cadat matrimonium cum eo. Abb. de adulter. c. Peruenit.

Non ſubdiaconus nec in pulpito nec in ueſtibus ſacris ſubdiaconi poteſt legere Epiſtolam; alias grauiter peccat, nec poteſt ordinari ſubdiaconus ſine licentia papę. Sine ueſtibus, & non in pulpito poteſt etiam laycus in neceſſitate. Abb. de uita & honeſta. cleri. c. Vt quiſque.

Subditus quis ratione domicilii, uel originis non autem ratione contractus, uel delicti, ſic intellige ſubditum dici in ſtatutis. Vnde tenetur ſubire onera perſonalia ubi habet domicilium, & ubi eſt ciuis ratione originis, & patriæ, licet receſſerit, & hoc ſi ibi reperiatur. Fallit in uxore quę non poteſt conueniri, niſi in domicilio uiri. Ab. de foro. compe. c. Propoſuiſti.

Subditi non efficiuntur proprie forenſes ratione delicti, nec contractus, ſed ſortiuntur forum, hoc notandum pro ſtatutis, ut nomine ſubditorum non comprehendantur forenſes ratione delicti in materia ſtricta, & odioſa. Ab. de ſen. exco. c. Nuper.

Subſtitutus loco alterius minus legitime deſtituti non dicitur ſuccedere in locum uiuentis quo ad pœnam, licet error ſit in iure. Excuſatur propter auctoritatem ſuperioris, & creduntur omnia legitime facta, ſecus ſi ſcienter ſuccedit, quia tunc non poteſt reaſſumi ad eandem prelaturam. Ab. de accuſa. c. Ad petitionem.

Subſtitutio facta in perſonas duas diſparis gradus uidetur facta æqualiter, & quilibet admittitur pro dimidia parte. Si fiat in perſonam patris, & filii non uidetur facta ordine ſucceſſiuo, ut prius habeat pater, & poſt filius, ſed æqualiter & eodem tempore admittuntur ad ſubſtitutionis effectum, ſi ſubſtitutio fiat per uerbum ſuccedat, trahitur ad fidei commiſſum. Abb. de teſtam. c. Raynaldus. Et melius ubi ſupra. c. Raynutius. Vide. Hæredes inſtituantur.

Subſtitutio diuiditur in directam, & in indirectam. Quando hæreditatem accipit de manu alterius, & prius hęres illius capit quartam partem propter onera, hæc dicitur fideicommiſſaria. Dicitur etiam obliqua, quia hæreditas non habetur immediate a teſtatore. Dicitur etiam precaria, quia prius rogabatur reſtituere hæreditatem. Diuiditur etiam in uulgarem. Dicitur uulgaris, quia uulgariter fit, cum dicitur, ſi tu non eris hæres, talis erit hæres, & hęc expirat adita hereditate. ſecunda dicitur pupillaris, & eſt quando pater pro filio pupillo facit teſtamentum, quod tamen poſt pubertatem facere non poteſt, ſed teſtabitur filius iure proprio, & ad hoc requiruntur plura. Tertia eſt exemplaris quando pater teſtatur pro filio mente capto, uel furioſo in caſibus in quibus ſolus pater poteſt teſtari ualide. Quarta eſt breuiliqua uel reciproca, ut cũ dicitur, inſtituo filios meos impuberes hæredes, & eos ad inuicem ſubſtituo. Compendioſa, quando fit iure directo, quandoque iure indirecto. Quibus uerbis utendum eſt in prædictis, & omnia prædicta declarat. Ab. de teſtam. c. Raynutius.

Subſti-

Subſtitutio fideicommiſſaria ſub conditione differt ab ea, quæ eſt ſub modo. Conditio ſuſpendit actum in aduentum conditionis, ita quod interim non poteſt petere, ſed modus non ſuſpendit diſpoſitionem ſed amplificat, ideo quod debetur ſub modo poteſt peti de præſenti præſtita cautione de modo obſeruando. Si fideicommiſſarius, uel ſubſtitutus decedit ante diem fideicommiſſi nihil tranſit ad hæredes cedentis. Si ſint fideicommiſſarij coniunctim re & uerbis, pars defuncti acceſſit alteri commiſſario. ſi disiunctim, ut cum dicitur uolo quod reſtituas medietatem tali, & aliam medietatem alteri, tunc portio deficientis non acceſſit alteri commiſſario, ſed hæredi. Ab. de teſtam. c. Raynaldus.

Suffragia proſunt his qui ſunt in inferno. Glo. & reprobatur. Ab. de celebra. miſ. c. Cum Marthæ.

Cum dicitur pro ſuis, qui intelliguntur hoc nomine. Abb. de teſtib. cap. De cætero.

Superior olim, & dominus ſæpe præſumitur ſuperior, & dominus, niſi probetur liberatio, aſſerenti liberationem incumbit onus probandi. Abb. de tranſactio. c. Præterea.

Superior exercens actum cum ſubdito contra legem, eo caſu quo diſpenſare poteſt in dubio non uidetur diſpenſare, & hoc in quolibet inferiori, ſecus in principe, quia ipſe diſpenſat. Si inferior diſpenſat requiritur cognitio cauſæ. Vnde eis non conceditur diſpenſatio, niſi ex cauſa ſufficienti, & cognitione præcedente, quibus non exiſtentibus eſt diſſipatio, ideo reuocatur per ſuperiorem. In principe ſufficit ſola uoluntas. Inferior tamen non poteſt conueniri, quia actum approbauit. Abb. de cleri. coniuga. c. Diuerſis.

Suſpectus ſi tertio monitus ſe non corrigit cum poſſit, ſuſpenditur. De purgatio. cano. c. Si quis.

Suſpendimus donec reſipiſcat non facit ſuſpenſionem a canone, nec ab homine latam, ſed a Deo prolatam a iure. Vnde ſecundum Inno. ſic ſuſpenſus celebrans non efficitur irregularis. Sed ego conſulerem quod abſtineret. Ab. de electio. & elect. poteſt. c. Quiſquis.

Suſpenſus ante abſolutionem debet iurare, quod ſtabit mandatis eccleſiæ. De ſenten. excommun. cap. Super eo. & Glo. & Abb. ubi ſuprà. c. Venerabili. Abſolui poteſt ad cautelam præſtito iuramento eum de uiribus ſententię dubitatur, nunquam tamen ſine iuramento. Abb. ubi ſuprà. c. Venerabili.

Suſpenſus ab adminiſtratione eccleſiæ in temporalibus, & ſpiritualibus ſi celebrat non eſt irregularis, quia non eſt ſuſpenſus ab ordine. Abb. de ſolutio. cap. Quorundam. Suſpenſus ut criminoſus, uel ut contrahens matrimonium de facto non eſt irregularis, ſi celebrat exiſtens in ſacris. Abb. de cleri. coniuga. c. Sane. ſecundum.

Suſpenſio non tollit facultatem agendi, ſicut excommunicatio. Abb. de ſen. exco. c. Venerabili.

Suſpenſis ſuſpenſionis tempore beneficia conferri non poſſunt. Glo. De ætate & qual. & ord. præficien. cap. Cum bonæ memorię. Qui eſt excommunicatus priuandus eſt beneficio, ſi per annum ſtat in excommu. Glo. ubi ſuprà.

Suſpenſus a beneficio an ſit ſuſpenſus ab officio, opiniones. Via tutior eſt abſtinere ab utroque, quando non poteſt ſeruari intentio iudicis, ſi tamen

non

non abſtineat non eſt irregularis, quia in ſententia non apparet de eius ſuſpenſione. Abb. de ſenten. excommun. cap. Lator. Cardi. diſtin. 32. arti. 4.

Suſpenſus a collatione beneficiorum a concilio prouinciali non poteſt abſolui ab eo, ſed tantum a papa, uel a patriarcha. Abb. de præben. cap. Graue nimis. Suſpenſo prælato a collatione beneficiorum poteſtas conferendi beneficia non ad capitulum, nec archiepiſcopum, ſed ad papam deuoluitur, niſi donatio ſpectaret ad epiſcopum, & capitulum ſimul, quia tunc poteſt capitulum conferre. Abb. de conceſſio. pręben. c. Quia diuerſitatem.

Si ſuſpenſio eſt lata propter contumaciam, ubi non reſeruatur poteſt inferior abſoluere, & eſt eadem ratio ſicut de excommunicatione. Si eſt lata propter delictum inferior papa non poteſt eam tollere, niſi in caſibus in quibus poteſt diſpenſare, quia pœna appoſita propter delictum intelligitur perpetua. Abb. de ſolutio. c. Si quorundam.

Suſpenſio propter crimen non requirit monitionem, ſed infertur ſicut alia pœna. Excommunicatio nunquam infertur in pœnam, ſed loco medicinæ. Vnde ex quo reconciliatur reo non debet amplius tenere, ſuſpenſio poteſt inferri in pœnam, & licet pœniteat, oportet tamen pœnitentiam agat de delicto. Abb. de exceſ. præla. cap. Peruenit. Quando fit propter crimen non requiritur monitio, ſecus ſi propter contumaciam. Abb. de cleri. excom. c. Si quis presbyter.

Suſpenſionum diuiſio alia maior, alia minor. Item propter delictum, uel propter defectum, & propter infamiam. Quid operetur quo ad irregularitatem. Abb. de cleri. excommun. cap. Si celebrauerit. Vide. Irregularis.

Suſpenſus donec ſatisfecerit facta ſatisfactione non eſt ſuſpenſus, ſecus ubi ſuſpenditur ſimpliciter. Glo. & Abb. de uſur. c. Cum tu. Vide. Excommunicatio ad tempus.

Suſpenſus per epiſcopum loci non poteſt abſolui per inferiorem prælatum, etiam exemptum. Abb. de priuil. c. Tua.

Suſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ ſuſpenſione facta a Deo, & per canones confirmata, ut cum dicitur. Ex parte Dei ſuſpendimus, donec abſtineas, ſi celebrat non efficitur irregularis, quia non eſt ſuſpenſus proprie a canone, ſecus ſi in canone dicatur. Suſpenſus ſit donec &c. Hæc Inno. Ego conſulerem quod abſtineret, donec reſtituatur dignitati. Abb. de elec. & elec. poteſt. c. Quiſquis. Vide. Excommunicatio minor.

Si ſuſpenditur quis a iure ad tempus non poteſt inferior relaxare ſuſpenſionem. ſi ſuſpenditur ſimpliciter ubi non reſeruatur, poteſt tolli per epiſcopum, ſicut etiam excommunicatio. Ab. de exceſ. pręla. c. Quam ſit graue.

Suſpenſus minori ſuſpenſione quæ infligitur propter participationem cum excommunicato poteſt exercere iuriſdictionalia, & eligere, ſed non poteſt habere participationem ſacramentorum, nec in prælatum eligi. Cui interdicitur ingreſſus eccleſiæ, ſi in eccleſia celebrat, eſt irregularis, non autem incurrit pœnam ſi celebrat extra eccleſiam, ſed nec priuatur poteſtate eligendi, nec exercendi iuriſdictionalia. Si ſuſpenditur a pontificalibus ſuſpenditur tantum quo ad ea quæ pertinent ad ponficalem ordinem, & nō ab aliis. Vnde puto quod exercere poteſt iuriſdictionalia ſeparata ab his quæ ordinis ſunt. Suſpenſus a beneficio non intelligitur ſuſpenſus ab officio, uel

cio, uel iuriſdictione. Vnde eligere poteſt. Suſpenſus ab officio, & beneficio ſimul eſt ſuſpenſus ſimpliciter, & hoc ſiue ab homine, ſiue a iure fiat, priuat facultate exercendi iuriſdictionem ſpiritualem, & conferendi beneficia, & eligendi ea durante, eo quod iſta fundata ſit ſuper eccleſiaſtico ordine a quo hic ſuſpenditur, & conſequenter ab omnibus ſequentibus. Suſpenſus ſimpliciter ab ordine ex quadam conſequentia eſt ſuſpenſus ab omnibus quæ fundantur ſuper ordine, ut a iuriſdictione ſpirituali, & ſimilibus. Suſpenſus ab officio cenſetur directe ſuſpenſus a iuriſdictione ſpirituali, & facultate eligendi, aut conferendi ex quadam conſequentia. Ab. de conſuetud. cap. Cum dilectus. Vide. Excommunicatio minor.

Snſpenſus ab officio eſt ſuſpenſus a iuriſdictione, quę illis competit ratione officii, licet Glo. teneat contrarium. Ab. de cleri. excom. c. Si eccleſia. Non tamen ſemper eſt ſuſpenſus a beneficio, & ſic acceſſorium non ſequitur principale. Abb. de purga. cano. c. Inter.

Suſpenſus a beneficio cenſetur ſuſpenſus ab officio. Abb. de purga. cano. c. Inter. Suſpenſus a beneficio etiam ab homine eſt ſuſpenſus etiam extra territorium iudicis, ſi iudex hoc intendit, ſi a iure ex cauſa concernente certam eccleſiam eſt ſuſpenſus ſolum reſpectu beneficiorum illius eccleſię. Si ex cauſa generali eſt ſuſpenſus reſpectu omnium. Ab. de appella. c. Paſtoralis. Si ſuſpenſio feratur pro delicto non oportet monitionem præcedere. Ab. ubi ſuprà. c. Irreprehenſibilis. Qui ſuſpenſus eſt auctoritate papæ, uel iuris an poſſit reſtitui per inferiorem. Ab. de teſtib. c. Tam litteris.

Suſpenſus ab officio, & beneficio non poteſt agere nomine proprio pro iuribus beneficii, ſi a beneficio non debet habere redditus, poteſt tamen eligere, quia eligendi ius annectitur ordini a quo non eſt ſuſpenſus, non tamen poteſt eligi in eccleſia, in qua eſt ſuſpenſus. Alia omnia ſpectantia ad officiũ poteſt exercere tẽporalia, & ſpiritualia. Suſpẽſus ab officio nec eligi, nec eligere põt, nec exercere deputata ordini. Ab. de excep. c. Apoſtolicæ.

Suſpenſus eſt quilibet ab ordine quo ad ſe pro omni mortali, non autem quo ad alios, niſi ſit notorius fornicator. Ab. de cohabita. cleri. & mulier. c. Quæſitum. Et ubi ſuprà. c. Veſtra.

Suſpenſus a iure, & ſuſpenſus ab homine in quibus differunt. Abb. de cohabita. cleri. c. Sicut ad extirpanda.

Suum in materia ubi poteſt competere uerum dominium uerificatur tantum in domino in materia in qua non datur dominium, comprehendit eum qui habet iuriſdictionem, uel aliquod ius in illa. Omnes eccleſiæ ſuffraganeorum poſſunt dici eſſe archiepiſcoporum. Et laycus poteſt dicere quod eccleſia ſit ſua ſi in ea habet ius patronatus. Abb. de pręben. c. Pro illorum.

Suorum nomine qui intelligantur opiniones. Ab. de teſtib. c. De cætero. tacens conſentire uidetur, opiniones, & quando uerum eſt. Ab. de præſump. cap. Homine. Habetur pro conſenciente etiam agitur de obligatione perſonarum quando interuenit aliquis actus poſitiuus, ideo ad profeſſionem tacitam non oportet quod habitus petatur, ſed ſufficit quod accipiatur ſine contradictione. Ab. de regulari. c. Cum uirum. In actu odioſo non præſumitur conſenſus etiam ex taciturnitate, niſi ex concurſu magni temporis. Ab. de iure patro. c. Cura paſtorali. Taciturnitas non prodeſt, ubi conſenſus expreſſus nihil operatur. Vnde exemptus ab epiſcopo citatus ſi non excipit ſibi non præiudicat, quia non poteſt iuriſdictionem prorogare, niſi conſenſu papæ, ſed nec qui conſentire non poteſt de beneficio. Ab. de pręben.

c. Dile-

c. Dilectus. ſecundum. Videtur conſentire contractui ſecundum proteſtationem alterius, licet proteſtatio ſit odioſa, & oneroſa. Ab.de conditio.apponen.c.Si conditiones.Quandoq; habetur pro conſentiēte, quandoq; pro contradicente.Glo.de conſangui.c. Super eo. Licet taciturnitas quandoq; habeatur pro contradicente, tamen ueritate inſpecta differentia eſt inter expreſſam prohibitionem, & taciturnitatem, quando habetur etiam pro conſentiente.Ab.de ſimo.c.Sicut tuis.In oneroſis tacens habetur pro contradicente, in re concupiſcibili, & honorabili habetur pro conſentiente. Abb. de procura. c.Non iniuſte.

TAlea ſi aliqui priuilegio principis eximuntur, an alii teneantur ad integram ſolutionem, uel debeat diminui ad ratam. Abb.de poſſeſſori.c. Accedentes.

Imponentes collectas, exactiones, angarias, clericis, uel piis locis puniuntur in duplo,& ſubiiciuntur imperiali banno de iure ciuili.Qui dicunt prędicta eſſe licita probare debent. Imperator poteſt in exactionibus nouam legem cōdere,& ſuper his libere diſponere, non autem inferior, niſi præſcripſerit iura imperii. Ecclesia tamen in his oneribus nō ſubiicitur legibus imperii, quia clericorum bona exempta ſunt diuino iure. Domini temporales infra imperatorem poſſunt a ſubditis ſuis taleas exigere in caſibus licitis approbatis a iure, uel cōſuetudine ſi de principio conſuetudinis non ſit memoria.

Priuilegium de prædictis non ſoluendis ſi conceditur ab inferiori pręiudicat concedenti, non uniuerſitati,ideo tenetur dimittere ciuitati tantum quantum illi concedit ex priuilegio, ſecus ſi priuilegium ſit imperatoris cum clauſula motu proprio, & legis derogatione,quia tunc nihil diminuitur de communi. Si ciuitas grauetur multum debet implorare auxilium principis. Pro modica re non debet fieri reſtitutio a prædictis. Decuriones tamen poſſunt doctoribus, & medicis hoc concedere ciuitatis. Hæc non poſſunt concedere in præiudicium domini,ſed in ſui præiudiciū,immo ſubditis non poſſunt,ſed uenientibus tantum ad habitandum de nouo. Vbi ciuitas non habet iura principis non poteſt imponere collectas pro utilitate publica, ſed pro neceſſitate poteſt. Idem dic de prouincia, quæ ob nimiam paupertatem poteſt officium ſuper exactione deputatus remiſſionem facere. Immunitas ſub generalitate contra nullum excuſet ab oneribus patrimonialibus ſupportandis. Vt excuſet oportet fiat mentio de oneribus prædictis, & de oneribus realibus, & perſonalibus ordinariis, & extraordinariis. Si quis efficitur ciuis ut non ſubiiciatur oneribus debet manuteneri in ſuo priuilegio. Habens tamen priuilegium ſoluendo renunciat. Abb. de immunita. eccle. cap.Peruenit. Sententię latæ a collectoribus ſunt ipſo iure nullæ, & nunquam conualeſcunt,& rectores excommunicati,etiam depoſito officio, & ſucceſſor, niſi ſatisfaciant infra menſem. Vbi ſuprà. c.Aduerſus .Clerici non tenentur contribuere neceſſitatibus communibus eis & laycis, & eccleſia contra eos grauantes in prędictis iuriſdictionem exercet, quia ſacrilegium eſt, nec poſſunt clerici ſoluere ſponte inconſulto papa. Collectorum & ſtatuentium ſententiæ ſunt nullæ ipſo iure ante & poſt excommunicationem,licet tollerentur in officiis publicis. Ab. ubi ſuprà.c. Aduerſus. Vide. Excommunicatus prætextu officij.

Tamquam quandoque denotat ueritatem non ſimilitudinem,uel improprietatem,& hoc quando uerba ex ſubiecta materia hoc patiuntur, ſi ſtatutum di-

cit pro ſcolari ut ciuis debeat tractari uidetur ex hoc creatus ciuis, ex quo actus dependet ex mera uoluntate diſponentis. Ab. de ſponſ. c. Ex parte.

Theatrum dicitur locus aptus ad ſpeculandum. Abb. de ui. & honeſta. cle. c. Cum decore.

Tempus quando factum diuerſificatur ex decurſu temporis, ſi quis promittat illud puta pro anno, & impeditur, non tenetur ad illud pro ſequenti anno, ut in officiis ſcholarium & doctorum legentium, ſecus ubi factum quod quis promiſit non uariatur ex tempore. In primo caſu ſi deficiat, tenetur tantum ad intereſſe, in ſecundo ad promiſſum. Abb. de iudi. cap. Significauerunt.

Tempus aſſignatum pro dilatione eſt regulariter continuum. Vnde non obſtant magnæ ſolennitates, uel alia impedimenta. Ab. de teſtib. c. Vltra. Tempore etiam pręſcriptionum omnia ſunt continua regulariter, & currunt de momento ad momentum, niſi aliud in iure caueatur. Abb. de appella. c. Super eo.

Tempus ætati proximum dicitur quod diſtat per ſex menſes tantum. Glo. & Abb. de deſponſa. impuber. c. Continebatur. Vide. Atteſtationes.

Tempus acceſſus reſidentiæ & reuerſionis pro aliquo negocio eſt priuilegiatum pariter, ideo ſi datur alicui ſaluus conductus ueniendi intelligitur quod ibi poſſit morari tute, & recedere, quia fruſtra eſſet primum ſine reliquis. Qui uult conſequens uult & antecedens. Abb. de conceſ. pręb. c. Quia diuerſitatem.

Tempus præfixum in odium negligentium non currit impedito impedimento iuris ſuſpenſo, nec impedimento facti, puta propter abſentiam. Si non in odium negligentię, ſed in fauorem alterius huic tempus ſemper currit etiam ignoranti, ideo ſi quis non exequitur teſtamentum infra annum, quia non poteſt, deuoluitur tamen poteſtas ad epiſcopum, quia in fauorem defuncti inducitur. Abb. de conceſſio. præben. cap. Quia diuerſitatem.

Dies ubi præfigitur ad aliquid faciendum, non eſt opus interpellatione ad contrahendum moram, ſed lapſus termini conſtituit illum in mora, quia dies ſtatuta interpellat pro homine. Abb. de loca. c. Potuit.

Tempora diuerſa ubi iura pręfigunt ad explicandum aliquem actum uidetur arbitrarium, quod tempus obſeruatur. Abb. de regular. cap. Ad Apoſtolicam.

Theologiæ ſtudium debet eſſe magis priuilegiatum quam iuris ciuilis. Credo poſſit attentari quod ſtudium iuris canonici non excluditur ab hoc fauore, quia eius ſcientia eſt pars diuinæ ſcientiæ. Abb. ne cleri. uel monach. c. Super ſpecula. Vna auctoritas ſcripturæ tota debet deferri ad idem. De baptiſ. & Glo. ubi ſuprà.

Theologi peccant dicentes homines non teneri ad decimas. In diuinæ legis interpretatione ſtandum eſt magis determinationi papæ, quam theologorum, etiam ſi theologi ſint ſancti. Iuuatur etiam authoritate iuris diuini, cui etiam potius eſt ſtandum, quam conſtitutioni pontificis. Hęc magis pertinent ad determinationem concilii, quam priuatarum perſonarum. Ab. de deci. c. Tua. Et ubi ſuprà. c. In aliquibus.

Theologiæ magiſter debet eſſe in qualibet eccleſia metropolitana, & in ea debet habere præbendam ut doceat. De magiſtr. capitu. Quia nonnullis.

Prælati & capitula ad ſtudium theologiæ ſcholares dociles mittere tenentur, qui in abſentia redditus prębendarum, & beneficiorum ſuorum per quinquennium integraliter percipient. Et ſi proprij redditus eis ad ſtudendum non ſufficiunt debet prælatus cum capitulo prouidere eis. Magiſter donec docuerit integre percipiet fructus beneficiorum ſuorum. De magiſtr. c. Super ſpecula. Reliqua. Vide. Scholares.

Terminus a die, A, excludit diem cui additur. Vide in reſcriptis. Tempus præſcriptum.

Terminus ad aliquod faciendum ſi ſtatutus eſt a lege, uel ſtatuto, eo elapſo non debet quis audiri, niſi probato iuſto impedimento. Si a iudice qui omnibus impoſuit ſilentium non debet quis audiri re integra, niſi per appellationem. Si non eſt lata ſententia, ſed iudex præfixit terminum ſi res eſt integra, & non fecit præparamenta, quæ non poſſit relinquere ſine damno ſuo debet audiri, ſecus ſi fecit, quia ex dilatione poteſt multum damnificari. Vbi ius mandat præfigi terminum, & fieri ædictum ad præfixionem termini, non requiritur cognitio cauſæ, ſed requiritur ubi ædictum ſit contra regulas iuris. Alias pars releuabitur per medium appellationis, ideo non poteſt poſt agere niſi appellet ſecus. ſi præfigit terminum extraiudicium, quia debet admitti. Grauamina impoſita extraiudicium non tranſeunt in rem iudicatam. Abb. Qui matrimo. accuſa. poſſunt. c. Cum in tua.

Tranſuerſari eſt in totum recedere ſine licentia iudicis ab accuſatione. Iſti puniuntur in quinque libris auri. Abb. in rubr. de calumnia.

Terræ nomine comprehenditur regnum, ciuitas, caſtrum, uilla. Abb. de uerbo. ſignifi. c. Cum in partibus.

Teſtator ſi amicum ſuum facit executorem, & epiſcopo conſanguineo ſuo aliquid relinquit, intelliguntur iſta conuenire perſonis, quibus iſta committi, & legari ſolent, non autem dignitatibus, etiam ſi tantum exprimantur per nomina appellatiua, quę conueniunt dignitatibus, ſecus ſi non habet amicitiam neque conſanguinitatem cum eis. Abb de off. & poteſt. iud. delega. c. Quoniam Abbas.

Teſtari non poteſt Abbatiſſa, etiam ſi nunquam induit habitum monachalem. De teſtam. c. Quia ingredientibus.

Teſtari non poteſt incarceratus. Abb. de procura. c. Accedens. Vide. Libertati quando quis tenetur.

Teſtari non poteſt canonicus de acquiſitis intuitu prębendę, ſed omnia cedunt capitulo. Abb. de teſtam. c. Relatum.

Teſtari non poteſt clericus de acquiſitis per eccleſiam, poteſt tamen in egritudine conſtitutus moderatam eleemoſinam facere. De teſtamen. c. Ad hoc. Non tamen immoderatam poteſt dare, nec immobilia, nec precioſa donare, & ſic licet inter uiuos, quod non licet in cauſa mortis. Abb. ubi ſuprà. c. Clericus. Teſtari non poteſt de bonis per eccleſiam acquiſitis. Vbi ſuprà. c. Cum in officiis. De acquiſitis per eccleſiam ex titulo eccleſiæ non poſſunt clerici teſtari, nec de acquiſitis ex facultatibus eccleſię. Fallit, ſi prælatus eccleſiæ tantundem contulit de ſuis eccleſię quantum reliquit de bonis eccleſię. ſecundo ubi eſt conſuetudo, & hoc quo ad mobilia tantum, & quæ modici ualoris ſunt, in aliis non ualet conſuetudo. Valet tamen conſuetudo quod canonici poſſint teſtari de redditibus percipiendis anno ſequenti poſt mortem, quia potius præiudicant ca-

nonico ſucceſſori, quam eccleſię tertio, in infirmitate poſſunt eleemoſinam facere. quarto fallit quando clericus uult remunerare ſeruitia facta. Canonicum credo non poſſe teſtari de redditibus receptis uſque ad mortem, licet plures teneant contrarium. De acquiſitis ratione officii, uel ſeruitutis puta quia fuit capellanus principis, uel pro quarta ubi non relinquitur contemplatione eccleſiæ, de acquiſitis titulo perſonæ ut ex ſucceſſione agnatorum, uel donatione amicorum poteſt teſtari, ſimiliter etiam de acquiſitis pro miſſis dicendis, & ſimilibus, nec de hoc debetur quarta epiſcopo. Vbi non relinquitur contemplatione eccleſiæ, & quæ ex induſtria lucrantur ſibi non eccleſiæ, licet uxor lucretur marito. Iſta etiam tenent in epiſcopo. De acquiſitis nomine dignitatis clericalis teſtari poſſunt. Abb. de teſtamen. c. Cum in officiis. Teſtari poſſunt de acquiſitis intuitu perſonæ, & de propriis, non autem de acquiſitis intuitu eccleſię. De teſtamen. c. Quia nos. Teſtari poſſunt de omnibus aduentitiis, etiam ſi clericus ſit in poteſtate patris, nec acquiritur uſusfructus parentibus, ſed quę in laycis ſunt aduentitia in clericis ſunt caſtrenſia, uel quaſi caſtrenſia. Abb. ubi ſuprà. cap. Quia nos. Teſtari poteſt clericus de propriis. In acquiſitis per eccleſiam, etiam ſi ſint mobilia, ſuccedit communis congregatio, uel ſucceſſor in beneficio. Poſſunt tamen aliqua pauperibus & ſeruitoribus dare. Si defunctus habet plura beneficia, fiet diuiſio bonorum ęqua. De teſtamen. cap. Relatum ſecundum. Acquiſita per canonicum intuitu eccleſię non cedunt ſucceſſori, ſed capitulo. Vbi beneficium eſt omnino ſeparatum, cedunt ſucceſſori, ut ea diſpenſet, ſicut alia bona eccleſiæ. Quando bona ſunt diuiſa inter archidiaconum, & capitulum, quod aſſignauit partes, bona acquiſita per archidiaconum cedunt capitulo, ſicut dictum eſt de canonicis, ſecus ubi ſunt ſeparata. Abb. ubi ſuprà. Clerici non ſolum prohibentur teſtari ſed etiam donare, quia eadem ratio eſt utrobique, uidelicet utriuſque effectus refertur in tempus quo poſt mortem clericus non eſt amplius rector eccleſiæ, ſed uiuens donare poteſt aliquà intuitu eleemoſinæ. Abb. de teſt. c. Ioannes.

Teſtari poteſt epiſcopus de patrimonio ſuo. De rebus eccleſiæ, uel intuitu eccleſiæ acquiſitis non poteſt. De teſtam. c. Quorundam. Epiſcopus inſtituens hæredem hæreticum, uel paganum, etiam poſt mortem denunciatur excommunicatus. De hæreti. c. Si quis. Ex hoc præſumitur hæreticus, nec debet relinquere hæreticis uel paganis, poteſt tamen inſtituere extraneum catholicum hæredem. Abb. ubi ſuprà.

Teſtari poteſt qui eſt annorum quattuordecim, & eligere ſepulturam. Abb. de reſtitutio. ſpolia. c. Ex parte. Quilibet pubes teſtari poteſt tempore mortis, & diſponere de rebus ſuis ſine ſolennitate. Similiter qui ingreditur religionem. Ab. de proba. c. In pręſentia. Teſtari poteſt quis ultima die. 14. anni, & non prius, etiam ſi ſit diſcretus. Abb. de deſponſatio. impuber. c. Tua nobis.

Teſtari non poteſt furioſus, nec mente captus, niſi habeat lucida interualla. Secundo ſurdus & mutus a natiuitate, ſecus ſi ex accidenti, & ſciat ſcribere. Tertio qui actualiter loqui non poteſt, & nomen hæredis exprimere, & neſcit ſcribere. Quarto maſculus niſi ſit in quartodecimo anno, & fœmina in duodecimo. Quinto filiusfamilias, niſi de caſtrenſi, uel quaſi caſtrenſi. Sexto prodigus, cui interdicta ſunt bona a iudice.

Septi-

Septimo damnatus ad mortem naturalem, uel ciuilem, etiam ſi effugiat manus iudicis, non autem ſi damnatus ſit ad abſciſionem manus, & huiuſmodi. Octauo non poteſt teſtari damnatus carceri perpetuo. Nono uſurarius publicus, niſi præſtita cautione. Decimo excommunicatus ſecundum Glo. ſed communiter tenetur oppoſitum. Vndecimo ſeruus. Duodecimo religioſus profeſſus tria uota. Heremita poteſt teſtari, ſicut & habere proprium. Tertiodecimo hæreticus, quia nihil habet. Quartodecimo dubius de ſtatu ſuo, an ſit in eo ſtatu, in quo poteſt teſtari. Quintodecimo obſides pro captiuis populi Romani, uel etiam ſi obſides eſſent apud infideles, uel econtra. Decimoſexto damnatus ob crimen famoſum, cum ob iniuriam alterius fecit libellum, & de eo fuit damnatus, talis eſt infamis. Infamis tamen poteſt teſtari, niſi ſit ex alia cauſa prohibitus. Decimoſeptimo reus in crimine leſę maieſtatis. Decimooctauo qui captus eſt ab hoſtibus. Decimonono carens utroque lumine, niſi ſeruetur quod continetur in l. Iubemus. Alii qui non poſſunt teſtari, ad hos caſus reducuntur. Abb. in rubri. de teſtam.

Teſtator præſupponitur ſanæ mentis, & neganti onus probandi incumbit. Abb. de ſucceſ. ab inteſta. c. Cum dilectus.

Teſtari poteſt pater pro filio impubere, pro mente capto, pro furioſo, pro prodigo, pro ſurdo, & muto. Abb. de teſtam. c. Raynutius.

Teſtari prohibitus ſecundum iura non poteſt diſponere ad pias cauſas. Surdus & mutus poſſunt, ſi ſignis exprimere poſſunt uoluntatem ſuam. In his ſufficit facultas iuris gentium. Vnde ad pias cauſas ualet teſtamentum nutibus factum. Excommunicatus, & qui moritur in mortali poſſunt diſponere ad pias cauſas, & eorum legatum gaudet iſto priuilegio, niſi ſit ſpecialis prohibitio. Dubius de ſtatu ſuo credo poſſit diſponere. Non poteſt diſponere ad pias cauſas furioſus, impubes, nec filiusfamilias, niſi de caſtrenſi, uel quaſi caſtrenſi, & de aduentitio, ſi habet uſum pœnes ſe, nec prodigus, nec uſurarius publicus, nec damnatus ad mortem naturalem uel ciuilem, nec ſeruus, nec religioſus, nec hæreticus, nec qui eſt in crimine leſę maieſtatis. Tales non poſſunt diſponere ad pias cauſas, quia non habent bona. Abb. in rubri. de teſtam.

Si teſtator uolens relinquere eccleſiæ relinquit ſacerdoti quærenti hoc fraude, tenetur ſacerdos hæc reſtituere. Si blando ſermone inducitur ſine fraude, non tenetur. Abb. de peculi. cleri. c. Presbyter.

Teſtator relinqnens aliquid ad reſtituendum non poteſt ex hoc poſt compelli ad reſtituendum. Abb. de ſucceſ. ab inteſta. c. Cum dilectus. Vide. Teſtamenta ad pias cauſas.

Inteſtatus non dicitur niſi qui poteſt teſtari, & nullum, uel non iure fecit teſtamentum, ideo impubes non moritur inteſtatus. Abb. in rubri. de ſucceſ. ab inteſta.

In teſtamento debet apponi clauſula, ſi non ualet &c. Valeat iure codicilli, non quia tunc ſuſtentetur teſtamentum, ſed quia ualent legata, quæ alias non ualerent. Legata tamen ad pias cauſas ſine iſta clauſula ualent, ubi non ualet teſtamentum, quia ad eorum legalitatem ſufficit ſolennitas iuris gentium. Abb. de teſtam. c. Raynaldus.

Teſtamentum clerici, ingredientis religionem, Militis non infirmatur ex prætetitione filiorum, uel parentum, licet debita portio debeatur ſecundum quod iura diſponunt. Abb. de teſtam. c. Quia nos.

Teſtamentum tenet, ſi quis diſpoſitionem ſuæ uoluntatis extremæ alteri committat. De teſtamen. cap. Cum tibi. Si quod committitur perſonæ committitur pauperibus diſtribuendum, ille ſolo nomine eſt hæres. Teſtamentum metu ſecundum aliquos ualet, ſed ad pias cauſas ualet ſimpliciter. In aliis poteſt dubitari. Si tamen conſtet de uoluntate teſtatoris per urgentia ſigna de benignitate canonica ualet teſtamentum. Ab. ubi ſuprà. Non poteſt conferri in uoluntatem alterius, quia teſtamentum dependet ex gratia, quia confertur in tempus in quo teſtator non eſt dominus. Vnde ſatis eſt quod ſibi committatur libera facultas teſtandi. Ab. de conditio. apponen. c. Super eo.

In teſtamento conditio appoſita, qua ſeruata mutatur generalis conſtitutio canonis non ualet. Abb. de teſtamen. c. Requiſiſti.

Teſtamentum factum ſecundum conſuetudinem alicuius patriȩ puta cum tribus teſtibus tantum ualet quo ad bona ſita in alia patria. Abb. de cleri. coniuga. cap. Cum olim. Vide. Conſuetudo ubi agitur de habilitate perſonæ.

In teſtamento ſi mandatur eccleſia conſtrui, & non dicitur per quem, hȩres exequitur. Si legatum concernit utilitatem certȩ perſonæ, & non eſt qui poſſit petere in iudicio, poteſt iudex ex officio compellere debentem exequi, ſicut delegatis minoribus. Si relictum non poteſt ad uſum deſtinatum deputari debet commutari in aliam piam cauſam, ſimiliter ſi pecunia relicta non ſufficit ad opus faciendum. Hæc conuerſio in piam cauſam habet fieri per exequutores, & epiſcopum. Ab. de teſtam. cap. Nos quidem.

Eccleſiæ conſtruendȩ relicta debent dari ſine aliqua diminutione, & fructus medii temporis debent aſſignari. Si reliquit prȩdia ad certum diem, debentur prædia cum fructibus medii temporis, ſi dies appoſita eſt in fauorem legatarii. Si mandat eccleſia conſtrui non expreſſo loco certo, uel non poteſt conſtrui in deſtinato loco, non uitiatur legatum, ſed ædificabitur, ut uidebitur epiſcopo, & executori. Relicta eccleſiæ, ſi illa non eſt in territorio, erunt eccleſiæ cathedralis. Relictum ad pias cauſas deputabitur ad alium uſum de conſenſu epiſcopi, & hæredis, ſi non poteſt impleri. Si certæ perſonȩ non habito reſpectu ad pias cauſas deficiente perſona expirat legatum, & remanet apud grauatum. Si dubitatur, prȩſumendum eſt fauore religionis, & animæ quod proſpexerit ad piam cauſam. Ab. de teſtamen. c. Nos quidem.

Si patronus mandauit eccleſiam conſtrui, & reſeruauit temporale aliquod filiis exſoluendum, niſi epiſcopus illud reſeruet patrono per ſtatutum ſuum non poſſunt filii exigere illam penſionem. Abb. de iure patro. c. Præterea. ſecundum.

Si teſtator legauit bona perſonȩ, quia credebat illum eſſe filium eius, uel aliis errore, uel etiam donauerit, illa bona reuocantur, & pertinent ad proximos ſucceſſores eius. Abb. de procurato. c. Cauſam.

Teſtamentum exequitur epiſcopus propter negligentiam hæredis. ſi teſtator defunctus eſt, & ſi infra annum a die monitionis non fit executio teſtamenti per debentem exequi, ad epiſcopum deuoluitur executio. Abb. de teſtamen. cap. Nos quidem. Annus præfixus a die monitionis currit, & non a morte teſtatoris. Hodie propter ſtatuta epiſcoporum incipit a die mortis. Vbi non prouidetur de executore quo ad relicta pauperibus,

uel

uel redimendis captiuis, debet epiſcopus exequi. Iudex etiam ſecularis poteſt officium ſuum impendere, ut legata ad pias cauſas executioni mandentur. Epiſcopus ſupplet negligentiam executoris, etiam non ad pias cauſas. Hęredis negligentiam ratione operis incohati, & ad hoc ſufficit annus etiam operis complendi, & eſt conſideranda operis qualitas. Si teſtator mandauit aliquid fieri in certo tempore computando a die mortis, debet intelligi a die ſcientiæ & hereditatis additę. ſi non prouidit de tempore in relictis non ad pias cauſas, datur annus, & currit a die monitionis fiendę per iudicem. Relicta ad pias cauſas, debet ſoluere infra ſex menſes, & currit tempus a die inſinuationis teſtamenti, ſed reſpectu executionis deuoluendæ ſi præcedit duplex admonitio, & non expectatur annus. Statuta epiſcoporum limita infra annum a die mortis & hæreditatis additæ. Si reliquit centum pauperibus declaranda per Suffronium, anno elapſo non habet epiſcopus declarare, ſed exequi. Abb. ubi ſuprà. cap. Nos quidem.

Teſtamenti executio ubi hęres eſt negligens etiam ad pias cauſas ad utrunque iudicem ſpectat, & locus eſt præuentioni. Abb. ubi ſuprà. Et ubi ſuprà. c. Si hæredes.

Teſtamenti executor poteſt eſſe religioſus, niſi ſit de ordine minorum. Poteſt etiam eſſe clericus laycus, & mulier. Abb. de teſtam. c. Tua nobis. Et ubi ſuprà. c. Ioannes.

Teſtamenti executor non poteſt commutare uſum deſtinatum per teſtatorem, nec etiam de conſenſu epiſcopi poteſt mutare in meliorem uſum, ex quo poteſt deputari ad uſum deſtinatum, & iura ſolam auctoritatem principis excipiunt. Abb. de teſtam. c. Tua nobis.

Qui executoris ſuſcipit officium exequi compellitur. De teſtamen. cap. Ioannes. Executoris officium ſibi delatum in teſtamento nemo compellitur acceptare, etiam ad pias cauſas, uidetur tamen acceptare officium exequendo aliquid de ſpectantibus ad illud officium. ſecundo ſi erat præſens quando conficiebatur teſtamentum, & tacuit. tertio ſi ſcienter recepit litteras in quibus officium conferebatur. quarto ſi ipſe ſcripſit litteras ut teſtator ipſum ad hoc deputaret officium. Quo ad legata ad pias cauſas uidetur quod epiſcopus poſſit compellere, & ſi non ut teſtamentarium executorem, ſaltem ut delegatum, & commiſſarium. Cum epiſcopus poſſit exequi, poteſt etiam executionem demandare, & compellere ad ſuſcipiendum delegationem. Abb. de teſtam. c. Ioannes.

Executor merus non habet actionem contra hæredem, ſed poteſt implorare officium iudicis contra hæredem. Executor uniuerſalis poteſt uendere bona hæreditatis pro executione ultimæ uoluntatis, puta ſi omnia ſint diſtribuenda pauperibus. Executor partialis non poteſt, niſi teſtator ſibi conceſſerit. Abb. ubi ſuprà. c. Ioannes.

Teſtamentum in quo præteritur filius, non reuocatur in totum. Ab. de teſt. c. Raynutius.

In teſtamento oportet inſtituatur hæres, & ſufficit inſtituatur in certa re, qui deficiente cohærede ſuccedit in omnibus, niſi hoc fraude ſit factum. Abbas de teſtamen. cap. Quia ingredientibus. Quando inſtituuntur plures. Abb. de teſtamen. cap. Raynaldus. Vide. Hæredes, ſi inſtituantur pater & filius. Inſtitui poteſt hæres qui nondum eſt, & ſimiliter poteſt eis legari. Abb. de eccle. ædificatio. cap. Ad audien-

audientiam. ſecundum. Vide. Priuilegium rei quæ nondum eſt.

Rogatus hæreditatem reſtituere an poſſit hæreditatem alienare. Ab. de proba. c. In pœnitentia.

Legatarius licet poſſit agere contra hæredem qui adiit hæreditatem, non amen contra eum qui non adiit. Si duo ſunt hæredes, & unus adiit hæreditatem, alter non poteſt legatarius agere contra eum qui adiit pro parte contingente, & compellere, & non tenetur expectare quod omnes adeant hęreditatem. Abb. de teſtam. c. Raynaldus.

Legatum non ſortitur per omnia naturam donationis, cum in eo non ſit interpretatio pleniſſima, ſicut in donationibus. Abb. de dona. cap. Cum dilectus.

Si legat quis omne argentum ſuum uel omnes ueſtes ſuas intelligitur de ſuis tempore conditi teſtamenti, non de his quę poſt teſtamentum conditum. Abb. de priuileg. c. Cum capella.

Qui legat rem alienam ſi in ea habet aliquod ius puta partem, uel eſt pignus, legat ius quod habet in ea, ſi eſt omnino res aliena, & eſt hæredis debetur res, & non extimatio, ſi alterius, & ſcit, debetur illa res, uel extimatio, ſi tamen eſt res cuius commertium poteſt haberi, alias legatum eſt inutile, ſi legat ignoranter etiam extraneo non ualet legatum. Si coniunctæ perſonæ cui alias relicturus erat, etiam ſi ſciuiſſet alienam, debetur extimatio. Quando quis errat generaliter, procedunt prædicta, ſed ſi errat ex cauſa ſpecifica, quia celebrat rem eſſe ſuam ex emptione a pupillo, quæ tamen non ualebat ex toto uitiatur legatum factum etiam coniunctæ perſonæ. Iſta tamen non ſunt obſeruanda in iure canonico. Abb. de teſtamen. c. Filius noſter. Qui legat rem non ſuam, ſed unius eccleſiæ ad aliam eccleſiam, tunc non debetur legatum. Vbi ſupra. Secundum ius ciuile extimatio rei debetur, non autem de iure canonico cuius capituli diſpoſitio aſtringit omnes, quos aſtringit ius canonicum. Abb. ubi ſuprà. c. Filius noſter.

Legatum factum habenti beneficium præſumitur legatum intuito perſonę, ſecus ſi ſit rector eccleſiæ. Abb. de pecul. cleri. c. Inueſtigandum. & melius. Vbi ſuprà. c. Si quis. Si legatur canonicis non legatur eccleſiæ, quia canonici non repreſentant totam eccleſiam, cum ſint etiam alii. Abb. de teſtam. c. Requiſiſti.

Quando legatur eccleſiæ calix debet intelligi de argento, ſi planeta, intelligitur de ſerico. In legatis ad pias cauſas ciuiliter factis intelligitur quod eſt melius, & id debetur fauore piæ cauſæ. Abb. de teſtamen. cap. Indicante.

Qui legat ciphum argenteum, ubi ſunt plures, ſi eſt in patrimonio, optio eſt legatarii, ſi non, optio eſt hęredis, ſi unum de ſeruis meis hęres habet declarare uoluntatem defuncti. Abb. de teſtam. c. Iudicante.

Legatum non ualet ſi in teſtamento exprimitur cauſa, quę ſi eſſet falſa, teſtator nullomodo legaſſet. Abb. de conſangui. c. Quia circa.

Si legatur collegio res, quam tenere non poteſt, ualet legatum, quia commutari poteſt res illa, uel uendi. Si non poteſt commutari, uel non eſt, qui emat, debet ex ea facere eleemoſinam, uel abiicere, ex quo non poteſt illam tenere ſecundum regulam. Abb. de ſta. monacho. cap. Recolendam.

Legatum factum debitori, cui teſtator tenetur neceſſitate iuris, uidetur lega-

tum

tum animo compenſandi, niſi ſit expreſſum. Vbi debitor eſt uoluntarius, non. Abb. de teſtam. c. Officii.

Legata domo uenit etiam hortus ſi illi adhæreat, alias non, niſi exprimat. Ab. de reſtam. c. Raynaldus.

Eccleſia communicat legatum ſibi factum epiſcopo, ſed epiſcopus non communicat legata inferioribus eccleſiis, ſed eccleſiæ cathedrali propter maiorem unionem. An ſit factum perſonæ uel dignitati attendendæ ſunt coniecturæ, non autem nomen proprium, uel appellatiuum. Non legari poteſt eccleſiæ ſic ut epiſcopus nihil habeat, & quando præſumitur factum intuitu perſonæ, uel eccleſię. Cum bona acquiruntur eccleſiæ, non poteſt epiſcopus excludi, quia excluderetur ab adminiſtratione, uel ab alimentis ſibi debitis. Iure publico quod ius priuata diſpoſitio mutare non poteſt, nec poteſt relinquere quod ſit beneficium cuius collatio non pertinebit ad epiſcopum, quia non habet immutare canones. Epiſcopo debetur de relictis eccleſię cathedrali quarta pars. Abb. de teſtamen. cap. Requiſiſti. Decime relictæ pro miſſis dicendis ſi intuitu eccleſiæ dimittuntur puta quia parrochianus, portio debetur epiſcopo, ſi intuitu perſonæ, nihil debetur epiſcopo. Abb. de reſtam. c. Cum in officiis.

Legatario debetur legatum etiam nudis uerbis a teſtatore relictum. De teſtamen. c. Iudicante. Satis eſt legatum poſſe probari per teſtes, etiam ſi non ſit ad pias cauſas, quia utroque modo tenet. Abb. ubi ſuprà.

Legatum factum eccleſiæ de certa re quolibet anno, non durat perpetuo, ſed ad tempus determinatum, uidelicet per annos. 100. Alii tenent contrarium. Abb. de teſtamen. cap. De his. Legatum pro fabrica, pro ornamentis eccleſiæ. Abb. ubi ſuprà. Vide. Eccleſiæ fabricę quarta.

Legatum factum epiſcopo contemplatione perſonę non diuiditur cum eccleſia cathedrali, ſecus ſi contemplatione eccleſię, cui nihil relinquit priuatim, uel ſeparatim. Si ſoli eccleſiæ eſt legatum epiſcopus habet portionem ſuam, pręſumitur legatum contemplatione eccleſiæ quando fit ab extraneo, & ab habente adminiſtrationem, ſecus ſi fiat a non habente adminiſtrationem. Cum eccleſiis inferioribus epiſcopus non diuidit ſibi legatum, cum quibus non habet tantam unionem quantam cum cathedrali. Abb. de teſtam. c. Requiſiſti. Legatum factum epiſcopo ab extraneo cenſetur factum intuitu & contemplatione eccleſiæ. Abb. ubi ſuprà. Et de his quæ fiunt a præla. c. Poſtulaſti.

In teſtamentis legatum generale ſi præcedit ſpeciale, obtinet, qui habet ſpeciale, utrunque. Si dicit lego cuilibet cappam, & priori bibliam, prior habet utrunque, ſecus ſi ſpeciale præcedit. Abb. de ſen. & re iudica. c. Cum olim.

Si legatur res, quæ longe eſt, debet adduci expenſis hæredis. ſi prope, debetur ubi eſt. Abb. de teſtam. c. Iudicante.

Legari poteſt aliquid per nuncium. Abb. de ſponſa. cap. Tuæ fraternitati.

Legans diſtribui pro male ablatis, & poſt mortem non reperiuntur male ablata in tanta ſumma, ſi prohibuit in alium caſum dictam quantitatem expendi, quod ſupereſt, cedit heredi. Si ſimpliciter diſpoſuit, uidelicet diſtribui inter pauperes, ut legatum in pium uſum conuertitur in alium uſum. ſi non poteſt ad uſum deſtinatum deputari, ex quo teſtator expreſſit certam quantitatem, credendum eſt illam debere, licet non appareant debentes accipere. Abb. de teſtam. c. Tua nos.

Legari

Legari poteſt res litigioſa, & tunc hæres debet ad iudicium finem deducere, & ſi uicerit rem tradit, alias liberatur. Abb. ut lite penden. cap. Eccleſia.

Legatum ad pias cauſas dicitur omne relictum pro anima ſua, etiam ſi relinquat conſanguineo pauperi. Vnde ex eo non poteſt ſubtrahi falcidia. Ab. in rubr. de teſtamen. Omnia quę pro anima relinquuntur dicuntur relinqui ad pias cauſas, & gaudent eodem priuilegio quo relicta eccleſiæ propter idemptitatem rationis, quia eccleſia priuilegiatur contemplatione cauſę. Vnde pia loca poſſunt petere reſtitutionem in integrum. Abb. ubi ſuprà. cap. Relatum. Legatum factum eccleſiæ, uel pio loco, uel habenti adminiſtrationem eccleſię in dubio præſumitur factum contemplatione & intuitu animæ, & ſic relinquitur ad pias cauſas. Abb. ubi ſuprà. c. Requiſiſti.

Legatum ad pias cauſas non adita hæreditate debetur, maxime ſi hæres renunciat, uel repudiat hæreditatem, quia non ſubiacet ſolennitatibus iuris. Abb. de teſtamen. c. Relatum. Valent legata ad pias cauſas, etiam ſi teſtamentum non ualeat. Abb. ubi ſuprà. cap. Raynaldus. Diſtribuuntur hæc legata per eum quem teſtator ad hæc deputauit, ſi in teſtitutione eſt dubium de male ablatis. Abb. ubi ſuprà. c. Tua nos.

Si legantur centum pro dote nubendæ mulieris quæ moritur, ſi legauit pro anima dabuntur alteri, ſi ratione perſonæ puta quia ei ſeruiuit, expirat legatum, & erit apud grauatum. Abb. de teſtam. c. Nos quidem. Si reliquit mulieri ducentum, ſi non nupſerit, centum, ſi nupſerit, habebit ducentum. Ab. de proba. c. In pręſentia.

Legatum ad pias cauſas præſcribitur ſpacio annorum. 40. ſiue ſit ad pauperes, ſiue ſit ad eccleſiam. Abb. de pręſcrip. c. De quarta.

Legatum poteſt fieri monaſterio conſtruendo, & perſonæ incertę, dum tamen ex euentu poſſit certificari. Abb. de teſtamen. c. Nos quidem. Si legatur monaſterio exiſtenti in territorio, dabitur illi, ſi non eſt in territorio, dabitur eccleſię cathedrali. Si reliquit eccleſię Sancti Petri, & in ciuitate ſunt plures eccleſiæ. S. Petri, dabitur pauperiori ſecundum Glo. ſed melius eſt ut detur cathedrali. Si monaſteria ſunt æqualia, dabitur epiſcopo diſpenſandum. ſi legati eccleſiæ more ruſticorum dabitur parrochię ſuę. Ab. de teſtam. c. Iudicante.

Si legatur aliquid religioſo cum hoc quod nihil acquiratur monaſterio, intelligi debet quod nihil acquiratur monaſterio quo ad utilitatem, non autem reſpectu iuris, & eſt ſenſus quod monaſterium permittat illum habere adminiſtrationem, puta ut in pios uſus diſpenſet, & tunc poteſt indirecte monaſterium ſubleuare aliquo onere. Non tamen debet intelligi ut illa bona adminiſtret ut propria, quia nec papa hoc poteſt concedere. Ab. de ſta. monacho. c. Monachi.

Si legatur uſusfructus domus, & eorum quæ ſunt in domo non ueniunt quæ ſunt in domo cauſa mercis, quia non uidentur eſſe in domo, ex quo non ſunt ibi permanſura. Ab. de foro compe. c. Licet.

Ex teſtamento minus ſolenni an oriatur obligatio naturalis, opiniones. Ab. de immunita. eccle. c. Quia plerique.

Teſtamentum factum a parrochiano coram presbytero parrochiali, & duobus teſtibus ualet, non obſtante contraria conſuetudine. De teſtamen. c. Cum eſſes. De iure canonico non oportet quod teſtes ſubſcribant ſe,

nec

nec quod ſint rogati, nec quod ſint maſculi, licet ius ciuile aliter diſponat. Licet poſſit dici quod papa non derogat iuri ciuili niſi quo ad numerum teſtium, & licet ſint opiniones famoſæ in contrarium, mihi ſemper placuit quod hoc capitulum deroget iuri ciuili, etiam quo ad forum ſeculare. Non ſufficiunt duo teſtes niſi adſit præſentia presbyteri, uel alii duo loco presbyteri, nec requiritur quod teſtes ſint rogati, nec quod omnes ſint maſculi, quia innititur iuri diuino, & dictis ſanctorum patrum, & hoc generaliter in legatis etiam non ad pias cauſas tenet, licet opiniones ſint in contrarium. Abb. ubi ſuprà.

In teſtamento pœna appoſita a teſtatore non concernit, niſi bona quæ ueniunt ex teſtamento ipſius, non autem extenditur ad bona quæ ſubſunt reſtitutioni ex teſtamento ſuo, uel alterius. Abb. de teſtamen. c. Raynaldus.

Teſtamentum niſi ſit perfectum non ualet, ad pias tamen cauſas ualet, ex quo diſpoſitio erat completa, puta quia transferat ad alia legata. Verba forte faciunt diſpoſitionem inter liberos. Abb. de ſucceſ. ab inteſta. cap. Sed hoc. Teſtamentum ex ſe ſine publicatione non facit fidem, ſi unus ex teſtibus neceſſariis moritur ante publicationem, corruit teſtamentum. Abb. de fid. inſtrum. c. Inſtrumenta.

Teſtamentum ad pias cauſas cum duobus teſtibus tantum ualet. De teſtam. cap. Relatum. Iſta ſufficiunt ſi petuntur coram iudice ſeculari, nec requiritur ſolennitas iuris ciuilis, nec quod teſtes ſint rogati, uel maſculi, quæ tamen de iure ciuili requiruntur, cuius reſtrictio hic fit, ideo quod hic dicitur de duobus teſtibus ſeruandum eſt in omni foro. Abb. ubi ſuprà. Nec poteſt teſtamentum ad pias cauſas artari per ſtatuta. Vbi eſt ſtatutum quod non poſſit mulier teſtari niſi in præſentia duorum agnatorum, nec ſe obligare, ſecundo quod bona immobilia non poſſint alienari niſi ſubiectis, tertio quod niſi teſtamentum inſinuetur infra ſex menſes per hęredem ſit ipſo iure nullum. Prædictis omnibus non obſtantibus ualent teſtamenta, & donationes ad pias cauſas, quia iſta non ſubiacent ſolennitatibus iuris ciuilis, nec ſtatutorum. Abb. ubi ſuprà. cap. Relatum.

Teſtamentum ad pias cauſas conditum per uerba enunciatiua etiam propter aliud prolata ualet, licet ſucceſſio, uel reſtitutio ueniat ad excluſionem alterius eccleſiæ. De ſucceſſio. ab inteſta. c. Cum dilectus. Per uerba enunciatiua etiam propter aliud prolata inducitur diſpoſitio in diſpoſitis ad pias cauſas, ſed in aliis relictis hæc uerba non ſufficiunt, quia hæc uerba ſufficiunt in teſtamento militis. ſecundo ex hoc ſatis patet conſenſus a iure gentium. Generaliter ſi enunciatiua uerba proferuntur propter aliud talia uerba plene non probant, nec inducunt diſpoſitionem. Si proferunt principaliter propter ſe, & adiectum eſt iuramentum, & ſufficit dicat ſe iuraſſe, hæc uerba probant. Si non eſt adiectum iuramentum, & pars fuit præſens, uel notarius, uel ordinarius qui recipit confeſſionem pro parte, tunc probant. ſi nemo recipit confeſſionem, talia uerba non probant, nec enunciatum actum, ſed inducunt legatum, uel inſtitutionem hæredis ſecundum qualitatem uerborum. Qui confitetur in teſtamento in egritudine ſe abſtuliſſe bona illius eccleſiæ, uel mandat uſuras reſtitui alio non interueniente, ſi poſt iurat, poteſt compelli. Si non iurauit, nec affuit qui eius confeſſionem reciperet, non poteſt compelli.

pelli. Abb. de ſucceſſio. ab inteſta. cap. Cum dilectus.
Teſtamenta quo ad relicta religioſis locis non indigent ſolennitate, uel eam requirunr, ſed nec donatio, nec requiruntur quinque aut ſeptem teſtes. Glo. de conſuetud. c. Ex litteris.
Subſtitutio facta filio eo decedente ſine liberis, per ingreſſum religionis euaneſcit. De probatio. cap. In tua pręſentia. Si quis deceſſit ſine liberis, quando euacuatur, & quando non per filios naturales & ſpurios. Nec euaneſcit ſubſtitutio, ſi inſtitutus habuit, ſed ante eum deceſſit. Cum dicitur in ſubſtitutione, ſi deceſſerit ſine hærede, nomine hæredum intelliguntur filii tantum. Vnde ſi habet nepotem ex filio euaneſcit ſubſtitutio. Licet ſubſtitutio in perſonam priuatam euaneſcat per ingreſſum religionis, non tamen ſi ſubſtituitur eccleſia, uel alius locus religioſus, nec ſi iubet expendi in pias cauſas. Nec euaneſcit ſi quis non ingreditur monaſterium, ſed relinquit monaſterium hęredem. Si ſubſtitutio eſt de aliquo ſub conditione ſi non ingreditur monaſterium, talis conditio habetur pro non adiecta, ſicut & in matrimonio, ſi efficitur clericus ſecularis qui inſtituitur hæres, non euaneſcit ſubſtitutio, ſecus ſi ingreditur religionem, etiam ſi ſit conuerſus. Si intrat & monachatus non tenet, uel moritur antequam monachatus teneat, uel exiit ante tempus probationis non euaneſcit ſubſtitutio, & fraus probatur per conuentiones factas per hæredem ipſi ſubſtituto. Si inſtitutus hæres ſe & ſua obtulit eccleſię ſeculari non euaneſcit ſubſtitutio. Prędicta habent locum quando unus conditionem apponit, & alius eſt in cuius perſona apponitur. Vnde ſi unus dixerit, ſi deceſſerit ſine liberis, intelligitur de ueris liberis, & non eſſet locus illi legi. Si teſtator dedit ſubſtitutum ſub conditione, ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis a ſe legitime deſcendentibus, uel ex ſuo corpore naſcentibus per ingreſſum religionis euaneſcit ſubſtitutio, licet aliqui teneant contrarium, quia has conditiones haberi pro non adiectis uoluit imperator, ne impediatur uita contemplatiua. Subſtitutio ſub conditione ſi nupſerit euaneſcit per ingreſſum religionis. Si reliquit mulieri. 200. ſi non nupſerit, & ſi nupſerit centum, ſi nupſerit habet. 200. Abb. de proba. c. In præſentia.
Teſtamenti uerba impropriantur ad hoc ut teſtamentum teneat. Ab. de teſt. c. Raynaldus.
In teſtamento cum dicitur relinquo uſumfructus uxori, ſi caſte uixerit, ea tranſeunte ad ſecundas nuptias habet uſumfructus. Abb. de uita. & honeſta. cle. c. Clerici.
Teſtis admittitur de auditu. Quando non eſt memoria de initio oportet quod audierit ante litem a uiris bonæ famę, & quod deponens ſit bonę famæ, & ita credat eſſe. Idem dic, cum teſtis de fama producitur. Quæ requiruntur ad teſtem de auditu. Abb. de teſtib. cap. Licet. Qui de auditu alieno eſt teſtis minus ualidus, & regulariter non ualet, nec poteſt proprie dici teſtis. Abb. de conſangui. c. Tua nos. Vnus teſtis de auditu, & alius ſine iuramento non probant impedimentum ad contrahendum matrimonium. Maiorem fidem facit fama, & unus teſtis cum iuramento, quam quandoque duo teſtes, quorum unus deponit de auditu, & alius ſine iuramento, quia ſola fama impedit matrimonium contrahendum, & dictum unius cum iuramento. Non autem qui de auditu, & alius ſine iuramento, ideo ſi in cauſa matrimoniali debent eſſe teſtes, iurati

etiam

etiam ſi agatur ad impediendum matrimonium. Abb. de conſangui. c. Ex litteris.

Teſtis non admittitur contra alium in cauſa criminali accuſatus criminaliter accuſatione ſua pendente niſi in exceptis criminibus. De teſtib. cap. Non debet. Idem eſt ubi ex ſtatuto, uel iure communi requiritur teſtis omni exceptione maior, nec oportet crimen eſſe publicum ad hoc quod excipiatur contra eum. Admittitur tamen in ciuili. Accuſatus poteſt eligi, ſed confirmatio debet differri. Idem eſt de inquiſito, & de denunciato. Abb. ubi ſuprà.

Teſtis in defectum probationis cum ex natura negocii uel criminis probatio non poteſt haberi, admittitur illegitima minus probatio, & alias non ſufficiens, ſic hic criminoſi, & ſocii delicti. Abb. de teſtib. cogen. cap. Venerabilis.

Teſtis Chriſtianus contra iudeum admittitur. De teſtib. capitu. Iudei. Non autem econtra. Iudeus tamen poteſt excipere contra Chriſtianum. Abb. ubi ſuprà.

Teſtes ad probandum impedimentum electi admittuntur layci, & fœminæ, & teſtes de auditu, & fama non probant. De teſtib. capitu. Tam litteris.

Teſtis ſine iuramento non admittitur, etiam ſi ſit religioſus. De teſtib. c. Nuper a nobis. Non creditur epiſcopo ſine iuramento. Abb. ubi ſuprà. Pro forma exigitur liber euangelicorum & eius tactus cum iurat, aliter non eſt iuri ſatiſfactum, licet obliget, niſi conſuetudo ſit in contrarium. Cum iuramentum defertur a parte uoluntarie, iurandum eſt ſecundum uoluntatem deferentis, ſi tamen ſit præmiſſum. Si de iurando conueniunt non expreſſa forma, iurandum eſt prædicto modo. Abb. de iureiuran. c. Et ſi Chriſtus. Sine iuramento teſtis non admittitur; & ſi iuraret ſuper uno articulo tantum, non creditur ſuper alio, oportet etiam prius iuret, quam deponat. Abb. de teſtib. cap. De teſtibus. Iuramentum non eſt de ſubſtantiali forma ſolennitatis, ſed concernit fauorem partium, ideo partes poſſunt remittere, ſecus quando concernit fauorem publicum. Licet non requiratur conſenſus iudicis, requiritur tamẽ conſenſus utriuſq; partis in cauſa, quæ depẽdet a libera uoluntate partiũ, in aliis non põt remittere iuramẽtũ ut in cauſa matrimoniali de contumelia contracta, iuramentum calumniæ non poteſt remitti per partes, quia inuitarent ad malum, & contra bonum publicum. Teſtis non poteſt iurare aliter quam per euangelia illis tactis, nec aliter poteſt cogi, nec aliter ualet, niſi excuſet conſuetudo ut in Italia ubi quilibet liber ſufficit. Si non apparet iuramentum eſſe præſtitum, uel remiſſum non præſumitur præſtitum, nec remiſſum, nec religioſus admittitur ad teſtificandum ſine iuramento, niſi remittatur a partibus. Abb. de teſtib. c. Tuis queſtionibus. Non admittitur teſtis ſine iuramento, quantumcunque perſona ſit notabilis. Ab. de dol. & contuma. c. Cum dilecti. Si cum iuramento deponit contra id quod prius dixit ſine iuramento admittitur quo ad ſecundum non quo ad primum, dummodo hoc non ſit in facto proprio, uel quaſi, uel quando aſſerit ſecundo id quod præſumitur appetere, ſi inſtatur dicto poſt torturam, licet ſit contrarium dictum ante illam. Abb. de proba. cap. Per tuas. Qui iuratus perhibuit teſtimonium in cauſa criminali poteſt in alia cauſa contra eundem teſtificari, nec poteſt repelli ab accuſatione, ut inimi-

inimicus. Si ſponte uenit, præſumitur inimicus. Abb. de accuſa. cap. Cum. P. Sine iuramento teſtis nihil probat. Glo. & Abb. de priuileg. c. Cum olim. Vide. Teſtis admittitur de auditu. Cardinali creditur.

Teſtis ubi agitur de matrimonio contrahendo probato impedimento, & publicatis atteſtationibus alii teſtes non ſunt admittendi ſuper defectum impedimenti De proba. c. Iurauit. Si agitur de contractu admittitur. Abb. ubi ſuprà. c. Cauſam. Cum in cauſa matrimoniali recipitur teſtis poſt publicationem em ſententia non tranſit in rem iudicatam, quia de peccato agitur. Abb. de conſangui. cap. Ex litteris. ſecundum. Poſſunt teſtes legitimi in hac cauſa recipi reo abſente, & ad eorum dicta fertur ſententia. Qui matri. accuſa. poſſunt. c. Relatum. Debent autem teſtificari & accuſare perſonaliter, & non per litteras. Vbi ſuprà. c. Si nobis. Super conſanguinate & contractu admittuntur conſanguinei, & parentes. Vbi ſuprà. c. Videtur. Conſanguinei utriuſque coniugis aliis præferuntur omnibus. Si tamen ſponſus eſt ditior, uel nobilior teſtimonium parentum eſt ſuſpectum. ſi æquales indifferenter admittuntur parentes utriuſque, niſi filia affectaret maritum, uel ex circumſtantiis ſuſpecta eſſet, ideo arbitrio iudicis eſt relinquendum. Abb. ubi ſuprà. c. Videtur. Qui de conſanguinitate deponit computationem debet accipere a ſtipite, uel a germanis. De conſangui. c. Tua nos. Aliter teſtes non ualent ad dirimendum matrimonium. Abb. ubi ſuprà.

Teſtis incarceratus propter uacillationem non incurrit infamiam. De pœn. c. Super his. Propter uacillationem poteſt clericus capi, & detineri. Ab. ubi ſuprà.

Teſtis contra clericum admittitur mulier, ſi agitur de irregularitate, uel de crimine ciuiliter, ſecus quando agitur criminaliter. Abb. de teſtib. c. In litteris. Mulier teſtificatur contra clericum, cum de crimine agitur. De teſtibus. c. Quoniam. Mulier non eſt tantæ fidei ſicut uir, ideo ubi teſtes ſunt æquales numero, ſtatur uiris, & non fœminis. Abb. de uerbo. ſignifi. c. Forus. In criminalibus mulieres non poſſunt eſſe teſtes. In quibus poſſunt uel non poſſunt eſſe teſtes. In teſtamento non admittitur mulier. Glo. ubi ſuprà. Admittitur in codicillo, quia non inuenitur prohibita. Abb. ubi ſuprà. c. Forus.

Teſtis quando poteſt admitti poſt publicationem, immo etiam poſt ſententiam. Abb. de proba. c. Licet.

Teſtis poteſt eſſe aduocatus alterius partis in inſtrumento compoſitionis, & tranſactionis in illa cauſa. Teſtis in inſtrumento poteſt eſſe aduocatus cum agitur ad exequutionem contractus, ſi tamen dubitetur de uiribus inſtrumenti, non poteſt teſtificari. Vox aduocati ſcripta facit fidem, non autem uocaliter. Proxeneta poteſt eſſe teſtis in inſtrumento, licet non poſſit teſtificari uiua uoce, quia inſtrumentum ſcribitur de conſenſu partium, & propter fidem inſtrumenti tollitur ſuſpitio. Abb. de tranſac. cap. Ex litteris.

Atteſtationes ſi non probent expreſſe id ad quod producuntur, ſed obſcure interpretatio fit contra eum qui induxit, quia conſtabat quod ſponſus pluries cognouerat ſponſam, & teſtis non probabat quod conditio prius præceſſerat copulam, fit interpretatio pro matrimonio præſumpto. Glo. de conditio. apponen. c. Per tuas.

Atteſtationes arbitri receptæ fidem faciunt in iudicio, ſi teſtes mortui ſunt. Si uiuunt

Si uiuunt, eſt in optione illius contra quem teſtes producti ſunt, an uelit recipere illas, uel teſtes de nouo deponere, etiam ſi ſint publicatę. De teſtib. cap. Pręſentata. Atteſtationes coram arbitratore factæ non ualent, quia non eſt quaſi iudex. Item quia ad alium finem uidelicet ad componendum ſunt receptæ. Si in iudicio deponitur contrarium eis, quia coram arbitro non ualet eorum teſtimonium. Abb. ubi ſuprà. c. Præſentata.

Teſtis poteſt eſſe canonicus pro canonico, & frater pro fratre, unus compatriota pro alio, & ſuffraganeus pro epiſcopo ſuo, & unus conſanguineus pro alio, recuſantur tamen teſtes, & iudex qui habent conſulere cauſam. Glo. de off. & pot. iud. delega. c. Cum. A. Vnus ſcholaris poteſt eſſe teſtis pro alio, in his tamen creditur plus & minus ſecundum quantitatem affectus. Abb. ubi ſuprà.

Teſti non creditur, niſi fuerit citatus, & iurauerit in pręſentia partis. Ab. de maio. & obe. cap. Cum in eccleſiis. Non citati non inferunt dictum, ſed per partem producentem eſt indicere oblatos. Non præſumitur ex hoc ignorare, ſed potius ſtare a parte producentis. Abb. de ſponſali. c. Cum in litteris. Receptio teſtium contra non citatum eſt nulla. De teſtib. cap. In nomine domini. Non citatus productus tamen per partem poteſt iudicari ſuſpectus, etiam in cauſa criminali, quia non ſponte ſe offert, ſed ſtimulatus a parte. Abbas de teſtib. capitu. Conſtitutus.

Teſtis in ciuili debet eſſe annorum quattuordecim, in criminalibus. 24. Ab. de teſtib. cap. In nomine domini. In ciuili monendi ſunt, & inducendi ad teſtificandum, & ſi ſubtrahunt ſe amore, odio, uel timore ſunt compellendi. De teſtib. cogen. cap. Cauſam. Si requiſitus recuſat teſtificari in ciuilibus præſumitur corruptus, & ad hoc compelli poteſt, & inquiri contra eum de corruptione, niſi alia pręſumptio ſit in contrarium, puta quia eſt religioſus. In criminali teſtis non compellitur, niſi aliis probationibus deficientibus; nec præſumitur corruptio ſi quis recuſat teſtificari, niſi aliter probetur, quo caſu compellitur. Licet alias ueritas probari non poſſit in criminalibus non mittitur ad egregias perſonas, ut dicit. Glo. ſed compelluntur uenire ad præſentiam iudicis. Compelluntur etiam propter bonum publicum, ne bonus uir minus malis extimetur, quia tacere ueritatem eſt peccatum mortale. Abb. de teſtib. cogen. cap. Cauſam. Odio extenditur etiam ad odium iuramenti, quia multi ſunt qui habent ſolum iuramentum odio, ſecus ſi hoc facit ob reuerentiam, ſicut religioſi. Abb. ubi ſuprà. cap. Cæterum. In ciuili ſunt monendi, etiam ſi nolunt teſtificari ſunt cogendi, niſi ſint priuilegiati, uel alia præſumptio elidat præſumptionem amoris, odii, & timoris, & hoc niſi alię probationes deficiant, quia tunc indiſtincte omnes ſunt compellendi. In ciuili ſi ueritas aliunde haberi non poteſt dico idem, & hoc puto uerum etiam ſi de crimine excipiatur contra teſtes. Si adſunt alię probationes non coguntur, niſi conſtet quod reus malitioſe ſubtraxit teſtes, uel niſi timore aduerſæ partis ſe ſubtraxerint. Clerici tamen non coguntur in cauſa ſanguinis, & honeſtum eſt idem ſeruari in laycis, qui uolunt eſſe clerici. Abb. de teſtib. cogen. cap. Dilectus. In ciuili teſtis debet audiri coram iudice, etiam ſi ſit

extra prouinciam. Abb. de teſtib. cap. Conſtitutus. Compellu ntu hi quos accuſatus ſubtraxit accuſatori. Vbi ſupra. cap. Peruenit ad audientiam. Compellendi ſunt per cenſuram, ſi res in criminali aliter probari non poteſt. Vbi ſupra. cap. Peruenit ad nos. In criminalibus teſtis debet eſſe. 25. annorum. Abb. de accuſa. cap. Si legitimus. Talis primo eſt excitandus per partem, poſt cogendus per iudicem. Abb. de ſimo. cap. Si dominus. In crimine excepto admittitur etiam inuolutus maioribus criminibus quam ſint illa ſuper quę damnatur, ſed non adhibetur tanta fides. Vnde ſecundum quantitatem & qualitatem criminis obiecti iudex metietur, quanta ſit ei fides adhibenda. In criminibus excipitur, & in ſimonia admittuntur criminoſi non emendati concurrentibns qualitatibus expreſſis in litteris, ſecus ſi aliqua alia deficiat. Abb. de ſimo. cap. Per tuas.

Teſtis in crimine hæreſis admittitur quantumcunque criminoſus, excommunicatus non habita differentia an ſit regularis, uel ſecularis, & an alia ſint adminicula. Abb. de ſimo. c. Licet Hely.

In crimine læſę maieſtatis admittuntur teſtes indifferenter quantumcunque ſint criminoſi, ſicut in crimine hæreſis, non tamen per omnia ęquiparatur crimini ſimonię. Abb. de ſimo. c. Licet Hely.

Teſtis qui depoſuit de ſimonia contra Abbatem in iudicio inquiſitionis poteſt Abbas excipere contra eum quod ſit inimicus, & conſpirator. Alias exceptiones criminum non poteſt opponere. De ſimo. cap. Licet Hely.

Teſtis in crimine ſimoniæ ſi agatur ciuiliter, non eſt criminoſus, ſi tamen ſint alia adminicula de quibus in littera dicitur habilitantur, niſi ſint excommunicati, non tamen faciunt plenam probationem, ſed oportet ſint alia adminicula. In crimine læſæ maieſtatis admittuntur criminoſi, ſimiliter in crimine hæreſis, & in utroque ſiue ſint emendati, ſiue non. In crimine lęſę maieſtatis, & hæreſis indiſtincte admittuntur criminoſi, & infames. Abb. de ſimo. cap. Per tuas. In crimine ſimoniæ criminoſi non admittuntur indiſtincte, nec excommunicati. Abb. de ſimo. c. Licet Hely.

Teſtis in crimine furti poſſunt eſſe ſocii, & familiares propter difficultatem probationum, & quomodo probatur furtum. Ab. de his quæ ui metus'uè cau. fiunt. c. Super eo.

Teſtes non coguntur uenire ad iudicem qui ſunt ualetudinarii, uel alio impedimento detenti, propter quod uenire non poſſunt, uel etiam ſi ſint in honore conſtituti, alias compellendi ſunt uenire, dummodo non per longum iter. Glo. de off. iud. ordinar. c. Significauit. Conſtituti in honore ut milites, & doctores licet de honeſtate non ſint compellendi, poſſunt tamen de iure compelli. Abb. ubi ſuprà.

Teſtis non debet artari ad ueniendum, ſi ſit extra prouinciam, ſed debet ſcribi iudici, ut eum examinet, & atteſtationes eius clauſas admittat, & ſcribat, quanta fides ſit adhibenda teſtibus, & an uacillent, uel trepident. In criminali tamen examinatio non committitur, etiam ſi teſtis ſit extra prouinciam. Abb. de fideiuſſio. c. Conſtitutus.

Teſtis compellendus eſt per depoſitionem, ſuſpenſionem, & excommunicationem, ubi neceſſarium eſt eius teſtimonium. Abb. de teſtib. cogen. capit.

capit. Cum ſuper. Qui contulit teſtimonium in uno non debet compelli ad teſtificandum coram alio iudice, niſi in defectum probationum. Sic recuſando non præſumitur facere odia, amore, uel timore, ſed ne incurrat plures inimicitias, & ut uitet contrarietatem. Poteſt etiam in eadem cauſa deponere coram diuerſis, & in cauſis diuerſis contra eundem, nec ex hoc præſumitur inimicus, ut ſic poſſit repelli. Abb. de teſtib. cogen. capitulo. Præterea. Cogendi ſunt teſtes cum de fama, uel uitio falſitatis inquiritur. Vbi ſuprà. cap. Super his. Qui ſe a teſtificando ſubtrahit, compellitur per cenſuram, ideo peccat mortaliter. Iudex ſecularis apponit multam. Abbas de teſtib. cogen. c. Dilecto.

Teſtis compellitur ire ad curiam Romanam etiam de longiſſimis partibus expenſis partis producentis, & in eadem littera, ſi non ueniat in termino, fulminari poteſt ſuſpenſio, & ſi non uenit in alio termino, excommunicari, & ſi non uenit in alio, poteſt deponi. Abb. de teſtib. cogen. cap. Cum ſuper.

Teſtis qui timore aduerſæ partis ſe ſubtraxit compellitur teſtificari etiam in criminali in odium partis. Item ſi malitioſe ab aduerſario retrahitur, ſi amore partis ſe ſubtrahit non cogitur, niſi deficientibus probationibus, præſumitur quod timore eo ipſo quod recuſat teſtificari requiſitus. Abb. de teſtib. cogen. cap. Super eo.

Teſtis non eſt ſocius criminis, nec canonicus etiam in crimine ſimoniç. De teſtib. & atteſta. c. Veniens. Ad detegendum ueritatem coniurationis coguntur ſocii, & iurati quod non reuelabunt. Abb. de teſtib. cogen. cap. Venerabilis. Vide. Teſtis repellitur.

Teſtimonia quando ad concordiam reduci debent, quid probant, uel non probant. Ab. de teſtib. c. Cum tu.

Teſtium dicta quæ uidentur contraria concordanda ſunt, ſi fieri poteſt. Ab. de teſtib. cap. Cum tu. Si teſtes a diuerſis producti deponentes contraria ſunt equalis honeſtatis, ſtatur pluribus numero, alias poteſt præualere maiorum auctoritas. Quæ honeſtas præuenit, & quæ pluralitas, & hic plures quæſtiones. Abb. de teſtib. cap. In noſtra. Teſtes ex parte rei præferuntur, licet teſtes actoris aliquantulum ſint idoneiores. Abb. de proba. cap. Ad noſtram. Si in eadem depoſitione dicent contraria non animo ſe corrigendi, non ualet dictum eorum, ſi ex interuallo, ualet primum dictum, ſed debilitatur per ſecundum contrarium. Si in diuerſis inſtantiis ceſſante omni timore primum ualet, licet debilitatur per ſecundum. Si unum in iudicio nullo, & aliud in iudicio ualido, primum eſt, ac ſi eſſet extraiudicium. Si primum in iudicio, & ſecundum extraiudicium, ſi lata eſt ſententia, non reuocabitur, ſi non eſt lata, deſtruitur per ſecundum. Abb. de teſtib. & atteſta. cap. Cum in tua. Vbi teſtes uidentur contradicere inſtrumento præſumi debet actus geminatus, ſicut de teſtibus partium, niſi partes dicerent unum fuiſſe actum. Abb. de fid. inſtrumen. cap. Cum Ioannes. Quando concurrunt duo dicta contraria ab eodem, unum cum iuramento, & aliud ſine, etiam extraiudicium ſtandum eſt dicto cum iuramento, niſi coniecturç ſint magis pro non iurato. Abb. de præſump. cap. Litteras. Quando teſtes ſunt contrarii, reducuntur ad concordiam

præſumendo actum geminatum. Quando probationes ſunt æquales, & unius partis teſtes ſunt meliores, dicuntur uel uerisimilia ora, non fit illa interpretatio, ſed pronunciatur pro melius probante, non tamen fit concordia inter teſtes unius, & confeſſionem alterius, quia confeſſio tantum nocet confitenti, & non prodeſt, eo quod non poteſt quis pro ſe, ſed contra ſe confiteri. Glo. & Abb. de officio & poteſt. iud. deleg. c. Cum contingat.

Teſtes quando ſunt contrarii ſtandum eſt dicto eorum qui deponunt pro reo, licet alii ſint magis idonei, quia primi deponunt uerisimilia, cum de quolibet præſumenda ſint bona. Abb. de accuſatio. cap. Cum P. Non ſunt contrarii quando ſubſtantia facti ſubiicitur probationi, ſi diuerſis uerbis utuntur dum tamen dicant idem in ſubſtantia, ſecus ubi uerba materialia ſubiiciuntur probationi, quia tunc contraria dicuntur. Si iudex & notarius accepto primo teſte ex ſimplicibus dictis eius de ſecundo teſte ſcribit, depoſuit ut prius, an probetur per hoc, opiniones. Verius uidetur, quod non probetur, licet æquum uideatur quod probet. Abb. de uerbo. ſignifica. c. Niſi.

Teſtis poteſt incontinenti dictum ſuum corrigere, ſi errat, non autem ſi ex inte uallo temporis. De teſtib. cogen. cap. Præterea. Si corrigit incontinenti, non habet dicere de errore. Idem puto in parte reuocante incontinenti confeſſionem ſuam. Si ex interuallo reuocatur, iudex attendit conditiones perſonarum, & circumſtantias. Abb. ubi ſupra. c. Præterea. Immo incontinenti poteſt reuocare dictum ſuum, ſicut procuratorem. Glo. de elec. & elec. poteſt. c. Sanctum.

Teſtis corruptus, uel falſum dicens non ſolum puniendus eſt de periurio, & falſitate, ſed etiam de omni eo quod ex depoſitione ſua iniqua proceſſit. Abb de teſtib. cap. Sicut eſt nobis. Si eſt prætio ductus ad teſtificandum repellitur, & accuſari poteſt, quia eius dictum debet eſſe gratuitum. Poteſt tamen pro expenſis recipere pecunias. Qui prece inducitur a parte, & non citatus non repellitur. Abb. de teſtib. cap. Placet.

Teſtis de credulitate ualet, quando credulitas eſt proxima ſenſui quo percipitur ueritas, ſecus ſi ſit remota a ſenſu, uel ab actibus quibus ueritas percipitur. Talis debet deponere de credulitate. Teſtis admittitur de credulitate, ubicunque admittitur teſtis de auditu. Abb. de teſtib. cap. Quotiens. Vbi actio non poteſt directe probari per ſenſum, ſufficit deponat ſuper propinquitatibus, & quod credit ita eſſe, & ualet teſtimonium de credulitate. Abb. de præſump. cap. Quis. Deponens de credulitate non facit plenam fidem. Abb de ſen. exco. c. Inquiſitio. Deponit de actu ſenſibili de credulitate non ualet. Abb. de accuſa. c. Inquiſitionem. §. Quis eſt.

Si delegatus neceſſarius moleſte adducitur, remouetur a iudicando, & ſubrogetur alius. De teſtib. cogen. c. Dilecto filio. Hoc habet locũ etiã ſi pars ultra iudicẽ habeat duos teſtes, non ſi habet plures, niſi aduerſarius fraudulenter impetraſſet illum in iudicem. Idem eſt de criminali. Si tamen iudex uult iurare quod nihil ſciat, non remouebitur. ſi impetrat iudicem quem ignorabam eum eſſe aduocatum, non reuocabitur, niſi fiat in fraudem. Si illi reuelaui cauſæ meæ ſecreta, non reuocabitur, quia iudex debet

indicare ſecundum allegata,& probata. Si delegatus ſubdelegauit omnem cauſam antequam proceſſerit a principio, poteſt eſſe teſtis. Si proceſſit, & non a principio commiſit totam cauſam, non poteſt eſſe teſtis, quia prę-ſumitur affectus cauſę. Ordinarius qui committit totam cauſam a principio non poteſt eſſe teſtis, quia remanet iudex, & non poteſt recuſare cauſam, & ad eum poteſt appellari de rigore iuris. De æquitate poteſt eſſe teſtis, & hoc fauorabile eſt. Idem dic de epiſcopo coram uicario ſuo generali, & coram officiali foraneo. Inferior tamen iudex in cauſa non puniet ſuperiorem deponentem falſum, ſecus quando eſt in cauſa maior, licet minor in aliis. Qui impetrauit aliquem iudicem non poteſt illi obiicere crimen, ne teſtis ſit. Abb. de teſtib. & atteſt. c. Dilecto.

Teſtis eſſe poteſt qui denunciauit in omni caſu ubi non apparet pro intereſſe ſuo, ſed ad peccatum impediendum, quia tollitur omnis ſuſpitio falſi, licet ſponte ſe obtulerit. Abb. de proba. cap. Cauſa. Quando qui denunciauit debet computari in numero teſtium. De teſtib. cap. In omni negocio.

Teſtis debet deponere per uerba facti, & non iuris, & cui. Item dictis eorum pręſumitur ſolennitas. Abb. de ſen. & re iudica. c. Sicut nobis. Qui apponit ſuper eo quod percipitur iudicio intellectus, ſi non reddit cauſam dicti ſui, licet de cauſa non fuerit interrogatus, eius dictum non ualet. Idem ſi deponit ſuper famam. Abb. de appella. cap. Conſuluit. Non debet deponere dictum ſuum per ſcripturam, quia parte contradicente anullatur teſtimonium. Abb. de teſtib. c. De teſtibus. Qui depoſuit primo, ſi examinatur ſecundo ut uitet contrarietatem dicit dico ut prius ſi iudex hoc reiiciat, loquatur & in fine dicat refero me ad primam depoſitionem, quia tunc melius recordabar. Abb. de teſtib. c. Cum in tua. Vide. Teſtis admittitur ſine iuramento.

Teſtes deponentes de actu perceptibili uiſu, & auditu in redditione cauſæ debent deponere per utrunque ſenſum, quia interrogatus teſtis quomodo ſcit, debet dicere, uidi, & audiui, & ſic de aliis ſenſibus. Si deponit de actu inuiſibili, puta de expreſſione uerborum, ualet, ſi deponit ſe audiſſe, etiam ſi non uidit perſonam. In teſtamentis tamen eſt ſpeciale, quia oportet teſtem uidere perſonam, & audire uerba, quia propter infirmitatem facile mutatur uox. Abb. de conſuetud. c. Ex litteris. De elec. c. Per inquiſitionem. Quantum præualent teſtes deponentes de ſenſibilibus, aliis deponentibus de intelligibilibus. Abb. de his quæ ui me.ue cauſ. fiunt. cap. Perlatum. Vide. Religionem uolenti contrugato.

Teſtis quis poteſt eſſe eorum quæ uidit in pueritia. Ab. de ſen. excommu. cap. Pueris.

Teſtis in eccleſiæ facto poteſt eſſe clericus, & in eius fauorem etiam deponendo ſuper facto, uel non facto ab eis collegialiter. Qui ſunt de collegio probant falſitatem inſtrumenti confecti nomine ipſius collegii, ſi deponunt quod collegium nunquam uoluit conſentire, quando illius rei mentio habebatur, & ſic debet ſe fundare ſuper facto collegii, non ſuper facto eorum dicendo ego non conſenſi, quia eſſent ſingulares in teſtimoniis ſuis, & non facerent plenam fidem. Abb. de proba. cap. Tertio loco.

Cum agitur de ſtatu eccleſiæ teſtes accipiuntur tam contra prælatos, quam

contra alios omnes de eccleſia, ſed conſpiratores contra quem conſpirati ſunt non admittuntur, ſed ſuper ſtatu eccleſię admittuntur. Glo. de elec. & elec. poteſt. c. Per inquiſitionem.

Teſtes pro reo æquales teſtibus actoris ſuperant illos, quia reus eſt magis fauorabilis, & lex pronior eſt ad abſoluendum, quam ad condemnandum. Abb. de elec. c. Bonæ memorię.

Teſtium examinatio quando committenda eſt. De teſtib. c. Si qui teſtium. & Glo. & Abb. ubi ſuprà. Si teſtis eſt inductus per aduerſarium meum ſuper uno articulo poſſum petere quod examinetur ſuper alio, & ſuper totam cauſam, ſi tamen ordo iuris non perturbetur. Abb. de teſtibus. c. De teſtibus. Examinari iterum debet qui obſcura depoſuit. De teſtib. c. Cum clamor. Intellige ex officio iudicis, qui poteſt ſemper interrogare, & poteſt ſi uult quando dicta ſunt obſcura, reum abſoluere, non tamen tenetur interrogare ad petitionem partis. Abb. ubi ſuprà.

Teſtis debet examinari ſigillatim per ſe, aliter non ualet. ſecundo interrogandus de cauſa ſcientiæ ſui teſtimonii, quia ſi interrogatus non dederit cauſam, uel ſi pars petierit ut interrogaretur, & non fuit interrogatus, eius teſtimonium non ualet, ſecus ſi iudex exorbitat ex dolo, uel lata culpa, quia tenetur ad intereſſe. Cauſa ſcientiæ reddenda eſt per unum ſenſum corporis, quo actus ſuper quo deponitur, percipitur. Vbi perceptibilis eſt duplici ſenſu, debet deponere per utrunque. Cecus qui diu non uidit, contra latrones non probat ſufficienter, quia poteſt mutare uocem. In teſtamento tamen oportet quod omnes uideant teſtatorem. Quo ad circumſtantias interrogabit, qui erant preſentes, quando promiſit, in quo loco, de die, uel de nocte, in quo loco ciuitatis, & ſimiliter notarius teſtatur de uiſu, & auditu qui conficit inſtrumentum de geſtis per alios. Alij tres ſenſus pertinent ad ſe, Interrogatus tenetur reſpondere de omnibus quæ ſuam turpitudinem non detegunt, ſecus eſt de paupertate. In inſtrumento ſufficit teſtes tunc cognoſcere perſonas, ſi deponunt uiua uoce, & ideo ſuper quo deponitur recipit effectum ex facto utriuſque oportet utrunque cognoſcat. Si ex facto alterius non oportet cognoſcat aduerſarium, ſi ex neutrius facto non oportet cognoſcat alterum, ſi diſcordat in loco & tempore, & actus non eſt iterabilis, non probant. ſi iterabilis, ſunt teſtes ſingulares. Abb. de teſtib. c. Cum cauſam. Examinandi ſunt diligenter, & ſigillatim, & ſi agitur de uita & miraculis canonizandi. De teſtib. cap. Venerabili. Niſi ſigillatim examinentur, & diligenter, non ualent, & quo ad circumſtantias. Abb. ubi ſuprà. Non ſimul debent examinari, quia unus poteſt inſtruere alium, ſed in ſecreto. In graui re aſſumuntur teſtes, ut, ſi negauerit, poſſit conuinci ſe depoſuiſſe, ut reperitur ſcriptum. Ab. de elec. & elec. poteſt. c. Quia propter. Niſi examinentur in ſecreto, non ualet eorum dictum. Glo. ubi ſuprà.

Excommunicari poſſunt qui impediunt in teſtibus producendis. Denunciandi ſunt teſtes non teneri iuramento de ueritate non dicenda. Si conſanguinei teſtes impediunt actoris, punitur reus de cuius uoluntate præſumitur fieri. De teſtib. & atteſt. c. Conſtitutus.

Teſtis non poteſt eſſe excommunicatus, cum ſeparatus ſit a communione, poteſt tamen teſtis eſſe ſuſpenſus etiam ab homine, quia non redditur prohibitus. Quandoque tamen repellitur propter criminis grauitatem, pro quo fuit ſuſpenſus, non propter ſuſpenſionem. Ab. de accuſa. c. Olim.

Teſtis omni exceptione maior dicitur qui nulla exceptione legitima repelli poteſt. Abb. de iudi. c. At ſi clerici. Idem etiam dicitur teſtis idoneus. Glo. & Abb. de conſangui. c. Ex litteris.

Teſtis exoratus ad teſtificandum non eſt ſuſpectus. Glo. & Abb. de ſimo. c. Si dominus.

Teſtis falſus lædit Deum, iudicem & partem, & eſt falſus non ſolum mendacium dicens, ſed etiam qui ueritatem occultat. De crimi. falſ. c. Falſidicus. Quia lædit plures, omnibus tenetur ad ſatisfaciendum. Qui occultat intellige quando interrogatus dicit ſe nihil ſcire ſuper certo articulo, uel ſi iurauit dicere puram ueritatem, & ſubtrahit multa, alias ſecus. Cum teſtis non debeat eſſe uerboſus, ſatis eſt reſpondeat ad interrogata, ideo peccat celans ueritatem, quando adducitur in teſtem, uel ex officio tenetur, uel aliter ueritas haberi non poteſt, alias tacere ueritatem non eſt peccatum. Cauſa durante poteſt teſtis falſarius puniri per iudicem extraordinarium, quia pœna uenit acceſſoriè ad cauſam principalem, quæ fertur per ſententiam, ideo poſt non poteſt puniri, niſi ordinarie. In ciuili ut ſatisfaciat læſo, in criminalibus deportatur, & eius bona publicantur. Seruus punitur ultimo ſupplicio. Si executio facta eſt in criminali retractari non poteſt, & punitur teſtis pœna taleonis. Licet teſtimonium non habeat effectum, ſi dixit falſum in forma teſtimonii poteſt puniri de falſo, ſecus ubi dixit non in forma teſtimonii. Iudex habens mixtum, & merum imperium, poteſt punire talem ordinarie, & extraordinarie, ſi ſit ipſe iudex ordinarius. Delegatus principis poteſt extraordinarie. Seruum tamen mittit ad ordinarium puniendum. Clericus pro crimine debet deponi, & in monaſterium detrudi. ſi teſtis recipit pecuniam, ut dicat teſtimonium, uel ut non dicat uerum, pœna falſi tenetur quo ad Deum quem offendit, pœnitentiam aget ſeptem annorum, quo ad proximum ſatisfaciet, quo ad iudicem, infamis erit. Ab. & hoc ultimum. Glo. ubi ſuprà. c. Falſidius.

Teſtes quos actor de familia ſua inducit, non ſunt idonei. De teſtib. cap. In litteris. An domeſtici, familiares, conſanguinei, uxor admittendi ſint. Qui familiares ſunt, ſi expelluntur, ſic eo tempore quo requiruntur non ſunt de familia poſſunt eſſe teſtes, ſimiliter ſi tempore contractus non erant domeſtici, ſed quando requiruntur. Abb. ubi ſuprà. Teſtimonium matris eſt ſuſpectum, ubi filia petit in uirum aliquem maiorem ſe. Vbi ſuprà. cap. Super eo. Si tamen ſola deponat, impeditur matrimonium, ſed contractum non diſſoluitur. Quando ceſſat ſuſpitio admittitur teſtimonium matris in cauſa matrimoniali, ubi ex contractu cum filio honor, nec incrementum filio non acceſſit. Parentes in cauſa filii teſtificantur. Ab. ubi ſuprà. cap. Super eo. ſecundum. Frater contra fratrem, & uſque ad tertium gradum conſanguinei non compelluntur teſtimonium dicere, nec in ciuili, nec in criminali, niſi neceſſitas immineat. Volentes tamen teſtificari admittuntur, quia ſic priuilegiatos non repellit rex. In ciuili admittuntur, non autem in criminali, in defectum tamen aliorum admittuntur ſaltem ad faciendum iudicium ad torturam, & puto fratrem cogendum in fauorem fratris ad ferendum teſtimonium. Abb. de præſump. c. Litteras.

Teſti fidei detrahitur, ſi ſibiipſi contradicit, ſecundo ſi ſingularis, tertio ſi malæ famæ, quarto ſi leuis opinione, quinto ſi non probat clare, ſexto

 ſi cor-

ſi corruptus, ſeptimo ſi falſus. Abb. de proba. cap. Licet.

Teſtis non poteſt eſſe hęreticus, nec infidelis contra Chriſtianum. Qui infidelis eſt Deo, pręſumitur infidelis hominibus. Abb. de hæreti. c. Dubius.

Teſtis ut ſit idoneus, iſta conſiderantur. Conditio, ſexus, ætas, diſcretio, fama. Et fortuna, fides, in teſtibus iſta requiras. Glo. de teſtib. cap. In nomine domini. Nullus eſt idoneus teſtis in eo ex quo ſibi prouenit magna laus, uel uituperium, ſed alii poſſunt eſſe teſtes. Vbi alii non poſſunt teſtificari admittuntur. Glo. & Abb. de ſententia & re iud. cap. Cum.I. &.A.

Teſtis non admittitur inimicus, nec conuerſatus cum inimicis, nec conſanguineus inimicorum, nec conſanguinei; qui ſunt ſuſpecti. Intelligitur de conſanguineis quando agitur de crimine criminaliter, & proſequitur iniuriam propriam uſque ad gradum ſecundum conſuetudinem patriæ. Si proſequitur uindictam publicam, poteſt eſſe teſtis, & magis ſi agatur ciuiliter. Glo. & Abb. de accuſa. c. Cum oporteat. Vide. Inimicitia proprie. Dicenti ſe inimicum creditur quo ad hoc ut repellatur a teſtimonio, etiam ſi cauſam non alleget, niſi fraudulenter hoc dicat, ut euitet teſtimonii onus. Et licet peccet mortaliter, non tamen propter hoc repellitur a teſtimonio. Abb. ubi ſupra. cap. Inquiſitionis. §. Tertio. Si dixit ſe eſſe inimicum antequam iurat, præſumitur dixiſſe in fraudem, debet tamen recipi, & quāta ſit ei fides adhibenda relinquitur officio iudicis. Si conſtat eum dixiſſe in fraudem, non debet admitti. Si inimicitia eſt capitalis debet recipi, nec interrogari de qualitate inimicitiæ, quia non omnis inimicus repellitur. Si inimicitia fuit capitalis, teſtis debet recipi, & de fide eius iudex arbitrabitur. Si teſtis dicit ſe plus inimicum poſtquam iurauit antequam deponat, non eſt admittendus, quia ſic dicit uerum, eſt inimicus, ſi falſum, periurus. Si poſt depoſitionem incontinenti in generalibus interrogationibus debet ei credi, quia non cogit eius dictum. Si ex interuallo dixit non debet ei credi, debilitatur tamen eius dictum. Abb. de accuſa. c. Inquiſitionis. §. Tertio.

Teſtis in inquiſitione generali formata cum comprehenſis aliquid confeſſus contra ſe poteſt & debet puniri, ſicut ſi directe confeſſus eſſet contra ſe, & non in forma teſtimonii. Si inter litigantes, uel in inquiſitione formata contra alium confitetur crimen proprium, non debet ex illa confeſſione puniri. Glo. de elec. & elec. poteſt. cap. Per inquiſitionem. De hoc ſecundo ſunt opiniones. Si clericus conuictus fuit in iudicio, in quo agebatur ciuiliter contra eum, poteſt epiſcopus inquiſitionem nouam facere, & aſſumere facta in illo iudicio contra eum ad probandum quod dicit Inno. Vigore confeſſionis factæ iudici ſeculari poteſt clericus per epiſcopum ad torturam poni ad dandum intellectum probabilem, per quem excuſetur a crimine, niſi prima confeſſio ui eſſet facta, non autem oportet primam confeſſionem eſſe factam in ſcriptis, ut Inno. dicit. Ab. de elec. & elec. poteſt. c. Per inquiſitionem.

Teſtis integer dicitur qui eſt immunis a crimine ab infantia a ſuſpitione inimicitię, a macula corporis. Abb. de excep. cap. Denique. Vnus integer maiorem fidem facit de ueritate quam fama. In omni cauſa etiam criminali duo teſtes ſufficiunt, ſed non unus cum fama, ſic fama non ſemper habet uim unius teſtis. Abb. de conſangui. c. Super eo.

Teſtis non debet interrogari poſt publicationem ad inſtantiam partis petentis, niſi quando dolo uel negligentia examinatur ſuper omnibus capitulis, & non fuit interrogatus, & quando poteſt uel non poteſt recipi teſtis. Ab. de teſtib. c. Per tuas. Iudex an poſſit eſſe teſtis in geſtis per eum poſt ſententiam, opiniones. Abb. de arbi. cap. Non ſine. Non debet aſſumi de familia iudicis, quando iudex afficitur cauſæ, puta quod procedit ex officio. Si non habet affectum ad cauſam, poteſt ſumi in ſubſidium. Abb. de offici. iudi. c. Ex litteris.

Teſtis in inſtrumento in quo continetur aliquid in præiudicium ipſius teſtis, ſi tunc ignorans in præiudicium ſibi, nec ſi fuit ſciens non poteſt impedire actum contradicendi, ſi poterat impedire præiudicat, ſecus ſi poſt acquiſiuit ius. Si fuit actor non poteſt allegare inualiditatem. Abb. de tranſac. c. Ex litteris.

Teſtis debet iurare. Vide. Teſtis non admittitur ſine iuramento.

Teſtis uiuens ubi non creditur ſcripturæ eius per teſtes reprobari poteſt, fallit in ſolo papa. De teſtib. c. Cum a nobis. Si etiam ſint plures eis non creditur, niſi aliter probetur. Abb. ubi ſuprà.

Teſtis poteſt eſſe laycus contra clericum ubi agitur de crimine ciuiliter, etiã ſi agatur ad priuationem beneficii. Abb. de teſtib. c. Ex parte. In criminali non teſtificatur contra clericum. Accuſat tamen pro ſua & ſuorum iniuria. De teſtib. c. De cætero. Clericus tamen accuſat laycum coram iudice ſeculari de crimine, & teſtificatur contra illum, & in crimine ſeculari ubi non agitur ad pœnam ſanguinis in defectum teſtium. Vbi laycus proſequitur propriam iniuriam layci non admittuntur contra clericos, quando delictum eſt commiſſum, ubi clericorum eſt copia. Fallit ſecundo, quando crimen clerici eſt notorium, tertio & ſi layci non poſſunt probare, uidentur indicium facere ad torturam. Ab. ubi ſuprà.

Teſtis poteſt eſſe legatarius ad confirmationem teſtamenti ſcripti, non autem ubi teſtamentum non eſt ſcriptum. An poſſit eſſe teſtis qui donat, cedens, ſocius, procurator, ſollicitator, uaſallus, ſyndicus, mercenarius, amicus, iudex, aduocatus, notarius. Abb. de teſtib. c. Inſuper.

Teſtis eſſe poteſt qui eſt alterius nationis ex quo notus eſt. Ab. de uei bo. ſignifica. c. Forus.

Teſtium nomina ſunt publicanda etiam contra regulares, quia hoc non eſt de ſubtilitate iuris tantum. Abb. de accuſa. cap. Olim. Vide. Inquiſitio contra prælatos regulares. Recipi poſſunt ſine publicatione nominum quando ueriſimiliter timetur potentia aduerſarii, uel aliud ſcandalum. Plus placet quod poſſunt in materia peccati. Si actor timet reum conuenire propter eius potentiam, poſſunt teſtes de cuius morte timetur uel abſentia recipi in priuato, & faciunt fidem eo tempore quo poſſunt conueniri. Abb. de ſponſali. cap. Preterea. Vni creditur etiam abſque publicatione nominis, ſi ex cauſa timet prodiri in publicum. Vbicunque agitur de peccato uitando abſque magno incommodo alterius ut in contrahendo matrimonium. Quando deponit ut peccatum uitetur incumbit iudici, ſed non in præſentia partis, nec oportet nouam publicare, & ſtatur iudicio unius in præiudicium alterius. Auditur etiam teſtis allegans turpitudinem ſuam. Hęc omnia admittuntur propter peccatum uitandum. Ab. ubi ſupra. c. Præterea. ſecundum. Publicatio non eſt de ſubſtantia proceſſus, & parti non petenti imputandum, quæ ſi negatur, eſt appellandum, alias

aſias non auditur uolens impugnare proceſſum, uel ſententiam. Abb. de ſenten. & re iudica. cap. Cum. I. & A. Atteſtationes non ſunt publicandæ ad petitionem tertii, etiam ſi tertius non ſit extraneus omnino, ſed habet aliquam communitatem cum illa cauſa etiam teſtes producendo. Abb. de teſtib. cap. Conſtitutus. Recipiuntur teſtes & publicantur, quos reus induxit citata parte, ne copia probationis pereat. De teſtib. c. Significauit. Qui teſtes producunt ad perpetuæ rei memoriam de productis faciunt inſtrumentum. Abb. ubi ſuprà. Qui interfuerunt ſententię, ubi de ſententia non apparet ſcriptura, accipiuntur & publicantur. De teſtib. c. Albericus. Ad perpetuæ rei memoriam aliquorum actuum ſatis eſt quod teſtes qui interfuerunt per iudicem examinentur, & eorum dicta in publicam ſcripturam redigantur. Niſi citetur pars aduerſa, non ualet teſtium examinatio. Abb. ubi ſuprà. c. Albericus.

Teſtis odium. Odium extenditur etiam ad odium iuramenti, quia multi habent ſolum iuramentum odio, ſecus ſi hoc faceret ob reuerentiam, ſicut religioſi. Abb. de teſtib. cogen. c. Cæterum.

Teſtis non eſt pater in cauſa filii, nec econtra, nec in ciuili, nec in criminali, nec uolentes poſſunt pro ſe, uel contra ſe ferre teſtimonium. Abb. Qui matri. accuſa. poſſunt. c. Videtur.

Teſtes alii ubicunque imminet peccatum ueritate non manifeſtata produci poſſunt ſemper ſuper eiſdem capitulis, uel directe contrariis, nec ſententia tranſit in rem iudicatam, niſi obſtet publicatio atteſtationum. Abb. de proba. c. Iuramento. De teſtib. c. Sciens.

Teſtis de precio rei debet deponere, talis res tempore tali ſolebat communiter uendi ſic pro tanto, & communiter reputabatur quod ualebat tantum, & pro tanto fuiſſet uendita. Abb. de teſtib. c. Cum cauſam.

Periurus non habilitatur ſub generali indiſpoſitione, qua inhabilitantur teſtes criminoſi generaliter, niſi de ipſis ſpecialiter caueatur. Abb. de ſimo. c. Per tuas.

Teſtis unus deponens in cauſa principali facit probationem ſemiplenam, & excuſat accuſantem a pœna iuris, & calumniæ, non tamen a pœna conuentionali, quæ eſt ex pacto. Abb. de elec. & elec. poteſt. c. Dilecti filii. Teſtis licet non probet negatiuam uagam, poteſt tamen indirectæ probare negatiuam determinatam ad tempus & locum. Indeterminatam poteſt iuramento probare. Cui incumbit negatiua probatio. Glo. & Abb. de elec. & elec. poteſt. c. Bonæ memoriæ.

Teſtis ſingularis ex parte obiecti nihil probat. Abb. de elec. & elec. poteſta. c. Bonæ memoriæ. & c. Cum dilecti. Qui ſunt in ſuo dicto ſingulares eis non creditur, nec unus eorum tanquam uox plurium admittitur ad quos diuerſitas temporum ſimul interfuiſſe prohibuit. Glo. de elec. & elec. pot. c. In geneſi.

Teſtis unus de ueritate cum confeſſione extraiudiciali facta ſuper exiſtentia actus plene probat actum, etiam ſi confeſſio incidenter ſit facta. Iſtæ duæ ſemiplenæ probationes debent coniungi, & plene probant. Abb. de ſucceſſio. ab inteſta. c. Cum dilectus.

Priuilegium ſuper teſtimonio non ferendo ceſſat deficientibus probationibus aliis, ſiue ſint layci, ſiue clerici etiam parentes. Abb. de teſtib. cogen. cap. Cauſam. Onus probandi quod ueritas aliter probare non poſſit ſecundum Ioan. And. in ciuili incumbit teſti, in criminalibus actori. Dici.

tamen

tamen poteſt quod in utroque caſu ſtabitur iuramento teſtis, an res poſſit per alium probari, iudex ſuper hoc debet ſummarie informari. Ab. ubi ſuprà. c. Super eo.

Teſtis quando probat uel non probat unum qualificatum, uel plura proponuntur ſimpliciter. Abb. de proba. c. Licet.

Teſtis non poteſt eſſe procurator ad negocia quando aliquod commodum eſſet inde conſecuturus, ut ſi uellet teſtificari quod nomine domini mutuauit illi mille aureos. Ab. de cleri. non reſiden. c. Fraternitati.

Teſtium quarta productio non datur ſine ſolennitate legali. De teſtib. c. Vltra tertiam.

Teſtes ubi non reperiuntur cum qualitate ex ſtatuto requiſita, accipiuntur quales inueniuntur, & ualet. Abb. de purga. cano. c. Cum iuuentute.

Si teſtis non recordatur de anno, menſe, & die, ex hoc non uitiatur teſtimonium, niſi dies eſſet de ſubſtantia actus. Abb. de fid. inſtrumen. c. Cum Ioannes.

Teſtis poteſt eſſe religioſus, prior & fratres in inſtrumento donationis eccleſiæ ſuæ factæ. Abb. de ſenten. & re iudica. cap. Cum inter. In cauſa eccleſiæ poteſt eſſe teſtis prælatus, & clerici qui cauſam non procurant. De teſtib. cap Inſuper. Religioſi clerici ac conuerſi in cauſa eccleſię dummodo ſit communis & pari ratione qui ſunt de uniuerſitate poſſunt eſſe teſtes, & hoc in ciuilibus. Prælatus qui non habet collegium non admittitur teſtis niſi cauſa ageretur per epiſcopum, uel eius ſindicum generalem. Admittitur epiſcopus in cauſa communi eccleſiæ ſuæ non autem in pertinentibus ad menſam ſuam, ſed nec canonicus in cauſa ſuæ prębendę. Si prælatus cum capitulo conſtituit ſindicum poteſt eſſe teſtis, non autem ſi ſolus conſtituit procuratorem. Qui eſt procurator ſi non exercet officium in cauſa, poteſt eſſe teſtis. Abb. ubi ſuprà. cap. Inſuper. Prælati a teſtimonio ferendo in cauſa ſuæ eccleſiæ non ſunt repellendi ſine rationabili cauſa. De teſtib. c. Cum nuncius. Cogi etiam poſſunt ad ferendum teſtimonium contra eccleſiam, quando non ſunt alii teſtes, niſi ſint procuratores, uel liberti eccleſiæ. In poteſtate epiſcopi eſt recipere poſitiones, uel committere alteri recipiendas, quando clericus eſt teſtis in cauſa coram iudice ſeculare. Si tamen deponit ſine licentia epiſcopi, ualet teſtimonium. Religioſi ſine licentia ſui pręlati teſtes eſſe poſſunt, licet maleſaciant. Epiſcopus cogi poteſt ad ferendum teſtimonium quando non ſunt alii teſtes, & non aliter. In foro ſeculari teſtimonium epiſcopi ſolius ſufficit ex priuilegio imperatoris. Ab. de teſtib. cap. Cum nuncius. Religioſus non admittitur ad teſtificandum ſine iuramento. Abb. de teſtib. cap. In tuis quæſtionibus. Vide, Religioſi conuerſi. Religioſo plus creditur quam layco. Abb. de proba. cap. In noſtra.

Teſtis non repellitur propter quodlibet mortale. Abb. de accuſatio. cap. Inquiſitioni.

Teſtis poteſt reuocare dictum ſuum incontinenti, ſicut & procurator. Glo. de elec. & elec. poteſt. c. Scriptum.

Teſti dicenti prius unum extraiudicium & aliud extraiudicium ſi pars in cuius præſentia dixit erat potens, præſumitur mentiri, uel dixiſſe ut placeret eis. Et ſtabitur ſecundo dicto cum iuramento, ſecus ſi ceſſat pręſumptio. Abb. de accuſa. c. Inquiſitionis. §. Tertio.

Teſtis

Teſtis repelli non poteſt ab aduerſario, ſi fuit ab eo productus. Abb. de excep. c. Exceptionem. Licet teſtis approbetur, poteſt tamen eius dictum reprobari. Abb. de appella. c. Intimaſti. Teſtis ſuper principali inductus reprobari poteſt, & reprobatus iterum reprobari, & ultra locus non eſt reprobationi. De teſtib. cap. Licet dilectus. Idem in inſtrumento. Abb. ubi ſuprà. Teſtimonium perſonę non reprobatur per obiectionem in eos poſt publicationem atteſtationum, niſi iuret quod ex malitia hoc fecit, uel ante publicationem id fuerit proteſtatus, uel oſtenderit quod de nouo hoc ſibi innotuit. De teſtib. c. Pręſentium. Omnia declarat. Abb. ubi ſuprà. Non poteſt reprobari a producente niſi ex delicto ſuperueniente, ſecundo in cauſa procedente a producente illas in alia cauſa, poteſt tamen eorum dicta reprobare. In eo contra quem producuntur, utrunque licet. Producens tamen inſtrumentum non poteſt reprobare contenta in eo. Abb. de teſtib. c. Præſentium.

Teſtis repellitur ſi ipſe conſimilem cauſam cum alio habet. Glo. de iudi. c. Cum inter. Abb. de teſtib. c. Perſonas.

Teſtem repellit crimen nunc probatum, alias de illo crimine nunquam damnatum. De teſtib. cap. Super eo. Si fuit deſcriptus in inſtrumento tempore quo erat tolleratus, non reprobatur inſtrumentum. Idem dicitur de ſententia ad dictum inhabilium teſtium, licet poſt offerantur probationes ſuper ignobilitate. Abb. ubi ſuprà. In crimine perſeuerans etiam in ciuili repellitur, & teſtis emendatus non infamis admittitur in ciuili, & in criminali cauſa ciuiliter mota. Fallit in periuro, qui in criminali repellitur. De teſtib. cap. Teſtimonium. Si teſtis de crimine eius excepto conuincitur uel alias conuictus apparet, repellitur a teſtimonio, ſed de crimine non punitur, ſi non tangit negocium principale. De excep. c. Denique. Teſtis ſimili morbo laborans repellitur. De teſtib. c. Perſonas. Simili morbo .i. ſimili delicto. Glo. ubi ſuprà. Vel ſimili cauſa quando propter affectum ad ſuam cauſam timetur ne ueritatem dicat in cauſa aliena. Idem eſt de iudice. Abb. ubi ſuprà.

Teſtis repellitur in criminali. Primo ſi perſeuerat in crimine quolibet mortali. Secundo infamis infamia iuris. Tertio periurus. Quarto ſi contra eum eſt inſtituta accuſatio, & fuit conuictus de crimine, licet nunc emendatus ſit. Quinto qui alias de crimine conuictus fuit in iudicio. Sexto ſi poteſt conuinci modo. Septimo ſi grauata eſt eius opinio, eo quod tali modo quandoque fuit repulſus, ſi de crimine agitur ciuiliter repelli poteſt, primo ſi in crimine perſeuerat, ſecundo ſi eſt infamis, tertio ſi eſt periurus. Omnia declarat. Abb. de teſtib. cap. Teſtimonium. Vide. Pręſumptio in ciuili. Infidelis repellitur, ſed nec ad accuſandum admittitur. Glo. & Abb. de teſtib. c. Placuit. Repellitur etiam propter odium priuatum, non autem propter publicum. Item propter amicitiam carnalem, non autem propter caritatiuam. Abb. de teſtib. c. Quotiens. Qui ad teſtificandum precio eſt ductus repellitur, & poteſt accuſari, quia eius dictum debet eſſe gratuitum. Poteſt tamen accipere pecuniam pro expenſis. Qui precio inducitur a parte etiam non citatus non repellitur. Abb. de teſtib. c. Placuit.

Teſtis non debet deponere per ſcripturam, ſed uiua uoce, quia hic dicitur quod conſcriptiones tales non ſufficiunt ad ſententiam. Alibi dicitur quod teſtes debent deponere in præſentia, & iſta ſunt contra Bar.

notanda.

notandam Ab. qui matrimo. accuſa. poſſunt. c. A nobis.

Teſtis habens rem ſub ſecreto etiam cum iuramento nō reuelandi ſi producitur in teſtem debet dicere ueritatem, quia iuramentum non extenditur ad hunc caſum, & ſi iurans intendebat iuramentum extendere ad hunc caſum iuramentum fuit temerarium. ideo non ſaluandum, quando ſcit in uera confeſſione non debet dicere, quia ſciuit ut Deus, & producitur in teſtem non ut Deus ſed ut huomo, non tamen dicitur ſemper ſcire ut Deus, quando is qui reuelat dixit dico tibi in pœnitentia, ſed tantum quando peccator ſalute animæ ſuæ hoc dicit, ſecus ſi cauſa libidinis, uel amicitiæ dixit peccatum ſuum ſacerdoti, quia tunc non dicitur in pœnitentia. licet ille dicat dico tibi in pœnitentia, quia ille alius non tenet locum Dei ex quo ille uenit non ut ad Deum. Ab. de ordina. c. Si ſacerdos. De teſtib. c. Si intimauit. De accuſa. cap. Qualiter & quando. De pœni. & remiſ. cap. Omnis utriuſque ſexus. Iuramentum eſt temerarium, quia contra utilitatem publicam. Ab. de exceſſi. pręla. c. Dilectus. Vide. Inquiſitor generalis.

Teſtis in ſyndicatu uniuerſitatis oportet ſit extraneus. Idem in aliis geſtis per uniuerſitatem, ſi de geſtis in futurum eſſet contentio, poſſet teſtificari. Si tamen non prætendit comodum proprium. Abb. de procura. cap. Alia quidem.

Teſtis ſynodalis qui coram ordinario ſuper matrimonio depoſuit non compellitur iurare ſuper eo coram delegato. Ab. de teſtib. cogen. c. Præterea. Teſtes ſynodales ſunt teſtes publici cōſtituti in ſynodo per epiſcopum per totam dioceſim quos iuramento aſtringit ad denunciandum ſibi, uel quando, & conceditur quicquid perpendit fieri contra uoluntatem Dei, & totā Chriſtianitatem, quod pertinet ad iuriſdictionem eccleſiæ denunciet, dicitur ſynodalis, quia conſtituitur in ſynodo, & publicus, quia rei publicę ſeruit, cuius intereſt ne crimina remaneant impunita. Ad denunciationem prædictorum non fertur ſententia condemnatoria, non ſunt proprie accuſatores nec teſtes, ſed officium habent denunciatoris de publico. Iſtos denunciatores poteſt conſtituere quilibet iudex, uel uniuerſitas habens merū & mixtum imperium. iſtis creditur de facto proprio, puta quia aliquem citauit non autem de maleficiis alterius, niſi probet. Vbi procedit uigore dicti denunciatoris non poteſt eſſe teſtis. Si agatur alio iudicio non uigore huius denunciationis admittitur teſtis. Iſti non poſſunt denunciare quos non poſſunt accuſare, nec eos contra quos non poſſunt teſtimonium ferre, hi non compelluntur iurare, ſi aliter probari poteſt, niſi nouus articulus oriatur. Ab. de teſtib. cogen. c. Præterea.

Teſtis tacens ueritatem ſiue ſponte ſiue metu eſt periurus. Ab. de his quæ ui. metue cau. fiunt. c. Sacris.

Qui tormentorum tempore falſa confitetur crimina grauiter contra ſe peccat, & credo quòd ſi mortē patiatur ex illa confeſſione quam ſaltem in extremo non reuocat, decedit in mortali, & damnabitur. Ab. de ſepultur. c. Ex parte.

Teſtis non admittitur uilis perſona ad deponendum etiam ubi agitur ad impediendum peccatum futurum. Ab. de ſponſa. c. Cum in tua.

Teſtis unus de ueritate cum confeſſione extra iudiciliater facta ſuper exiſtentia actus probant actum, etiam ſi confeſſio incidenter ſit facta. Iſtæ duæ ſemiplenæ confeſſiones debent coniungi, & plene probant. Ab. de ſucceſ. ab inteſta. c. Cum dilectus.

Teſti uni non creditur etiam ſi ſit iudex. Ab. de teſtib. c. Cum a nobis. Si teſtis eſt unus de uiſu, & fama cum aliis certis & probabilibus adminiculis ſufficiens eſt probatio. In factis antiquis de quibus non eſt memoria, & in delictis, quæ occulte fiunt. Ab. de teſtib. c. Præterea. Teſtis unus non auditur quantæcunque ſit dignitatis. Abb de teſtib. c. Licet ex quadam. Vni non creditur etiam ſi ſit epiſcopus in foro eccleſiaſtico, ſecus in ſeculari, quia hoc habet epiſcopus ab imperio, licet non obſeruetur de conſuetudine. Ab. ut ſupra. c. Nuper a nobis.

Teſtis unus facit ſemiplenam probationem quando deponit ſuper facto, non autem ſi ſuper indicio, quia tunc facit ſemiplenam de indicio, non de facto. Item hoc procedit quando teſtis eſt omni exceptione maior, quia ſi fides eius aliquo modo uacillat, puta quia amicus, uel conſanguineus non facit ſemiplenam probationem. Item niſi circa idem poſſint ueriſimiliter haberi pluresteſtes ut cum aliquid probatum eſt per famam, præſumptio eſt cõtra producentem unum teſtem tantum. Item niſi teſtis defecerit aliqualiter in dicto, uel quia requiritur ultra duos. In ſimilibus non facit unus ſemiplenam probationem. Item ſemiplenam probationem ut dicta teſtiũ faciunt recepta ab excommunicato, quando inter alias perſonas iſti teſtes non poſſunt examinari, alias imputandum eſt parti. Sunt etiam alia oppoſita per legiſtas. Ab. de iureiuran. c. Iuramenta.

Teſtis unus ſufficit ad torturam quando deponit ſuper facto, ſecus ſi deponit ſuper indicio, quia tunc non probat indicium. Vbi agitur de impedimento peccati, nec diminuitur ius alterius, ſufficit dictum unius. Ab. de teſtib. c. Super eo.

Teſtes duo probant actum ubi ſcriptura neceſſario requiritur, dummodo probent præſcriptionis cauſam, ut quòd ſit lata ſententia, & præſumitur quòd omnia ſunt rite facta, & ſatis eſt effectum recitare, & ſubſtantialia ſententiæ. Ab. de ſen. & re iudica c. Sicut nobis.

Teſtes duo faciunt plenam fidem etiam in actibus grauiſsimi præiudicii. Itẽ probant contra papam. Item admittuntur in parte de creditore inſtrumentorum. Ab. de teſtib. c. Quotiens.

Teſtes duo fideles & honeſti requirũtur ut Iudęus poſſit probare cõtra Chriſtianũ. De teſtib. c. Licet. Vbi duo requirũtur oportet ſint omni exceptione maiores. Vbi ius ciuile diſponit quòd ſint plures teſtes, ſeruandum eſt, unus tamen ſufficit, ubi non agitur de præiudicio alterius. Ab. ubi ſupra.

Teſtes duo probant de fama totius uiciniæ, nec requiruntur plures. Ab. de præſump. c. Tertio loco.

Tres ſunt qui teſtimoniũ dicit in terra, uidelicet ꝙ Chriſtus ſit uerus homo S. ſpiritus, id eſt, rationalis anima, quam emiſit in morte, aqua & ſanguis quòd uerum corpus habuerit. Aqua intelliguntur elementa quattuor, & ſanguine humores, & conſequenter habuit uerum corpus. De celebra. miſſa. c. In quadam.

Titulus dicitur quattuor modis, primo omnis cauſa acquirendi dominium, ſecundo dicitur ipſa eccleſia, ut titulus S. Petri, tertio clericatus, uel canonicatus in quo quis dicitur intitulari, nec turbari, quarto omnis ordo eccleſiaſticus, omnis dignitas, omnis prælatio, & nullo horum modorum poteſt quis habere eccleſias duas in titulum. Glo. de ele. c. Dudum.

Tolleramus quando princeps reſpondet, uidetur diſpenſare ſuper illo actu, licet alias illicito. Vbi papa tolletat de facto non reſiſtendo, non inducitur diſpenſa-

diſpenſatio. Ab. de præben. c. Niſi eſſet.

Trahitur quis ad iudicium per ſimplicem citationem, ut libelli oblationem, & litis conteſtationem, & ſic incurrit quis pœnam ſtatuti, quòd nemo trahat &c. Ab. de libelli obla. c. Significantibus.

Tributi ſolutio arguit ſubiectionem. De cenſi. c. Omnes.

Torturæ nemo ſubiici debet ad dictum confitentis crimen proprium, licet dicatur fuiſſe ſugeſtor, uel ſocius delicti. Eſt enim pœna non modica, ideo de iure ciuili poteſt appellari a iudice eã decernente. Quod dicitur teſtem facere indicium ad torturam procedit in teſte integro, ſecus eſt in eo qui exceptione aliqua poteſt repelli. Iſta procedunt ſi confitens crimẽ proprium ſit presbyter, & fortius ſi ſit alius malæ uitę, uel non tantæ dignitatis. Abb. de confeſſ. c. Cum monaſterium. Si quis comminatus eſt alicui de percutiendo illum, & poſt ille paſſus eſt, & ignoratur a quo, hęc præſumptio ſufficit ad torturam. Ab. de præſump. c. Scribam. c. Litteris.

Torqueri non debent liberi in dignitate conſtituti, uel in militia, niſi in certis caſibus, ut in crimine leſæ maieſtatis, & proditionis. Clerici ſecundũ aliquos torqueri non debent, communis tamen opinio eſt quòd etiã pręſbiter poſſit torqueri, ſi ſit ſuſpectus & ex cauſa. Quidam dicunt clericum non poſſe torqueri niſi ſit infamis, communiter tenetur quòd tortura non debet eſſe ita ſeuera in clericis, ſicut in laycis. Vnde clericus non debet ſupponi aculeis, ſed uirgis, ſi ſint conſtituti in militia, uel dignitate non debent torqueri ut dicant ueritatem in facto proprio in ciuilibus. In criminalibus torqueri poſſunt, ſi aliter ueritas haberi non poſſit, & indicia præceſſerunt in facto alterius, ſi teſtis eſt perſona uilis torquetur & in ciuili & in criminali, ſi ueritas aliter haberi non poteſt. Si non eſt uilis perſona, & teſtis non uacillat non debet torqueri, alias ſecus. Fallit in minore 14. annis quia non debent torqueri, licet ueritas ab eo ferulla, uel corigia haberi non poſſit; ſenex ætatis decrepitæ non debet torqueri, nec mulier prægnans. ſi ueto ſunt ſtatu liberi idem dicẽdum quod in liberis. Seruus contra extraneum torqueri poteſt, contra dominum ſuper cauſa communi ſibi & domino poteſt torqueri in facto extraneo. Et regulariter ſeruus non debet torqueri contra dominum præſentem, nec præteritum. fallit in quibuſdam criminibus, ut in crimine leſæ maieſtatis, & adulterii. Ab. de reg. iur. c. Cum in contemplatione.

Tortura indicijs non præcedentibus nõ eſt inferenda. Ab. ubi ſupra. In principio cauſę alia præſumptione non habita non poteſt iudex torquere accuſatorem, nec accuſatum, nec teſtem.

Tortura dicitur quæſtio, & dicitur quęſtio quia ueritatis eſt indagatio per torturam. Et dicitur a quærendo, quia eo quòd iudex per torturam inquirit ueritatem, & tandem quaſi torquens mentem. Ab. ubi ſupra.

Tortura non debet dari niſi quando aliter ueritas haberi non poteſt, quia cauſa ueritatis inueſtigandæ infertur, & in ſubſidium ſecundo requiritur quòd præcedant indicia, uel præſumptiones, uel ſemiplenæ probationes. Quæ indicia ſufficiant non poteſt dari certa regula, ideo relinquitur arbitrio iudicis. Vnus tamen teſtis ſufficit niſi in contrarium alia ratio ſuadeat. Appellari poteſt a tortura, & non petenti dari dilationem ad indicia purganda, eſt concedenda.

Tortura debet eſſe moderata, ideo attendenda ſunt indicia, & qualitas perſonæ, & ita debet torqueri, ut incolumis ſeruetur innocentia a ſupplicio,

ut

ut ſi deliquit poſſit pati ſupplicium debitum, & ſi eſt innocens non patiatur defectũ corporis. Itẽ pro qua cauſa poteſt quis torqueri tã alias in ciuili quam in criminali Ab. ubi ſupra. Infamis fide dignus non ſubiicitur torturę propter ſolam infamiam, ſed debet ſe purgare cum iuramento, & cum compurgatoribus, ſecus ſi criminoſus, ſeruus aut libertus ſit. Ab. de purga. cano. c. Nobilis. Semel habita reiterari poſſunt pro eodem facto, quando oriuntur indicia noua, puta reperitur iſte in mendacio, uel alia indicia aliunde ſuperuenerunt. Si nulla indicia ſuperuenerunt, de nouo non debet repeti. Ab. de regulis iu. c. Cum in contemplatione.

Torneamentum non debet fieri, & uulnerato in eo conceditur pœnitentia, ſi moritur, negatur ſepultura, ſi acceſſit animo pugnandi, ſecus ſi ex alia cauſa, puta ut exigeret debitum. Ab. de homic. cap. Fœlicis. pœnitentiæ nomine conceditur etiam uiaticum. Glo. ubi ſupra. Sepultura negatur iis qui ueniunt cauſa ludendi, non autem ſi cauſa uidendi, cum iſta ſit pœna debet reſtringi in propriis terminis Ab. ubi ſupra. c. Audientiam.

Tranſactio dicitur deciſio cauſæ: æquiparatur enim rei iudicatæ, Vnde exceptio tranſactionis eſt exceptio litis finitæ. unde poteſt opponi poſt, uel ante litis conteſta. licet ſit peremptoria, Abb. de tranſactio. cap. Sicut.

Tranſactio dicitur ſalubris, & ſicut cõmendatur a iure tranſactio, ſic iuriſconſultus ſeu prætor cõmendat eum, qui execratur lites, Hinc eſt, quòd ſi poſt tranſactionem appareant inſtrumenta, per quæ appareat tranſigentẽ fuiſſe deceptum, non per hoc inſtauratur lis, licet grauis ſit deceptio: quia magnum commodum conſequitur qui a lite recedit. Abb. ubi ſupra.

Tranſactio in ſpiritualibus interuenire non poteſt, ut detur ſpirituale pro temporali, ſed amicabilis compoſitio ſic. Et hæc differentia eſt inter compoſitionem & amicabilem tranſactionem; quia tranſactio eſt pactio non gratuita, qua aliquid datur uel retinetur, ut a lite recedatur, Compoſitio uero eſt gratuita pactio, unde nulla ſimonia hoc caſu committitur; ſed in primo cõmittitur: ut ſi recipiẽs temporale reſignat ius ſpirituale. Dic tamen ſecundum Inn. quòd in ſpiritualibus non ex toto reprobatur tranſactio; ſed tunc cum datur temporale pro ſpirituali; ſecus ſi datur aliquid ſpirituale pro ſpirituali. Nam tunc ceſſat ſimonia. Sicut enim ſpiritualia poſſunt adinuicem commutari ita in eis tranſigi poteſt. Quid autem ſi litigatur ſuper beneficio, nunquid poſſit tranſigi? Concludo poſt innocen. quòd aut petitur beneficium ratione tituli, & non poteſt interuenire tranſactio, ut detur aliquid tẽporale proceſſu a lite: niſi ſuperior ex officio ſuo hoc ordinet, dum tamen is qui renunciat nullum ius habeat in beneficio, Debet enim beneficium remanere apud eum qui ius habet, aut petitur beneficium iure proprietatis, & tunc poteſt interuenire tranſactio: quia non poteſt dici quęſtio ſuper re ſpirituali. Pone exemplum, Cum monaſterium dicit eccleſiam ad ſe pertinere, ut poſſit conuertere fructus in uſus proprios. Glo. & Ab. de tranſact. c. Statuimus.

Tranſactio fieri non poteſt per prælatum ſeu rectorem eccleſiæ ſine conſenſu capituli ſui, & auctoritate ſuperioris. ſi per tranſactionẽ alienatur res immobilis eccleſiæ uel mobilis præcioſa, quæ alias ſine ſolennitate debita alienari non poterant. Nam ſicut directe non poteſt fieri talis alienatio ſine debita ſolennitate; ita nec ind recte tranſigendo. Vnde ſiue prælatus petat poſſeſſionem ab alio detentam, ſiue ab eo petatur, nunquam poterit

fieri

fieri tranſactio, per quam poſſeſſio remaneat penes alium ſine ſolennitate. Quemadmodum minor non poteſt directe rem alienare ſine decreto, ita nec tranſigendo; quia non debet concedi una uia, quod alia prohibetur. Sed ſi per tranſactioné res religioſa remanet penes eccleſiam, aliquo dato uel facto per prælatũ; tũc poterit ipſe prælatus tranſigere ſine alterius licentia & conſenſu; quia reddit conditionem eccleſię meliorem,& in hoc non erit differentia inter præſidem ſeu adminiſtratorem ciuitatis, ſeu inter tutorem, & curatorem, & prælatum. Ab.de tranſactio. c. Contingit.

Tranſactio facta de rebus eccleſiæ per prælatum ſine ſuperioris conſenſu non obligat ſucceſſorem. Et tene menti ꝙ ſuper iuribus eccleſiæ immobilibus & ſpiritualibus pôt rector tráſigere,& cóponere in præiudiciũ ſui ipſius.Ita ꝙ cópoſitio ualebit toto tépore quo eccleſiá poſſidebit. Et pôt cótrahere ſuper rebus eccleſiæ ſine ſuperioris auctoritate,ut cótractus duret toto tépore quo ipſe eſt futurus rector. Itẽ nota ꝙ ſine auctoritate ſuperioris non pôt rector eccleſię tráſigere quo ad inferẽdũ perpetuũ præiudiciũ eccleſię, & nó pôt tráſigere ſi per tráſactioné res immobilis eccleſiæ remaneat penes aliũ: ſed ualebit tráſactio in uita ſua dũtaxat. Et quãtũcunq; rector eccleſiæ tranſigat nomine eccleſię, uel alium contractum faciat. ſi eſt talis contractus qui non poteſt perpetuo ualere ſine auctoritate ſuperioris, ille contractus cenſetur potius perſonalis quam realis. Vnde obligat perſonam contrahentis,& non eccleſiam. Ab. de tranſactio. c. Veniens.

Tranſactio ſuper ſpirituali,uel connexo,interueniẽte aliquo téporali,nulla eſt. Ab.de tráſacti.c.Præterea. el primo. Tráſactio interuenire nó pôt ſuper ſubiectione ſpirituali,interueniente aliquo temporali,ſecus ſi daretur uel teneretur aliud ſpirituale.Sed quæro, nunquid ſuper ſubiectione téporali poſſit tráſigi,puta eſt cótétio,utrũ quis ſit ſeruus an liber? Cóclude poſt Hoſti. quod aut eſt dubiũ de ſubiectione,ſeu ſeruitute,& poteſt tráſigi;aut eſt certũ,& nó ualet tranſactio.Nam inter ſeruum & dominũ non cadit obligatio. & ſic nó potuit dominus ſeruo obligari ꝑ tráſactioné.Idẽ dicendũ,in tranſactione quę fieret inter monachũ & Abbatẽ.Nó enim ualet talis tráſactio, quia Abbas nó pôt obligari monacho. Quod ſi Abbas promiſit monacho promoto ad prioratum, ſe non reuocaturum eum in uita, non obſtante illa promiſſione,poteſt illum reuocare. Abb. ubi ſuprá.c.Præterea. el ſecundo.

Tranſactione tolluntur omnia iura cópetentia tráſigentibus,ſiue ſint inſtrumẽta,ſiue teſtes,ſiue præſcriptio,uel quicquid aliud de iure communi uel ſpeciali cópetẽs.Quod intellige altera parte uolẽte tráſactioné implere, alias pôt tráſigẽs uti iure ſuo. Et in tráſactione defectum cómiſſum Papa ſupplere poteſt, ſiue ſit defectus iuris,ſiue facti. An autem alius citra Papam poſſit ſupplere defectum commiſſum in contractibus, uel in iudiciis: dic quod non, etiam ſi ſit legatus de latere. Sis cautus,ut ſi uis liberari generaliter facias tranſactionem multum generalem, & non parcas in uerbis, ut puta dicitur quod partes uenerunt ad tranſactionem:compoſitionem,& conuentionem:& conuenerunt, & tranſegerũt ſuper omnibus actionibus, & ſuper omnibus rebus cognitis competentibus & incognitis tam in hac re, quam in qualibet alia. Abb. de tranſactio. c. Sicut.

Tranſactionis mediator, ſi beneficium quod per tranſactionem habetur, impetrat ut uacans:non ualet impetratio.In tranſactionis & compoſitionis inſtrumento aduocatus alterius partis poteſt eſſe teſtis:quia per tranſactionem finitur lis. Vnde inſtrumentum refertur ad tempus, quo iſte non eſt

futurus aduocatus. Item non preſtitit patrocinium ſuper tranſactione; ſed ſuper cauſa principali. Et etiam tene menti quod mediator alicuius contractus poteſt deſcribi ut teſtis in inſtrumento illius contractus. Et ſic proxeneta poteſt eſſe teſtis in inſtrumento, licet non poſſit teſtificari uoce uiua: quia in inſtrumento deſcribitur de conſenſu utriuſque partis, qua ratione poteſt eſſe teſtis etiam uoce uiua. Abb. de tranſactio. c. Ex litteris.

Tranſigere non eſt licitum ſuper eccleſiaſtico beneficio, qualecunq; ſit illud, etiam ſi ſit capella. Tranſactionem illicitam non ualidat iuramentum. Nam iuramentum non debet eſſe iniquitatis uinculum. Tranſactio ſuper eccleſiaſtico beneficio non eſt pure ſimoniaca, ſed ſpeciem ſimonię continet. Et poteſt eſſe ratio, quia is qui dat aliquid temporale ut in beneficio quiete perſiſtat poteſt habere ius in eo: & ſic non conſequitur per tranſactionem aliquid ſpirituale, ſed potius redimit uexationē ſuam. Quod licet. Sed quia poſſet eſſe contrarium, ideo iura prohibent tranſactionem in beneficio, & uidetur ineſſe quędam ſpecies ſimoniæ. Et non ſolum a malo, ſed ab omni ſpecie mali abſtinendum eſt. Nota duo, primo quod propter ſpeciem ſimoniæ non debet quis deponi. ſecundo quod propter tranſactionem factam in beneficio eccleſiaſtico, non meretur clericus deponi: ſed tranſactio debet irrita iudicari. Quod notabis. licet Glo. hic aliter ſentiat: ſed primum ęquius, uerius, & communius. Abb. de tranſactio. c. Conſtitutus.

Tranſigi non poteſt ſuper eccleſiaſtico beneficio; ſed amicabiliter componi, ſic. Super re ſacra, & religioſa non poteſt fieri tranſactio: quia res ſacra, dato aliquo, uel retento, aut promiſſo, ut poſſideatur, ſpeciem continet ſimoniæ. Si uero gratis & amicabiliter fiat compoſitio inter litigantes, non obuiat ſacris canonibus. Tranſactio ſuper re ſpirituali, uel beneficio non eſt omnino ſic ſimoniaca, ſed uidetur habere ſpeciem ſimoniæ. Nota differentiam inter tranſactionem, & compoſitionem. Nam tranſactio fit cum receditur a lite aliquo dato, ſeu retento, uel promiſſo. Compoſitio fit gratis & amicabiliter: ut cum prætendens non habere ius, uult a lite gratis recedere. Poſſet tamen dici, quod compoſitio poſſit fieri etiam aliquo dato, ſeu retento, & talis compoſitio non debet interuenire in beneficio litigioſo: ſed debet eſſe amicabilis, & gratuita. Et in compoſitione fienda gratis ſuper beneficio, non requiritur auctoritas ſuperioris: niſi alter per compoſitionem dimittat beneficium ab eo poſſeſſum; nam non poſſeſſor quoquo modo beneficium dimittere poteſt ſine auctoritate ſuperioris. Item iudex ex officio ſuo pro bono pacis poteſt componere, ut habens ius in beneficio det aliquid non habenti iuxta formam. C. Niſi. De præben. Abb. de tranſactio. c. Super eo.

Tranſigi nō pōt ſuper matrimonio. Et iudex poteſt & debet ſe interponere ꝓ tranſactione inter partes fienda, præterquam in caſibus in quibus iura hoc non admittunt. In caſibus non recipientibus diſpenſationem non debet iudex laborare ad concordiam, quia fruſtra laboraret, & iudex non poteſt cōpellere partes ad concordiam, ſed laborandum inquantum poteſt. Quod in matrimonio non admittitur compoſitio, debet intelligi, quando per cōpoſitionem aliquid fieret contra uinculum matrimoniale: ſecus ſi pro matrimonio fieret compoſitio, ut quia partes contendunt ſuper contractu matrimonii. Nā tunc iudex pōt eas inducere ad contrahēdū de nouo, ſi nullū eſt impedimentū. Et idem in ſimilibus quæſtionibus, quę dependent a facultate partium. Glo. & Abb. de tranſactio. c. Ex parte.

Vt ui-

VT uiſum tibi fuerit, per hoc non datur libera poteſtas, ſed denotat arbitrium boni uiri. Abb. de pœni. & remiſſio. cap. Significauit.

Vix dicitur fieri quod licite poteſt fieri,ſed cum difficultate. Abb. de cogna. ſpiritua. c. Contracto.

Volo, non ſignificat arbitrium boni uiri, ſed liberam uoluntatem, ſed non denotat tantam libertatem ut aliquid fiat contra ius commune. Hæc nota pro arbitris & arbitratoribus, quibus conceditur facere quodcunque uoluerint. Ab. de uerbo. ſignifica. c. Abbate.

Volumus imponit ius nouum,uel quandam gratiam,quandoque tamen exponitur. Volumus.i.uelle debemus. Abb. Qui filij ſunt legiti.c.Gaudeamus. Inducit nouam diſpoſitionem, nec eſt uerbum principaliter declaratiuum Abb. de appella. c. Ex ratione.

Veſtibulum eſt ædificium contiguum templo,in quo ueſtiebantur ingredientes templum, & egredientes. Ab. de deci. c.Decima.

Veſtes ſacræ uſu cõſumptæ debẽt cõburi,& cineres poni ubi non fit tranſitus, nec debent cõuerti admundanũ uſum ẽt clericorum.Ab.de cuſtodi.eucha reſt.c.Reliquię.Veſtes in quibus ſciſmatici & degradati celebrauerunt non ſunt propter hoc iterum benedicendæ.De ſacramen.non iteran. c. A nobis.

Veritas nõ eſt omittẽda propter ſcandalũ.De regul.iur. c.Qui ſcãdalizauerit.

Vicarius proprie eſt perpetuus. Vnde appellatione uicarii non uenit temporalis uicarius. Qui perpetuus eſt poteſt eſſe in iudicio ratione ſuæ uicariæ pro ſpectantibus ad illam, non autem pro aliis pertinentibus ad eccleſiam, niſi habeat mandatum. Temporalis uicarius neutro modo poteſt eſſe in iudicio, niſi habeat mandatum. Abb. de fideiuſſor. c. Perpetuis. Vicarius temporalis dicitur qui poteſt per alterius beneplacitum abſolui, oppoſito modo dicitur perpetuus. Ab. de reſcrip. c. Poſtulaſti.

Vicarius eccleſiæ uſurpans ſibi ipſius eccleſiæ perſonatum contra iuramentum præſtitum ad officii ſui executionem admitti non debet. De exceſſi. præla. c. Illud. Iſta pœna habet locum in hoc epiſcopatu & in aliis, licet Glo. aliter ſentiat. Ab. ubi ſuprà.

Vicarius epiſcopi non poteſt eſſe laycus, poteſt tamen eſſe religioſus de conſenſu ſui Abbatis. De elec.& elec. pot.c.Cum cauſa. Vicarius primus non cenſetur reuocatus per creationem ſecundi,licet hoc teneat.Io.Calderi.In de officio uicarii.Ab.de off.& pot.iud.delega.c.Volentes. Vicarii epiſcopi in eadẽ parte diocœſis non habent procedere ſeparatim.& ſi proferunt contrarias ſententias,neutra ualet,ſed recurrendũ eſt ad epiſcopum,niſi epiſcopus eis dederit poteſtatem in ſolidum. Ab. de ſen.& re iudica.c.Duobus.

Vicarius uoluntarius mortuo, uel ſuſpenſo prælato principali non poteſt miniſtrare. Si ſit neceſſarius, & perpetuus, poteſt. Ab.de præben.c. Extirpandæ.§.Qui uero, in additionibus. Vide. Prior clauſtralis.

Vicarius eiuſdẽ loci, qui dicitur a uico eſt qui eleuando altã uocẽ põt audiri. Vbi agitur de uicinitate locorũ dicitur uicinus qui nõ multũ diſtat. Qui uicinus præſumitur ſcire,uel ignorare aliquid. Ab.de pręſump. c.Quoſdam.

Vicarius an poſſit renunciare uſui participationis communis, ut euitet onus refectionis. Abb. de eccle. ædifica. c. Quicunque.

Victus condemnatur uictori petenti in expenſis etiam in cauſis pecuniariis, niſi ſententia pro abſente proferatur. De pœn. cap. Calumniam. Sine calumnioſæ litigauerit, quod cum in animo conſiſtat non poteſt probari ex actis, ſed ex circumſtantiis, uel temere litigauerit, quia non habet iu-

ſtam cauſam, eo quod ſuccumbit præſumitur calumnia uel temeritas in litigando. Si ſententia fertur pro abſente non condemnatur uictus uictori in expenſis. Iuramentum calumniæ non excuſat a condemnatione expenſarum. Si litigauit de conſilio aduocati, & non detexit totam ueritatem, ſibi imputatur. Si detexit quæ ſciebat, ſed ueritas ipſum latebat probabiliter, ut quia ſucceſſit in ius alterius, & non potuit inſtrui melius, tunc parcendum eſt illi. Si ueritatem detexit, & aduocatus dedit conſilium litigandi ut lucraretur, tenetur aduocatus de ſuo. Si habet conſilium ſine dolo, uel imperitia doctoris alterius, ut ſi lex multiplex erat inintelligibilis & difficilis, ſi habet conſilium ſecundum unam partem puto euadat condemnationem expenſarum, quia ceſſat calumnia & temeritas, & iuris error excuſat. Idem puto ubi habet conſilium ſecundum unam opinionem acutiſſimi doctoris, ſi ſuccumbit propter communẽ opinionem in cõtrariũ, & tunc uitat condemnationem expenſarum. Ab. ubi ſuprà. c. Calumnia.

Videtúr uerbum eſt fictum, non autem denotat præciſam ueritatem. Abb. de tranſac. c. Præterea. el primo.

Vigilia. S. Matthiæ eſt ſub pręcepto, & dies nulla eſt interponenda inter uigiliam, & feſtum. Ab. de uerbo. ſignifi. c. Quæſiuit.

Villa improprie dicitur ciuitas, ſicut apud gallos, proprie dicitur uicinitas domorum ſine meniis uallis uallata. Abb. de cenſi. c. Venerabili.

Violentia eſt caſus fortuitus. Abb. de ſepultur. c. Sacris.

Violentia probatur per teſtes, res amiſſa iuramento, & ſuper ualore amiſſarum rerum iudicis taxatione præmiſſa, & ſecutio petentis iuramento fit condemnatio. De his quæ ui meue cau. ſiũt. c. Super eo. Violẽtia, & delictũ ſunt ꝓbãda ꝑ teſtes, quia non ſtatur iuramẽto cõquerẽtis, põt ẽt probari ꝑ indicia. Itẽ per unũ teſtẽ cũ iuramẽto partis. Vt ſtetur iuramẽto duo cõcurrũt, uidelicet diffultas probationis, & odiũ uiolẽti. ſi cõtra uillã in qua quis eſt expoliatus ꝓcedatur, nõ ſtabitur iuramento ſpoliati. Ita ꝓbatio ꝑ iuramẽtũ habet locũ in qualibet ui, ſiue ſit expulſiua, ſiue ablatiua, ſiue cõpulſiua. In turbatione inquietatiua, in furto, in depoſito ſigillato ſtabitur iuramento depoſitantis, ſi reddidit depoſitum ſine ſigillo. Si iudex condemnauit in minori quantitate quam fuit a parte iuratum, non ualet eius ſententia. Ab. de his quæ ui me. ue cauſ. ſiunt. c. Super eo.

Virgilius allegatur. De uerbo. ſigni. c. Forus.

Virginitas quomodo probatur, uel improbatur. Ab. de proba. c. Propoſuiſti. Quæ ſunt eius priuilegia. Ab. ubi ſuprà. c. Cauſam.

Vidua dicitur mortuo uiro ex uſu nominis, & ui uocabuli omnis mulier non habens uirum dicitur uidua. In ſtatutis intelligitur primo modo, quia uſus nominis emulandus eſt. Abb. de elec. & elec. pot. c. Ne pro defectu.

Viſitatores dati ꝑ cõciliũ ꝓuinciale alias dicti teſtes ſinodales debent habere expẽſas a clericis, quia tenẽtur ad hoſpitalitatẽ, ſi tñ negant nõ poſſunt eos cogere, cũ nõ habeãt iuriſdictionẽ, ſed debent epiſcopo referre, qui eos cogat. Tales debẽt eſſe ꝑſonæ honeſtæ & debẽt iurare &c. In notoriis eis creditur ẽt uni, in aliis nõ niſi ſint plures. Iſti põt uiſitare ẽt uiſitante archidiacono, q̃a uiſitãs ſine iuriſdictione interrogãdo ſeculares & alias ꝑſonas. Vnde nõ impediunt uiſitantem cum iuriſdictione. Ab. de accuſa. c. Sicut olim.

Viſitator generalis non põt deponere p̃latos, põt aũt ſpecialiter datus, ſed nec uiſitator datus ſimpliciter. ſi uiſitat ut iudex ad corrigẽdũ põt deponere. Ab. dę ſta. mona. c. In ſingulis. Inquiſitor generalis datus ſuper aliqua eccleſia ut cor-

ut corrigat poteſt prælatũ ammouere ab officio. Inquiſitionis nomine cõmittitur correctio. Itẽ priuat beneficio, infamato prælato debet fieri inquiſitio tam in capite, quàm in mẽbris, quia ſuſpitio oritur ſiniſtra contra membra ex corruptione capitis. Ab. de ſen.& re iudica. c. Cum I. & A.

Viſitare debet epiſcopus ſemel in anno, ex cauſa poteſt bis uiſitare. Ab. de cenſi. c. Venerabilis. Si epiſcopus uiſitat non poteſt expenſas exigere quas facit eundo & redeundo, nec uecturas æquorum, nec ueſtes nec ſimilia. Conceditur ſibi procuratio tantum in ſignum ſubiectionis, & ut inducatur ad uiſitandum. Si recipit munera non poteſt abſolui a peccato, niſi reſtituat duplum: ſi eccleſia eſt impotens epiſcopus uiſitat ſuis expenſis, in dubio ſtatur iuramento, uel facit excommunicationem, ſi poteſt. Abb. de cenſi. cap. Procurationes. Epiſcopo' uiſitanti ciuitatis eccleſia procurare tenetur, licet nunquam procurauerit. Abb. ubi ſupra. c. Venerabili. Epiſcopus legatus poteſt bis in anno uiſitare, ſemel proprio iure, & ſemel iure legationis, & habet bis procurationem. Ab. ubi ſupra. c. Cum nuper. Viſitat epiſcopus loca publica & religioſa, loca pia poteſt uiſitare, non autem oratoria priuata. Ab. de cenſi. c. Auctoritate.

Viſitans archiepiſcopus non excedit uectiones 40. uel 50. Epiſcopus 20. uel 30. Cardinalis 25. Archidiaconus 5. uel 7. Decanus duas. Omnes ſine canibus & auibus uenatoriis in locis diuitibus. In aliis ſaluatur ut poſſunt. ſic tamen quòd propter hoc non conceditur maior numerus, ubi minor eſt conſuetus, nec debent quærere ſumptuoſas epulas. De cenſi. cap. Cum Apoſtolus. Puniendi ſunt cum actualiter uiſitant, ut quæ contra hanc conſtitutionem ſunt exacta, reſtituant duplicata. De cenſib. c. Procurationes. Inferiores prælati habentes eccleſias ſubiectas poſſunt uiſitare. Si eccleſia una ſufficit ille procurabit, ſi illa non ſufficit, plures coniungentur, nec poteſt ſuperior moram trahere ultra unam diem in eadem eccleſia ceſſante cauſa. Si epiſcopus uiſitat, non poteſt aliquid exigere ratione procurationis. Ab. ubi ſupra. c. Procurationis.

Viſitator poteſt aliquem priuare beneficio ſuo, ſi crimina hoc expoſcant, & qui committit uiſitationem habet poteſtatem amouendi a beneficio. Abb. de reſcrip. c. Dilectus filius.

Viſitatori debetur procuratio quando actu uiſitat. Ab. de cenſi. c. Cum nuper. Non autem debetur propter priuatum oratorium. Ab. ubi ſupra c. Auctoritate. An uiſitator poſſit cõponere ſuper procuratione, opiniones. Ab. de pen. c. Conſtitutus. Excommunicatio lata contra ſubditum negantem procurationem exactam ultra numerum concilii Lateranenſis non tenet. De exceſſi. præla. c. Cum ad quorundam. Licite uiſitator in uiſitatione excedit numerum concilii, dummodo pro illis perſonis procurationem non expoſcat, quia capitulum. Cum Apoſtolus. De exceſſu præla. tantum taxat numerum, & hic dicitur etiam de numero perſonarum. Dubium eſt quot perſonæ debent eſſe peditum ultra æquitantes, & de hoc ſunt opiniones. Æquum eſt pro duabus equitaturis non ducere ultra unum, nec pro tribus minus uno, iudex tamen arbitrabitur. Iſta excommunicatio eſt ipſoiure nulla, etiam ſi error non ſit expreſſus in ſententia, quia notorie continet iniuſtitiam.. Iura non dant robur notoriæ iniuſtitiæ. Ab. ubi ſupra. c. Cum ad quorundam.

Viſitationis procuratio non præſcribitur. De præſcrip. c. Ex officii. Vide. Præſcribere in ſe.

Vulneratus multo tempore poſt puta poſt octo menſes a tempore infricti uulnere nec præſumitur deceſſiſſe ex uulnere, quãdo percuſſus uiſus eſt cõualuiſſe, ſecus ſi ſemper in deterius proceſſit, & tandem defunctus eſt. Si infra paucos dies deceſsit, præſumitur ex uulnere deceſsiſſe. Glo. & Abb. de cleri. percuſſo. c. Præterea. Vide. Percuſſus.

Vnctio extrema non eſt ſacramentum, ideo poteſt reiterari. Glo. de ſecundis nup. Vir autem. immo eſt ſacramentum, ſed reiteratur, quia non imprimit caracterem. Ab. ubi ſupra.

Vnctionem extremam ſolus ſacerdos poteſt miniſtrare infirmo. De uerbo. ſignifica. c. Quæſiuit. Vnus ſolus ſacerdos ſufficit indiſtincte. In dicto ſancti Iacobi debet plurale reſolui in ſingulare, uel dicitur quòd eſt conſilium. Ab. ubi ſupra.

Vnctio datur epiſcopo ſacerdoti & regi diuerſimode, & horum asſignatur ratio, cuilibet baptizando & confirmando, altari, calici & patennæ, & templo quo & ex quibus liquoribus. Abb. de ſacra. unct. cap. Cum ueniſſet.

Vniuerſitas ſcholarium ſi maior pars eſt eccleſiaſtica, dicitur eccleſiaſtica, & erit ſub iudice eccleſiaſtico, ſi maior pars ſit ſecularis, erit ſecularis, & ſub iudice ſeculari. Ab. de loca. c. Ex reſcripto.

Vniuerſitatem faciunt ſcholares non autem diſcipuli aliarum artium, quia ſcholares habent conuenire pro pluribus expediendis, puta in modo uiuendi, in expenſis, ideo poſſunt facere collegium. Vniuerſitatem faciunt etiam exercentes aliquam artem, & poſſunt eligere rectorem qui habet iuriſdictionem in ſingulos. In his tamen quæ concernunt exercitium illius artis. Ab. de procurato. c. Quia. Vtrum actus geſtus ab uniuerſitate ualeat quando in ea fuerunt aliqui inhabiles propter quod interfuerunt. Ab. ubi ſupra. c. Conſuluiſti. Quando fit inſtrumentum pro actu uniuerſitatis nõ oportet nomina omnium exprimi, maxime ubi eſt maxima multitudo, niſi forte ſingulariter ſe obligent. Ab. de ſindi. c. Sicut. Pro duobus primis. Vide. Statutum poteſt facere populus. Vnus ſolus de uniuerſitate poteſt ſe opponere, ut qui non eſt de uniuerſitate ſe non immiſceat eorum tractatibus, & ut non habeatur tanquam unus de corpore. Ab. de conceſ. præben. c. Ex parte.

Vocabulum quandoque aſſumit ſibi nomen a materia, quandoque a cauſa effectiua. Ab. de uerb. ſigni. c. Forus.

Voluntas coacta eſt uoluntas, ſed non abſoluta, ideo in actu in quo requiritur abſoluta uoluntas & omnino libertas, uoluntas coacta non ſufficit. Ab. de baptiſ. c. Minores. §. Item quæritur.

In uoluntate eadem præſumitur quis durare, ideo allegans uoluntatem mutatam habet illam probare. Ab. ubi ſupra.

Voluntas non reputatur pro facto in foro animæ, nec quo ad Deum ubi non eſt ſubſecutum delictum etiam propter impotentiam. Ab. de homici. c. Sicut dignum. Vide. Pœnitentia in caſu dubio.

In uoto ſunt tria neceſſaria. uidelicet deliberatio, propoſitum uoluntatis, & promisſio. Idem eſt in iuramento, aliter credo quòd non obliget. Abb. de iure iuran. c. Sicut ex litteris. Votum, iuramentum, & promisſio non obligant pro ſucceſſoribus non promittentes. Si tamen capitulum ſcit hoc præſtari per procuratorem obligatur. Ab. de reſtitu. ſpolia. c. Olim. Vouens ſimpliciter poteſt compelli ad executionem uoti, quia ſimplex uotum

obligat,

obligat, etiam de iure ciuili. Si quis uouit intrare monaſterium poteſt monaſterium inſtare, ut compellat intrare. Ab. de fid. inſtrum. c. Quod ſuper.

In uoto ſemper intelligitur conditio generalis, ſi commode fieri poteſt. Glo. de uo. & uoti.redempt. c. Non eſt. Inquantum dicit cōmode non placet, quia impedimentum difficultatis non aufert obligationem uoti ſed reddit facilitatem diſpenſandi. Ab. ubi ſupra. Intelligitur conditio tradita, ſi potero, ideo non dicitur frangere uotum qui propter neceſſitatem illud deſerit. Ab. de regul. iur. c. Qui ſcandalizauerit. Nec dicitur egrotus frangere ieiunium quadrageſimæ, ſi carnes comedit, uel non ieiunat. Glo. ubi ſupra. c. Quod non eſt.

Votum caſtitatis ſi præcedat ſponſalia, non ualent ſponſalia, ſi econtra compelletur uouens ſolennizare uotum aut perficere ſponſalia. Cum ſit orta obligatio in ſponſo non uidetur quòd in ipſius præiudicium poſſit uouere caſtitatem. Votum caſtitatis poſt ſponſalia obligat mulierem quo ad ſe, ſolutis ſponſalibus per ſequens matrimonium contractum per uirum reuiuiſcit in ſuo robore. Ab. qui cleric. uel uouen. c. Veniens.

In uoto caſtitatis eccleſia quandoque diſpenſat, alii tamen dicunt quòd non diſpenſat, ſed permittit contrahere. Ab. ubi ſupra. c. Veniens.

In uoto continentiæ, diſpenſat epiſcopus ſi ſit uotum ſimplex, ut ſpeculator & hoſti. dicunt ſolus papa diſpenſat, ſed Glo. in cap. primo dicit quòd nec papa diſpenſat, nec poteſt. Mihi uidetur quòd directe papa poſſit diſpenſare exiſtente cauſa legitima. In terminis huius capituli poteſt epiſcopus diſpenſare, extra caſum huius capituli uel conſimilis terminos puto quòd non poterit, quia caſus eſt arduus, qui debet reſeruari papæ. Hoc uult iſta littera non cauillando. Ab. qui cleri. uel uouen. cap. Veniens. Eſt hæc permiſſio contrahendi ne deterius contingat, uel habita hæc datur, quia ex quadam conturbatione uouit. Glo ubi ſupra. cap. Veniens.

Votū poteſt eleemoſinis redimi, uel in aliud cōmutari auctoritate ſuperioris exiſtēte cauſa legitima. De uot. & uoti redemp. c. De peregrinationis. Quando cauſa ſola eſt in uoluntate, puta quia eſt debilis, ſatis eſt commutatio fiat in ſimilem cauſam, licet ille non ſit Deo magis accepta. Impedimentum omne ſuperueniens, quod a principio impediſſet uotum, ſi oritur poſt uotum aufert obligationem uoti, licet hoc ſit uerum, tamen tutius eſt ut mutetur in aliam cauſam. Commutari poteſt, ubi eſt neceſſitas, uel utilitas. In uotis inferior epiſcopo non diſpenſat. Ab. ubi ſupra. c. De peregrinationis.

Votum licet ſit de iure diuino, tamen poteſt declarari, commutari, ac diſpenſari per prælatos, quia hoc ſit ex tacita mente iuris diuini. Item papa, & epiſcopus tenent locū Dei cuius auctoritate diſpenſant non hominis. Ab. de uo. & uoti redemp. c. Non eſt. Quòd uota poſſint cōmutari non oportet ire per argumenta cū ſit expreſſum. leui. ulti. & num. 30. capitulis. Ab. ubi ſupra. c. Magne. Vota emittuntur primo in ſeruitium & placitū Dei. Vnde ſi mutatur in melius non ſoluitur obligatio uoti, immo augetur, quia commutatur in id quod eſt Deo magis acceptum, & ſic ex uoluntate Dei commutatur. Ex uoluntate creditoris poteſt unum pro alio ſolui. Ieiunia eccleſiæ non ſolum ſunt ad macerandum carnem, ſed etiam ad deuotionem certi temporis, ideo per ſolutionem alterius non ſatisfit cauſæ inſtitutionis ieiuniorum, ſecundo non licet inferiori uouere contra conſtitu-

tionem ſuperioris ſine cauſa, ideo nec epiſcopo licet mutare ieiunia eccleſiæ ſine cauſa. Ab. de uo. & uoti redemp. c. Magne. Poteſt uoti commutatio fieri ſine neceſſitate, ſi tamen utilitas ſit in commutatione, nec requiritur quòd cauſa commutationis ſit in uouentem, ſed ſatis eſt quòd commutatio ſit in id quod eſt magis utile,& Deo magis acceptum. Fallit in uoto ꝙ eſt in ſubſidiū terræ ſanctæ. Ab.de uo.& uoti redēp.c.Ex multa.

Votum omne eſt mutabile in uotum religionis. De uo.& uoti redemp.c.Scripturę. Nec requiritur auctoritas ſuperioris, quia in primo ingreſſu religionis non ſolum opera ſua, ſed etiam ſe dedicat Deo. Vnde non eſt ueriſimile quòd Deus uelit exigere obſequium temporale ab eo, qui ſeipſum reddidit in ſeruum. immo prima obligatio uidetur includi in poſteriori. Abb. ubi ſupra.

Votum omne poteſt per epiſcopum diſpenſari, niſi ſit in ſubſidium terræ ſanctæ. In eo tamen poteſt diſpenſari ſi uouit uiſitare ſepulchrum cauſa deuotionis. Ab. & Glo. De uo. & uoti redemp. c. Ex multa.

Voti executio non eſt differenda niſi auctoritate ſuperioris, alioquin ſi deficit eſt uoti tranſgreſſor. Ab. de uo. & uot. redempt. c. Non eſt. Ad executionē uoti quis compelli ur ceſſante rationabili cauſa, nec ſufficit præſtare intereſſe, quia uotum obligat de iure diuino. Ab. ubi ſupra. c. Quod ſuper. licet. Votum unius poteſt impleri per alium, & unus pro alio ieiunare. Glo. & Ab. ubi ſupra. c. Licet. Vouens ad unam menſuram ſoluere ſolitam ſoluet quod debetur ex uoto, ad illam ſolui debet in poſterum, ſi ad diuerſas, liberabitur ſoluens etiam ad minorem. De cenſi. c. Ex parte.

In iuris naturalis pręiudicium uir nihil poteſt uouere uxore non conſentiente. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Coniugatus.

Votum irritatur primo quando ponitur conditio generalis, uel ſpecialis quæ deficit in uoto. Generalis ut ſi Deo placuerit, ſi potero, quæ etiam intelliguntur ſi non exprimantur, ſpecialis ut ſi filius meus ſanabitur, nec tamen in talibus cōmittitur ſimonia. ſecundo irritatur ex defectu poteſtatis. Seruus non poteſt ſe uoto obligere in preiudicium domini, in aliis obligatur. Religioſus non poteſt uouere abſtinentiam, nec peregrinationem. Vbi alii non ſcandalizantur, nec datur modus uagandi, puta dicere orationes, poteſt ſe religioſus obligare. Quæ poſſunt uoueri in religione ſi illa uouent in ſeculo illa tenentur implere, alia tolluntur per ingreſſum religionis. Impubes obligatur ſi ſit doli capax. Fallit iu uoto religionis. Filiusfamilias obligatur ad uota quæ poteſt exequi ſine præiudicio paternæ poteſtatis, & ex quo non retulit id ad habile tempus non tenetur ad uotū, quando erit ſolutus a paterna poteſtate. Vir poteſt uouere abſtinentiā niſi præiudicetur mulieri, ſed nec uxor pōt uouere ſine licentia uiri. Si uir conſenſit poteſt reuocare, & licet male faciat, uxor tamen non poteſt contradicere, ſi uterque, uel alter eorum uouit ante contractum matrimonium exequi non poteſt in præiudicium alterius, uxor poteſt uouere dare quædā ſine conſenſu uiri. Clericus non poteſt uouere peregrinationem ſine conſenſu epiſcopi, poteſt tamen uouere continentiam, & religionem. Epiſcopus nec peregrinationem, nec religionem poteſt uouere. Idem dic de Abbate ſine licentia ſuperioris. Ab. de uo.& uoti. redempt. c. Scripturæ.

Vouere poteſt quis non facere quod aliis eſt prohibitum. Ab. de obſerua. ieiu. c. Explicare.

Iratus ſi uouit ingreſſum religionis, uel obligauit ſe ad eleemoſinam uotum

tenet

tener, quia iſta non indigent deliberatione niſi ſaperent quandam mentis alienationem, puto tamen quod ſi iraſcatur tantum, quod ſedato furore nõ uenisſet, eum non obligari coram Deo, ſed quia difficile eſt hoc probare, expedit quod eleemoſina teneat, & uotum obliget. Ab. de conuerſio. coniugato. c. Dudum.

Votum non uitiatur etiam ex ceſſatione cauſæ ſecundariç, quæ tamen fuit impulſiua ad uotum. Cauſa principalis uouendi religionem eſt ut ſeruiat Deo, ſecundario poteſt eſſe &c. Abb. de conuerſio. coniugato. c. Ex parte. Ceſſante cauſa impulſiua & non finali non ceſſat uotum. Finalis eſt ut placeat Deo. Impulſiua ut iret ad illam ciuitatem. Abb. ubi ſuprà. cap. Magnæ.

Votum ubi impeditur ex aliquo facto intrinſeco non obligat ad implendum, etiam ceſſante impedimento, ideo qui in uita uxore ſua profitetur ea mortua non tenetur intrare religionem. Ab. de conuerſio. coniúga. c. Quidam. & ubi ſuprà. c. Placet.

Votum obligat efficaciter uouentem, licet ab aliquo receptum non fuerit, quia Deus qui ſemper eſt præſens, & cui fit, intelligitur recipere. Ex ſimplici promiſſione facta eccleſiæ poteſt quis compelli ad uoti executionem. Vouens intrare religionem poteſt compelli per clericos illius eccleſię. Abb. de cenſi. cap. Ex parte. Obligationem uoti tollit horror mortis naturalis, ſi tamen uouens deliberet poteſt ſe obligare. Ab. ubi ſuprà. c. Litterarum tuarum.

In uotis procedit regula iuris ſi non ualet quod ago, ualet quod ualere poteſt, ideo ſi maritus uouit religionem, tenetur ad caſtitatem. Ab. de conuerſio. coniuga. c. Quidam. Si uouens non poteſt uotum complere per ſe, tenetur per alium complere. Abb. ubi ſuprà. c. Licet.

Votum in puerili ætate obligat, ſed faciliter commutatur. Poſt doli capacitatem quis obligatur uoto. Ex hoc uotum ex facilitate emiſſum obligat, licet faciliter diſpenſetur. Abb. ubi ſuprà. c. Veniens. Emiſſum tempore inhabili non obligat pro tempore habili, quia paria ſunt nullum, & minus efficax. Abb. de conuerſio. coniugato. c. Placet. Si uotum artatur ad certam diem obligat ad duo, primo ut impleatur die præfixa, ſecundo ut impleatur, ideo poſt lapſum diei remanet obligatio. Ab. ubi ſuprà. c. Per tuas.

In uotis quandoque fit interpretatio ut minus obliget uouentem, ſecus in legatis ubi interpretatio non fit contra donatorem, ſed contra hæredem. Interpretatio arbitrio boni uiri determinabitur. Abbas de cenſi. capit. Ex parte.

Ex uoto qui aliquid operatur plus meretur, quam qui ſine uoto. Abb. ubi ſuprà. c. Magnę.

Propoſitum mutandi perpetuo uitam obligat ad peccatum mortale, & ex tali propoſito dicitur Deo uouiſſe. Abb. de regular. c. Conſulti.

Proponens religionem ingredi, ſi non ingrediatur non eſt reus uoti. Vbi ſuprà. cap. Litterarum ueſtrarum. Secundum canoniſtas propoſitum obligat ad uotum. ſecundum S. Tho. Tria ſunt neceſſaria in uoto ut obliget, uidelicet deliberatio, propoſitum, & promiſſio ſaltem cordis. Hæc uia mihi magis placet. Dicta canoniſtarum gloſanda ſunt, quando ex propoſito uentum eſt ad promiſſionem, & ad hoc bene facit iſte teſtis. Ab. ubi ſuprà. c. Litterarum ueſtrarum.

Vouens

Vouens religionem poteſt compelli ad intrandum, ſi tamen contraxit matrimonium non poteſt poſt, quia uinculum maius ſuperuenit. Abb. Qui cleri.uel uouen. c. Meminimus. Hoc uotum non obligat ante pubertatem. Abb. de regular. c. Ad noſtram.

Qui uouit religionem ſi uoto non completo fiat epiſcopus, renunciare debet, & uotum implere. Vbi ſupra. cap. Per tuas. Per carnale matrimonium tollitur factum prius matrimonio non conſonum, non autem per ſpirituale, cui non ſubiicitur uotum religionis. An per acceptationem epiſcopatus quis liberetur a uoto religionis ſimplici, opiniones, & concluditur quod ſic ſi acceptauit propter Deum, non autem ſi ut præeſſet, & tunc non tenetur reſignare epiſcopatui, uel electioni. Ad iſtum textum dicitur quod papa aduertit ad conſcientiam iſtius. Abb. ubi ſuprà. c. Per litteras. Immo compelli poteſt ad religionem, etiam ſi ſit factus epiſcopus, ſimiliter ad exequenda alia uota compellitur. Ab. de regular. c. Porrectum.

Votum ſimplex dicitur quod non eſt ſolennitate ueſtitum, ſolennizatur per ordinis ſuſceptionem, uel ueſtis profeſſorum, uel exercendo quæ ſoli profeſſi exercere conſueuerunt, uel per profeſſionem. Abb. Qui cleri. uel uouen. cap. Rurſus. Qui habet uotum ſimplex compelli poteſt ad executionem. Equaliter obligat apud Deum uotum ſimplex, & ſolenne in genere, in quantitate reatus differunt. In ſe eandem uim habent ad impediendum matrimonium futurum, ſed ex conſtitutione eccleſiæ uotum ſolenne fortius eſt, & ſi non eſſet conſtitutio eccleſię teneret matrimonium contractum a religioſo. Et poſſet eccleſia ſtatuere quod matrimonium contractum per religioſum teneret. Votum ſimplex præualet ſponſalibus, & contractibus iuratis. Abb. ubi ſuprà. c. Rurſus. Vide. Votum ſolenne. Impedimentum, ſimplex uotum, & ſolenne ęqualiter obligant. Glo. ubi ſuprà. c. Meminimus.

Ad uotum ſolennizandum non ſufficit opinio, & credulitas, ſed oportet uere ſubſequatur ordo ſacer, uel religionis ingreſſus. Quot modis ſolennizatur. Abb. de presbyter. non baptiza. c. Si quis.

Voti terræ ſanctæ executio poteſt differri auctoritate papæ. Vbi ſupra. cap. Non eſt. Si fiat ob deuotionem & præueniatur morte, uel impediatur omnino, non tenetur per alium implere, ſecus ſi uouit in ſubſidium terræ ſanctę. Abb. ubi ſupra. c. Licet. Papa commutat hoc uotum in ieiuniis maxime ceſſante cauſa quæ induxit uotum, ita tamen quod expenſæ eundo, morando & redeundo in aliquo temporali pio ſubſidio terræ ſanctę mittantur Vbi ſupra. cap. Magna. Impedito ad tempus conceditur dilatio, impedito perpetuo redemptio in eo quod magis expedit terrę. Vbi ſuprà. cap. Quod ſuper eſt. In cæteris caſibus redimi, & commutari poteſt, non tamen niſi per papam, uel eius ſpeciale mandatum. Primo inhabilis ad pugnandum, ſi ualet conſilio uel ducit ſecum bellatores non redimit uotum. ſecundo uxor poteſt non ſequi uirum, ſi ipſa noluerit. Vir ſine conſenſu uxoris poteſt hoc uotum emittere. Clerici inhabiles ad pugnandā redimunt hoc uotum, niſi in certis caſibus. Vbi ſupra. c. Ex multa.

Vſucapio eſt reſpectu bonorum mobilium, & quo ad hoc ſufficit triennium, & eſt acquiſitio dominii per continuationem poſſeſſionis temporis legis diffiniti. Abb. in rubri. de præſcrip.

Vſuſ-

Vſusfructuarius tenetur reficere domum. Glo. de eccle. ædifica. c. Quicunque. Cauet quod fruetur bonis immobilibus ſalua eorum ſubſtantia, & pecuniam & extimationem mobilium quæ conſumitur uſu finito quod ſupereſt reſtituet. Cũ per ingreſſum religionis non extinguatur uſuſfructus, de hisquæ uſu minuun ur damnum cedit proprietario, niſi ſit ex culpa utentis. Si non cadit a principio bona fide faciet fructus ſuos, ſi in mala non facit, & tenetur ad reſtitutionem. Abb. de pigno. cap. Cum contra.

Vſusfructuarius ſine conſenſu domini donans rem ipſam uxori poſt nuptias non transfert in eam plus iuris, quam ipſe habeat. Idem dic de eo qui ſub conditione adueniente habet rem in hæreditatem, uel feudum. De dona. inter uir. & uxor. cap. Nuper. Vſufructuarius poteſt alteri concedere uſum in uita ſua. Abb. ubi ſuprà.

Vſura eſt quicquid accedit ſorti ex pacto, uel intentione præcedente. Vel uſura eſt lucrum mutui ex pacto debitum, uel exactum. Abb. in rubri. c. De uſur. Vſura eſt accipere aliquid ultra ſortem. Fallit primo in feudo ſi pignoretur domino. Secundo ratione intereſſe, quando non ſoluit in termino. Tertio in uenditione cum pacto de retrouendendo. Quarto ubi pecunia datur ad pompam. Quinto ubi ponitur pœna, non tamen in fraudem uſurarum. Sexto pro onere matrimonii. Glo. de uſur. cap. Conqueſtus. Septimo fideiuſſor qui ſoluit uſuras creditori. Octauo quando emitur annuus redditus. Nono ratione dubii. Decimo quando gratis aliquid datur ceſſante praua intentione. Vndecimo quando ratione mutui creditor ſubiit laborem in cuius recompenſationem poſſunt fructus non computari in ſortem. Duodecimo quando ratione adminiſtrationis quis tenebatur collocare pecuniam in emptione prædiorum ut tutor. Vnde pupilli poſſunt petere intereſſe, & hoc nota contra prælatos qui tenentur acquirere eccleſiis, & non acquirunt. Abb. de uſur. cap. Conqueſtus. Tertiodecimo ſi mutuauit Hoſti. Abb. ubi ſuprà. c. Poſt miſerabilem. Vſura eſt ſi accipiatur aliquid ultra ſortem, etiam ſi in ſe ſuſcipiat periculum. De uſur. cap. Nauiganti. Quicquid ultra ſortem accipitur, ſi poteſt extimari pecunia nec poteſt ſic aliquid accipere ex pacto, licet ſuſcipiat in ſe periculum mutuatę pecuniæ, quia poteſt contingere quod iſte non lucraretur. Abbas ubi ſuprà. cap. Nauiganti.

De uſuris cum agitur poteſt iudex in qualibet parte litis ex officio ſuo probationibus deficientibus exigere iuramentum a partibus de ueritate dicenda. Quando uſurarius negat, & fama, uel preſumptio facit ſemiplenam probationem, quomodo procedendum ſit. Abb. de iureiuran. c. Ex litteris. In proceſſu admittuntur teſtes, debitores, qui ſoluerunt uſuras. Abb. ubi ſuprà. c. Ad noſtram.

Vſurarii bona non ſunt obligata reſtitutioni pro uſuris, & qui habet illa titulo ſingulari non tenetur reſtituere illa, ſed hæres tenetur ad reſtituendum. Abb. de uſur. c. Tua nos.

Vſurarius ſi in cautione promittit reſtitutionem quantitatis fraudulenter extortæ, ſi non appareat creditores in tanta quantitate, quod plus eſt debet in pauperes diſtribui. Abb. de teſtam. c. Tua nobis.

Dans centum ut ſingulis annis recipiat quinque in perpetuum, uel ad uitam licite facit, ſi redditus annuus conſtituitur ex redditibus fundi, uel domus,

domus, uel ex laboribus perſonæ liberæ uel ſerui, nec poteſt dici uſura, quia mutuum non interuenit. Item licet emptori petere precium ad libitum, ſicut licet emere totam poſſeſſionem, uel capere in emphiteoteſim, uel emere annuum redditum iam conſtitutum, ita de nouo recipere, conſtituere, & emere. Emptor exponit ſe periculo, quia uenditor forte efficietur inops, ſecundo res & præcium ſunt de præſenti, & nulla eſt fraus, tertio habens actionem contra aliquem pro centum poteſt uendere pro octoginta. Hic eſt uere uenditio, & emens exponit ſe periculo, cum dubius ſit euentus litis, & debitor fugere poſſit, & pauper fieri. Venetiis & florentiæ, ubi ciues compelluntur tempore neceſſitatis ſubuenire communi, & commune ſtatuit quinque pro centum non poteſt ciuis illud capitale repetere, ſed tamen poteſt uendere alteri, nec eſt uſura. Commune tamen poteſt exonerare conſtituendo muttuum. Ab. de uſur. c. In ciuitate.

Vſura committitur in rebus in quibus conſiſtit mutuum, quod in tribus generibus inuenitur, in numero ut pecunia, in pondere, & in menſura. In mutuo transfertur dominium, quia fit de meo tuum, nec tenetur recipiens reſtituere idem in ſubſtantia, ſed ſub certitudine ualoris, quæ certitudo in aliis rebus non conſiſtentibus in numero, pondere, & menſura non poteſt de facili inueniri in rebus eiuſdem ſubſtantię. In iſtis eſt uſura quia transfertur dominium, & uſus rei non eſt ſeparatus a conſumptione dominii rei. In his aliquid ultra accipitur ex uſu rei inſeparabili a dominio rei, ſecus in aliis, ideo dicitur uſura quaſi emptus uſus, uel quia inducitur uſus ubi non eſt. Ex re locata poteſt aliquid capi. Qui mutuat pecuniam ad pompam poteſt aliquid ultra accipere, quia uſus ſeparatus eſt a dominio. Cum dicitur uſura eſt in numero, pondere & menſura intellige de procedentibus ex parte uſurarii, quia ex parte capientis nihil refert quicquid detur ratione lucri. Abb. in rubr. de uſur.

De uſuris conuictus per famam, & alia argumenta poteſt manifeſtari uſurarius, & tanquam manifeſtus uſurarius compeſci ſecundum diſpoſitionem concilii Lateranenſis. De uſur. cap. Cum in diocœſi. Ordinarius contra uſurarios debet officium ſuum exercere, etiam nullo accuſante. Abb. ubi ſuprà.

Accipiens pro dote pignus non tenetur in ſortem fructus computare. De uſur. c. Salubriter. Cedunt fructus ad alimentandum uxorem, ideo alimentanda eſt ſecundum quantitatem dotis. In hoc caſu fructus pignoris ſortem non extenuat, ſed cedunt creditori. Si a principio conueniunt ut ſoluatur dos certo tempore, uſque ad terminum nihil poteſt habere. Si dedit pignus facit fructus ſuos. Poteſt etiam conuenire ut ſingulis annis tantum recipiat, donec &c. cum non recipit pro mutuo, nec pro dilatione, ſed ut ſuſtineat onera matrimonii, & ſic capit ut intereſſe, nec obſtant rationes Ioan. Andreæ in oppoſitum, quia etiam ex pignore habet quandoque aliquid certum. Hæres mariti defuncti non facit fructus ſuos, quia poteſt ſe liberare ab obligatione, & reſtitutione pignoris. Hæc uxor defuncto uiro cum non ſuſtineat ſeruitia matrimonii matrimonio ſoluto, ideo ſit cauta, & accipiat pignus in ſolutum, ſi ſtatutum eſt quod ſoluto matrimonio ſi hęres mariti moram fecerit in ſoluenda dote tenentur dare certum quid uxori, dico quod hæres mariti tenetur alere relictam, donec perſoluerit ſibi dotem. Si uxor non habet alia bona etiam infra annum da-

tum heredi a ſtatuto ad reſtituendum. In tali caſu ſtatutum ualet alimentorum, ſecus ubi non debet ali ab hærede mariti. Partus tamen ancillæ dotalis non cedit marito, quia humana creatura non computatur in fructu, cum fructus omnes ſint gratia hominis, arbores quæ naſcuntur cedi poſſunt. Ab. ubi ſupra. c. Salubriter.

In uſuris eccleſia habet iuriſdictionem, quia uſurarii committunt principaliter in Deum abutendo uſu rei, ideo ad eius uicarium ſpectat punitio, ſecundo quia eſt peccatum ex utroque teſtamento & ex iure canonico, ideo puniendum per auctorem canonum. Ab. in rubri. de uſur. Poſſunt repeti coram iudice ſeculari, & poſſunt cogi uſurarii ad remiſſionem præmiſſorũ. Eſt ergo crimen mixti fori, ubi non dubitatur an contractus ſit uſurarius. Vbi dubitatur cognitio pertinet tantũ ad iudicem eccleſiaſticum. Ab. de uſur. c. Poſt miſerabilem.

Vſura inducitur ſi quis emit rem eo pacto quòd poſt tempus reſtituat uenditori recipiendo aliquid ultra ſortem computatis fructibus. De pignori. c. Illa. uos. Qui emit rem & immediate locat uendenti, quam tenet in poſſeſſione, ipſe emptor præſumitur uſurarius, quia contra uſurarios facile præſumitur. Ab. ubi ſupra. c. Vide. ſi in uenditione pactum.

Vſura non eſt ſi quis emit minus iuſto precio quando ueriſimiliter dubitatur an tempore ſolutionis plus uel minus ſit res ualitura. De uſur. c. Nauiganti. Qui emit rem de præſenti minus quàm ualeat, quia differtur traditio rei uenditæ, & ſoluit de præſenti cenſendus eſt uſurarius, niſi dubium ſit quòd plus, uel minus ſit ualitura tempore traditionis, quia eſt ac ſi pecuniam mutuat uenditori, ut lucrum percipiat. In foro iudiciali excuſatur ratione dubii. In foro pœnitentiæ, ſtatur conſcientiæ eius. In tali contractu duo eſſe debent, primo quòd tempore ſolutionis dubiũ ſit an plus, uel minus ſit ualitura, ſecundo quòd uendens non eſſet aliter uenditurus tempore contractus, ſi horum alterum ceſſet, eſt uſura, quia fingitur emptorem ſoluiſſe, & uenditorem mutuaſſe prẹcium uſque ad tempus ſolutionis. Et licet ex forma contractus non poſſit dici uſurarius, dicitur tamen propter fraudatam mentem. Certitudo quòd res plus ualeat tempore ſolutionis attenditur ſecundum cõmunem opinionem & curſum regionis. Communiter granum minus ualet tempore meſſis quàm in paſchate. Et licet quandoque accidat contrarium non tamen propter hoc recedendum eſt a prædicta præſumptione, quia frequenter accidit. Ab. ubi ſupra. c. Nauiganti.

In emphiteoteſi an ſit uſura. Vide ſupra. c. Dans centum.

Vſura non eſt, ſi aliquid ultra ſortem recipitur ratione intereſſe, quia id nõ eſt lucrum accedens ſorti Ab. de uſur. plures. c. Quoniam. Conqueſtus. Vide. Intereſſe. Qui mutuauit poteſt petere intereſſe, ſi accipiens mutuũ non ſoluit in termino. Vnde poteſt a principio pactum facere. Vbi cum mutuat ut amico ſeruiat, minus damnum incurrat, & non ratione lucri excuſari poteſt, licet alia uia ſit tutior. Ab. ubi ſupra. c. Nauiganti.

Vſurarii excommunicantur. De ui. & honeſta. cleri. Clerici. Layci excommunicandi ſunt niſi reſtituant. clerici ſuſpendendi ab officiis, & beneficiis, & repellendi a dignitate. Glo. ubi ſupra.

Vſuras non concedunt leges ciuiles. Glo. & Ab. de uſur. c. Quia in omnibus. Secundum leges non poſſunt exigi uſurẹ ad libitum, ſed uſque ad certum quid. Hodie prohibentur omnino. Ab. ubi ſupra. c. Quanto. Vſura

permiſſa ſecundum leges ciuiles in toto anno æquipatantur ſorti, non tamen excedit. Ab. de exceſſi. prælа. c. Inter dilectos.

Loca Venetiis & Florentię. Vide ſupra. c. Dans centum.

Qui mutuauit menſuram grani prӕcii unius aurei, & nunc eſt prӕcii duorũ aureorum, ſi mutuauit frumentum poteſt eandem menſuram accipere, niſi factum ſit in fraudem, puta quia antiquum minus ualebat. Ab. de uſur. c. Nauiganti.

Vſura mentalis in foro animæ eſt reſtituenda. De uſur. c. Conſuluit. Omnis ſpes conſequendi aliquid extraneũ principaliter eſt damnata, non ſecundario & quodcunque modicum detur inducitur uſura. Vſurarius mentalis ſi uult animæ ſuæ conſulere debet effectualiter & realiter reſtituere, & ad hoc tenetur, nec ſufficit agere pœnitentiam, ſecus in ſimonia mentali. In foro iudiciali non condemnatur, quia non iudicatur de ocultis, ſi tamen confitetur ſe habuiſſe intentionem corruptam & petitur, condemnabitur ut uſurarius. Ab. ubi ſupra. c. Conſuluit. In uſura mentali reſtituendum eſt quicquid accipitur, non autem in ſimonia, & diuerſitatis ratio a multis asſignata hic ponitur. Male poteſt reddi ratio diuerſitatis, niſi dicamus hoc inductum in odium uſurarum, & ſi hoc eſſet permiſſum daretur ſæpe materia fingendi, & ſine pacto ſolueretur uſura. Vel poteſt reſtringi hoc capitulum ad ſimoniã probitam ex ſtatuto eccleſiæ, uel ut intelligatur in effectu, & ſpe ſecundaria, non in primaria. Hoc tutius eſt tenendum ut ubi fuit intentio principalis, immineat reſtitutio. Abb. de ſimo. c. Mandato.

Ex pecunia depoſitata apud mercatorem licite poteſt capi pars honeſta lucri, & ſic ex pecunia cum miniſterio alterius poteſt prouenire lucrum honeſtum. Ex hoc ſolitus mercari poteſt agere contra debitorem moroſum ut ſoluat ratione intereſſe id quod uerſimiliter fuiſſet lucratus ex pecunia tradita. An ſaluo capitali poſſit habere lucrum Io.And. & hoſti. Tenent quòd ſic, ſed hæc eſt ſocietas lupina. Ideo dico quòd oportet ſtet periculo capitalis, & mercator periculo amiſſionis operum, alias non licet. Non licet etiam a principio paciſci quòd habeat decẽ pro centenario, nec iſta conceduntur pro muliere, ut quidam dicunt, cum nec pro redemptione captiuorum liceat. Abb. de donatio. inter uir. & uxo. c. Per ueſtras. & Ab. de uſur. c. Nauiganti. Vide ibi opiniones. uia tutior eſt ut ponens pecuniam perdat de capitali, & negociator de opera. Ab. ubi ſupra. c. Nauiganti. In ſocietate an poſſit deduci in pactum ut ponens pecuniam nullum damnum patiatur, ſed capitale ſeruetur, opiniones. Via tutior eſt ut ponens pecuniam perdat de capitali, & alius opera, nec eſt equum ut negociator habeat damnum operum, & capitalis, & qui ponit pecuniam nihil patiatur, & ſic eſſet contra naturam ſocietatis. Abb. de uſur. cap. Nauiganti.

Qui habet merces ubi parum ualent, & uult deferre ubi plus ualent, poteſt alteri petenti uendere quanti ualent in loco in quo uolebat deferre ceſſante fraude. Ab. de uſur. c. Nauiganti.

Vſurarius monitus non deſiſtens ſi eſt clericus ab officio & beneficio ſuſpẽditur, ſi laycus, excommunicatur. De uſur. c. Præterea. Clericus non eſt ipſo facto priuatus, ſed debet ſuſpendi, & poteſt deponi. Æquum eſt quòd iudex incipiat a pœna mitiori, deinde ueniat ad iſtas, in eius tamen optione eſt inferre quam uult, & melius eſt hanc pœnam exercere in uita quàm

expectare

expectare mortemquia, & ipſi epiſcopi peccant expectantes mortem. Ab. ubi ſupra. c. Præterea.

Qui uſuras extorſit nomine alieno non tenetur ad reſtitutionem, nec poteſt excipi contra eum ſi principalis eſt ſoluendo, alias ſecus ex quo dedit cauſam delicto tenetur alio non uolente ſatisfacere. Abb. de uſur. cap. Michael.

Qui ſe obligauit ad uſuras ſoluendas nó cogitur reſtituere, niſi iurauerit quo caſu cogitur, ſed repetit. De iureiuran. c. Debitores. Qui repetere nó poteſt propter iuramentum ei per iudicis officium ſubuenitur. Qui iurauit uſuras non repetere poteſt noua cauſa repetere non obſtante iuramento. Si in teſtamento dicit, ſi probauerint uſuras ſoluiſſe, reſtituantur, ex hoc non probatur quòd fuerit uſurarius. An ex hoc relaxandum ſit iuramentum & non repetendo uſuras, & an ſit legatum, opiniones. Ab. de iureiuran. cap. Ad noſtram. ſecundum.

Vſura eſt ſi obligatio naturalis deducatur in ciuilem puta mutuo tibi, ut tu alia uice tenearis mihi mutuare, quia ex obligatione ciuili poſſunt hęc compellere, non autem ex naturali. Ab. de uſur. c. Conſuluit.

Vſuram committere etiam pro opero pio non licet, ſed nec licet pro pio opere inducere aliquem ad non reſtituendum. De uſur. c. Super eo.

Parabolam iuramenti non dans niſi inde aliquid recipiat in foro animæ tenetur reſtituere. De uſur. c. Conſuluit. Dic per omnia ſicut ſupra. In uſura metali. Eſt autem parabola iuramenti quando debitor iurat reſtituere mutuum infra menſem, & adueniente termino non ualet commode ſoluere rogat creditorem ut differat terminum, & creditor non uult niſi prius aliquid recipiat, & ſic aliquid accipit pro termino prolungato. Ab. de uſur. c. Conſuluit.

Vſura ſemper eſt peccatum in mutuante. In recipiente pro opere illicito idem. Si pro opere pio aut indifferenti accipit a parato mutuare non peccat, ſi non erat paratus non poteſt eum inducere ſine peccato. ſi non mutuando incurreret maius peccatum quàm uſuræ perſuadere poſſum ut magis mutuat ſub uſuris, quàm maius peccatum incurrat in non mutuando, licet alii teneant contrarium. Ab. de uſur. c. Super eo.

Pœna appoſita niſi quis ſoluat in termino non inducit prężſumptionem uſurę, niſi apponens pœnam ſit ſolitus fœnerari. Ab. de pœn. ſua. Quando pœna præſumitur appoſita in fraudem uſurarum. Abb. de arbi. cap. Dilecti filii.

Vſurarius eſt perſona uilis & indigna ad obtinendum aliquam dignitatem. Sine alia ſententia eſt infamis infamia ciuili ipſo facto, & hoc ſi excedit numerum a iure ciuili permiſſum, de quo dicitur in Glo. quòd eſt quando in anno æquatur ſorti. ſed an ſit infamis pro quacunque uſura, licet ſit de iure canonico, dubium eſt an ſit infamis de iure ciuili. Ab. de exceſſi. præla. c. Inter dilectos.

Pignoris fructus lucrifacere de uſura. Fallit ubi res pignorata erat ſua, uel alias ſibi debita. De uſur. Plures. c. Quoniam. Non tamen tenetur computare fructus percipiendos, niſi feciſſet in fraudem. Item ſi non locauit domum ſolitam locari, uel ſi non erat ſoli talocari, recipiebat tamen conductum, ſed uoluit locare. In iſtis caſibus tenetur ac ſi locaſſet. ſi contractus factus eſt quando debitores non tenentur creditori, niſi de dolo & lata culpa, ſi gratia utriuſque tenetur etiam de leui, ideo debent computare

fructus

fructus quos diligens paterfamilias percepiſſet. Fructus arborum, nemoris, & generaliter omnes fructus in ſortem computari debent. Excuſatur tamen a reſtitutione pignoris, ſi ex fructibus non eſt ei ſatisfactum, & aliter debitor non ſatisfaciat. Ab. de uſur. c. Plures. c. Quoniam. Si poſſeſſio feudum etiam eccleſiæ non computaretur in ſortem. ſi etiam eſſet alicuius eccleſiæ, & non poſſent aliter illam habere de licentia ſuperioris, non computaretur in ſortem. Glo. ubi ſupra. c. Plures. Pignoris fructus debent computari in ſortem, niſi ſint feudum eccleſiæ. De uſur. c. Conqueſtus. Non ſolum eccleſia, ſed etiam laycus non tenetur computare fructus in ſortem ex quo res eſt ſua, ideo ex proprietate, & pignore quaſi conſolidatur uſusfructus cum proprietate. Abb. ubi ſupra. c. Conqueſtus.

Vſura prohibetur quia alias relictis agricultura & mercimoniis omnes uacarent uſuræ. Secundo quia uix euitaretur idolatria. Tertio quia eſt contra pietatem, & charitatem. Quarto quia uſura eſt uitium quoddam contra naturam rerum quando pecunia germinat pecuniam, quæ tamen naturaliter non eſt apta germinare cum ſit tantum menſura rerum Abb. in rubrica. c. De uſuris. Exigere ſimul & recipere uſuras prohibetur, ſecus ſi ſponte aliquid offeratur, & ille alias mutuaturus erat. Ab. de uſur. c. Præterea. Si uſurario non parato reſtituere fiat remiſſio uſurarum, an ualeat, opiniones. Abb. ubi ſupra. c. Cum tu. Prohibetur uſura non ſolum ſingulari perſonæ ſed etiam communitati. Ab. ubi ſupra. c. Conqueſtus, prohibetur, quia paruo tempore homines reducuntur ad paupertatem. Ab. de uſur. c. Quanto.

Vſurarius publicus dicitur qui eſt notorius, uel qui eſt uere conuictus & cōdemnatus de uſuris, uel notorius de facto, ut qui publice tenet altare paratum omnibus uolentibus accipere. ut docet experientia, tertio ſi poteſt conuinci per argumenta & adminicula, tunc debet ferri ſententia contra eum, & dicitur manifeſtus, quarto quando coram ſacerdote, & teſtibus confeſſus eſt ſe eſſe uſurarium, & mandauit reſtitui uſuras, & reſignauit libros. Ex ſola confeſſione extraiudiciali non eſt quis manifeſtus uſurarius, nec ſi mandat in genere uſuras reſtitui, uel etiam ſi quis probet ei uſuras reſtitutas, propter hęc non eſt manifeſtus uſurarius. Ab. de uſur. c. Quia in omnibus. Fama ſola non facit uſurarium manifeſtum, ſed ultra illam requiruntur alia argumenta quo ad pœnam concilii Lateranenſis. Si poteſt conuinci, & cōdemnari ut dicatur manifeſtus, quia habet menſam paratam, & exhibet ſe paratum ad mutuādum omnibus, talis dicitur notorius. Qui ex fama & argumentis conuincitur poſt ſententiam dicitur manifeſtus, ſi habet menſam paratam, eſt notorium facti permanentis interpollati, argumenta ſunt ut ſi uendebat cariori prætio quando differebatur ſolutio, uel emebat minori prætio cum pacto de retrouendendo, uel reperiuntur inſtrumenta uſuraria, uel libri in quibus ſunt rationes uſurariæ. Ab. de uſur. c. Cum in dioceſi.

Vſurarius publicus appellans ad ſubterfugiendū reſtitutionem non auditur. De uſur. c. Quàm periculo.

Vſarius manifeſtus ad communionem altaris, ad ſepulturam, ad oblationem admitti non poteſt. Clerici cōtrafacientes donec ſatisfecerint, ſunt ſuſpenſi ab officiis ad arbitrium epiſcopi. De uſur. c. Quia in omnibus. Per communionem altaris intelligitur quòd non admittuntur ad ſuſcipiendum euchareſtiam poſt quam non admittuntur in eccleſia, quādo celebrantur diuina.

ni. In eccleſiis aſſiſtentes dicuntur non admitti ad cômunionem altaris, & hoc mihi placet, ut rubore confuſi reſipiſcant. Hodie ſepelientes manifeſtum uſurarium ſunt ipſo facto excommunicati ut dicitur in. Cle. de ſepul. eos. Vide Gloſam. Qui dicantur ſepelire clerici uel layci comitantes uel foueam facientes, uel quia proprijs manibus ſepeliunt, uel in foueam ponunt, licet hæredes, reſtituant, non tamen propter hoc ſepelietur in cimiterio, quia deceſſit in mortali, ſed requiritur quòd ipſe reſtituat, uel cautionem faciat, clerici tenentur reſtituere quæ habent in oblationibus ab uſurario manifeſto. reſtitutio debet fieri per epiſcopum, niſi ipſe uſurarius cœperit reſtituere, quia tunc ceſſat ſuſpitio. ipſe per ſeipſum poteſt reſtituere. Iſtæ pœnæ an ſint inflictæ ipſo iure, opiniones. ego tenere quòd eſſent inflictæ, quia de uſurariis dicit hic textus non admittatur, & de clericis appareant ſuſpenſi, unde non requiritur ſententia hominis. Ab. de uſur. c. Quia in omnibus.

Vſurarius publicus non poteſt teſtari ualide niſi facta prius cautione. ſi cautione facit teſtamentum & poſt retineat uſuras, ſed non manifeſte, teſtamentum non ualet. Ex quo continuæ uidetur non deſtitiſſe, ut dicit Federicus, ſed poteſt inſtari quia hæc eſt pœna, debet reſtringi quo non annullatur teſtamentum niſi manifeſti uſurarii. Ab. de uſur. c. Quia in omnibus. Qui condito teſtamento moritur non facta cautione, ſi fama & argumentis conuincitur poſt mortem, an ualeat teſtamentum, opiniones. Ab. ubi ſupra. c. Cum in dioceſi.

Vſurarius repetens uſuras non auditur, niſi reſtituat per ſe, uel per aliũ a quo cunque cauſam habet. De uſur. c. Michael. De uſur. c. Quia fruſtra. In aliis actionibus audiri debet, item auditur conuictus ab alio uſurario, ſi allegat illum, tertio uſuras accepiſſe, & tenet exceptio. Conuictus tamen officio iudicis non reſtituet illud ei a quo alius accepit uſuras, donec completa ſit reſtitutio eius. Antequam audiatur reſtituet ſaltem pauperibus, ſi debitores non inueniuntur, ſi ſunt abſentes, pecunia debet deponi, & eſt ſpeciale in odium uſurarum, quia repetens uſurâs fundat ſe ſuper peccato. Ab. ubi ſupra. c. Quia fruſtra.

Vſurarium ad reſtituendum uſuras poteſt iudex ex officio compellere non obſtante iuramento de non repetendis uſuris per debitorem præſtito. De uſuris. c. Tuas. Iuramentum illud non inducit liberam remiſſionem uſurarum, immo uidentur magis extortæ. Contra iuramentum non præſumitur uenire ex libero conſenſu iurantis. Si iudex procedit ex officio non implorato, non oportet iſtum a iuramento abſolui, quia non iurauit non recipere pecunias ſi reſtituentur. Si qui iurauit intendit repetere debet prius abſolui a iuramento, & abſolutionem petere poteſt, licet ordinetur ad repetitionem, & hoc quia primum factum etiã damnatum debet reſtringi ad ſuos terminos tantum, ſi iurauit non denunciare non ualet iuramentum, quia non poteſt ſe obligare contra bonum caritatis, & diſpoſitionem euangelicam fundat ſe denuncians ſuper peccato, & ſalute creditoris, & non ſuper commodo proprio. Ab. ubi ſuprà. c. Tuas.

Vſurarius qui eſt ſoluendo cogitur reſtituere per pœnas concilii Lateranenſis etiam quas recepit ante concilium, ex facultatibus non exiſtentibus debent poſſeſſiones emptæ ex pecunia uſuraria uendi, & debentibus recipere debet ſatisfieri. De uſur. c. Cum tu.

Qui lucratur ex uſuris rem germinantem puta uineam, tenetur uineam, &

fructus reſtituere, quia hæc procedunt immediate ex prauitate uſuraria. Si recepit pecuniam non tenetur reſtituere niſi pecuniam, quia ex operibus ſuis & induſtria proceſſit, ideo lucrum tribuitur perſonæ, non pecuniæ. Ab. de uſur. c. Nauiganti.

Qui mutuauit ſcholari ut intret ſcholas ſuas, uel alteri ut uadat ad molendinum ſuum, ſi recipit aliquod cõmodum, quod pecunia extimari poſſit, eſt uſura, & reſtituet pauperibus, quia ab eis quibus mutuauit non extorſit pecuniam. Ab. de uſur. c. Nauiganti. Si augetur ſalarius, & concurſus eſt maior, eſt uſura. Ab. de depoſi. c. Grauis.

Vſufructuarius ſi perdit poſſeſſionem ſuam naturalem quia ab ea dicitur, non per hoc proprietarius perdit ſuam ciuilem Ab. de reſt. ſpol. cap. Olim.

Vſus fructuarius poteſt uendere commoditatem uſusfructus remanente iure penes ſe Abb. de iure. patro. c. Præterea.

Vſus fructuarius tenetur de immobilibus cauere quòd mutetur ſalua rerum ſubſtantia, de mobilibus reddere æſtimationem. Ab. de pigno. cap. Cum conſtet.

Vſusfructus non extinguitur, ſi uſufructuarius ingrediatur religionem. Intellige de religione in qua poteſt habere proprium. Ab ubi ſupra.

Vſusfructuarius ſi non poteſt cauere quomodo ſubuenietur hæredi. Abb. ubi ſupra.

Vſusfructuarius qui non cauit a principio, an fructus illo tempore perceptos faciat ſuos. Ab. ubi ſupra.

Vſusfructuarius donans rem ipſam uxori propter nuptias ſine conſenſu Domini non transfert in eam plus iuris, quàm ipſe habebat. Idem de eo qui ſub conditione adueniente habet rem in hæreditatem, uel in feudum Ab. de donat. inter ui. & uxo. c. Super a nobis.

Vſusfructuarius poteſt ius ſuum alteri concedere in uita ſua. Ab. ubi ſupra.

Vſusfructus tranſit in monaſterium per ingreſſum. Ab. de probat. c. In præſentia.

Vſusfructus bonorum undecunque per filios clericos aquiſitorum aquiritur parti Ab. de in integ. reſtit. c. Conſtitutus.

Vtile per inutile non uitiatur Ab. de arbit. c. Cum tempora.

Vtile uitiatur per inutile in indiuiduis. Abb. de off. & poteſt iudi. deleg. c. Cum ſuper.

Vtile per inutile an & quando uitietur. Ab. de elect. & elect. poteſt. c. Illa quotidiana.

Vtile per inutile uitiatur Ab. de arbit. c. Per tuas.

Vtilitas priuata non præfertur communi poteſt tamen communis differri propter priuatam Gilo de uot. & uot. redempt. c. Non eſt.

Vbi priuata confunditur ex toto, & publica parum iuuatur, publica non præfertur priuatę, ſed publica eſt præferenda quando in ea includitur priuata, alias ſecus. Quando priuata perſona habet electionem, ſuperior debet pręferre publicam, licet priuata non includatur ſub publica. Abb. ubi ſupra. c. Poſtulaſtis.

Vtilitas & neceſſitas aliquando æquiparantur. Abb. de eccleſ. ædifican. c. Tua nos.

Vtilitas magna æquiparatur neceſſitati. Abbas de electi. & electi. poteſta. cap. Vxorem.

Vxorem ſecundam admittere non debet niſi certioratus de morte primę, & certio-

certioratus primam uiuere ſecundam dimittere tenetur. & ſi contraxit antequam certificatur de morte primæ, reddat, ſed non exigat debitum. Ab. de ſecundis nupt. c. Dominus.

Vxor an & quando poſſit facere eleemoſinam ſine conſenſu mariti. Abb. de furt. c. Si quis.

Vxori pro dote ſoluto matrimonio reſtituenda ſi detur aliquod pignus tenetur fructus pignoris in ſortem computare. Abb. de uſu. capitu. Salubriter.

Vxor dimiſſa etiam temere a marito non excuſatur, ſi poſtmodum adulterium commiſit. Abb. de diuort. c. Significaſti.

Vxor quæ decedit non electa ſibi ſepultura debet ſepeliri in ſepulcro mariti. Et ſi habuerit plures in ſepulcro ultimi. Et ſi fuerit uidua, & reuerſa eſt ad domum patris adhuc ſepelienda eſt in ſepulcro mariti. Intellige prædicta quando maritus prædeceſſit. Si uero uxor prædecedat, in quo ſepulcro, an in maiorum mariti an ſuorum. Abb. de ſepultur. c. De uxore.

Vxor mariti effecti religioſi an poſſit promittere continentiam, an uero teneatur intrare monaſterium. Intellige quando conſenſit quod maritus ingrediatur religionem. Abb. de conuerſ. coniug. c. Coniugatus.

Vxoratus non poteſt promoueri in epiſcopum, niſi uxor religionem profiteatur. Abb. ubi ſuprà. c. Sane.

Vxor tenetur ſequi uirum, ſed non ſemper, & quando. Abb. de ſponſ. & matri. c. De illis.

Vxor adultera in monaſterio collocata an poſſit ulterius a marito repeti. Ab. de conuerſ. coniugat. c. Gaudemus.

Vxor perdit legatum ſibi factum a marito, ſi incontinenter uixerit poſt mortem mariti, uel ſi ante marito ignorante. Abb. ubi ſuprà. c. Vxoratus.

Vxores non tenentur ſequi uiros ultra mare uouentes. Abb de uot. & uot. redemp. c. Ex multa.

Vxor perdit legatum ſibi factum a marito ſi incontinenter uixerit poſt mortem mariti, uel ſi ante marito ignorante. Abb. de conuerſ. coniuga. cap. Vxoratus.

Vxores non tenentur ſequi uiros ultra mare uouentes. Ab. de uot. & uot. redemp. c Ex multa.

Vxor quæ non ſit ſuſpecta poteſt ſine conſenſu uiri uouere pro ſubſidio terræ S. Abb ubi ſuprà.

Vxor poteſt renunciare iuri Ipotecicarum in bonis mariti, ſed non in ſibi donatis. Abb. de donationibus inter uirum & uxo. c. Donatio.

Vxor uergente marito ad inopiam petit dotem & donationem ſibi factam. Ab. ubi ſuprà.

Vxor propter adulterium uiri lucratur donationem ſibi datam. Abb. ubi ſuprà.

Vxore prima uiuente etiam non rogata ſi quis cum alia ſcienter matrimonium contraxerit, & conſummauerit prima mortua ſecundam habere non poteſt. Abb. de eo qui duxit in matrimo. c. Significauit.

Vxore uiuente ſi quis alteri fidem dedit, illam non poteſt in uxorem ducere & an impediat uel dirimat matrimonium. Abb. ubi ſuprà.

Vxor cui teſtator reliquit uſumfructus bonorum ſuorum ſi caſte uixerit, ſi tranſit ad ſecunda uota mortuo teſtatore non perdit relictum ſibi factum. Ab. de uita & honeſt. clerico. c. Vt clericorum.

Vxor repeti poteſt coram eccleſiaſtico iudice etiam ſi non agatur de ualiditate matrimonii. Abb. de ſponſ. & matri. c. Non eſt.

Vxor an ſit idonea teſtis pro marito, uel econtra & an compellatur teſtificari contra maritum. Abb. de teſt. c. In litteris.

Vxor ſi timet ſeuitiam mariti etiam cauſatam ex cauſa uxoris poteſt petere cautionem de non offendendo. Abb. ut lit. non conteſt. cap. Ad hoc Deus.

Vxor quæ uouit caſtitatem non poteſt contrahere matrimonium poſt mortem mariti ſui. Ab. de conuerſ. coniug. c. Conſtitutus.

Vxore prima uiuente etiam ab eo ſeparata quo ad thorum cum alia ſiquis contrahit etiam prima mortua ſeparabitur a ſecunda, ſed cum alia contrahere poteſt. Ab. de eo qui duxit in matrim. c. Litterarum.

Vxor non repetit maritum qui eius licentia ingreſſus eſt religionem, etiam quod dolo ſit inducta ad conſentiendum. Abb. de conuerſ. coniug. c. Veniens.

Vxor conſentiendo quod maritus ingrediatur religionem an ſibi preiudicet. Vbi ſuprà.

Vxor ſi uouit continentiam tenetur reddere debitum, licet maritus conſenſerit ad tempus. Abb. de conuerſ. coniug. c. Cariſſimus.

Vxor non poteſt emittere uotum ieiunandi, nec aliud uotum continentiæ ſine conſenſu mariti, immo ſi maritus conſenſit poteſt reuocare, licet peccet, non autem econtra. Abb. ubi ſuprà.

Vxor illius qui ingreſſus eſt monaſterium ea conſolante tenetur & ipſa intrare monaſterium, & ibi profiteri quando eſt ſuſpecta de incontinentia. Abb. de conuerſ. coniug. c. Vxoratus.

Vxoris conſanguineam cognoſcens grauius peccat quam cognoſcens conſanguineam ſponſæ. Abb. de eo qui cogno. conſan. c. Veniens.

Xps Deus & homo fuit uerus, & ueritas. Ideo interrogatus a pilato quid eſt ueritas non reſpondit, ne uideretur ſe iactare. Abb. de iureiuran. c. Et ſi Chrſtus.

FINIS.

Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O & I i i duerniones, P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz. Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh & * quaterniones.

Venetiis apud Michaelem Tramezinum.
M D L X I I I I.

VA1
1530687.

180
11
12